

3-a-2-4

16-4-5

16-4-5

R = 1045

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala _____
Estado <input checked="" type="checkbox"/>
Tabla _____
Número _____

3-a-2-4

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35

Del Colegio de la Comp.^{ta} de Jesus de S. Juan de los Rios

POLYANTHÆA
SACRORUM
CANONUM
COORDINATORUM,
QUI

IN CONCILIIIS GENERALIBUS
AC PROVINCIALIBUS,

In Oriente ac Occidente celebratis,

IN DECRETO GRATIANI, IN DECRETALIBUS,

IN EPISTOLIS AC CONSTITUTIONIBUS
ROMANORUM PONTIFICUM,

Ad nostra usque tempora prodierunt:

Olim operâ

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,

D.^{NI} BRANCATI DE LAUREA,
SAC. ROM. ECCL. CARDINALIS,

Ordinis Convent. S. Francisci,

IN EPITOMEN REDACTI;

Nunc verò sic coordinati, & Serie Alphabeticâ dispositi,
ut primo statim aspectu TITULUS, sub Titulo CONCLUSIO, & sub
Conclusione TEXTUS CANONICUS, non citatus modò, sed de verbo ad verbum
fideliter allegatus, sublatâ fontis adeundi necessitate, in oculos pariter
ac animos Lectorum incurrat:

TRIBUS TOMIS DIVISA,

Operâ ac studio

D. JOAN. PAULI PARAVICINI

CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM

S. PAULI IN GERMANIA VICE-PROVINCIALIS,

SAC. CÆS. MAJ. THEOLOGI.

*Opus omnibus Prælati Ecclesiasticis, præsertim Episcopis,
Judicibus, Consiliariis, Causarum Patronis, in utroque Foro versantibus; nec-
non Theologis, Professoribus, Concionatoribus, Confessariis, ac quibuscunque Clericis,
& SS. Canonum Studiosis utile, ac necessarium.*

TOMUS SECUNDUS.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus VIDUÆ JOANNIS SCHLEBUSCH & FILII, Bibliopolæ,
am Hoff/ im Kalten Berg. ANNO 1728.

Cum Privilegio Sacra Cæsareæ & Regiæ Catholica Majestatis speciali.



Ebrietas. Ebriosus.

1. Ebrietas fugienda à Clericis; qui in eam incidit, per 30. dies olim communione erat privandus.

ANte omnia à Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix est, nec quis potest liberum corporis sui ac mentis habere iudicium, cum captus vino, sensu probeatur alienus, & proclivis ad vitium mente labefacta ducatur, ac plerumque possit peccatum aut crimen, dum nescit, incurrere; sed ignorantia talis non potest non subiacere poenæ, quam ex voluntaria amentia manasse constituit. Itaque eum, quem ebrium esse constiterit, (ut ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione statim submovendum, aut corporali subdendum esse supplicio. *Concil. Venticum 1. cap. 13. Agaten. cap. 41. Dist. 35. cap. Ante omnia.*

Decrevimus, ut Sacerdos vel Levita, conjugali concupiscentiæ inhaerens, vel à filiorum procreatione non desinens, ad altiorem gradum non conscendat, neque Sacrificia Deo offerre, vel plebi ministrare presumat. - Sed ut hæc valeant observari, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi, Apostolo præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et quàm gravi ebrietas supplicio expietur, eadem Apostolica manifestat doctrina. Inter cætera dicens: neque fornicatores, neque idolis servientes, neque ebriosos Regnum Dei possessuros; Si quis verò in omni officio clericali Deo militans, ab ebrietate se non abstinat, secundum statum sui ordinem, competens in eum vindicta exerceatur. *Conc. Tron. 1. c. 2.*

2. Ebrietati vacantes Clerici sunt excommunicandi: sive Presbyteri, sive Episcopi sint, excommunicandi erant.

Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cavere præcipimus; Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decrevimus, usque ad congruam emendationem. *Post Epistolam 2. Eutychian. decreto 2. & Concil. Moguntiacum cap. 46.*

Episcopi & Dei Ministri non debent comeffationibus & violentiis nimis incumbere; sed confiderent sententiam Domini, dicentis: Attendite, ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate; Moderatè enim cibum & necessarium sumptum sumant, ut juxta Apostolum sobrii sint, & parati ad servicium Dei. *Ibidem Decreto 9. Concil. quod dicitur Apostolorum cap. 42. & 43. & dist. 35. cap. Episcopus. Vide, Clerici tit. 20. n. 1. & 8.*

3. Ebris non imputatur in malum, quod committunt in ebrietate.

Sane discimus, vitandam ebrietatem, per quam crimina cavere non possumus, nam quæ sobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus: Nesciunt, quid loquantur, qui nimio vino indulgent; jacent sepulti: ideoque si quæ ver vinum deliquerint, apud sapientes Judices veniã quidem factã donantur, sed levitatis damnantur auctores. *15. q. 1. cap. Sane discimus.*

4. Ebrietas animæ & etiam sanitati corporis nocet.

Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas: omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens. *Dist. 35. cap. Luxuriosa.*

Luxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia, non natura. *Ibid. cap. Luxuriam.*

I. Ecclesiæ Catholicæ Natura.

1. Ecclesia aliud non est, nisi fidelium collectio. Græcè idem sonat, quod latine convocatio.

Ecclesia, id est, Catholicorum collectio, quod

Tomus II.

modo sine A. S. institueretur nutu, quando juxta sacra Decreta nec ipsa debet absque præceptione Papæ Basilica noviter construi, quæ ipsam Catholicorum intra semet amplecti catervam dignoscitur. *De consecrat. Dist. 1. cap. Ecclesia. Nicolauus I. in Decret. R. E. cap. 11. post Epist. Julii I. Decret. 8. Vide Cathol. n. 1.*

Cum itaque Catholicam Ecclesiam, quæ congregationem fidelium comprehendit, &c. *Extra de celebratione Missarum. cap. un. cap. Relatum. il. 2. de Testamentis. Vide Beneficium tit. 43. n. 3.*

2. Ecclesiam esse, est articulus fidei. *Concilium Constantiense contra Joannem Hus. Vide, in Bullario.*

3. Ecclesia de Christi latere formata est.

Et quod in hac assumpta natura ipsum Dei Verbum omnium operandã salute non solum affigi cruci, & in ea mori voluit, sed etiam emissio jam spiritum perforari lanceã sustinuit latus suum, ut exinde profluentibus undis aquæ & sanguinis formaretur unica & immaculata, ac Virgo Sancta Mater Ecclesiæ, Conjux Christi, sicut de latere primi hominis separati, Eva sibi in conjugium est formata: ut sic certæ figuræ primi & veteris Adæ (qui secundum Apostolum est forma futuri) in nostro novissimo Adam, id est, Christo, veritas responderet. *Clementina de summa Trinitate & Fide Catholica cap. unico.*

4. Ecclesiastica Hierarchia à Christo est instituta. *Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. & Can. 6.*

5. Ecclesia ex Christi mandato ab Apostolis ordinata est.

Nunc verò ad id, quod summum est Ecclesiasticæ constitutionis, festinat oratio: ut vos Episcopi, quos Christo Authore constituimus, cum hanc constitutionem didiceritis, omnia secundum mandata ejus nobis tradita faciatis, scientes, quod, qui nos audit, Christum audit, qui verò Christum audit, Deum ejus, eundemque Patrem audit. - Nos igitur duodecim Apostoli Domini, qui unã sumus, has vobis constitutiones de omni Ecclesiastica forma indicimus, præfente Paulo, Vase electionis & Co-Apostolo nostro, & Jacobo Episcopo ac reliquis Presbyteris & septem Diaconis. Ego igitur primus Petrus dico, ordinandum esse Episcopum, ut omnes pariter antea constituimus: scilicet de quo in nulla sit quærela, & qui sit à cuncto populo ex optimis quibusque electus, quo nominato & placente, populus in unum congregatus, unã cum Presbyteris atque Episcopis præsentibus die Dominico consentiat. *Lib. 3. Constit. Apostolicarum cap. 3. & 4.*

6. Ecclesia Catholica ab Ecclesia Romana B. Petri habuit principium.

Institutio universalis Ecclesiæ de B. Petri sumptis honore principium, in quo regimen ejus & summa consistit; ex ejus enim Ecclesiastica disciplina per omnes Ecclesias Religionis, jam crescente culturã, fons emanavit. *Nicol. 1. Epist. 8.*

7. Ecclesia ex omnibus fidelibus constans, est unum corpus. Licet diffusa sit per totum Mundum, est tamen una. Est una Ecclesia Catholica est de fide.

Verba mihi ad eos facturo, qui Ecclesiam Dei constituunt. - Quamquam, quod quidem ad Ecclesias attinet, quæ omnes, ubicunque tandem fuerint, ad unum Christi thalamum referuntur, nihil à nobis remotum, nihil censeri debet alienum. *Concil. Ephesinum in Ep. Celestini Papæ ad Clerum Constantinopolit. unum.*

Unde, quantum nobis Christus Deus Dominus & Salvator noster primi Apostolorum locum pro ineffabili pietatis suæ genere largitate concessit, tantum nos de universarum pace Ecclesiarum, quæ, licet in multis, una tamen est toto Orbe diffusa, incessanti studio convenit esse sollicitos. *Virgilius Ep. 11. de Fide & summa Trinitate. Et Concil. Lateran. cap. 1. Vide Christus tit. 14. n. 2.*

A

Unam

Unam sanctam E. C. & ipsam A. urgente Fide credere cogimur, & tenere. Nosque hanc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, Sponsio in Canticis proclamante: Una est columba mea, perfecta mea. Una est matri suae, electa genitrici suae: Quae unum corpus mysticum repraesentat, cuius caput Christus, Christi vero Deus. In qua unus Dominus, una Fides, unum Baptisma. *Extra de unitate & obedientia cap. 1.*

Quoniam Ecclesiae Sanctae unum est corpus, omniumque membrorum caput est unum. *Concil. Africanum cap. 53.*

Ea quippe non modò sponsa, sed & domus illa Dei est, quae columna est, & firmamentum veritatis, firmiter aedificata, benè fundata supra firmam petream, in quam licet descendat pluvia, irruiant venti, inundent flumina: everti tamen non poterit, neque porta inferi praevalerit adversus eam, aut aliquando poterunt illi, qui expugnatum illud à Juventute sua. - Ea, inquam, tabernaculum illud Dei cum hominibus, in quo habitabit cum eis, & ipsi populus Dei erunt, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus. Extra quam, non secus ac quondam extra Arcam Noè, nemo salvus esse possit, quin insurgentibus haereticum procellis obruatur. Ea ipsa una est domus, in qua Agnus Paschalis manducari est iustus, & extra quam participatio mensae Domini nequaquam potest haberi. - Una igitur sancta & infallibilis Ecclesia, quae nec à charitate decidere potest, nec ab orthodoxa Fide deviare; Cuius auctoritatem, qui in fide & moribus secutus non fuerit, quasi Deum abnegaverit, - infideli deterior habeatur. *Concil. Senonen. cap. 1.*

8. Ecclesia est sponsa; est Christi sponsa immaculata.

Propter quod vos, ô Presbyteri! Ecclesiam excolite, & ordinare sponsam Christi, ad pudicitiam. Sponsam autem dico omnem Ecclesiam congregationem, quae si pudica inventa fuerit à Sponso suo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur: & vos, velut Ministri sponsae, & amici sponsi, ingenti gaudio & laetitia perfuemini. Si verò sponsa haec reperta fuerit immaculata peccatis, ipsa quidem tanquam indigna extruderetur à regalibus thronis: Vos autem poenas dabit, si forte per vestram negligentiam vel desidiam obreperit contagio feva peccati. *Clemens I. Ep. 1. cap. 4. Clementina de fide Catholica cap. unico. supra n. 3.*

9. Tale sponsalium nunquam dissolvitur.

Sanctum & indissolubile, viri & uxoris vinculum. At verò magnum illud in Christo & Ecclesia Sacramentum, quam ille tantopere dilexit, ut se ipsum traderet pro ea, quò illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquae in verbo vitae, & exhiberet sibi gloriosam, non habentem maculam, neque rugam. Cum igitur eam sibi in fide desponsaverit, ab eo profectò per infidelitatem aut ullam circa mores errorem, non est aliquando divellenda, nec ullò patietur Christus à se divorciò illam separari, cum qua futurum spondit usque ad consumationem saeculi. *Concil. Senonen. cap. 1.*

10. Ecclesia est mater fidelium, quia eos regenerat; Deus est Pater, qui creat.

Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit, Mater verò nostra, Ecclesia, quae nos in Baptismo spiritualiter regeneravit. *Anacletus ep. 1. cap. 2.*

Et ideo Ecclesiam, cuius Sponsus est speciosus formâ, castitatis voluit splendore radiare, ut in die iudicii, cum rursus advenerit, sine macula & ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. *Sirius ep. 1. cap. 7.*

11. Ecclesiae universalis caput (invisibile) est Christus, caput visibile, Papa. Concil. Paris. 6. lib. 1. c. 2. Vide, Christus tit. 2.7. 2.1. Concil. Constantien. contra articu-

lum 26. Joann. Hus. & 29. Joann. Wigless. Vide, in Bullario. Vide, Papa.

12. Ecclesiae caput in toto mundo unum est. Concil. Africanum cap. 53; supra n. 7. Vide, Papa.

13. Ecclesia Catholica, Romano Pontifici Christi Vicario debet esse connexa.

Quamvis omnibus Ecclesiis Christi, quae unam Catholicam in toto mundo efficiunt, à Principe AA. Petro sit verè dictum, nulli tamen verius apratur, quam illi, cui propriè praesidet ipse, qui caelestis Regni meruit gubernacula obtinere, Domino Jesu Christo sibi dicente: Tibi dabo claves Regni caelorum; & in speciali potestate ligandi & solvendi summi Sacerdotii privilegium. *Leo 9. Ep. 1. cap. 12.*

14. Ecclesia Catholica, per antonomasiam est Romana.

Cum enim Beatissimus Augustinus, Dominicae sententiae memor, quae fundamentum Ecclesiae in Apostolicis sedibus collocavit, in schismate esse dicat, quicumque se à Praesulis earundem sedium auctoritate, vel communione suspendit, nec aliam manifestet esse Ecclesiam, nisi quae in Pontificibus Apostolicarum sedium est solidata radicibus. *Pelagius ep. 13.*

15. Ecclesia Catholica, maximè indiget viris literatis.

In grande universalis Ecclesiae (quae ad sui regimen, viris literatis permaximè noscitur indigere) dispendium & iacturam, &c. *De electione in 6. cap. Cum ex eo.*

16. Ecclesia Catholica, & universalis, non constat ex solis praedestinitis.

A consortio Ecclesiae rescatur, quisquis admittit crimen lethale. Ecclesia non constat, nisi ex bonis. *Inter errores damnatos, relictos in Concil. Senon. cap. 17. Concil. Constantien. contra articul. 1. Joann. Hus. Vide, in Bullario.*

17. Ecclesia universalis debet habere caput visibile, quod eam regat, & cum quo conversetur. Concil. Constant. contra articul. 2.7. Joann. Hus. & contra art. 2.7. Wigless. Idem in Bullario. Et talis est Papa.

18. Ecclesia universalis non regitur per plura capita, sed per unum. Vide, contra articulum 28.

19. Ecclesia ab initio habuit Papam, qui est ejus caput visibile. Idem, contra articulum 29.

20. Ecclesia universalis regi non potest, sine Papa. Idem, contra art. 29.

21. Ecclesiae caput unum fuit à Deo constitutum, S. Petrus. Pius II. in Bulla retractionum. Vide, in Bullario.

22. Ecclesia nunquam turbat Imperatores & Reges.

Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo, noli te gravare Imperator, ut patet, te in ea, quae Divina sunt, Imperiale ali-quod jus habere; noli te extollere: sed si vis divitiis imperare, esto Deo subditus. Scriptum est (quae Dei, Deo, quae Caesaris, Caesari). Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiae; publicorum tibi manuum Jus commissum est, non sacerorum. - Respondeo ego, quod Sacerdotis est. Quod Imperatoris est, faciat Imperator. Prius est, ut animam mihi, quam fidem auferat. Tributum Caesaris est, non negatur. Ecclesia Dei est. Caesari utique non debet adici, quia Jus Caesaris esse non potest templum Dei. *23. q. 8. cap. Conventio.*

23. Ecclesia Catholica non est invisibilis, & spiritalis, sed visibilis.

Id quod tum demum asseruit fuerint, si pro sententia Lutheranorum, invisibilis & tota spiritalis, ac proinde nobis incognita credatur Ecclesia. Nam quis futurus contentiois modus, ubi provocatur ad iudicem, qui nec inveniri, nec inventus, inter nosci possit? Atqui, (inquit Christus) si te corripierem frater tuus non audierit, dic Ecclesiae; quid autem crassius, aut quid inutilius fingi possit, si proflus occulta sit, & impervestigabilis Ecclesia, cuius majores natu admonet Apostolus, universo gregi, non quidem invisibili attendere, in quo eos Spiritus Sanctus posuerat Episcopos, ad regendam Ecclesiam Dei? Nunquid invisibilis illa, à qua pro Petro, cum carcere teneretur, assidua fiebat oratio, aut in quo Timotheum conservari docet Apostolus? Non igitur fide tantum & internis charismatibus, sed confessione fidei & externa ac visibili Sacramentorum participatione constat, semperque constitit E. quae ab ipsis inenarrabilis, communi & praescripta unius & ejusdem fidei professione non caruit. Unum corpus, inquit Paulus, unus Spiritus, unus Dominus, una fides. Sed ne ab his invisibilibus tantum pendere videretur E. unum adjecta, Baptisma. Etenim in uno Spiritu, omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judaei, sive gentiles, sive servi, sive liberi. Omnes in uno Spiritu potati sumus. Quisquis igitur tergiversandi studio invisibilem & incertis sedibus errantem dixerit Ecclesiam, non haereticum tantum dixisse, sed haereticum omnium putem fuisse iudicetur. *Concil. Senonen. cap. 2. Concil. Constantien. contra articulum 1. Joann. Hus. Vide, in Bullario.*

24. Ecclesia Catholica illuminata est, & exaltata per Fratres Mendicantes, & praesertim Minores, & Praedicatores.

Qui quidem Episcopi, & Cardinales &c. partes ipsas de communi eorundem consensu, ad concordiam infra scriptam perduxerunt: Videlicet, quòd ipsi parochiani Sacerdotes de cetero non dicant, à Mendicantibus haereses processisse, cum in veritate fides nostra sit illuminata, & Ecclesia exaltata per eosdem, & praesertim per Ordines Praedicatorum & Minorum, ut Jura testantur, &c. *Extra de Tregua & pace. cap. Fides.*

II. Ecclesiae Catholicae proprietates, & dignitates, seu privilegia.

1. Ecclesia Catholica habet ordinem, quia habet superiores, & inferiores.

Ad hoc enim dispensationis Divinae proviso, gradus diversos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiae fieret ex diversitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum; neque enim Universalitas alia poterit ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiae ordo servaret. Quia verò quaeque creatura in una eademque aequalitate gubernari, vel vivere non potest, caelestium militiarum exemplar nos instruit; quia, dum sint Angeli, sint Archangeli, liquet, quia non aequales sunt, sed in potestate & ordine (sicut nostris) differt alter ab altero. *Bonifac. II. ep. unica. Dist. 89. cap. Ad hoc.*

2. Ecclesia Catholica in perpetuum est duratura.

Ecclesiam sanè Catholicam pretio Christi sanguinis redemptam, cum eo credimus in perpetuum regaturam. *Concil. Formaticen. 1. in professione fidei.*

3. Ecclesiae Catholicae potestas, est monarchica. Pius II. in Bulla retractionum. Vide, in Bullario. Vide infra Ecclesiae potestas.

4. Ecclesia Catholica habet potestatem infallibilem in doctrinis fidei, & errare non

potest. *Concil. Senonen. cap. 1. Vide, tit. 1. n. 7. Vide, Ecclesia Romana circa propriam fidem, diffusè.*

5. Ecclesia Catholica defendit irreprehensibilia.

Omne quod irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia. *Marcellinus ep. 2. 27. q. 1. cap. omne.*

6. Ecclesia Catholica est sicut Arca Noè.

Infideles quoque, extra Ecclesiam, peccati sui unda petunt, & fideles suos in fide atque in charitate sanctae Ecclesiae unitas, quasi arca compago custodit. Quae arca videlicet de imputribilibus lignis compingitur, quia de animabus fortibus, atque in bono suo perseverantibus aedificatur. Er cum à saeculari vita unusquisque convertitur, quasi adhuc ligna de montibus succiduntur. Cum verò ad sanctae Ecclesiae ordinem ad aliorum custodiam ducitur, quasi de excisis, atque compositis lignis, ad servandam vitam hominum, arca aedificatur. Quae profectò arca, cessante diluvio, in monte requievit, quia huius vitae corruptione cessante, cum malorum operum fluctus transierint, in caelesti Patria sancta Ecclesia, velut in monte, requiescet Ecclesia. *Gregor. I. lib. 9. ex Reg. ep. 40.*

7. Extra Ecclesiam Catholicam non est salus.

Avelle radium Solis à corpore, divisionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit; à fonte praecide rivum, praecisus arefcet; sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per Orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separavit, ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largitur rivos latius pandit. Unum tamen caput est, & origo una, & una Mater est, fecunditatis successibus copiosa. Illius foetu nascimur, illius lacte nutrimur, Spiritus ejus animamur; adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est, & pudica; unam domum novit, unitus cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. *24. q. 1. cap. Loquitur Dominus.*

Alienus est, profanus est, hostis est: habere jam non potest Deum Patrem, qui E. non habet Matrem. *Et infra: Quomodo autem potest esse cum aliquo convenire, cui cum corpore ipsius E. & cum universa fraternitate non convenit? Quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, & ab ejus Evangelio separari? Ibidem cap. alienus est. Concil. Later. 4. & de summa Trin. & fide Cathol. cap. 1. Vide, Christus tit. 14. n. 2. Concil. Senonen. cap. 1. Vide supra, tit. 1. n. 7. Concil. Constantien. sess. ult. in constitutione Martini V. Vide, in Bullario.*

8. Ecclesia Catholica sola, habet Sacrificium Deo placens. 24. q. 1. cap. quia ex sola. Vide, Catholicus n. 6.

9. Extra Ecclesiam Catholicam, omnia dona infirma sunt.

Teneamus fratres mei unitatem. Praeter unitatem, & qui facit miracula, nihil est. *1. q. 1. cap. Teneamus.*

10. Extra Ecclesiam Catholicam, haberi non possunt munera beatæ vitae.

Ecclesia Paradiso comparata, indicat nobis, posse quidem ejus baptismum homines etiam foris recipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem, vel praecipere, vel tenere. Nam & Flumina de fonte Paradisi, sicut Scriptura testatur, etiam foras largiter manaverunt. - Nec tamen in Mesopotamia, vel in Aegypto, quò illa flumina pervenerunt, est felicitas vitae, quae in paradiso commemoratur. Ita fit, ut cum Paradisi aqua sit extra Paradisum, Beatitudo tamen non sit extra paradisum. Sic ergo Baptismus Ecclesiae potest esse extra Ecclesiam, munus autem beatæ vitae, non nisi intra E. reperitur. *De consecrat. Dist. 7. cap. Ecclesia.*

11. Extra Ecclesiam Romanam, non potest licite comedi Agnus Dei, id est Eucharistia.

Ego nullam praemium, nisi Christum, sequens.

Beatitudini Tuæ, id est, Cathedræ Petri communione confocior. Super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum Agnum comederit, profanus est: si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluviò. 24. q. 1. cap. quoniam versu.

12. Ecclesia tolerat multa, quæ non possunt corrigi.

Unde Sanctitas Vestra debet sollicitè cuncta pensare, & quædam mansuetè corrigere, quædam verò, quæ corrigi nequeunt, æquanimiter tolerare. Apertè enim videmus, quod per Psalmistæ vocem à sancta E. dicitur: Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. In dorso quippe onera portantur, supra dorsum ergo nostrum fabricant peccatores, quando eos, quos corrigere non possumus, patiendo portamus. Navis etenim gubernator, cum adversari sibi ventum considerat, quosdam fluctus directò clavò exsuperat, quosdam verò, quos superari non posse prævidet, inflexo cursu prudenter declinat. Sic itaque Sanctitas Vestra quædam compescendo, quædam tolerando mitiget, ut in sancta Hierosolymorum Ecclesia, pacem cohabitantium per omnia conservet. Greg. I. Lib. 9. Ex Reg. ep. 40.

13. Ecclesia Catholica subtiliùs instruitur, cum ab hæreticis impugnatur.

Et S. E. subtiliùs in sua semper eruditione instruitur, dum hæreticorum quæstionibus impugnatur, ita ut apertè impleatur, quod per Psalmistam contra hæreticos de Deo dictum est: Divisi sunt ab ira vultus ejus, & appropinquavit cor illius. Nam dum ipsi in suo pravo errore dividuntur, cor nobis Deus appropiat: quia eruditi adversitatibus, intellectum ejus subtiliùs invenimus. Idem lib. 7. ep. 3.

14. Ecclesia Catholica Doctoribus sulcitur, & quibus. Vide, Doctores.

15. Ecclesia Catholica regitur auctoritate, & traditione.

Catholica Ecclesia per Orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est Scripturarum, aut traditio universalis, aut certè propria, & particularis institutio. Sed auctoritate tora constringitur. Universali traditione majorum nihilominus tota: privatis verò constitutionibus, & propriis informationibus, unaquæque pro locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit & regitur. Dist. 11. cap. Catholica.

16. Ecclesia Catholica nullum in desperatione relinquit.

Ne ullus sine remedio, aut spe veniæ ab Ecclesia repellatur: Neve ulli, si, aut poenituerit, aut se correxerit, ad veniam redeundi, aditus obstruatur; sed si cui forsitan discrimen mortis imminet, damnationis constitutæ tempora relaxentur. Quòd si ægrotum, acceptò viaticò, revalescere fortasse contingit, statuti temporis spatia observare conveniet. Concil. Epamnen. cap. 36.

17. Extra Ecclesiam Catholicam non est potestas ligandi, & solvendi. 24. q. 1. cap. Omnibus. & cap. Quicumque. Vide, Claves n. 1.

18. Ecclesia per Reges est defendenda.

Regale ministerium specialiter est, populum Dei gubernare, & regere cum æquitate & justitia, & ut pacem & concordiam habeant, studere; ipse enim debet primò defensor esse Ecclesiarum, & servorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumque pauperum; necnon omnium indigentium. Concil. Parisien. 6. lib. 2. cap. 2.

19. Ecclesiæ gubernium per Pontificem ab Imperatore adjuvatur.

Constat autem, eam peregrinantem duabus (ut dictum est) presentialiter personis gubernari, sacerdotali scilicet, & regali, quatenus auctoritate Episcopali, atque Imperiali censurâ intrinsecis & extrin-

secus circumseptæ, liberiùs modum proprium valeat conservare. Concil. Aquisgranen. 3. p. 4. cap. 25.

Quia bene nôstis, ab illo, qui solus Rex & Sacerdos fieri potuit, ita E. dispositam esse, ut Pontificali auctoritate, & regali potestate gubernetur, &c. Concil. Meldense cap. 8.

12. Ecclesiæ dogmata partim habemus per doctrinam, partim per traditionem. Dist. 11. cap. Ecclesiasticarum. Vid. Consectud. n. 10.

III. Ecclesiæ Catholicæ potestas.

1. Ecclesia Catholica potest solvere, & ligare, sed non mortuos. 24. q. 2. cap. legatur. Vide, Defuncti tit. 1. n. 11. Vide, Mortui.

2. Ecclesia in S. Petro accepit potestatem ligandi, & solvendi.

Manet ergo Petri privilegium, ubicunq; ex ipsius fertur æquitate Judicium, nec nimia est, vel severitas, vel remissio, ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod B. Petrus, aut solverit, aut ligaverit. 24. q. 1. cap. manet ergo.

Quodcunq; ligaveris super terram, erit ligatum & in celo. Si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit Ecclesia. Si autem in Ecclesia fit, (ut quæ in terra ligatur, in celo ligentur, & quæ solvuntur in terra, solvantur in celo; quia cum excommunicat Ecclesia, in celo ligatur excommunicatus; cum reconciliat Ecclesia, in celo solvitur reconciliatus.) Si ergo hoc in Ecclesia fit, Petrus, quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Judæ persona significati sunt in Ecclesia mali. Ibidem cap. quodcunq; & cap. non turbatur. Vide, Bonus tit. 1. n. 5.

3. Ecclesia potest statuere articulos fidei, & morum, ac bonorum operum leges. Leo X. constitut. 40. Exsurge.

4. Ecclesia cum Papa sic vel sic sentiente de rebus fidei, hæresis est, dicere contrarium, licet non sit definitum per Concilium. Ibidem.

5. Ecclesia Catholica determinat res fidei.

Palam est, quòd in re dubia ad fidem valeat auctoritas Ecclesiæ Catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis Sedibus Apostolorum, usque ad hodiernam diem succedentium sibimet episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. Dist. 11. cap. Palam est. Concil. Senon. cap. 1. Vide, tit. 1. n. 7. Leo X. constitutione 42. Exsurge.

6. Ecclesia habet potestatem, tradendi delinquentes curiæ seculari, juxta Canones: & doctrina dicens contrarium, est hæretica. Concil. Constantiense contra articulum 14. Joann. Hus. Vide, in Bullario.

7. Ecclesia Catholica habet duos gladios. Vide, Gladius.

8. Ecclesiæ censuræ, non sunt ad inventiones Antichristi. Concil. Constantien. contra art. 19. Joann. Hus. Vide, in Bullario.

9. Ecclesia Catholica habet potestatem mutandi aliqua accidentaliter in Sacramentis, salva substantiâ. Concil. Tridentinum. sess. 21. cap. 1. & Canon. 2.

10. Ecclesia habet potestatem decernendi, non solum res fidei, sed etiam morum. Concil. Senonen. cap. 1. ut supra.

11. Ecclesia Catholica decernere potest, qui libri sunt Canonici, & qui apocryphi.

Obortis igitur de fide dissidiis, frustra Capè Scriptura consultitur, nisi Ecclesiæ certa & infallibilis licentia dirimat auctoritas, quæ Canonicum librum ab Apocrypho, Catholicum sensum ab hæretico, germanum ab adulterino discernat. Concil. Senonen. cap. 4.

12. Ec-

12. Ecclesia potest illegitimare aliquas personas, ne possint contrahere matrimonium, & contrarium dicens, est anathema.

Ecclesia non potuit illegitimare aliquas personas sic, quòd non possint contrahere Matrimonium: Error damnatus, &c. Apud Concil. Senonen. cap. 17. Concil. Trident. sess. 24. Canon. 4.

13. Ecclesia habet potestatem judicandi quemlibet, etiam Reges, Imperatores & alios.

Non enim intendimus judicare de fendo, cujus ad ipsum spectat judicium, nisi fortè Juri communi per speciale privilegium vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum. Sed decernere de peccato, cujus ad nos pertinet, sine dubitatione, censura, quam in quemlibet exercere possumus, & debemus. Non igitur injuriosum sibi debet regia dignitas reputare, si super hoc Apostolico judicio se committat: Cùm Valentinianus inclitus Imperator, suffraganeis Mediolanensis Ecclesiæ dixisse legatur: Talem in Pontificali Sede constitutere procuratoris, cui & nos, qui gubernamus Imperium sincerè, nostra capita submittamus, & ejus monita (cùm tanquam homines deliquerimus) suscipiamus necessarè, velut medicamenta curantis. Nec sic illud humilium omittimus, quod Theodosius statuit Imperator, & Carolus innovavit, de cuius genere Rex ipse noscitur descendisse: Quicumque videlicet litem habens, five petitor fuerit, five reus, five in initio litis, vel decursis temporum curriculum, five cum jam cœperit promi sententia: si judicium elegerit, sacrosanctæ Sedis Antistitis, illicò sine aliqua dubitatione (etiam si pars alia refragetur) ad Episcoporum judicium cum sermone litigantium dirigatur; Cùm enim non humanæ constitutioni, sed Divinæ potius innitatur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus, qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocunq; mortali peccato corripere quemlibet Christianum: & si correctionem contempserit, per districtiorem Ecclesiasticam coercere. Sed forsitan dicetur, quòd aliter cum Regibus, & aliter cum aliis est agendum. Cæterum, scriptum novimus in Lege Divina: Ita magnum judicabis, ut parvum, nec erit apud te acceptio personarum. De iudiciis cap. Novit ille.

Certum est, hoc rebus vestris esse salutare, ut, cum de causis Dei agitur juxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem Sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre. Et Sacrosancta per eorum Præsules potius discere, vel docere, Ecclesiasticam formam sequi, non huic humanitatis sequenda Jura præfigere, neque ejus sanctionibus velle dominari, cujus clementia Deus voluit tuæ piæ devotionis colla submittere, ne, dum mensura cælestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. Dist. 10. cap. Certum est.

Suscipitisne libertatem verbi? Licenter accipitis, quòd Lex Christi sacerdotali subjicit potestati, atque istis tribunalibus subdit; dedit enim & nobis potestatem: dedit & Principatum multò perfectiorem Principatibus vestris. Aut nunquid justum vobis videtur, si cedat Spiritus carni, si à terrenis cælestia superentur, si divinis præferantur humana? Ibidem cap. Suscipitisne.

14. Ecclesia judicat de legitimatione filiorum.

Nos attendentes, quòd ad Regem pertinet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus judicare, ne videamur, juri Regis Anglorum detrudere, qui ipsarum judicium ad se afferit pertinere, F. V. mandamus, quatenus Regi possessionum judicium relinquentes, de causa principali, videlicet, ut, cum mater prædicti R. de legitimo sit matrimonio nata, plenius cognoscatis, & causam hujusmodi terminetis, licet incongruum videatur, ut matrimonium genitricis præfati R. imperetur, quòd eà vivente,

Tomus 11.

non fuit (ut dicitur) impetitur. Qui filii sunt legitimi. cap. Causam qua il. 2.

Mandamus, quatenus causam super quæstione Nativitatis Patris ejusdem R. infra duos menses sublato appellationis obstaculo terminetis. Si verò infra duos menses præfatus H. non poterit probare legitime, quòd objecit ex tunc sæculari Domino, sub cujus judicio de hæreditate causa vertitur, intimetis, ut pro quæstione Nativitatis non dimittat, quin causam super hæreditate audiat, & decidat. Ibidem cap. Lator.

15. Ecclesia potest legitimare filios illegitimos. Vide Legitimatios.

16. Ecclesia judicat de causa civili Laicorum. Qui filii sunt legitimi. Cap. causam qua. il. 2. supra.

17. Ecclesia potuit prohibere, ne non Sacerdotes communicentur in utraque specie. Concil. Trid. Sess. 21. cap. & Canon. 2.

18. Ecclesia non judicat occulta.

Si excessus eorum esset Ecclesiæ manifestus, (quæ non judicat de occultis) penâ essent Canonica puniendi. De Simonia cap. Sicut tuis. Vide Ecclesia Romana. Vide Papa. Vide Romanus Pontifex.

IV. Ecclesiæ potestas super Hæreticos & malos.

1. Ecclesia agere potest contra Hæreticos ob eorum salutem, & quare.

Displicet tibi, quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeris: quid enim volumus, nisi te comprehendi, & præsentari, & servari, ne pereas? - - Quantò magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis, & perducendi ad veritatem, vel cognoscendam, vel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessimè pereatis. 23. q. 4. cap. Displicet.

Restat ergò, ut nihil aliud requirendum esse fateamini, nisi utrum justè, an impie vos separaveritis à communione Orbis terrarum; Nam si hoc inventum fuerit, quòd impie feceritis, non miremini, si non desunt ministri Deo, per quos flagellemini, quia persecutionem patimini non à nobis, sed sicut scriptum est, ab ipsis factis vestris. De persecutione vestra querela sedabitur, si cogitatis & intelligatis prius, non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter diceretur: (detraherentem secretò proximo suo, hunc persequerem.) Nam quotidie videmus, & filium de Patre, tanquam de persecutore suo conqueti, & conjugem de marito, & servum de Domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem vel Provincialem de Duce vel Rege; Cùm illi plerumque ordinatissimâ potestate homines sibi subditos per terrores leviorum poenarum à gravioribus malis prohibeant, atque compescant, plerumque autem à bona vita & à bonis factis minando & sæviendo deterreant; Sed cum à malo & illicito prohibent, correctores & consultores sunt: cum autem à bono & licito, persecutores & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent à malo: si modum peccati modus coercitionis excedat. Ibidem cap. Qui peccat.

Si Ecclesia vera ipsa est, quæ persecutionem patitur, non quæ facit, quarant ab Apostolo, quanta Ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancilla, liberam quippe Matrem nostram, cælestem Hierusalem, id est, veram Dei Ecclesiam in illa muliere dicit fuisse figuratam, quæ affligebat ancillam. - - Deinde quæro, si boni & sancti nemini faciant persecutionem, sed tantummodò patiuntur, cujus putant esse in Psalmo vocem, ubi legitur: (persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non convertar, donec deficiant.) Ergo si verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio injusta, quam faciunt impii Ecclesiæ Christi, & est

Iusta persecutio, quam faciunt impiis Ecclesiae Christianae. Ista itaque beata est, quae persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi sciendo; ista ut corrigat, illi ut evitent; ista ut revocet ab errore, illi ut praecipitent in errorem, &c. *Ibidem cap. Si Ecclesia vera.*

Ubi est, quod isti clamare consueverunt, liberum est credere, vel non credere, cui vim Christus intulit? Quem cogit? Ecce, habent Paulum Apostolum, agnoscent in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui poenam corporis ad Evangelium coactus intravit, pius illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio laboravit, & quem major timor compulit ad charitatem, ejus perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret Ecclesia perditos filios, ut redirent, si perditii filii coegerunt alios, ut perirent? *Ibidem cap. Quis nos.*

2. Ecclesia contra Haereticos petere potest auxilium à Dominis & Regibus terræ.

Non invenitur exemplum in Evangelicis & Apostolicis Literis, aliquid petiti à Regibus terræ pro Ecclesia & contra inimicos Ecclesiae. Quis negat non inveniri? Sed nondum implebatur illa Prophetia: Et nunc Reges intelligite, etudimini, qui iudicatis terram, servite Domino in timore. -- (Temporibus itaque Apostolorum & Martyrum illud implebatur) quod figuratum est, quando Rex memoratus, id est, Nabuchodonosor, pius & iustus coegit adorare simulacrum, & recusantes in flammis mitebat. Nunc autem illud impletur, quod paulò post in eodem Rege figuratum est, cum conversus ad honorandum Deum verum, decrevit in Regno suo, ut, quicumque blasphemaret Deum, Sidrach, Misac, & Abdenago, poenis debitis subiceret. *Ibidem cap. Non invenitur.*

3. Ecclesia iuste persequitur malos.

Quando vult Deus concitare potestates adversus Haereticos, adversus Schismaticos, adversus dissipatores Ecclesiae, adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores Baptismi, non mirentur, quia Deus concitat, ut à Sara verberetur Agar: cognoscat se Agar, & ponat cervicem, quia, cum humiliata discederet à Domina sua, occurrit ei Angelus, & dixit: (quid est Agar ancilla Saræ?) Cum quæstia esset de Domina, quid audivit ab Angelo? (Revertere ad Dominam tuam.) Ad hoc ergo affligitur, ut reveratur; -- Mirantur autem, quia commoventur potestates Christianæ adversus detestandos dissipatores Ecclesiae. Si non ergo moverentur, quomodo redderent rationem de Imperio suo Deo? -- Ecce, quomodo scivit Rex alienigena, ne blasphemaretur Deus Israël, qui potuit tres pueros de igne liberare, & noluit, ut sciviant Reges Christiani, quia Christus exsufflatur, à quo non tres pueri, sed Orbis terrarum cum ipsis Regibus à gehennarum igne liberatur. *Ibidem cap. Quando vult.*

Sicut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriam fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis Ecclesiae ejus omni vivacitate mentis & corporis obviare: quatenus ejus ex utroque triumpho magis ac magis innotescat opinio: & cum forensibus bellis adversariis Catholicæ Ecclesiae pro Christiano populo vehementer obstitit, & Ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis; notum est enim, Haereticæ Religionis viros, si eis, quod abitur, suppeditata nocendi licentia, contra Catholicam Fidem vehementer insurgere, quatenus hæreticos sua venena ad tabefacienda, si valuerint, Christiani corporis membra transfundant. Cognovimus enim, eos contra Catholicam Ecclesiam, Domino eis adversante, colla subrigere, & fidem vel Christiani nominis inclinare, sed Eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum cervices iugo rectitudinis

premat. *Ibidem cap. Sicut excellentiam. Cap. Si Ecclesia. Vide Haeretic. Vide supra.*

V. Ecclesiae Catholicae thesaurus spiritualis.

Ecclesiae thesaurus spiritualis, unde Papa accipit indulgentias, constat ex meritis Christi & Sanctorum. *Leo X. Constit. 40. Exsurge. Vide Indulgentiæ.*

VI. Ecclesiae Catholicae Decreta & Præcepta ab omnibus observanda.

1. Ecclesiae statuti obediendum est.

Si tanta erat Synagoga Majestas, &c. quæ fronte in eam prorupit Haereticus ad audaciam, ut, quidquid Scripturæ non expressum, à sacrosanctis Conciliis & summis E. Pontificibus statutum sit, ausu temerario respuat, & subsannet? &c. Quæ omnia, cum essent priscis olim Patribus persuasivissima, non inveniebatur, qui non ultra iussa capefceret, cum Synagoga Primores jejunium aliquod & dies festos indicerent, vel Apostoli à sanguine suffocato & idololatriis abstinendum. Quin Paulus hominem contentiosum, legem illam de velandis mulieribus non probantem, quod ea forte non inniteretur Scripturæ, Ecclesiastica consuetudine refellendum censuit, quæ contentiones huiusmodi non admittit. Oportet itaque præpositis obedire, & subjacere eis, qui pervigilant, quasi rationem pro animabus nostris reddaturi; qui, si quid instituerint, quamvis huius rei certum de Scripturis non proferatur exemplum, earundem tamen Scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas; cum hoc facimus, quod universæ placuit Ecclesiae, quam ipsi Scripturarum commendat autoritas. In omnibus igitur, in quibus nihil certi definit Scriptura, mos populi Dei & instituta Majorum pro lege habenda sunt; Et sicut prævaricatores Divinarum Legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. *Concil. Senonens. cap. 6. Concil. Colonien. 2. p. 9. cap. 1. Vide Consuetudo. n. 4. Concil. Constantiense contra articulum 14. Joannis Hus. Vide in Bullario.*

Quod si antiquus ille serpens semel atque iterum ictus ad suam ipsius poenam augendam revixerit, & extra Ecclesiam ejectionis, nonnullos, etiamnum fideles suis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggreditur, ad exitum trahere non cessat: vos hanc ejus astutiam velut pestem quandam declinate, & recordamini sedulo, dum Fidei ab Apostolis tradita, tum huius vel maxime, quæ est à sanctis Patribus in Concilio Nicæno scriptis prodita; inque eam gradum firmè desigentes, immobiles persate, & ne post hac sustinet, ut vel Clerici vestri vel Laici inanes sermones quæstionève obscuras audiant, jam enim semel formulam edidimus, ut, qui se Christianum profiteatur, illud teneat, quod ab Apostolis traditum est, quippe Divinus Paulus sic loquitur: Si quis vobis Evangelizaverit, præter id, quod accepistis, anathema sit. *Damasus Ep. 2.*

2. Ecclesiae constitutiones servandæ, velut Dei ordinationes.

De constitutionibus Ecclesiae, quæ ad disciplinam Ecclesiae continentur, ad bonum & decentem ordinem in E. tendum & conservandum, & ad pietatem publicè ac privatim promovendam introductæ sunt: Pastores plebem sibi commissam probè & diligenter instruant, ut discant, eas ab ordinata potestate conditas, velut Dei ordinationes reverenter agnoscere, & gratanter eas obedire: sive hæ constitutiones serventur ex consuetudine, quam Paulus violari non vult: Si quis vult contentiosus esse, inquit, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei: velle tradantur scriptis Canonibus, quales Apostoli Spiritui Sancto tribuere non verentur. Vitium est (inquunt) Spiritui Sancto

& nobis: itaque plebs Christiana Ecclesiae constitutiones nequaquam ut traditiones hominum (quales erant Pharisæorum, ad subversionem Divinæ Legis adinventæ, quibus Deus frustra colitur) aspernentur; sed ut ad pietatem colendam & continentiam in officio plebem utiles libenter amplectantur, nec eas existiment, sine grandi piaculo violari posse; Considerantes, etsi hoc in præceptis Divinis non continetur, quod tales Majorum nostrorum constitutiones jubent, tamen ut Majoribus obediamus, (saltem in iis, quæ Legi Divinæ non adversantur) diserti Juris Divini est. Unde & per occasionem talium constitutionum transgressiones grandis peccati reos faciunt temerarios violatores, maxime dum ex contemptu aut cum scandalo charitatem violant, quarum utrumque per se peccatum mortale operatur. Alioquin Ecclesia constitutiones suas charitati & necessitati libenter submittit. *Concil. Moguntinum 4. cap. 48.*

3. Ecclesiam Catholicam in fide & moribus non sequens, est infideli deterior. *Concil. Senon. cap. 1. Vide tit. 1. n. 7.*

4. Ecclesiae præcepta ab omni viatore, quantumvis perfecto, observanda sunt. *Clement. de Haereticis cap. Ad nostrum. Vide Beguardi. Conc. Trid. sess. 6. cap. 20.*

5. Ecclesiae constitutio cedit necessitati.

Cur verò crimentur hostes E. ejus institutum, non videmus, cum ipsa nulli injiciat laqueum, quod hanc constitutionem aded ligare non velit, ut vel charitati, vel necessitati minimè cedere debeat. Quin imò liberum facit, quolibet tempore quibuslibet vestri, modò id vel charitas, vel necessitas suadeat, adhibito tamen utriusque medici, si præsto sint, aut saltem alterius, nimirum animæ, consilio. *Concil. Colonien. 2. parte 9. cap. 4.*

6. Ecclesiae traditiones tenendæ. *Concil. Treverren. cap. 4. Vide Consuetudo. n. 4. Vide Traditiones.*

7. Ecclesiae ritus ac solemnitates in administratione Sacramentorum non possunt sine peccato omitti. *Concil. Trident. sess. 7. de Sacramentis. Canon. ultimo. Nec possunt mutari ab aliquo, & contrarium dicens est anathema. Vide Ecclesiae Romanae Decreta. Vide Decreta. Vide Statuta. Vide Papa. Vide Romana Ecclesia.*

VII. Ecclesiae Romanae Primatus.

1. Ecclesia Romana à Christo habuit Primatum super omnes Ecclesias, quæ sunt in toto Orbe, & de jure Divino id sibi convenit non solum ex Apostolorum vel Conciliorum Decretis.

In Christo enim habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter. Ut sitis in illo repleti, qui est Caput omnis principatus & potestatis, qui & hanc sanctam Sedem Apostolicam omnium EE. caput esse præcepit, ipso dicente Principi Apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. *Pius Epist. 1. Anacletus Epistola 2. & cap. In novo autem. Distinct. 21. Vide Apostoli n. 6. Idem Anaclet. Ep. 3. & cap. sacrosancta Dist. 22. Vide ibidem.*

Quæ cum suprà reperti fecissem, adverti Sedi Apostolicæ, ad quam relatio, quasi ad Caput Ecclesiarum missa currebat, aliquam fieri injuriam, &c. *Innoc. 1. Ep. 22. in prin.*

Qui ad nostrum referendum approbâstis esse iudicium, scientes, quid Apostolica Sedi (cum omnes hoc loco positi, ipsum sequi desideremus Apostolum) debeant, à quo ipse Episcopatus & tota auctoritas nominis huius emerit. *Idem Ep. 24.*

Ipsi verò primæ Sedis Ecclesiae convocandarum generalium synodorum Jura & Judicia Episcoporum singulari privilegio Evangelicis & Apostolicis atque Canonicis concessa sunt instituta, quia semper majores causæ ad Sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Nec ullo modo potest major à minore judicari. Ipsa namque omnibus major & prælata est Ecclesis, quæ non solummodo Canonum & SS. Patrum Decretis, sed Domini Salvatoris nostri voce singularem obtinuit principatum: (Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo, &c.) *Julius 1. Ep. 1. cap. 1.*

Inter claras sapientiæ ac mansuetudinis vestrae laudes, Christianissime Principum, puriore luce tamquam sydus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edocti, Ecclesiasticis disciplinis Romanæ Sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subjecitis, & ad ejus deductis unitatem, ad cuius auctorem, hoc est, Apostolorum primum, Domino loquente, præceptum est: pascere oves meas; quam esse omnium verè Ecclesiarum caput, & Patrum regulæ, & Principum statuta declarant, & pietatis vestrae reverendissimi testantur affatus. *Joannes II. Ep. 2.*

Et, si cunctis generaliter Sacerdotibus, rectè divina tractantibus fidelium convenit corda submitti: quantum potius Sedis illius Præfulis consensus est adhibendus, quem cunctis Sacerdotibus & Divinitas summa voluit præeminere, & subsequens Ecclesiae generalis jugiter pietas celebravit. *Gelasius 1. Ep. 8.*

Cum enim Decreta venerabilium sanctorum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis compendio fortasse videantur, laxanda credamus: Cumque nobis contra salutarem reverentiam regularum cupiamus temerè nihil licere, & cum Sedes Apostolica superior his omnibus, favente Domino quæ Paternis Canonibus sunt præfixa, pio devotòque studeat tenere proposito, satis indignum est, quemquam vel Pontificum, vel Ordinum subsequentium hanc observantiam refutare, quam B. Petri Sedem & sequi videat, & docere, satiscum conveniens sit, ut totum corpus Ecclesiae in hac sibi met observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus E. totius posuit principatum, dicente Scripturâ: Ordinate in me charitatem. *Id. Ep. 9.*

Orate Fratres, ut honor Ecclesiasticus nostris diebus non evacuetur, nec unquam Romana Sedes, quæ (instituta Domino) caput est omnium Ecclesiarum, privilegiis suis usquam careat, aut expolietur. *Pelagius II. Ep. 8.*

Et Domini nostri Jesu Christi sermo compleatur, quia portæ inferi non prævalent adversus eam; Et rursus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni cælorum, &c. Cujus Sedes in omnium terrarum Orbem primatum tenens resurgit, & caput omnium EE. Dei consistit. Unde idem B. Petrus Apostolus Domini præcepto pascens Ecclesiam, nihil dissolutum dimisit, sed tenuit semper, & retinet principatum, cui si adhærere cupit vestra Sanctitas, & nostræ Apostolicæ Sedis, quæ est caput omnium Ecclesiarum Dei, sacram & orthodoxam formam incorruptè ac incontaminatè ex profundo cordis & sinceritate mentis custodire studet, ut reverè orthodoxa & Dei cultrix consistens. *Adrianus 1. Ep. 2. ad Tharasum. Conc. Nicæ. 2. Act. 2.*

Cujus Sedes, in toto Orbe terrarum primatum fungens, caput omnium Dei Ecclesiarum constituta est. Et quamvis B. Petrus Apostolus per Domini præceptum rexit Ecclesiam, nihilominus subsequens, & tenuit semper, & retinet principatum, quod præceptum universalis Ecclesiae nullam magis oportet exequi sedem, quam primam, quæ & unamquamque Synodum & suâ auctoritate confirmat, & continuatè moderatione custodit. *Adrianus 1. Ep. 1.*

Quoniam eadem Sedes, testante veritatis voce, primatum obtinuit, nec prima diceretur, si aliam super se haberet, quæ etiam caput est omnium EE.

à qua omnes sumptum originem. Primatum enim non synodalibus aut aliquibus commentis meruit instituitis, sed Domino largiente, qui ait: Tu es Petrus, & supra hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & reliqua talia, & his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obviaverit præceptionibus, non exeat impunitus, sed gradus sui periculo subiacebit. *Idem in Decretis. cap. 3.*

Cum Ecclesie Romanæ privilegia Christi ore in B. Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita antiquitus, observata, & à sanctis universalibus Synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia jugiter venerata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari, quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus: & quod Deus statuit, firmum validumque consistit. Illique potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere tentat. Privilegia, inquam, istius Sedis vel Ecclesie perpetua sunt, divinitus radicata atque plantata sunt, impingi possunt, transferri non possunt, trahi possunt, evelli non possunt. Quæ ante Imperium vestrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) hæcenus illibata, manebuntque post vos, & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutata. Ista igitur privilegia huic sanctæ Ecclesie à Christo donata, à synodis non donata, sed jam solummodo celebrata & venerata: per quæ non tam honor, quam onus nobis incumbit, (licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiæ Dei per B. Petrum & in B. Petro sumus adepti) nos cogunt, nosque compellunt, omnium habere sollicitudinem EE. Dei: cui Sancto scilicet Petro addita est societas beatissimi Pauli, Vasis electionis, Magistri veritatis, cui jugiter imminet omnium EE. sollicitudo. *Et infra.* Proinde animadvertendum est, quia non Nicæna, non denique ulla synodus, quodquam Romanæ contulit Ecclesie privilegium, quæ in Petro noverat, eam totius jura potestatis pleniter meruisse, & cunctarum Christi ovium regimen accepisse: sicut beatus Præsul Bonifacius attestatur, universis Episcopis per Thessaliam constituit scribens: Institutio universalis nascentis Ecclesie de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus & summa consistit; ex ejus enim Ecclesiastica disciplina per omnes EE. religionis, jam crescente cultura, fons emanavit. - Quoniam cum secundum Canones, ubi est major autoritas, judicium inferiorum sit deferendum, ad dissolvendum scilicet vel ad roborandum: Patet profecto S. A. cujus autoritate major non est, judicium à nomine fore retractandum, neque cuiquam de ejus liceat judicare iudicio; si quidem ad illam de qualibet Mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permittitur. - Et si cunctis generaliter Sacerdotibus, Divina tractantibus, fidelium convenit corda submitti, quanto potius Sedis illius Pontifici consensus est adhibendus, quem cunctæ Ecclesie generalis jugiter pietas celebravit. *Nicolaus I. Ep. 8.*

Scitis, Fratres charissimi, firmamentum à Deo fixum & immobile, atque titulum lucidissimum suorum Sacerdotum, id est, omnium Episcoporum A. S. esse constitutum & verticem EE. Tu es enim (sicut Divinum pronuntiat Verbum veraciter) Petrus, & super firmamentum tuum Ecclesie columna, qui Episcopi intelliguntur, confirmatae sunt; Et tibi claves Regni cælorum commisi, atque ligare & solvere potestatem, quæ in cælis sunt, & quæ in terris, promulgavi. *Damasus Ep. 4.*

Nos, quibus secundum Apostolum omnium EE. sollicitudo incumbit, controversam aliquam in E. Dei amplius remanere nolentes: hunc ipsum Patriarcham cum omnibus, sive Episcopis, sive Presbyteris, sive cæteris Clericis - ab omni Ecclesiastica functionis vinculo absolvimus, sanctæque Constantinopolitane Ecclesie judicamus recipere sedem, Dominicique gregis esse pastorem, illa scilicet potestate fulti, quam E. roto Orbe diffusa, credit nobis in ipso Apostolorum Principe, à Christo

Deo nostro, esse concessam, eodem Salvatore B. Petro A. præ cæteris specialiter delegante: Tibi dabo claves Regni cælorum, & quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Sicut enim ex his verbis nihil constat exceptum: sic per Apostolicæ dispensationis officium & totum possumus procul dubio generaliter aligare, & totum consequenter absolovere. *Joann. VIII. Ep. 199.*

Sollicitudo Clementiæ vestra, Spiritu Dei incitata, demonstrat: quæ in Catholica E. misericordem per autoritatem & judicium Sedis Apostolicæ, quæ Christo Domino delegante, totius Ecclesie retinet principatum, nihil impacatum, nihil voluit esse diversum. *Idem Ep. 251.*

Siquidem ab Apostolica tua Sede nostram A. S. consulendo, perpendimus, tuam dilectionem nolle deviare à Dominico, & omnium SS. PP. concordia decreto, quo inviolabiliter cunctis in toto Orbe terrarum EE. S. R. & A. Sedes caput præponitur, ad quam majores & difficiliore cause omnium EE. definiendæ referantur. *Leo IX. Ep. 5.*

Unde Fides Catholica in universum Orbem, cujus primatus Romanæ Sedi ex divi Petri Apostoli prærogativa jure tribuitur, derivata sit. *Concil. Augustanum. cap. 1.*

Satis enim indignum est, quemquam vel Pontificum, vel Ordinum subsequendum hanc regulam refutare, quam B. Petri Sedem & sequi videat, & docere. Multum enim convenit, ut totum corpus Ecclesie in hac sibi met observatione concordet, quæ inde autoritatem habet, ubi Dominus Ecclesie totius posuit principatum. *Dist. 21. cap. Nolite.*

Nemini est de Sedis Apostolicæ iudicio judicare, aut illius sententiam retractare, permittitur, videlicet propter Romanæ Ecclesie primatum, Christi munere in B. Petro Apostolo divinitus collatum. *17. q. 4. cap. Nemini.*

Quamvis universæ per Orbem Catholicæ E. unus thalamus Christi sint; Sancta tamen Romana Catholica & Apostolica Ecclesia nullis synodice constituitis, cæteris EE. prælata est, sed Evangelicæ voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit. (Tu es Petrus, inquit, & supra hanc petram, &c. Et tibi dabo claves, &c.) *Dist. 21. cap. Quamvis.*

Omnes, sive Patriarchii cuiuslibet apices, sive Metropoleon Primatus, aut Episcoporum Cathedras, vel EE. cuiuslibet Ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ille fundavit, & super petram Fidei mox nascentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ terreni simul & cælestis Imperii jura commisit. *Nicol. I. in Decretis tit. de Rom. Ecclesia cap. 1. Et Dist. 22. cap. Omnes.*

Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud Verbum, per quod constructum est cælum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam. Illius certè privilegio fungitur, illius autoritate fulcitur. Unde non dubium, quin quilibet Ecclesie jus suum detrahit, injustitiam facit. Qui autem R. E. privilegium ab ipso summo omnium EE. cap. traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæreticum labitur, & cum ille vocetur injustus, hic est procul dubio dicendus Hæreticus; fidem quippè violat, qui adversus illam agit, quæ mater est fidei, & ille contumax invenitur, qui eam cunctis EE. prætulisse cognoscitur. Unde & ipse sanctus Ambrosius se in omnibus sequi Magistræ sanctam Romanam profiteretur Ecclesiam. *Dist. 22. cap. Omnes. Et cap. Sacrosanctæ. Vide Apostolum. num. 6. De electione cap. Significasti. Vide Concilia. tit. 5. n. 4.*

Cum enim jure communi omnes EE. per Orbem diffusæ ad Romanam Ecclesiam pertineant, si id, &c. *De Privilegiis. in 6. cap. Si Papa.*

1. Ecclesie Romanæ primatum nihil officit absentia Imperatoris. *Gelasius constit. unica. valde mirati. §. 26.*

3. Ec-

3. Ecclesie Romanæ primatum negans, est hæreticus. *Dist. 22. cap. omnes. Vide, uti supra.*

4. Est de necessitate salutis, credere, quod Romanus Pontifex, & Ecclesia, sit super omnes alias. *Concil. Constantiense, contra articulum 41. Joann. Wigles. Vide, in Bullario. Vide, Papa. Vide, Prima Sedes. Vide, Sedes. Vide, Romana Ecclesia.*

VIII. Ecclesie Romanæ prærogativa.

1. Ecclesia Romana à Christo fundata est.

Propter quod & vos Apostolicæ autoritate communiti, atque constricti, matrem vestram sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam debitâ fide & obedientiâ imitami, & ab ejus, id est, iniqui Regis obsequio, atque communionem, penitus separantes, &c. *Greg. VII. lib. 2. ep. 51.*

Quod Romana Ecclesia à solo Domino sit fundata. *Ibidem post ep. 55. Anacletus ep. 2. & dist. 22. cap. omnes. Vide, uti supra num. 1.*

2. Ecclesia Romana à Deo dotata est Sacerdotio S. Petri.

Benedictus Dominus Deus noster, qui per misericordiam suam Ecclesiam Romanam beati Petri Apostolorum Principis Sacerdotio ditavit. *Eusebius ep. 3.*

3. Ecclesia Romana est apex omnis Episcopatus.

Verum, de cæteris atque majoribus negotiis Ecclesiasticis exequendis, ad apicem Episcopatus, id est, ad magni Petri Sedem debere vos referre, cognoscitis. *Nicolaus I. ep. 32. Damasus ep. 4. Vide, uti præcedenti. n. 1.*

4. De Ecclesia Romana S. Petri, universalis Ecclesia habuit principium. *Nicolaus I. ep. 8. Vide, tit. 7. n. 1.*

5. Ecclesia Romana sola dicitur, & est Apostolica; quia licet S. Petrus tres habuerit Ecclesias, in Romana tamen mortuus est.

Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen Principatu, sola A. A. Principis Sedes, in autoritate convalluit, quæ in tribus locis unius est. Ipse enim sublimavit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est; ipse decoravit sedem, in qua Evangelicam discipulum misit; ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quamvis discessurus, sedit. *Dist. 21. cap. Cleros.*

6. Episcopatus omnes ab Ecclesia Romana sunt instituti. *Nicolaus I. in Decretis Romanæ Ecclesie. cap. 1. Dist. 22. cap. 1. Omnes. Vide, uti præcedenti. n. 1.*

7. Ecclesia Romana consecrata est sanguine Sanctorum Petri & Pauli.

Sacro-sancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino nostro Salvatore primatum obtinuit, & eminentiam potestatis, supra universas EE. ac totum Christiani populi gregem affecta est; sicut ipse B. Petro A. dixit: Tu es Petrus, & supra hanc petram, & quodcunque solveris, &c. Adhibita est etiam societas in eadem Romana Urbe B. A. Pauli, vasis electionis, qui unò die, unòque tempore, gloriosâ morte cum Petro, sub Principe Nerone agonizans coronatus est. Et ambo S. E. R. consecraverunt, aliisque omnibus Urbibus in universo mundo suâ præsentia, atque venerandò triumpho prætulērunt. *Anacletus ep. 3. cap. 3. Dist. 22. cap. Sacrosanctæ.*

8. Ecclesia Romana est Mater omnium Ecclesiarum.

Non decet à capite membra discedere. Sed juxta Sacræ Scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli verò dubium est, quod Apostolica

E. Mater est omnium EE. à cujus vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut Dei Filius venit, facere voluntatem Patris, sic & vos voluntatem vestræ impleatis Matris; quæ est Ecclesia; cujus Caput, ut prædictum est, Romana existit Ecclesia. Quidquid ergo sine discretione justitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi, ratio nulla permittit. *Dist. 12. cap. non decet. & Calixtus I. q. 1. Joann. VIII. ep. 199. Vide, uti præcedenti n. 1.*

9. Ecclesia Romana est Mater Græcæ Ecclesie. *De Baptismo. cap. finali. Vide, Baptismus. tit. 5. n. 9.*

10. Ecclesia Romana est Magistra omnium Ecclesiarum.

Hæc Sancta & Apostolica Mater omnium EE. Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec ab hæreticis novitatibus depravanda succubuit, &c. *Felix I. ep. 3.*

Certum est, quia promissæ vos Beatitudinis gratia subsequatur, quando à vobis cælestium perfectio doctrinarum, tam votivâ sciscitatione perquiratur. Scriptum est enim: (Beati qui persecutantur testimonio ejus, & in toto corde exquirunt eum.) Hoc ergo, frater charissime, propositum tuæ consultationis totâ mente tractantes, de re quoque provenire confidimus, qui regulam Catholicæ fidei istdem studeat tenere vestigiis, quibus eam in A. S. cognoscis esse fundatam. *Cajus ep. Decret.*

Verumtamen probasti, dilectissime Frater, quo Christianam fidem veneratis affectu, dum ea, quæ ad regulas Patrum pertinent, & ad mandata Catholica, sine aliqua cupis transgressione servare, & speratâ erraticâ, & nocivâ doctrinâ, Catholica & Apostolica tenere præcepta, & rectæ fidei regulas docere, atque servare. Hæc, Frater charissime, & alia, quæ Patrum regulis continentur, in labiis & cordibus nostris indivisâ retractatione meditatur. - Quoniam si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur à vitiis, dum impensa cura divino operi, humano locum non relinquit errori. Quod licet, quæ prædicta sunt, validis tenentur fixa radicibus: nec à paterna traditione receditur, & constanter questionibus obviatur, ac pravorum intentio cassatur, bonorumque fides & constantia roboratur. *Marcellinus ep. 1.*

Hæc utique prænoscentes periculosa tempora, illi qui ante nos fuerunt, providam in EE. consuetudinem tradiderunt, hodiernæ in Romana E. quæ Magistra est omnium EE. imprætermissa servatur, &c. *Dist. 21. cap. Denique. & Nicolaus I. in Decret. De Consuetudine cap. 3.*

11. Ecclesia Romana fundavit omnes Patriarchatus. *Dist. 22. cap. Omnes. Vide, uti præcedenti n. 1.*

12. Ecclesie Romanæ subdita est Constantinopolitana. *Dist. 22. cap. de Constantinopolitana. Vide, Constantinopolitana. n. 5.*

13. Ecclesie Romanæ subditæ sunt omnes alie, etiam Patriarchales.

Rogamus vos Fratres, ut non aliud doceatis, neque sentiat, quam quod à B. Petro A. & reliquis A. A. & Patribus accepistis. Ab illo enim primò instructi estis. Ideo non oportet vos proprium derelinquere Patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesie, cui ait Dominus: (Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam.) Eius enim Sedes primitus apud vos fuit, quæ postea, jubente Domino, Romam translata est: cui (admirante gratiâ divinâ) hodiernâ præsedemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet, ad quam cuncta majora Ecclesiastica negotia, Divinâ disponente gratiâ, iusta sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur, à qua sumpsere principia; si verò vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessat

Hæc sancta & Apostolica Mater omnium EE. Christi Ecclesia, quæ per Omnipotentis Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur. Nec hæreticorum novitatibus depravanda succubuit, sed ut in Exordio normam fidei Christianæ percepit, ab authoribus suis Apostolorum Christi Principibus illibata, finetenus manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui Discipulorum suorum Principi, in suis fatuus est Evangelis: Petre, inquit, ecce Sathan expetivit, ut cribraret vos, sicut qui crebrat triticum. Et tu aliquando conversus, confirma Fratres tuos. *Marcus Papa ep. ad Episcopos Egypti. Lib. 3. in Concilio Nicæno I. Et Lucius I. in ep. Decret. 24. q. 1. cap. Arecta. Vide, Iustus nu. ult. Calixtus I. ep. 1. Idem ac caput non decet. Dist. 12. ut in præcedenti tit. n. 8.*

Prima enim salus est, rectæ fidei regulas custodire, & à constitutis Patrum nullatenus deviare, nec potest D. N. J. C. prætermitti sententia, dicentis: (Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam) & hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolica, extra maculam semper est Catholica servata Religio. *Eusebius Ep. 3. Et possemus quidem totius causæ rationem, ad sedandos rumores hominum, divinâ nobis cooperante misericordiâ, fiducialiter explicare, nihilque contra fidem PP. contrâque quatuor Synodorum firmitatem nullatenus esse tentandum, lucidissimis approbationibus demonstrare, magisque id actum, ut memoratarum Synodorum firmitas, contra omnes inimicos immobili soliditate consisteret. -- De Sanctis verò quatuor Conciliis, id est, Nicæno 318. Constantinopolitano 150. Ephesino primo 200. sed & de Calcedonenſi 630. Ita me protegente divinâ misericordiâ sensisse, & usque ad terminum vitæ meæ sentire, totò animò, & totâ virtute profiteor, ut eas in sanctæ fidei defensione, & damnationibus hæresum, atque hæreticorum, utpote sanctò firmitas Spiritu, omnimodâ devotione custodiam. Quorum firmitatem, quia universalis Ecclesiæ firmitas est, ita me tueri ac defendere profiteor, sicut eas decessores meos defendisse, non dubium est. *Pelagius I. ep. 14.**

Cujus (id est Petri) adnente præfidiò, hæc Apostolica ejus E. nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est, cujus auctoritatem, utpote AA. omnium Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, & universales Synodi, fideliter amplectentes, in cunctis secutæ sunt, omnesque venerabiles Patres Apostolicam ejus doctrinam amplexi, per quam & probatissima Ecclesiæ Christi luminaria claruerunt, & sancti quidem Doctores Orthodoxi venerati atque secuti sunt; hæretici autem falsis criminationibus, ac derogationum odiis infecuti. *Agatho in epistola ad Imperatorem in Concilio 6. gener. alt. 4.*

Initium quippè æternæ beatitudinis obtinendæ, rectæ Apostolicæ prædicationis est regula: quam etſi labefactere olim quidam moliti sunt, hæreticos in Ecclesiam Christi intrmittere enitentes errores, sed Evangelica Veritas vincit, pro ejus subtilitate & immutabilitate servanda, diversas afflictionum insidias, hæc Apostolica Christi E. sustinuit semper, & sustinet, & supernâ gratiâ suffragante illæsa persistit. *Leo II. epist. 5.*

Verum nos in his non sumus sufficientes, sed sufficientia nostra ex Deo est; & B. Petrus, qui in Sede sua vivit & præſidet, dat quærentibus fidei veritatem. Nam & S. R. E. semper sine macula fuit, & sine ruga, nimirum quia ille hanc instituit, cujus fidei confessio divinitus existit approbata. *Nicolaus I. ad consulta Bulg. ororum. cap. 106. Pelagius II. epist. 5. Vide, præcedenti tit. n. 20.*

Hoc est, quod Sedes Apostolica magnopere cavet, ut quia mundo radix est, Apostoli gloriosa confessio, nullâ timâ pravitatis, nullâ prorsus contagione maculetur; nam si (quod Deus avertat, quod fieri non posse confidimus) tale aliquid proveniret, unde cui-

quam resistere audeamus errori? Vel unde correctionem errantibus posceremus? *Gelasius ep. 8.*

Hæc est Fides, Papa Beatissime, quam in E. Catholica didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus: in qua, si minus peritè aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri & Fidem, & Sedem tenes: sin autem hæc nostra confessio Apostolatûs tui iudiciò comprobatur, quicunque me culpæ voluerit imperitum, vel malevolum, vel etiam non Catholicum, non me hæreticum comprobabit. Sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Dominò providente, & B. Petrò Apostolò opem ferente in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione, firma & immobilis, omni tempore persistet. *24. q. 1. cap. Hæc est Fides.*

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præfide, cujus à Domino Jesu Christo est confessio glorificata, & cujus fides nullam hæresim unquam fovit, sed omnes quidem hæreses destruit. Intelligi autem, mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. *Ibidem cap. Memor sum.*

In Sede Apostolica extra maculam, semper est Catholica servata religio. *Ibidem cap. In Sede.*

Si Petrus volens percussit aurem, docuit, quòd aurem habere in specie non deberent, quam in ministerio non haberet. Sed bonus Dominus, & ipsi refundit auditum, secundum prophetica dicta demonstrans, & ipsos, si convertantur, posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt, eò quòd omne peccatum fidei mysteriis ablatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est, qui accepit claves Regni cælorum; ille enim eundem condemnat, qui & absolvit, quoniam ligandi & solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit aurem malè audientis, tollit autem gladiò spirituali aurem interiorè malè intelligentis. *Ibidem cap. Si Petrus, & cap. Rogamus. Vide, tit. præcedenti n. 13.*

Quòd Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum, Scripturâ testante, errabit. *Gregorius VII. Lib. 2. post epist. 55.*

2. Ecclesiæ Romanæ Fides nunquam defecit, neque deficiet.

Profectò si (juxta promissum Salvatoris) nunquam deficiet fides Ecclesiæ, &c. *De verborum significat. in 6. cap. Exijt.*

3. Ecclesiæ Romanæ Fides, non potest ad Concilia provocari.

Nec illò modo ambigi potest, quid de his decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi Sacerdotis effusum, & concremati corporis cinerem in contumeliam aëris cælique dispersum, audent sibi ipsi pervasæ dignitatis expetere, & Apostolicæ doctrinæ inviolabilem fidem ad Concilia provocare. *Leo Magnus in ep. ad Leonem Imperatorem.*

Credimus autem, quòd jam vos non lateat, nunquam Apostolicam B. Petri Sedem ab aliis Sedibus repræhensam, cum ipsa alias omnes, & præcipuè Constantinopolitanam sapissime repræhensens, aut ab errore liberaretur, aut certè in his, qui respicere noluerunt, sententiæ suæ iudiciò condemnaverit. *Joannes VIII. ep. 75.*

X. Ecclesia Romana circa Fidem docendam, & circa Quæstiones Fidei pro toto Orbe.

1. Romana Ecclesia est regula Fidei in toto mundo. Est regula Fidei inconcussa.

Prima salus est, regulam rectæ Fidei custodire, & à constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest D. N. J. C. prætermitti sententia, dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. -- Hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in S. A. immaculata est semper

servata Religio. Ab hac ergo spe & fide separati minime cupientes, & Patrum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreticos, præcipuè Nestorium hæreticum, qui, &c. *Hormisdas post ep. 9. ad Joannem Episcopum. Leo II. ep. 5. Vide, tit. præcedenti n. 1.*

Ex quibus pietas vestra meliùs poterit æstimare, si quomodo tam aperta & synodalia S. A. licet infringere constituta, cum sententia clamet Apostoli: Si tamen quæ destruxi, ea iterum reedifico, prævaricatore me ipse constituo. -- Si igitur hi, de quibus indicastis ad fidem rectam legitime venire festinant, nostræ fidei regulas sequi non abnuant, dicente Dominò: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & sequatur me. *Agapitus ep. 4. Vigilus ep. 5. & 7. supra n. 24.*

Ipsius etiam gratiâ vobis revelante, ad Sedem B. Petri AA. Principis, quæ caput & magistra omnium EE. Dei existit, & à qua omnes Reges & Principes verbum veritatis acceperunt, Legatos vestros -- prædecessoris nostri, Domini Nicolai B. mi Præfusi tempore, direxistis, ut & vos inde doctrinam Ecclesiasticam, atque Canonica instituta reciperetis, ubi totius Ecclesiæ Christi posuit principatum. *Joannes VIII. ep. 189.*

Admonentes fraternitatem vestram, ut more præcessorum vestrorum, ad Sedem B. Petri Apostoli, quæ caput & magistra est omnium EE. Dei, & ad nos, qui ei divinitus præſidemus, totò animò libentique voluntate reverti studeatis; quatenus inde summi honorem Sacerdotii, & totius institutionis Ecclesiasticæ formam sumatis, unde parentes ac prædecessores vestros melliflua sanctæ prædicationis & doctrinæ Apostolicæ potasce fluentia recolitis. *Idem ep. 190.*

Præteritis nominatim replicare, non aginta & eò amplius hæreses ab Orientis partibus, vel ab ipsis Græcis diversò tempore, ex diverso errore, ad corruptendam virginitatem Catholicæ Ecclesiæ Matris emergentes: dicendum videtur ex parte, quantum Constantinopolitana Ecclesia per Præfules suos suscitaverit pestes, quas viriliter expugnavit, protulit, & suffocavit Romana & Apostolica Sedes. *Leo IX. ep. 1. cap. 8.*

De reliquo, quia cognovimus Ecclesiam vestram azyrna sacrificare, & ob hoc à Græcis dumtaxat imperitis, quasi de hæreticis reprehendi: Volumus vos de temeraria garrulitate illorum multum mirari, sed nec ab instituto desistere, scientes, eorum procacitatem, non modò vobis hanc velut calumniam objicere, verum etiam simili de causa, graviori verò injuriâ huicque contra sanctam Romanam Ecclesiam insurgere; quæ per Beatum Petrum, quasi quodam privilegio, ab ipsis fidei primordiis, à sanctis Patribus omnium Mater EE. adstruitur, & ita usque in finem semper habebitur: in qua nullus unquam hæreticus præfuisse dignoscitur, nec unquam præficiendum, præsertim Dominò promittente, confidimus. Air enim Dominus Jesus: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua. *Gregorius VII. lib. 8. ep. 1.*

Dignum est, & à ratione non discordat, quòd ea, quæ inter se dubietatis scrupulum videntur continere, ad Apostolicæ Sedis iudicium referantur, ut inde Christi fideles, in dubiis certitudinem se gaudeant invenire, unde noscuntur, magisterium fidei suscepisse. *Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. de Sponsalibus, & c. Secundo. cap. 7.*

Quando vera in Jesum Christum Fides fundamentum est, & petra illa, de qua Salvator noster dixit, super eam ædificandam esse E. suam, adversus quam inferorum portæ nunquam prevalitura essent, (prævalerent autem, si Ecclesia errare perniciosè posset, aut docere noxia) fateri oportet, E. in fide & veritate radicatum & fundatum, errare non posse; nam & in consensu est, testantibus nimirum sancta Ecclesiæ Patribus, ac re ipsa clamante, Christi AA. Petrum & Paulum, Dei Sanctum Evangelium in sanguine quoque ipsorum signatum, Romanæ Ecclesiæ reliquisse, atque in illius fidem EE. omnes, quæ ubique sunt fideles, in toto Orbe terrarum religiose conspi-

Tomus II.

râsse, atque Societate Sacramenti confederatas, & conjunctas esse. *Conc. Trevirensè 2. cap. 1.*

2. Ecclesia Romana non potest errare in docenda fide. *Marcus Papa ep. ad S. Athanas. & Episcopos Egypti. Gelasius ep. 8. de verborum significat. in 6. cap. Exijt. Vide, tit. præcedenti n. 1.*

3. Ecclesia Romana semper destruxit errores contra fidem Catholicam. *Calixtus I. ep. 1. Vide, tit. 8. n. 8.*

4. Ecclesia Romana debet omnes alias docere Fidem.

Si quid ignorantes discere cupiamus, qualiter ab Orthodoxis Patribus & senioribus, singula quæque, vel vitanda præcepta sunt, vel aptanda Catholicæ veritati, cur non his probantur esse Decreta? Nunquid, aut sapientiores illis sumus, aut poterimus firmâ stabilitate constare? Si ea, quæ ab illis constituta sunt, subtrahamus, an fortasè neciis, hæc hæresum, de qua loquimur, & ab Apostolica dudum Sede per b. m. Innocentium, ac deinde Zosimum, Bonifacium, Cælestinum, Sixtum, Leonem, continuis & inextinguibilibus sententiis fuisse prostratam, nec tantum Ecclesiæ Catholicæ legibus, sed Principum quoque Romanorum, eò tenore damnatam. -- Ecce quorumlibet aures Catholicam audire doctrinam, quæstiones accipere, tractare tendiculas, & blasphemias patienter admittere: O si studeant adversus eos majorum nostrorum libros! responsaque cognoscere, illic modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod & ab istis fuerit ventilatum, & ab illis magnificâ veritate contritum: sicque de cunctis eorum nequitis refutandis, fideles quique redderentur instructi, ut nihil amplius quæreretur. Sed si forsitan in eruditos animos quadam de eorum sensibus proposta commoveruat, ita venerabilium Patrum doctrinis, & omnis eorum publicatur infamia, & quibus remediis curetur, ostenditur. *Gelasius ep. 5. Gregorius VII. Lib. 8. ep. 1. supra n. 1.*

5. Ecclesia Romana solvit dubia & quæstiones fidei, ac doctrinæ.

Semper enim dubia & majora negotia terminantur ab hac S. Sede, à tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueverunt. *Felix I. ep. 3.*

Quæcunque difficiles quæstiones per singulas provincias exortæ fuerint, semper ad Sedem Apostolicam referantur. *Cajus ep. 1. Cau. 22. q. 1. cap. Rogamus. Ex Marcello I. ep. 1. Vide, tit. 8. n. 13.*

Cupis enim, Venerabilis Imperator, ut tuæ pietatis Epistolam, de fidei vestræ expositione nuper ad b. m. prædecessorem nostrum Joannem, Romanæ Sedis Antistitem, per Hypatium atque Demetrium Episcopos destinatam, & à præfato Præfule roboratam, nostrâ quoque auctoritate firmamus, laudamus, amplectimur: non quia laicis auctoritatem prædicationis admittimus, sed quia studium fidei vestræ, PP. nostrorum regulis judicium, conveniens, confirmamus, atque roboramus. *Agapitus ep. 1.*

Nec licuit alicui aliquando, nec licebit, particularem Synodum congregare: sed quoties aliqua de universalis synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt rationem, aut spondè ii, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam Sedem pro recipienda ratione conveniant: aut si fortè, (sicut de talibus scriptum est, Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit) ita obstinati & contumaces extiterint, ut doceri non velint, eos ab eisdem Apostolicis Sedibus, ut attrahi ad salutem, quoquo modo necessè est, aut (nè aliorum perditio esse possint) secundum Canones, per sæculares comprimere potestates. *Pelagius I. ep. 5. & Dist. 17. cap. Nec licuit.*

Majores verò & difficiles quæstiones, ut sancta synodus statuit, & beata conductio exigit, ad Sedem

B

Apo-

Apostolicam semper referantur. *Pelagius II. ep. 8. Circa finem.*

6. Ecclesia Romana sola potest definire causas Fidei.

Quoties Fidei ratio ventilatur, arbitror omnes Fratres & Cœpiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris auctorem, referre debere (Veluti nunc retulit vestra dilectio) quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse. *24. q. 1. Cap. Quoties fidei.*

7. Ecclesia Romana declarat dubia fidei, & alia quæ ex Conciliis nascuntur. *Dist. 17. cap. Nec licuit. Vide supra. & cap. Multis. Vide, Causa. tit. 4. n. 3.*

8. Ecclesia Romanæ Fides ab omnibus tenenda est, & non alia.

Quod autem -- in recta fide dubitetis; monemus dilectionem vestram; ut sic teneatis, sic credatis, sicut sancta Romana Ecclesia ab ipso Apostolorum Principe didicit; tenuit, & usque in finem sæculi tenebit, atque per totum mundum quotidie sanctæ fidei verba rectæque prædicationis semina mittit, & sicut antecessores nostros sanctos, videlicet Sedis Apostolicæ Præsules, parentes nostros, ab initio docuisse cognoscitis. Si autem aliquis vobis, vel Episcopus vester, vel quilibet Sacerdos aliter annunciare, aut prædicare præsumperit, zelò Dei accens, omnes, unò animò, unaque voluntate doctrinam falsam abjicite, stantes, & tenentes traditionem S. A. *Joann. VIII. ep. 194.*

Non enim à corde nostro debet excidere, quod qui A. S. obedire contemnit, scelus idololatriæ incurrit, & quod beatus Gregorius, Doctor sanctus & humillimus, Reges decrevit à suis dignitatibus cadere, & participatione corporis, & sanguinis D. N. J. C. catere, si præsumerent A. S. decreta contemnerent. *Gregorius VII. Lib. 4. ep. 24.*

Illud etiam ad Romanæ libertatis munus confirmandum, subjungentes adjicimus, ut si aliquid tempore Constantiensis E. præsidens, ab A. S. discordaverit: eique inobediens fuerit, quod confirmante Samuele peccatum ariolandi & idololatriæ scelus est, dicente quoque B. Ambrosio: hereticum esse constar, qui R. E. non concordat, &c. *Idem Lib. 7. ep. 24.*

Qui nimirum Robertus Simonis Magi imitator factus, quantâ potuit malignitatis astutia adversus A. Petri auctoritatem non timuit insurgere, & centum millia hominum, qui laboris nostri diligentia ad viam veritatis redire cœperant, per suggestionem suam in pristinum errorem reducere. *Idem Lib. 8. ep. 2. Concil. Treveren. 2. cap. 1. supra n. 1.*

XI. Ecclesiæ Romanæ Fides tenenda pro salute.

1. Ecclesiæ Romanæ Fidem non sequens, non est in Ecclesia.

Qui Cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse non confidat. *Dist. 93. cap. Qui Cathedram.*

2. Ecclesiæ Romanæ Fidem non sequens, non habet Spiritum S.

Sed exordium ab unitate proficitur: ut E. una monstretur, quam unam E. etiam in Cantico-Canticorum Spiritus S. ex persona Domini designat, & dicit: (una est columba mea, perfecta mea, una est Matri suæ, electa Genitrici suæ) hanc E. unitatem, qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiæ renittitur, & resistit, in Ecclesia se esse confidit? Quando & B. Apostolus Paulus hoc idem doceat, & Sacramentum unitatis ostendat, dicens: (Unum Corpus & unus Spiritus, una spes vocationis vestræ. Unus Dominus, una Fides, una Baptisma, unus Deus.) *24. q. 1. cap. Loquuta (cujus principium habes sub verbo Apostolus n. 6.) cap. Alienus est. Vide, sub tit. 2. n. 7.*

Lucifer enim, te à nostra communione tunc temporis diviserat, & quamquam pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes, non putavit tamen

fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenebant, cujus patiebantur velut quosdam artus dividi, & membra lacerari. Etenim cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & corpus Christi Ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo Fides, à quibus evacuatur passio ejus, corpûsque distrahitur. *Idem cap. Advocavit.*

3. Credere, quod Romana Ecclesia & Pontifex sit supra omnes fideles & Ecclesias, est de necessitate salutis.

Porro subesse Romano Pontifici, omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus, & pronunciamus, omnino esse de necessitate salutis. *Extra. de majoritate & obedientia. cap. 1. Concil. Constantiense. contra articulum 1. Joann. Wigleff. Vide, in Bullario.*

4. Ecclesiæ Romanæ Fidem relinquens, est schismaticus.

Itaque cum ad nos, per Episcoporum successione perpetuò continuatam, ea fides pervenerit, non dubitamus, hanc unam eandemque esse, atque ad eam veram Fidem, quæ ab Apostolis ipsis in veritate est tradita, & usque nunc religiose semper custodita, & in Catholica Ecclesia semper conservata. Nihil proinde aliud credendum, tenendum, aut docendum est; nisi quod S. R. tenet & docet Ecclesia, omnium consentientium E. Mater & Magistra. Eim vero, qui à fide Catholica & R. E. recedit, necesse est, à veritate & capite deficere. *Concil. Treveren. 2. cap. 1. cujus præcedentia Vide, tit. præcedenti n. 8. Pelagius ep. 13. Vide, tit. 1. n. 14.*

5. Ecclesia Romana cum Papa aliquid tenente de Fide, hæresis est, dicere contrarium, licet non sit definitum per Concilium. *Leo X. Constit. 40. Exurge.*

6. Ecclesiæ Romanæ Fidem non sequens, non est Catholicus.

Et sicut nostra est terrena imperialis potentia: ita ejus Sacro - sanctam Romanam Ecclesiam decrevimus veneranter honorare, & amplius, quam nostrum imperium, terrenumque thronum, Sedem sacratissimam B. Petri gloriosè exaltare; tribuentes ei potestatem & gloriæ dignitatem, atque vigorem & honorificentiam imperialem, atque decernentes sancimus, ut principatum teneat, tam super quatuor Sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolimitanam, ac Constantinopolitanam, quam etiam super omnes in universo Orbe terrarum Dei E. Et Pontifex, qui pro tempore ipsius Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ existit, celsior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi existat, & ejus ejus judicis, quæque ad cultum Dei vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *Leo IX. ep. 1. cap. 13.*

Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ ecclesiæ. *Gregorius VII. Lib. 2. post ep. 55.*

7. Idololatriæ scelus committit. *Greg. VII. Lib. 4. ep. 24. & lib. 7. ep. 24. Vide, præcedenti tit. n. 8.*

XII. Ecclesiæ Romanæ privilegia.

1. Ecclesiæ Romanæ privilegia non à Conciliis, vel ab alio, sed à Deo ei data sunt, & venerata à Conciliis. Et ideo à nullo possunt convelli. Sunt Statuta Christi.

Cum etiam nullus à vestro judicio provocasset, privilegia tamen A. S. vos oblivioni tradere nullatenus debuissetis, quibus venerandi Canones judicia totius Ecclesiæ ad hanc deferri jubent, & ab illa, sicut Gelasius meminit, nusquam appellare sanxerunt. *Nicolaus I. ep. 41. Circa medium. Et 2. q. 6. cap. Arguta. idem ep. 8. V. tit. 7. n. 1.*

Aut legite SS. Canones, & synodalia gesta revolvite, & videte, quod Sedi Apostolicæ non solum

quos-

quoslibet Metropolitanos, quorum causa eidem est Sedi semper servanda, verum etiam Patriarchas moris fuisse pro emergentium qualitate, damnasse, vel etiam absoluisse, jusque semper, & fas habuisse, de omnibus Sacerdotibus judicare, ut potest cui facultas est, in tota Christi Ecclesia leges speciali prerogativa ponere, ac Decreta statuere, atque sententias promulgare. Quod vestra reverentia non nos existimet, quia nostra dicimus in hoc quidquam præter veritatem dicere, cum Dei potius quam nostra sint, B. Petri meritis Romanæ Sedi collata. *Idem in appendice ep. 14.*

2. Ecclesiæ Romanæ privilegia sunt Christi remedia, pro tota Ecclesia Catholica.

Quæ tamen privilegia usque ad mortem, ope freti divinâ, prædecessorum meorum vestigia sequendo, castari taliter minime patiemur. -- Privilegia namque Romanæ Ecclesiæ totius sunt Christi (ut ita dicamus) remedia; Ecclesiæ Catholicæ Privilegia, inquam, Petri arma sunt, contra omnes impetus pravitatum, & munimenta, atque documenta Domini Sacerdotum, & omnium priorum, qui in sublimitate consistunt, imò cunctorum, qui ab eisdem potestatis diversis efficiuntur incommodis. *Nicolaus I. ep. 30.*

3. Ecclesiæ Romanæ privilegia nullus potest usurpare. *Dist. 17. cap. Huic soli. Vide, Concilia. tit. 3. n. 1.*

4. Ecclesiæ Romanæ Sedes nec ab Imperatore, nec à Clero, seu Concilio potest judicari.

Nemo enim judicabit primam Sedem. Quoniam omnes Sedes à prima Sede justitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo iudex judicabitur. *Concil. Romanum 2. sub Sylvestro. cap. 20. 17. q. 4. cap. Nemini. V. tit. 7. n. 1.*

5. Ecclesiæ Romanæ privilegia, quoad jura quædam temporalia, centum annorum spatium præscribuntur. Sed debent tempora schismatis deduci.

Nemo de annorum numero resultandi sumat fundamentum, quia sancta Romanæ (cui Deo auctore servimus) Ecclesiæ privilegia, quæ in firma Petri stabilitatis petra suscepit, nullis temporibus angustantur, nullis regnorum partitionibus præjudicantur. Sed veneranda Romana leges, divinitus per ora priorum Principum promulgatæ, rerum ejus præscriptionem non nisi per centum annos admittunt. *16. q. 3. cap. Nemo de annorum.*

Sedis Apostolicæ, &c. inde est, quod cum Lateranensis Ecclesiæ, speciale membrum Apostolicæ Sedis, & Romani Pontificis propria Sedes existat, statuimus & sancimus, ut sicut, contra Romanam Ecclesiam non nisi centenaria currit præscriptio, secundum constitutiones Canonicas, & legitimas sanctiones, ita quoque ipsi Ecclesiæ minoris temporis præscriptio non obstat. *Honorius ex Cirone. de præscriptionibus cap. 1.*

Respicientes insuper, &c. primum negotium tangere principaliter Romanam Ecclesiam, contra quam, non nisi Centenaria præscriptio currit. *De præscript. cap. Ad audientiam.*

Licet tam legali, quam Canonica sit definitione statutum, ut contra Romanam E. quæ gaudet privilegio speciali, non nisi centum annorum præscriptio locum sibi valeat vindicare, &c. *Idem cap. Cum vobis.*

6. Ecclesiæ Romanæ, vel aliarum præjudicia, nunquam intelliguntur à summis Pontificibus approbata, nisi expressè in litteris Papæ id appareat. Licet videantur tolerata. Neque ulla præscriptio, etiam longa, juvat ad hoc: neque suffragatur non usus, non publicatio, usus contrarius, vel *Toms II.*

permissio imprimendi Libros, continentes hæc præjudicia contra Sedem Apostolicam, ut alias E. (& multa ad hoc spectantia diffusè) & omnia contraria abrogantur. *Urbanus VIII. Constit. in 2. appendice 47. aliis 157. Romanus Pontif.*

XIII. Ecclesiæ Romanæ Jurisdictio super alias omnes.

1. Ecclesia Romana est super omnes Judices, & ab ea non datur appellatio.

In memoriam B. Petri Apostoli honorem sanctam Romanam & A. S. ut quæ nobis Sacerdotalis Mater est dignitatis, esse debeat Ecclesiasticæ Magistræ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum, tamen feramus, & piâ devotione toleremus. Si verò (quod non decet) quilibet, sive sit Presbyter, sive Diaconus: -- redarguatur, falsam ab A. S. detulisse epistolam, vel aliud quid -- penes Episcopum sit potestas, utrum eum in carcerem, aut aliam detrudat custodiam, usquequò per epistolam, aut per idoneos suæ partis Legatos, Apostolicam interpellat sublimitatem, ut potissimum suâ sanctâ legatione dignetur decernere, quid de talibus justò ordine lex Romana statueret definire, ut & is corrigatur, & ceteris modus imponatur. *Dist. 19. cap. In memoriam. Gelasius ep. 4. Vide, Appellatio. tit. 12. n. 23.*

Sed velint, nolint, ipsius judicis antiquæ Canonum constitutiones firmabuntur. Sed Religiosi viri, atque perfecti secundum Canones concessam Sedis Apostolicæ potestatem, nimirum conantur eripere, & sibi eam contra Canones usurpare contendunt, &c. *Gelasius Ibidem. Concil. Romanum 2. sub Sylvestro. cap. 20. Vide, tit. præcedenti n. 4. Dist. 12. cap. Non decet. Vide, tit. 8. n. 3. Et de electione cap. Significasti. Vide, Concil. tit. 5. n. 4.*

2. Ecclesiæ omnes, quæ sunt in mundo, jure communi subsunt Ecclesiæ Romanæ.

Licet ratione delicti, seu contractus, aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, quibus forum regulariter quis sortitur, Episcopus vester apud S. A. conventus non fuerit. Quia tamen omnium Ecclesiarum Mater est eadem, & magistratè compelli poterit, ut ibi suis adversariis responderet, nisi pro alia justa & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, jus revocandi domum saluum fuisset eidem. *De foro competenti cap. fin.*

Cum de diversis mundi partibus multi confluant ad S. A. quasi Matrem. Nos ad communem tam ipsorum, quam aliorum omnium commodum, & profectum paternâ sollicitudine intendentes, ut sit eis mora hujusmodi fructuosa, providimus, quod ibidem de cetero regatur, & vigeat studium juris divini & humani, Canonici videlicet & civilis. Unde volumus & statuimus, ut studentes in scholis ipsis, penes Sedem eandem, talibus privilegiis omnino, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, ubi generale regitur studium, ac recipiant integrè proventus suos ecclesiasticos, sicut illi. *De privilegiis in 6. cap. Cum de diversis.*

3. Ecclesia Romana omnes mundi Ecclesias potest corrigere.

Olim & ab initio tantam percepimus à B. Petro AA. Principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali Ecclesiæ (auxiliante Domino) subvenire, & quicquid nocivum est auctoritate Apostolicâ corrigere & emendare. *Bonifacius II. in ep. Decretali.*

4. Ecclesiæ Romanæ subditæ sunt Ecclesiæ omnes, per totum mundum diffusæ. *De privilegiis in 6. cap. Si Papa. Vide, tit. 7. n. 1.*

5. Ecclesia Romana non patitur præjudicium. *Vide, Tolerantia.*

XIV. Ecclesiæ Romanæ Decreta, ab omnibus observanda.

1. Ecclesiæ Romanæ Statuta, Decreta, seu præcepta, omnes fideles tenentur observare, nullò exceptò.

Nulli fas sit sine statù sui periculo, vel divinas constitutiones, vel A.S. Decreta temerare; quia nos, qui potissimum Sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi. 25. q. 1. cap. Nulli fas ex Conc. Rom. sub Hilario. Innoc. I. ep. 1. cap. 1. & Dist. 11. cap. Quis nescia. Vide, Consecratio tit. 5. n. 1. Adrianus I. ep. 2. Vide, sub tit. 7. n. 1. Gelasius I. ep. 9. Vide, Ibidem.

2. Ecclesiæ Romanæ statuta servanda, & contrarium nunquam intelligitur à Pontifice approbatum, nisi in litteris expressè id appareat: etiamsi videatur tolerari, neque ulla præscriptio, etiam longo, juvat, neque suffragatur non usus, non publicatio, contrarius usus, vel permissio imprimendi libros continentes illa præjudicia contra S. A. & alias EE. atque omnia in contrarium abrogantur. Urbanus VIII. in append. 2. Constit. 47. aliàs 157. Roman. Pont.

3. Ecclesiæ Romanæ statuta, vel decreta non servantes, ab Ecclesia arcendi.

Unde & Cyrum ejusque sequaces, jam ante pro hac infamia ab E.C. communiōne suspensos, & in sua hæcenus perfidia permanentes, nisi sub satisfactiōne Canonica, Doctrinam Apostolicam fuerint consecuti, nullatenus patimur eos sacre communiōni restitui, sed etiam ut hæreticos anathemati subijcimus, ut qui nostris constitutionibus parere contempserit, Ecclesiasticum statum, puritatemque non maculet. Agapitus ep. 1. Bonifacius II. in ep. Decretali. Vide, Decreta, tit. 2. n. 3. Symmachus ep. 9. Gelasius I. ep. 9. Vide, ubi supra.

4. Ecclesiæ Romanæ decreta, sive pro fide, sive pro disciplina Ecclesiastica, sive pro correctione fidelium, sive pro interdictione futurorum malorum facta, contemnens, est anathema.

Si quis dogmata, mandata, interdictiones, vel decreta, pro Catholica fide, vel Ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium, vel futurorum malorum, à S. A. Præsule salubriter promulgata, contempserit, anathematis. Nicolaus I. in Decretis de Romana Ecclesia, cap. 9. Et Concil. Romanum 3. sub eodem. 25. q. 2. Si quis dogmata. Dist. 11. cap. Nolite. Vide, sub tit. 7. n. 1. Et cap. Quis nesciat. Vide, ubi supra. n. 1. Dist. 12. cap. non decet. Vide, sub præcedenti tit. n. 1.

Si Decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi; si verò habetis, & non observatis, de temeritate estis corripiendi & increpandi. Dist. 20. cap. Si decreta.

Enim verò qui in speculum & exemplum S. R. E. cui nos Christus præesse voluit, proposita est; ab omnibus quidquid statuit, quidquid ordinat, perpetuò & irrefragabiliter observandum est. Dist. 19. cap. Enim vero. & cap. in memoriam. sub tit. præcedenti num. 1.

Nulli fas sit sine statù sui periculo, vel divinas constitutiones, &c. uti supra n. 1. & cap. Si Romanorum. ex Nicolao I. ep. 42. Vide, decret. tit. 2. n. 6. & 25. q. 1. cap. 1. Vide, Ibidem n. 2.

Omnia de cetero, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de Ecclesiasticis Ordinibus, & Canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vobis & ab omnibus Episcopis, ac cunctis generaliter Sacerdotibus, custodire debet mandamus, ut si quis

in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Ibidem cap. Omnia. & cap. Generali. Vide, Decreta, tit. 2. n. 2.

5. Ecclesiæ Romanæ non obediens, idololatricæ scelus committit. Gregorius VII. Lib. 7. ep. 24. Vide, tit. 10 n. 8.

6. Ecclesiæ Romanæ obediendum circa observantiam jejuniorum, festorum, delectum ciborum, & aliorum, quæ faciunt ad pietatem. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. in decreto de delectu ciborum.

XV. Ecclesiæ Romanæ ritus & disciplina Ecclesiastica observanda.

1. Ecclesiæ Romanæ consuetudines, ac disciplinam, omnes Ecclesiæ tenentur sequi.

Sed hujus muneris Sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in B. mo Petro AA. omnium summo, principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua, velut in corpus omne distunderet, ut exortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Dist. 19. cap. Ita Dominus. (Et in subiecta materia. Vide, ferè omnes textus in præcedenti tit. citatos.)

2. Ecclesiæ primitiva multa dissimulavit circa ritus & caeremonias, quæ postea correctæ sunt.

Neque enim ad excusationem juvat, quòd quidam Religiosi viri, hoc quod simpliciter populus querit, patienter rulerunt, seu incorrectum dimiserunt, cum primitiva Ecclesiæ multa dissimulaverit, quæ à SS. PP. postmodum firmatâ Christianitate, & Religione crescente, subtili examinatione correctæ sunt. Gregorius VII. lib. 7. ep. 11.

3. Ecclesiæ Romanæ obediendum, quoad jejunia, ciborum delectum, festa, & alia quæ pertinent ad pietatem. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. in fine in decret. de delectu ciborum.

XVI. Ecclesia Romana, quas causas solet judicare.

1. Ecclesia Romana judicat omnes causas majores & difficiliore omniū Ecclesiarum.

Quòd si difficiliore ortæ fuerint quæstiones, aut Episcoporum, vel majorum judicium, aut majores cause fuerint, ad Sedem Apostolicam (si appellatum fuerit) referantur: quoniam Apostoli hoc statuerunt jussione Salvatoris, ut majores & difficiliore quæstiones, semper ad Sedem deferantur Apostolicam, super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad Beatum Principem AA. Petrum: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Anacletus ep. 1. Julius I. ep. 1. Vide, Causa. tit. 4. n. 1. Dist. 17. cap. Concilia. & cap. Multis. Vide, Ibidem n. 3.

2. Ecclesia Romana terminat causas & lites Ecclesiarum, sicut S. Petrus causas & interrogationes omnium Apostolorum.

Episcopos nolite judicare, nolite condemnare, absque Sedis hujus autoritate: Quod si feceritis, irrita erunt vestra judicium, & vos condemnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctæ Sedi à temporibus Apostolorum statutum est servare, quod illæsum manet usque in hodiernum diem. Reliqua Vide, sub verbo Apostolus. n. 5. Melchisedes in ep. Decret. cap. 1.

Si vestra verò Antiochena, quæ olim prima erat, Romana cessit Sedi, nulla est, quæ ejus non subiecta sit ditioni, ad quam omnes, quali ad caput, juxta Apostolorum eorumque successorum sanctiones, lapi-

Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit subfugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem & liberationem, unde acceperunt informationem, atque consecrationem, quod omnibus minimè convenit abnegare Episcopis, sed absque ulla custodia aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione liberè ire concedatur. Simulque idem inspirante Domino constituerunt, ut nulla Synodus fieret, præter ejusdem Sedis autoritatem, nec ullus Episcopus, nisi in legitima Synodo, suo tempore Apostolicâ autoritate convocata, super quibuslibet criminibus, pulsatus audiretur, vel judicaretur: quia (ut paulò superius prælibatum est) Episcoporum Judicia, & summorum causarum negotia, sive cuncta dubia, Apostolicæ Sedis autoritate sunt agenda, & finienda. Marcellus I. ep. 1.

3. Potest per se, vel per alium dictas causas terminare.

Et omnia Comprovincialia negotia, hujus sanctæ universalis & Apostolicæ Ecclesiæ, sunt retractanda judicium, si hujus Ecclesiæ Pontifex præceperit. Nec cui liceat, sine præjudicio R. E. (cui in omnibus causis debet reverentia custodiri) relicti his Sacerdotibus, qui in eadem provincia, Dei Ecclesiæ, nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provincialium Episcoporum judicium expediti, vel pati, sed omnibus ejusdem provinciæ Episcopis congregatis, judicium autoritate hujus Sedis terminetur, quò tamen (ut præfatum est) per ejus vicarios, si libuerit, erit tractandum, & quidquid injustè actum est, reformandum. Marcellus Ibidem. Vide, Papa.

XVII. Ecclesiæ Romanæ Judicia quomodo fiunt.

1. Ecclesia Romana judicat magnâ cum maturitate. Stephanus VI. ep. 2. Vide, tit. 8. n. 25.

2. Ecclesia Romana mutat & moderat sententias, pro necessitate. Vide, Papa.

3. In melius mutat. Alma Mater Ecclesiæ plerumque nonnulla rationabiliter ordinat, & consultè, quæ suadente subiectorum utilitate, postmodum consultis ac rationabilibus revocat, in meliusve commutat. De sententia excommunicationis in 6. cap. Alma Mater.

XVIII. Ecclesias qui possunt ingredi.

1. Omnes possunt ingredi usque ad Missam Catechumenorum.

Episcopus nullum prohibet ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad Missam Catechumenorum. De consecratione. dist. 1. cap. Episcopus.

XIX. Ecclesiæ conventus, & congregationes, ac functiones.

1. Ecclesiasticos conventus, congressus, seu congregationes damnans, est anathema, sic etiam spernens.

Si quis docet, domum Dei contemptibilem esse & conventus, qui in ea celebrantur, anathema sit. Concil. Gangrense. cap. 5. & dist. 30. cap. Si quis docet.

Si quis per superbiam tanquam perfectum se existimans, conventus, qui per loca & Basilicas Sanctorum Martyrum fiunt, vel accusaverit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernandas esse crediderit, memoriasque Sanctorum commendandas putaverit, anathema sit. Ibidem cap. 20. Dist. 30. cap. Si quis per superbiam.

2. Extra Ecclesiam conventus faciens religionis, est anathema. Concil. Gangrense. cap. 6. Vide, Conventicula. n. 2.

XX. Ecclesiarum publica ædificatio.

Ecclesias publicè ædificari primò concessit Constantinus Magnus Imperator.

Vir Religiosissimus, Constantinus primus, fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit, per universum Orbem, sub suo degentes Imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare Ecclesias, & prædia tribuere posse, constituit. Denique idem præfatus Princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ Sedis B. Petri Principis AA. instituit, aded ut Sedem Imperialem, quam Romani Principes possederant, relinqueret, & B. Petro Successoribusque suis profuturam concederet. -- Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solum possessiones & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrârunt, ædificantes Basilicas in suis fundis, in honorem SS. Martyrum per Civitates, ac monasteria innumera, in quibus cætus Domino servientium conveniret. 12. q. 1. cap. Futuram Ecclesiam.

XXI. Ecclesiæ Orientales.

1. Ecclesiæ Orientales omnes subduntur Romanæ. Dist. 22. cap. de Constantinopolitana. Vide, Constantinopolitana n. 5. 24. q. 1. cap. Rogamus. Leo IX. ep. 1. cap. 28. Vide, tit. 8. n. 13.

2. Ecclesia Græca. Vide, Græci.

3. Ecclesia Armena unitur cum Latina circa septem Sacramenta, & alia. Eugenius IV. Constit. 19. Exultate. Vide, Armenia.

4. Ecclesiæ Orientales olim Antiocheno Patriarchæ immediatè subdebantur, non Alexandrino.

Cùm Dioscorus Alexandrinæ E. Diaconus Constantinopoli degens ejusdem Alexandrinæ E. Apocrifarium ageret, veterem controversiam de Jure Diocæseos, & primatûs exultans, ad Alexandrinum Episcopum pertinere instabat, omnibus Orientis EE. præsidere, utpotè quidd in E. C. post Romanum Pontificem, Alexandrinus primatum obtineret. Cui cum Episcopus Antiochenus potissimum contradiceret, ided, quod distinctio & divisio Diocæseum, autoritate Apostolicâ semel ordinatâ, Nicæni aliorumque Conciliorum Canonibus confirmata esset, congregatâ hanc ob causam synodo, post diligentem causæ discussionem PP. unanimi consensu delinierunt, ut quæ in Nicæno, alisque Conciliis hæc de re olim constituta fuissent, rata ac firma manerent. Concil. Provinciale Constantinopolitanum sub Sixto III.

5. Ecclesiæ præfatæ Patriarchales omnes, non possunt provideri de Patriarcha, inconsultò Papâ, id est, Constantinopolitana, Antiochena, & Alexandrina.

Sancta Romana Ecclesia, quæ disponente Domino super omnes alias, ordinariæ potestatis obtinet principatum à Deo, utpotè Mater universorum Christi-fidelium & magistrâ, quatuor patriarchales Sedes instituit, inter quas post ipsam Romanam Ecclesiam, Constantinopolitanam primam, Alexandrinam secundam, Antiochenam tertiam, & Hierosolymitanam quartam locum voluit obtinere, ipsasque multis prærogativis, & honoribus, ac privilegiis decoravit, de quarum provisionibus cum eas vacare contingit, tantò est accuratius cogitandum, & attentius providendum, quanto majoris eminent altitudine dignitatis, & periculosè erraretur in provisionibus earundem. Extra de electione &c. cap. Sancta Romana.

XXII. Ecclesiæ à quibus conferendæ.

1. Ecclesiarum omnium collatio, ex potestatis plenitudine pertinet ad Papam. Clemen-

memina ut lite pendente. cap. 1. Vide, Papæ. tit. 31. n. 4.

2. Ecclesiæ à laicis conferri non possunt, & sic obrinens deponatur.

Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes, qui illi communicant. *Concilium Apostolorum cap. 31.*

Laici Præsbyteros non ejiciant de EE. neque constituant, sine consensu Episcoporum. *Concil. Moguntiacum. cap. 19.*

Quicumque Præsbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam & ille contra ecclesiasticam regulam disciplinam agere dignoscitur, qui alium Præsbyterum, legitime ad Ecclesiam ordinatum, per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vendicaverit. Quod vitium late diffusum, summò studio emendandum est, itémque interdendum videtur Clericis, sive laicis, ne quis cuilibet Præsbytero præsumat dare Ecclesiam, sine licentia & consensu Episcopi sui. *Concil. Turonense 3. cap. 15.*

Inventum est, quòd multi, arbitrii sui temeritate, & (quod gravius est) ducti cupiditate Præsbyteris quibuslibet absque consensu Episcoporum Ecclesias dant, vel auferunt. Unde oportet, ut Canonica regulà servatà, nullus absque consensu Episcopi cuilibet Præsbytero Ecclesiam det, quam si justè adeptus fuerit, hanc non nisi gravi culpa sua, & coram Episcopo Canonica severitate amittat. *Concil. Cabilonen. 3. cap. 42.*

Nullus laicus decimas suas, aut Ecclesiam, aut quidquid Ecclesiastici Juris est, sine consensu Episcopi, vel Romani concessionè Pontificis, monasteriis aut Canonicis offerre præsumat. Quòd si quis Episcopus improbitatis & avaritiæ causà consentire noluerit, R. P. nunciatur, & cum ejus licentia, quod offerendum est, offerat. *Concil. Melfitanum cap. 5.*

Nullus Abbas, nullus Ecclesiarum Præpositus, quæ juris sunt Ecclesiastici, accipere sine Episcopi concessionè præsumat. *Ibidem cap. 6.*

Ut nullus Ecclesiasticorum, aliquem honorem à manu laicorum accipiat. *Concil. Claramontanum. cap. 15.*

Præterea quia in tantum quorundam laicorum processit audacia, ut Episcoporum autoritate neglectà, Clericos instituant in Ecclesiis, & removeant etiam, cum voluerint, possessiones quoque atque alia bona Ecclesiastica pro sua plurimum voluntate distribuunt, & tam EE. ipsas, quam eorum homines, tallis, & exactionibus præsumant gravare: eos, qui à modò ista commiserint, anathemate decernimus feriendos. Præsbyter autem, sive Clericus, qui Ecclesiam per laicos sine proprii Episcopi autoritate receperit tenendam, communionem priverit, & si persistit, à ministerio Ecclesiastico Ordine deponatur; sanè quia laici quidam Ecclesiasticas personas, & ipsos etiam Episcopos, suo judicìo stare compellunt: eos, qui de cætero id præsumpserint, à communionem fidelium decernimus segregandos. *Concil. Lat. 3. cap. 14.*

Universitati vestrà &c. quatenus ex donatione laicorum, nisi autoritas Diocesani Episcopi interveniat, & consensus adsit, nullus vestrum sibi EE. vendicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas, nisi longèva fuerit præscriptione munitus, aut postea Diocesani Episcopi fortè habuerit consensum. Nos enim, cum laici non possint, nisi Jus, quod habent, transferre in alios, hujusmodi concessionem, vitiis carere decernimus, & penitus irritas esse censemus. *Concil. Later. 3. in appendice. tit. de jure patronatus. cap. 9. Et idem tit. De partitionibus. cap. 14. Vide, Beneficia. tit. 38. n. 1.*

Per laicos nullò modò quilibet Clericus vel Præsbyter obtineat Ecclesiam, nec gratis, nec pretio. Nullus habitum Monachi suscipiat, spem aut promissionem habens, ut Abbas fiat. Nullus Præsbyter duas habeat Ecclesias. *Concil. Roman. sub Alexandro cap. 1. 16. 9. 7. cap. per Laicos.*

3. Ecclesiæ beneficiatæ ab Episcopo conferendæ, licèt quando sunt patronatæ, à patronis faciendæ sit præsentatio, aliàs nulla est collatio. *Concil. Trid. sess. 25. de reformatione. cap. 9. & sic ex fundatione ad inferiores pertinet collatio, examen fieri debet ab Episcopo. Ibidem.*

4. Ecclesia potest dari à laico patrono, de licentia Episcopi, & si absque tali licentia sic obtenta, si postea hæc accedat, potest retineri.

De cætero prudentiæ Tuæ præsentibus litteris intimamus: quòd si laici, Clericis, vel Collegiis, de concessionibus, vel donationibus instrumenta concesserint, in hæc verba, vel similia: Concessi vel dedi Ecclesiam, -- & præsentè charta confirmari: si consensus Episcopi non accesserit, nil actum, vel datum videtur. A laico enim E. dari non potest. Patronatum autem de autoritate & assensu Episcopi, certum est à laico in eisdem jure conferri. *Concil. Later. 3. in appendice. tit. de jure patronatus. cap. 2. ibidem cap. 9. uti supra. Vide, Beneficia à quo conferenda.*

5. Ecclesiæ concessio sine licentia Episcopi nulla est.

Si laicus Episcopo inconsultò Ecclesiam, non vacantem, concedit religiosæ domui, & postea cum vacaverit, ad præsentationem ejusdem laici, Clericus ibi fuerit per Diocesannum Episcopum institutus, prior concessio secundum institutionem, quòd minus habeatur rata & firma, non potest aliquatenus impedire, cum illa concessio de jure nullius possit esse momenti, tum quia de re non vacante facta est, tum quia laicus sine autoritate nemini potest Ecclesias dare: licèt religiosò locò jus patronatùs conferendi liberam habeat facultatem. Si verò jus patronatùs vacante Ecclesià locò Religiosò contulerit, & aliquis sine præsentatione fratrum ejusdem loci fuerit in ipsa E. institutus, ejus secundum rigorem juris est institutio irritanda. *De jure Patronatus. cap. Illud. & Concil. Lat. 3. in eod. tit. cap. 6.*

Licèt in donationibus Ecclesiarum requirendus sit, & expectandus Patronorum consensus, quia tamen EE. nisi autoritas intervenerit Pontificalis, Canonicè concedi non possunt, significamus, quòd prior concessio, sicut assensu Patroni, & autoritate Diocesani Episcopi facta est, aut ejus assensus fuerit postea subsecutus, posteriori concessioni præfertur: alioquin illa debet præferri, quamvis posterior facta, quæ consensu Domini fundi, & Episcopi autoritate fuit. *Ibidem cap. Suggestum est. Et Concil. Lat. 3. in append. de jure Patron. cap. 23.*

6. Ecclesià illà sic vacante, concedens, potest de novo præsentare. *Ibidem cap. illud supra.*

7. Ecclesia collata sine Episcopi consensu, relinquenda statim, sub pœna privationis officii & beneficii. *Ibidem cap. Relatum est. Vide, Clerici. tit. 32. n. 1.*

8. Ecclesia juris Patronatùs, sine consensu Episcopi conferri non potest, nec sine Patrono. Si conceditur à Patrono, vel ante, post consensum Episcopi valet concessio, & talis omni alteri præfertur.

Quoniam donatio EE. ad Episcopos pertinet, & ad laicos assensum præbere, spectat, eisdem significamus, quòd si res ita se haberet, videbatur nobis, concessionem Archiepiscopi, donationi laicali debere præjudicare; quia sicut diximus, Episcoporum est EE. beneficia conferre: Laicorum verò, qui in Ecclesià jus Patronatùs habent, assensum præbere. *Concil. Later. 3. De jure Patronatus. cap. 22. ibid. 23. Vide, supra. n. 5.*

9. Ecc

9. Ecclesiam seu ejus investituram de manu laici accipiens, est excommunicatus, & ipse laicus dans, sive Rex, sive alius, est excommunicatus.

Quoniam investituras contra statuta SS. PP. à laicis personis in multis partibus cognovimus fieri, & ex eo plurimas perturbaciones in E. oriri, ex quibus Christiana religio conculeatur: decernimus, ut nullus clericorum investituram Episcopatus, vel Abbatie, vel E. de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicujus laicæ personæ, viri, vel femine suscipiat. Quod si præsumpserit, recognoscat investituram illam Apostolicà autoritate irritam esse, & usque ad condignam satisfactionem excommunicationis subsjacere. *Concil. Romanum 5. sub Gregor. VII. cap. 3.*

Apostolicà autoritate decernimus, ac confirmamus, ut si quis deinceps, Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos, vel Abbates habeatur, nec ulla ei, ut Episcopo, seu Abbati auctoritas concedatur. Insuper etiam ei gratiam S. Petri, & introitum Ecclesiæ interdiximus, quousque locum quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ (quod est scelus idololatriæ) cepit, respiciendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus. *Concil. Romanum 7. sub Greg. VII. cap. 11.*

Item si quis Imperatorum, Regum, Ducum Marchionum, Comitum, vel quilibet Sæcularium potentatum, aut personarum, investituram Episcopatum, vel alicujus Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se obstrictum esse sciat. Insuper etiam, nisi respiciat, & Ecclesiæ propriam libertatem dimittat, divinæ animadversionis ultionem in hac præsentè vita, tam in corpore suo, quam cæteris rebus suis sentiat, ut in adventu Domini, Spiritus salvus fiat. *Ibidem cap. 2.*

In Lateranensi Concilio noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares EE. seu decimas, sine consensu Episcoporum, de manu præsumat recipere laicali, nec excommunicatos, vel nominatim interdictos, admittant aliquatenus ad divina: Nos autem id fortius inhiibentes, transgressores condignè curabimus animadversione puniri, statuentes nihilominus, quatenus in EE. quæ ad ipsos plenò jure non pertinent, juxta ejusdem statuta Concilii, Episcopis instituendos Præsbyteros repræsentent, ut illis de plebis cura respondeant, ipsi verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos verò removere non audeant Episcopis inconsultis. Sanè adjicimus, ut illos repræsentare proeant, quos vel conversatio reddit notos, vel commendat probabile testimonium Prælatorum. *Concil. Later. 4. cap. 61. & de præbendis. cap. 31. ex Concil. Lateran. 3. cap. 9.*

10. Ecclesia vacatura, non potest, nec dari, nec promitti. Vide, *Beneficia vacatura.*

11. Ecclesiæ collatio, facta per Legatum Papæ, non lædit Jus Episcopi, etiam confirmata à Papa. *De Confirmat. utili. cap. fin. Vide, Confirmat. Legales. n. 16. Vide, Beneficia à quo conferenda. Vide, Jus Patronatus. Vide, Patronus. Vide, Præsentare.*

XXIII. Ecclesiæ quibus conferendæ.

1. Ecclesiæ Rectores & Ministri, debent esse recti, & boni, ac digni.

Eligite Episcopos dignos Domino, item Præsbyteros, & Diaconos, viros pios, justos, mansuetos, non cupidos habendi, veraces, probatos, sanctos, liberos à vitio acceptionis personæ, idoneos ad docendum verbum pietatis, & qui Domini dogmata rectè tractent. *Lib. 7. constit. Apostolicarum. cap. 32.*

Ut laici omnino à præsbyteris non audeant munera exigere propter commendationem Ecclesiæ, quia

propter cupiditatem plerumque à laicis talibus Præsbyteris EE. dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium sunt indigni. *Concil. Arelaten. 4. cap. 5.*

Et arbitror convenire verbum de venditoribus columbarum eis, qui tradunt EE. avaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligijs Episcopis, aut Præsbyteris. Propter quod & Cathedras tantummodo appellavit Evangelista, eversas esse à Jesu. Et utinam audirent hæc cum dicentis admonitione Scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moyfi, in quibus sedent, & vendunt omnes Ecclesias columbarum, & tradunt eas talibus Præpositis, ad quos rectè dicatur à Domino per Hieremiam Prophetam: Principes populi mei me non cognoverunt, filii enim sunt insipientes, & non intelligentes: sapientes sunt ad malefaciendum, bene autem facere nesciunt. *16. q. 7. cap. Et hoc diximus.*

Arctius inhiibemus, ne personas, quæ in EE. tui Episcopatus ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis instituas, nec aliquà occasione, vel etiam litterarum nostrarum obentu institui patiaris, quæ scientià, moribus & ætate, Concilii congruant institutis. *De ætate & qualitate &c. cap. Eam re.*

2. Ecclesiæ, vel earum decimæ, laicis dari non possunt.

Dignum erat, ut capellas villarum vestrarum laicis non committeretis, sed potius illis, qui & eadem sacra loca religiosius tractarent, & vobis exinde adjuti obsequium debitum impenderent. -- Si Capellas vestras Præsbyteris aut viris Ecclesiasticis dederitis, & Dominicas decimas acceperint, facta recta Ecclesiæ, & luminaria exinde competenter provideant, & Præsbyteri Parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debite invigilent; si autem laici capellas habuerint, à ratione & autoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant, & inde canes, aut genicarias suas pascant. Sed potius Præsbyteri Ecclesias eas accipiant, & inde restitutionem EE. & luminaria, & hospitium ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, ac statu regni vestri, Domini misericordiam studiosè implorent. *Concil. Melden. cap. 75.*

De cætero verò cavendum à F. V. est, ne sæcularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res Ecclesiasticæ committantur, sed probatis de vestro officio Clericis. In quibus si quid reperiri poteris pravitatis, ut in subditis emendare, quod illicitè gestum fuerit, valeatis: quòd videlicet apud vos habitus sui officium magis convenienter administrent, quam accitent. *Dist. 89. cap. Judicarium. Et cap. Decenter. ex Concil. Tolet. 10. cap. 3. Vide, Beneficia. tit. 24. n. 1. Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. De deposit. cap. 8. Vide, Decima. tit. 8. n. 2.*

3. Episcopus verò eam dans, deponatur.

Item cum Levitis, seu Ecclesiasticis personis jure Divinò decimæ debeantur, dolentes deserimus, quòd quorundam laicorum cupiditas jus hujusmodi, quòd sibi Deus in signum generalis Domini retinuit, nititur abolere; hujus igitur approbatione Concilii districtè præcipimus, ut juxta laudabilem consuetudinem Patriæ, decimæ, tam antiquæ, quam etiam de novalibus, majores & minutæ plenariè persolvantur, nec liceat alicui laico, nobili vel ignobili, cujuscunque dignitatis, vel principatus existat, sibi decimas, maxime de minutis & novalibus usurpare: alioquin si contra fecerit, ab ingressu Ecclesiæ usque ad satisfactionem condignam, se noverit esse suspensum. *Concil. Viennen. Provinciale. Concil. Claramontanum. cap. 15. Vide, sub tit. præcedenti. n. 2. Concil. Later. 3. ut supra. Vide, ibidem.*

4. Ecclesiæ non committendæ, Præsbyteris conductitiis.

Præcipimus etiam, ne Conductitiis Præsbyteris EE. committantur, & unaquæque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem. *21. q. 2. cap. Præcipimus.*

5. Ecclesiæ non dandæ hæredibus, Rectorum mortuorum.

Cum autem sanctuarium Dei, hæreditario jure non possit teneri, & indignum sit penitus & absurdum, ut quilibet auctoritate propria EE. occupet, vel taliter occupatas detineat, nec te decet aliquatenus sustinere, ut in Episcopatu tuo, vel Clerici EE. a parentibus fundatas, auctoritate propria detineant, aut laici filiis, vel aliquibus aliis, Ecclesias concedant. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. de jure patronatus. cap. 15.*

Cum sanctuarium Dei non possit jure hæreditario possideri. *Ibidem parte 50. cap. 58.*

Ad extirpandas successiones à sacris Dei, EE. studio totius sollicitudinis debemus intendere. -- Mandamus, quatenus si qui filiorum clericorum tuæ Provinciæ teneant Ecclesias, tanquam Personæ vel vicarij, nulla persona media, in quibus Patres eorum ministraverant, eos, sive geniti fuerint in sacerdotio, sive non, ab ipsis EE. contradictione & appellatione cessante, non differas amovere. Si verò aliqui sint filii clericorum, qui EE. quas Patres eorum tenuerunt, personis aliis mediis sunt adepti, eos, dummodo idonei sint, in ipsis poteris sustinere; ita quidem, quod si unus plures EE. quas Pater ejus tenuerat, possidet, quarum una possit sibi sufficere, ipsam unam quam maluerit, appellatione remota, facias esse contentum: dummodo EE. non sint tales, quarum una à reliqua pendere videatur. *Ibidem cap. 60.*

6. Ecclesia non potest conferri minori 14. annorum.

Indecorum est, ut hi debeant EE. regere, qui non noverunt gubernare seiplos, cum ad Ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate. Nolentes itaque sustinere, ut parvulis E. regimen committeretur: Mandamus, quatenus nemini intra annum quartum decimum constituto, personatum cujuslibet Ecclesiæ concedere præsumatis. Scituri pro certo, quod si contraire præsumperitis, quod inde feceritis, iritabimus, & inobedientiam vestram graviter puniemus. *De ætate & qualitate Ec. cap. Indecorum. Concil. Lateran. 3. in append. tit. quibus & quando. cap. 2. idem ibid. cap. 1. Vide, Beneficia. tit. 6. n. 1.*

Nos diligentius attendentes, quod Pater suus, sicut uterque recognovit, eam habuerit prius, quia perniciosum est exemplo, ut in eandem quasi jure hæreditario ei succederet: considerantes etiam, quod cum ei præbenda concedi debuit, illius ætatis erat, quod curam animarum gerere non potuit, memorarum Episcopum, vos etiam & E. vestram ab ipsius impetitione absolvimus, & ei perpetuum exinde imponimus silentium. *Ibidem cap. 3. Vide, Beneficia quibus conferenda.*

7. Si Ecclesia ex dispensatione committitur minori, gubernetur per clericos idoneos, donec ille perveniat ad sufficientem ætatem. De ætat. & qualitat. de præficiend. cap. Ex ratione. Infra.

8. Ecclesiæ non committendæ iis, qui non habent ætatem & sufficientem doctrinam.

Mandamus, quatenus prædictum Episcopum super his corripas, & clericis idoneis administrationes & custodiam præscriptarum Ecclesiarum, donec prædicti pueri ad congruam veniant ætatem, (laicis amotis) committas; eidem Episcopo prohibens, ne de cætero EE. nisi personis, quæ ætatem & scientiam habeant, regendas concedat. Quod si fecerit, ei debitam penam infligens, institutionem & concessionem ipsius omnino vitibus carere decimas. *De ætate & qualitate Ec. Præficiendarum. cap. Ex ratione.*

9. Si dispensatur in ætate, saltem sit 15. annorum, cui committitur.

A nobis tua discretio requisivit, utrum is, cui ante 15. annum ætatis suæ, nondum Concilio, quod nu-

per Laterani fecimus, celebratò, Ecclesiæ magistrum concessum fuit, occasione decreti, quò in Concilio eodem Clericis minoris ætatis conferri EE. prohibuimus, possit Ecclesiâ spoliari, quam ante Concilium obtinuerat, præsertim cum ipsa concessio fuerit ab ipso Diocesano Episcopo post Concilium approbata, super quo consultationi tuæ taliter respondemus: quod nisi alia causa rationabiliter obiter, occasione minoris ætatis, aut decreti, quod in Concilio promulgavimus, nolimus eum à percepto antè beneficio removeri. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. quibus & quando. cap. 4.*

10. Ecclesia Cathedralis non conferatur minori 27. annorum. Pœna postulationum & postulatorum. Extra. de postulatione. cap. unico. Vide, Dignitas. tit. 2. n. 6.

11. Ecclesiæ non conferendæ indignis. De ætate & qualitate Ec. cap. Eam te. supra n. 1.

12. Ecclesiæ regulares non dandæ sæcularibus.

Possessiones ad mensam tuam, vel capituli pertinentes, alienare non debes, aut Ecclesias, in quibus monachi ministrare consueverunt, clericis vel laicis assignare. *De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non. Ec. cap. Possessiones. Vide, Beneficia regularia & sæcularia.*

13. Ecclesiæ aliæque dignitates Ecclesiasticæ dari non possunt iis, qui nesciunt latinè loqui. Concil. Toletanum. 22. cap. 10. Vide, Beneficia. tit. 7. n. 17.

14. Neque infamibus, bigamis, publicè poenitentibus, servis, mutilatis, obnoxiiis curiæ, furiosis, amentibus, suspectis in fide, vel indignè conversantibus. Stephanus I. ep. 1. Vide, Accusare. tit. 2. n. 13. ibi. cap. Infames.

15. Ecclesiæ non conferendæ perjuris.

Non merentur Ecclesias regere, qui sunt crimine perjurii irretiti. *De jurejurando. cap. Querelam.*

16. Ecclesiæ curatæ non sunt ab Episcopo conferendæ suis consanguineis. Conc. Toletan. 10. cap. 3. Dist. 89. cap. Decenter. supra n. 2.

17. Ecclesiæ conferendæ iis, qui per se possunt residere. De clericis non residentibus. cap. Quia nonnulli. Vide, Dignitas. tit. 3. n. 1. Vide, Benef. à quibus danda & Benef. incap. Vide, Episcopi. Vide, Parochi. Vide, Jus Patron. Vide, Patron. Vide, Presentare.

XXIV. Ecclesiæ plures, uni non committendæ.

1. Ecclesiæ plures uni Presbytero non conferendæ.

Sed & hoc necessarid institutum delegimus, ut plures EE. uni nequaquam committantur Presbytero, quia solus per totas Ecclesias, nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impenderet: eâ scilicet ratione, ut Ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem; quæ verò minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur EE. *Concil. Toletanum. 16. cap. 5. 10. q. 3. cap. Unio. de clericis non residentibus. cap. Quia nonnulli. Vide, supra n. 17.*

Quia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas vel tres, sed plures EE. perhibeantur habere, cum nec duabus possint debitam provisionem impendere per ff. & Coepiscopos nostros hoc emendat

dare precipimus: & de multitudine præbendarum, Canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam & evagationis inducit, certumque continet periculum animarum eorum, quia EE. deservire valeant, indigentiam volumus sublevari. *De præbendis Ec. cap. Quia in tantum. Et cap. Referente. Vide, Benef. tit. 12. n. 2.*

Sed etiam habentes plures Ecclesias, quæ ex una non pendeant, tibi liceat appellatione postpositâ cogere ad unam ipsarum, quam maluerit dimittendam, nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios Sacerdotes non possint convenienter alere. *De ætate & qualitate Ec. cap. Eam te decet. Concil. Lateran. 3. parte 50. cap. 60. Vide, in præcedenti tit. n. 5.*

Nec aliquis Presbyter duas Ecclesias simul obtineat. *Concil. Romanum sub Nicolao II. cap. 9.*

2. Ecclesiis duabus vicinis, quando potest præfici unus Episcopus. 21. q. 1. cap. Relatio. & cap. Illud. Vide, Cardinales. tit. 1. n. 2.

3. Ecclesias plures Cathedrales, unus Episcopus habere non potest: si habet, intra sex menses relinquat, aliàs secunda vacare censetur. Concil. Trid. sess. 7. De reformat. cap. 2.

4. Ecclesiæ duæ quando possint alicui committi, una pro titulo, altera commendata. 21. q. 1. cap. Qui plures. Vide, Clerici. tit. 50.

5. Ecclesiis plures curatas nullus potest habere. Vide, Beneficia plura.

6. Ecclesias parochiales duas idem tenere non potest, & dans privatur potestate dandi, nullaque est collatio. Concil. Lateran. 3. cap. 13. (idem ac cap. Quia nonnulli.) Vide, Dignitas. tit. 3. n. 1. & Conc. Lateran. 4. cap. 29. Quod est. cap. De multa. De præbendis. Vide, Beneficia. tit. 12. n. 14. Trid. sess. 14. De reformatione. cap. 17. Vide, Beneficia plura diffusa. Vide, Presbyterorum oblationes.

XXV. Ecclesia Baptismalis.

1. Ecclesiæ duæ baptismales esse non possunt in eadem Parochia. Concil. Toletanum I. cap. 4. 16. q. 1. cap. Plures. Vide, Baptismus. tit. 24. n. 1.

2. Ecclesiæ Baptismales tot habere debent Presbyteros, quot sufficiunt pro Sacramentorum administratione. Concil. Tridentinum sess. 2. De Reformatione. cap. 4. Et ad hoc invigilet Episcopus. Vide, Baptismalis Ecclesia. Vide, Decimæ cui solvendæ, & cui non. Vide, Parochiæ.

XXVI. Ecclesiæ Parochiales.

1. Ecclesiæ Parochiales, quibus dandæ & quomodo conferendæ. Vide, Beneficia quibus danda. Vide, Curatus. Vide, Parochiæ.

2. Ecclesiæ Parochiales Subdiaconis, vel iis, qui brevi Subdiaconi sicut, ex dispensatione possunt committi.

Præterea, licet aliquis ad personatum parochialis E. non debeat, nisi Subdiaconus ad minus, admitti vel recipi, dispensativè tamen in minoribus Ordinibus constituti, consueverunt admitti: dummodo tales sint, qui infra breve tempus Subdiaconatum vel Diaconatum recipere possint. *Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. Quibus & quando. cap. 5.*

3. Ecclesiæ parochiales non sunt uniendæ aliis beneficiis. Vide, Parochiales.

4. Ecclesiæ parochiales quando possunt gravari pensionibus. Vide, Pensa.

5. Ecclesiæ Parochiales à Parochis restaurandæ. De his qui Parochiales tenent EE. f. t. taliter duximus respondendum, quod ad reparationem & institutionem EE. cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ ipsius sunt, conferre, si eis superfluis, ut eorum exemplò cæteri invitentur. *Concil. Lateranense 3. in appendice. tit. De alienatione cap. 2. Vide, Parochiales.*

6. Ecclesiæ Parochiales, quando possunt transferri. Vide, Beneficiorum translatio. Vide, Parochiæ.

7. Ecclesiæ Parochiales, vel alia beneficia, hospitalia, &c. quorum redditus non attingunt summam ducatorum 200. auri de Camera, non possunt commendari per Cardinales. Concil. Lateran. 5. Bulla de reformatione curiæ in sess. 9. Vide, in Bullario.

8. Ecclesiæ Parochiales dirutæ, quæ refici non possunt ob pauperatatem, transferendæ sunt ad EE. vicinas. Concil. Tridentinum. sess. 21. De reformat. cap. 7.

9. Ecclesiæ præfatæ dirutæ possunt converti in usus profanos, sed non fordidos; debet tamen in eis locis erigi crux. Ibidem.

10. Ecclesiæ Parochiales tot habere debent Presbyteros, quot sufficiunt pro Sacramentorum administratione, & ad hoc incumbere debet Episcopus. Concil. Oxiense I. cap. 9. Vide, Parochiales EE. n. 9. Concil. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 4. Vide, Clericorum numerus.

11. Ecclesiæ Parochiales non debent ab Episcopo dari suis consanguineis. Concil. Toletanum. 10. cap. 3. Dist. 89. cap. Decenter. Vide, Beneficia. tit. 24. n. 1.

12. Ecclesia Parochialis, unita perpetuo monasterio, collegio, &c. quotannis potest per Episcopum visitari, & provideri. De vicario perpetuo, congruâ portione assignatâ, non obstantibus privilegiis, &c. Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 7. Vide, Parochiæ. Vide, Beneficia quibus danda. Vide, Decimæ solvendæ.

XXVII. Ecclesiarum Unio.

1. Ecclesiæ uniri possunt auctoritate Papæ. Et temporis necessitas nos perurgat, & imminutio personarum exigit, ut destitutis Ecclesiis salubri ac providâ debeamus dispositione succurrere. Et ideo quoniam E. Minturnensem funditus tam cleri, quam plebis destitutam desolatione cognovimus, tu hancque pro ea petitionem, quatenus Formianæ E. in qua corpus B. Erasmi martyris requiescit, cui F. r. præfideret, adjungi debeat, piam esse ac justissimam providentes, necessarium duximus, consulentes, tam desolationi loci illius, quam Ecclesiæ tuæ pauperatati redditus supra dictæ E. Minturnensis, vel quidquid ei antiquò, modernoque jure, vel privilegio potuit, potestè qualibet ratione competere, ad tuæ E. jus potestatemque hæc præcepti nostri auctoritate transnigrare, ut à præfenti tempore, sicut de propria E. debeas cogitare, eique competentem tuâ provisione disponere, quatenus deinceps, quod perire nunc usque potuit, pauperum Ecclesiæ tuæ utilitatibus plebisque proficiat. *Gregorius I. lib. 1. ep. 8.*

2. Ecclesiarum uniones perpetuæ, sine causa rationabili non fiant. *Leo X. constit. 7. Superne.*

3. Ecclesia potest ab Episcopo uniri, consentiente Capitulo, etiam non vocato Rectore illius.

Si una Ecclesia alteri E. seu dignitati alicui, vel præbendæ, per Episcopum, suo consentiente Capitulo uniatur, aut religioso loco donetur: ex eo, quod rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non existit, nequaquam id poterit impugnari. Quod si Episcopus (sui etiam Capituli accedente consensu) mensæ suæ, vel ipsi Capitulo aliquam duxerit E. uniendam: hoc irritum esse decernimus, & inane, contrariâ quavis consuetudine non obstante. *Clementina, de rebus Ecclesiæ non alienandis. cap. ultimo.*

4. Potest uniri loco religioso, consentiente capitulo, sed non mensæ Episcopali, aut Capitulo. *Ibidem.*

5. Ecclesiæ Parochiales non possunt uniri cum aliis beneficiis. Vide, *Parochiales.*

6. Ecclesiæ uniri non possunt ab aliquo inferiore ad Episcopum.

Sicut unire Episcopatus atque potestatis subicere alienæ, ad summum Pontificem pertinere dignoscitur, ita Episcopi est, Ecclesiarum suarum Diocæsis unio, & subiectio earundem. *De excessibus Prælatorum cap. Sicut unire.*

7. Si Ecclesia desolata uniatur alteri alterius Diocæsis, remanet sub jurisdictione primi.

Quia monasterium, quod in fundo Marfiano situm est, hostilitate faciente, dicitur desolatum, illud tuò monasterio cum omnibus rebus suis, vel quæ ei competunt actionibus, perspexit unendum. Ipsum autem monasterium sic tua nos ordinationi commississe cognoscas, ut tamen jurisdictionem illic, non Episcopus Surrentinus, in cuius Civitate monasterium tuum est situm: sed Nucernus, cuius est Diocæsis, habeat, nam huius loci ordinationem disponimus, ut tamen jura sua singulis Episcopis in violata servemus. *De religiosis domibus. cap. Quia monasterium. Vide, Beneficiorum unio. Vide, Unio.*

XXVIII. Ecclesiarum mutationes.

1. Ecclesiarum loca, quibus ex causis mutari possunt.

Tribus ex causis loca Sanctorum transmutanda sunt: Prima, cum necessitas persecutorum, loca eorum gravaverit. Secunda, cum difficultas locorum fuerit. Tertia, cum malorum societate gravantur. *De consecrat. Dist. 1. cap. Tribus.*

2. Ecclesia legitime concessa uni Patrono, non potest alteri per successorem conferri.

Verum, quoniam absurdum videtur omnino, & ab Ecclesia penitus eliminandum, ut ad singulas Patronorum, secundum humanam conditionem mutationes EE. debeant ordinationes mutari: Ne quod à supradicto R. taliter factum fuerit, alicui successorum liceat irritare F. T. &c. quatenus rei veritatem diligenter & studiosè inquiras, & si ita inveneris esse, prout superius narratur, supè dictis Priori & fratribus E. prælibatam omni occasione & appellatione cessante restituas, & in pace facias possidere. *Concil. Later. 21. 3. in append. tit. de Jure Patronatus. cap. 7.*

Verum quoniam Sanctorum Patrum statuti contrarium videtur, si Clericos ab EE. quas Canonice adepti sunt, patronatus obtentu sustineremus amoveri, salva conscientia prænominato militi non potuimus nostrum in parte ista imperitii favorem: cum ex hoc ei, si de jure debet habere, præjudicium impostum non generetur. *Idem ibidem p. 50. cap. 32.*

3. Ecclesia auferri non potest rectori illius, sine crimine.

Ceterum si eidem fuit Ecclesia Canonice concessa, & tradita, & postea de crimine aliquo non fuit convictus, propter quod de jure debeat spoliari, vel post appellationem (sicut aliquando allegavit Ecclesia illa fuerit spoliatus, ipsam ei facias restituere, & in pace dimitti. *De Accusationibus. cap. Si constituerit.*

4. Ecclesiæ Parochiales dirutæ, quæ ob paupertatem refici non possunt, ad EE. vicinas transferendæ; dirutæ verò converti possunt in usum prophanum, sed non sordidum, apposita ibi cruce. *Concil. Tridentinum. sess. 21. De reformatione. cap. 7.*

5. In Ecclesiis five Cathedralibus, non admittatur accessus & regressus, etiam cum consensu, neque ipsis Cardinalibus. *Concil. Tridentinum. sess. 25. De reformatione. cap. 7. Vide, Beneficiorum resignatio. Vide, Mutatio. Vide, Translatio.*

XXIX. Ecclesiæ non dandæ, nec accipiendæ, per pretium vel munera.

1. Ecclesiæ procurans per pretium, est deponendus.

Ut quicumque Presbyter per pretium gradum & E. acquirerit, deponatur. *Concil. Rhemen. cap. 21.*

2. Ecclesiæ emens, est simoniacus. Sic etiam vendens.

Mandamus, quatenus partibus convocatis præscriptam causam concordia vel iudicio terminetis; scituri, quod sicut emi non potuit, ita nec redimi Ecclesia memorata. *De Simonia. cap. Querelam.*

3. Ecclesiastica emere, quæcunque sint, vel vendere, est simonia. *Ibidem. Vide, Simonia.*

4. Ecclesiasticas functiones pro pretio faciens, est simoniacus, & tenetur restituere in duplo.

Andivimus de quibusdam Episcopis, quod de ceteris EE. rectoribus ipsas interdictioni subicimus, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecuniæ persolvatur. Præterea cum miles, aut Clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, etiam si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cum igitur non solum à malo, sed ab omni specie mali sit (secundum Apostolum) abstinendum, exactiones huiusmodi penitus inhibemus. Quod si quis transgressor existit, exacta, duplicata restituat in utilitatem locorum, in quorum fuerint soluta dispendium, fideliter convertenda. *De Simonia. cap. Andivimus. Et Conc. Lat. 4. cap. 65.*

5. Ecclesiasticum regimen concedi non potest pro annuo censu, seu pretio.

Quoniam enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra SS. PP. institutiones invaluit, ut sub annuo pretio Sacerdotes ad EE. regimen stantur: Ne id fiat, modis omnibus prohibemus. Quia dum Sacerdotium sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur. *Ne Prælati &c. cap. quoniam enormis. Et Conc. Later. 3. Tit. De Simonia. cap. 2.*

6. Ecclesiæ per pretium vel dona procurans, est excommunicatus, & deprehensus quod fecerit, privatur. *Concil. Moguntinum 4. cap. 91. Vide, Beneficia. tit. 13. n. 31.*

7. Ju-

7. Jurare debet, quod nihil solverit. *Concil. Moguntinum uti supra. Vide, Ibidem. Vide, Simonia. Vide, Beneficia non obtinenda cum pretio vel munere. Vide, Sedes Apostolica.*

XXX. Ecclesiæ, à quibus, quando & quomodo consecrandæ, seu dedicandæ.

1. Ecclesia ab Episcopo consecranda.

Nemo Ecclesiam ædificet, antequam Episcopus Civitatis veniat, & ibidem crucem figat, publicè atrium designet, & ante præfinit, qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficient, & ostensâ donatione sic demum ædificet, & postquam consecrata fuerit, atrium ejusdem Ecclesiæ sanctâ aquâ conspergat. *Dist. 1. de consecrat. cap. Nemo. & cap. Si quis Basilicam. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 7.*

Ecclesiæ per congrua & utilia facite loca, quæ Divinis precibus facere oportet, & in singulis Sacerdotes Divinis orationibus Deo dicatos ponit, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam gravari. *Clemen. 1. ep. 2. 16. q. 7. cap. Ecclesiæ. post ep. 2. Evaristi. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 1. post ep. 2. Hyrini. Vide, Ibidem. n. 9. cap. Omnes basilicæ. Concil. Hispanen. 2. cap. 7. Vide, Ibidem. n. 1. & 4. De consecratione Ecclesiarum, per totam.*

Aquâ per Episcopum benedictâ Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum, non negamus, per Sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes: non obstante consuetudine provincie Bracharenis, (quæ dicenda est potius corruptela) quia licet Episcopus committere valeat, quæ Jurisdictionis existunt, quæ Ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demandare. Quod autem mandantibus Episcopis super reconciliatione factum est, hæcenus per eosdem misericorditer toleramus. *De consecratione Ecclesiarum. cap. Aqua.*

2. A Diocæsa non est consecranda. *Leo X. constit. 22. Dum intra.*

3. Ecclesiæ Cathedrales, Parochiales, & Conventuales, completè constructæ, intra biennium debent consecrari, alioquin interdicitæ sunt.

Basilicarum dedicatio à veteri testamento initium dignoscitur habuisse, & in novo est à SS. PP. observata, in quo est cõ dignitas & studiosius faciendâ, quò in illo tantum offerebantur hostiæ animalium mortuorum: In isto verò cælestis hostia, viva & vera, ipse scilicet unigenitus DEI Filius in altari offertur pro nobis manibus Sacerdotis. Quare statuerunt providè SS. PP. ne in aliis locis, quàm Deo dicatis, nisi necessitatis causâ, celebraretur officium tam sublime. -- Statuimus, & statuendo præcipimus, ut omnes EE. Cathedrales, Conventuales, & Parochiales, quæ perfectis parietibus sunt constructæ, infra biennium per Diocæsanos Episcopos, ad quos pertinent, vel eorum autoritate per alios consecrentur. Sicque infra simile tempus fiat de cætero construendis. Et nè tam salubre statutum transcat in contemptum, si loca huiusmodi non fuerint infra biennium à perfectionis tempore dedicata, à Missarum solemnibus, usque ad consecrationem manere statim interdicitæ, nisi aliqua rationabili causâ excusetur. *Concil. Londonen. 2. cap. 2.*

4. Cum quibus solemnitatibus Ecclesiæ sunt consecrandæ.

Nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto S. A. nonnulli factas Ecclesias, vel oratoria sacrate præsumant, hoc sumus tamen indicio detestabiliore permoti, quod in quocunque nomine defunctorum, & (quantum dicitur) nec omnino fidelium, constructiones ædificatas sacris processio-

nibus audacter instituire memorantur, quæ quoniam tam acerba, tam dura sunt, ut eadem vix postea ferre possit auditus, &c. *Gelasius ep. 9. Clemens 1. ep. 2. 16. q. 7. cap. Ecclesiæ. ut supra. n. 1. De consecrat. Dist. 1. cap. 2. Vide, Aliter. tit. 1. n. 1. & Vide, Consecratio. tit. 1. n. 1.*

5. Non potest consecrari à Presbytero.

Item placuit, ut si quis Presbyter post hoc interdictionem ausus fuerit Christiana benedicere, aut Ecclesiam, aut Altarium consecrare, à suo officio deponatur, nam & antiqui hoc Canonès veterunt. *Concil. Bracaren. 1. cap. 37.*

6. Neque in magna necessitate per Coepiscopos, id est, Vicarios, poterunt consecrari. *De Consec. Dist. 1. cap. 2. Tabernaculum. & Glossa ibid. Vide, Necessitas. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 11.*

7. Ecclesia, de cujus consecratione dubitatur, consecratur. *Concil. Carthagin. 5. cap. 6. Vide, Baptismus. tit. 13. n. 1. De Consecratione. Dist. 1. cap. Solemnitates. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 4. Dist. 4. cap. Placuit de infantibus. Vide, Baptismus, ubi supra de religiosis domibus. cap. 1. Vide, Consecratio. loco citato. n. 3.*

8. Ecclesia ab alio (etiam Episcopo) ædificata in territorio alterius Episcopi, ab isto, cuius est territorium, est consecranda.

Si quis Episcoporum in alienæ Civitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui negotio, aut Ecclesiastica utilitate, vel pro quacunque suorum opportunitate, permittit licentiâ ædificandi, (quia prohibere huic nefas est) non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodè reservatur, in cuius territorio Ecclesia assurgit. Reservatâ verò ædificationi Episcopo hæc gratiâ, ut quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is, in cuius Civitatis territorio est, vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquirat. Et omnis Ecclesiæ ipsius gubernatio, ad eum, in cuius Civitatis territorio Ecclesia surrexerit, pertinebit. Quod si etiam Sæcularium quicumque ædificaverit Ecclesiam, & alium magis, quàm eum, in cuius territorio ædificat, invitandum putaverit: tam ipse, cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari vult, quàm omnes Episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem invitantur, à conventu abstinere. Si quis excefferit, in reatum devocabitur. Si quis excefferit, ordinem recognoscat Canonicum. *Concil. Arvensianum. 1. cap. 10.*

Lator præsentium Joannes F. & Coepiscopus noster, indicavit nobis, quod quidam Exuperantius Episcopus, ausu temerario, in Diocæsi ipsius, oratorium construxerit, idque sine præcepti autoritate contra morem præsumplerit dedicare: Missasque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celeritate ac districtione convenit emendare, nec ulterius tale aliquid attentare permittas. *16. q. 5. cap. Lator. ex Greg. 1. lib. 11. ep. 21.*

9. Ecclesia semel consecrata, non debet iterum consecrari, nisi fuerit polluta sanguine, vel sanguine. *Dist. 68. Et de Consec. Dist. 1. cap. Ecclesiis semel. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 13.*

10. Ecclesiæ consecrandæ cum Sanctorum reliquiis. Aliter faciens, deponatur.

Gloriosus Filius noster, Gregorius Expressæctus, Sanctuarium Beatorum Martyrum, in Diocæsi vestra locis quiescentium, sibi postulat debere concedi, in quorum honorem basilicam propriis sumptibus ædificari desiderat, & ideo Fratres charissimi præfati viri desideris ex nostra vos præceptione convenit obedire, ut devotionis suæ in consecratione, quam postu-

postulat, potiatur effectu. *Gregorius I. Lib. 7. Ex regest. ep. 11.*

Paulus Ecclesie Reatinæ Diaconus &c. poposcit, ut ad fontes in Basilica Beatæ Mariæ semper Virginis Genitricis D. N. J. C. quæ est intra Civitatem Reatinam posita, reliquie Beatorum Martyrum Hermetis, & Hyacinthi, & Maximi debeant collocari. Et ideo frater charissime, si in eodem loco nullum corpus constat humatum, sanctuaria prædictorum Martyrum cum reverentia, sine ambiguitate suscepta, diligenter consecrabis. *Id. ep. 12. Concil. Nicænum. 2. cap. 7. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 10.*

11. Ecclesia consecratio cum Missis facienda. *De Consecratione Dist. 1. cap. Omnes Basilicæ. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 9. post ep. 2. Evaristi. Vide, ubi supra n. 1.*

12. Cum precibus fiat consecratio. *De Consecrat. Dist. 1. cap. Ecclesiam per congrua. Vide, supra. n. 1. ex Clement. I. Et cap. Ecclesiam Avianorum. Vide, Consecrat. tit. 1. n. 13.*

13. Ecclesia nova dedicari, seu consecrari non potest, sine licentia Papæ.

Præcepta synodalia, quæ ante paucos menses de sede nostra ad provinciam sunt directæ, & antiquis Canonibus consentiunt, &c. Constat, sine summi Pontificis autoritate, Ecclesiam noviter conditam non posse dedicari, neque ex hac Basilica, quæ taliter ad cultum fuerat processione adducta, suspendisse Missas probabiliter computamus. Sed quia devotus locus non debet à ministeriorum gratia diu vacuus permanere, frater charissime: eorum Martyrum nomine, quos relatio continet, autoritatis nostræ suscepta ferie consecrabis: ut populorum frequentatio, quam illic avidè convenire mandasti, servatis regulis Ecclesiasticis, & Canonibus, integrum habeat firmatâ religione conventum. *De consecratione. Dist. 1. cap. Præcepta. Et cap. De locorum. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 2.*

Basilicas noviter institutas non petitis ex more præceptionibus dedicare non audeant, nec ambiant sibi met Episcopi vendicare clericos potestatis alienæ, &c. Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis compendio fortasse videantur, laxandâ credamus, cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum, cupiamus temerè nihil licere, & cum S. A. superior his omnibus favente Dominò, quæ paternis Canonibus sunt præfixa, piò devotòque studeat tenere proposito, satis indignum est, quemquam vel Pontificum, vel Ordinum subsequenter, hanc observantiam refutare, quam B. Petri Sedem, & sequi videat, & docere, satisque conveniens sit, ut totum corpus Ecclesie in hac sibi met observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus Ecclesie totius posuit Principatum. *Ibidem. cap. Basilicas. Et Gregorius ep. 9. Ibidem. cap. Ecclesias. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 13.*

14. Ecclesia noviter consecrata, Legi Diocesanæ subjacet. *10. q. 1. cap. 1. Vide, Basilica. num. 1.*

15. Ecclesia consecrari non potest, nisi habeat dotem. *1. q. 2. cap. 1. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 8. ex Concilio Bracaren. 2. cap. 5. Conc. Valentini 3. cap. 9. De consecrat. Eccles. cap. Cum sicut. Ex Honor. III. Vide, Ibidem.*

16. Ecclesia diruta, quando de novo est consecranda.

Ligneis ædificiis E. vestra casu consumptis, parietibus tamen illæ, ac mensa principalis altaris, in sua extremitate, modicam passâ fracturam: Inquisitioni tæc taliter duximus respondendum, quòd

cum parietes in sua integritate permanerint, & tabula altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit, ob causam prædictam, nec E. nec altare debet denuò consecrari. *De consecrat. Eccl. cap. Ligneis. De consecrat. Dist. 1. cap. De fabrica. post ep. Julii I. cap. 6. Vide, Aquat. tit. 1. n. 1. 7. Ibidem. cap. Si motum. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 5.*

17. Ecclesia, in qua fuerit sepultus paganus, non consecratur. Si autem auferantur cadavera paganorum, poterit consecrari, & cum quibus cæremoniis.

Ecclesiam, in qua mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet, sed si apta videatur ad consecrandum, inde evulsis corporibus, & rasâ parietibus, vel tignis ejus loci, reedificetur: Sed si hæc consecrata antè fuerit, Missas in ea celebrari licet; si tamen fideles fuerint, qui in ea sepulti sunt. *De consecratione. Dist. 1. cap. Ecclesiam in qua. il. 2.*

18. Ecclesia, in qua sepelitur excommunicatus, est reconsecranda, etiamsi in cæmeterio sepelitur. *De consecrat. Ecclesiarum. cap. Consulisti. Vide, Cæmeterium. n. 9.*

19. Ecclesie, quæ olim fuerunt hæreticorum, sunt consecrandæ, & cum Sanctorum reliquiis pergandæ.

Cor nostrum piâ Divinitatis inspiratione compungitur, loca quondam execrandis erroribus deputata, in Catholicæ religionis reverentiam dedicare. Quia igitur Ecclesiam, positam juxta domum Merulanam regione tertia, quam superstitione diu Ariana detinuit, in honorem Sancti Severini cupimus consecrare, experientia tua reliquias B. Severini summopere debita cum veneratione transmittat. Quatenus quæ nostris animis perficienda decrevimus, implere Omnipotentis gratiâ suffragante possimus. *Gregorius I. Lib. 2. ex regest. ep. 19.*

20. Ecclesie consecratae à Corepiscopis, sunt consecrandæ ab Episcopo. *Concil. Meten. 1. cap. 5. Vide, Corepiscopus. n. 1.*

21. Ecclesie consecratae ab Episcopo hæretico, iterum à Catholico sunt consecrandæ. *Concil. Cæsar-Augustanum 2. cap. 3. Vide, Consecrat. tit. 1. n. 18.*

22. Pro Ecclesia consecranda, nihil solvendum. Si aliquid solvitur, est potius execrata, quam consecrata. *1. q. 2. cap. 1. Placuit ut quoties. Vide, Consecrat. tit. 1. n. 8.*

23. Ecclesia polluta est reconsecranda, & quomodo. *Vide, Ecclesia polluta.*

24. Ecclesia etiam non consecrata, si polluitur, consecranda est.

Si Ecclesia non consecrata cujuscumque fuerit semine, aut sanguinis effusione polluta, aquâ protinus exorcizata lavetur, ne Divinæ laudis organa suspendantur. Est tamen, quàm citius fieri poterit, consecranda. *De consecratione Eccl. cap. fin.*

25. Ecclesie non possunt consecrari omni die. *De consecratione Ecclesie. cap. Tua Fratertus. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 15.*

26. De Ecclesiarum consecrationibus, quòdlibet annò faciendum est Officium cum Octava. *Dist. 1. cap. Solemnitates. il. 1. Et il. 2. Vide, ibid. n. 4. Et 12.*

27. In die consecrationis Ecclesie, elemosinæ pauperibus sunt erogandæ.

Festivitatibus Sanctorum desiderabiliter insistentes, præsentis præceptionis nostræ paginam ad experientiam tuam necesse duximus dirigendam: indicantes ei, Oratorium B. Mariæ, quòd nuper in cella Fratrum ædificatum est, - disposuisse nos adjuvante

D.

D. summopere dedicari. - Sed quia cella ipsius tenuitas exigit, debere nos in ipsa diei festivitate concurrere: propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas, ad erogandum pauperibus, in auro solidos decem, vini amphoras triginta, Annona modios 209. olei orcas duas, verveces duodecim, gallinas centum, quæ in tuis possint rationibus postmodum imputari. Statim ergo fieri hæc, nullâ morâ interjectione constitue, ut vora nostra Deo auctore celerem fortiantur effectu. *Greg. I. Lib. 1. ep. 54.*

28. Ecclesia consecrari non potest, nisi doctetur.

Multi contra Canonum constituta, Ecclesias, quas ædificaverint, & ab Episcopo postulerint, consecrati, dotem, quam eidem E. contulerint, ad Episcopi ordinationem putant non pertinere. Quòd factum, & in præterito displicet, & in futuro prohibetur: ergo omnia secundum constitutionem antiquam jura EE. ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant. *Concil. Vormatiens. cap. 6. Idem. cap. 3. Placuit ut quoties. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 8. Ex Concilio Bracaren. 2.*

29. Ecclesia etiam non consecrata, si in ea celebrantur Divina, gaudet immunitate.

Ecclesie, in qua Divina mysteria celebrantur, licet adhuc non existerit consecrata, nullò jure privilegii immunitatis admittitur, quia obsequiis Divinis dedicata, nullius est temerariis ausibus profananda. *De immunitate Ecclesiarum. cap. Ecclesie.*

30. Ecclesie unctioe Chrismatici consecrantur. *De sacra unctioe. cap. unico. §. fin. Vide, Altare. tit. 1. n. 12. Vide, Consecrat. EE. Vide, Dedicaciones Ecclesiarum.*

XXXI. Ecclesia polluta.

1. Ecclesia polluitur per homicidium, etiamsi fiat in atrio.

Si quis in atrio Ecclesie pugnam committit, aut homicidium facit, quidquid pro immunitate violata emendandum est, altari solvitur, cujuscumque fuerit Ecclesia illa. *17. q. 4. cap. Si quis in atrio.*

2. Ecclesia intelligitur polluta, quando per evidentiam, vel certitudinem publicam, aut famam est talis, & tunc est rebenedicenda.

Non tamen omnis pollutio hanc reconciliationem requirit, sed tantum publica, vel per rei evidentiam, vel saltem per famam; quòd si occulta sit contaminatio, quæ etiam Baptismi, ac Pœnitentiæ Sacramenta non remoratur, solemnitas non exigitur, quòd ratio reconciliationis in occultis non habeat locum. *Concil. Colonien. 2. p. 9. cap. 18.*

3. Ecclesia polluitur, si Cæmeterium polluitur. *De consecratione Ecclesie. in 6. cap. un. Vide, Cæmeterium. n. 5.*

4. Ecclesia polluitur per effusionem seminis ex libidine, & sanguinis ex injuria.

Reconciliatur ecclesia aut Cæmeterium ob seminis emissionem peccandi libidine factam. Itidem ob enormem sanguinis effusionem, dedita operâ, violentè & injuriosè commissam, ac aliis quibusdam de causis, qui mos ex Levitico 14. & 15. suam originem trahit. Fit autem hæc reconciliatio, non quòd templum reverâ polluitur. Ecclesia enim cum sancta sit, coinquinari non potest, imò ipsius loci sanctitas infamiam loci abolet. Sed cum templum locus sit, ubi delictorum venia postulat, ubi salutaris hostia pro peccatis immolatur, ubi Deo laudes exsolvantur, ubi tutela refugii esse debet: fit ut scandalum, horror, atque abominatio turpitudinis, & peccati, ibi commissi, propositum quoque, & voluntas lethali delinquentis in causa sint, ut facer locus reconcilietur, idque ad exemplum & terrorem, ut videntes locum sacrum, seu inanimatum templum, nulli peccato obnoxium, lavari & purificari: delicti,

Tomus II.

horrore concutiantur, & recogitent, quantum pro expiatione delictorum, & vivo Dei templo sit elaborandum. Sic Christus ementes & vendentes è templo eiecit, flagellò factò de funiculis, ipsos acerrimè corripens, ac dicens: Domus mea, Domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Aliud quidem agens, aliud verò innuens. *Concil. Colonien. 2. p. 9. cap. 17.*

5. Ecclesia per sanguinem effusum polluitur, & reconsecranda est, & quomodo.

Proposuit, quòd venientibus ad Ecclesiam sancti Jacobi ex diversis regionibus peregrinis, & volentibus aliis, ab aliis per contentiones & rixas altaris de nocte custodiam vendicare, homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur. F. T. taliter respondemus, quòd manente E. & altari ipsa reconciliari poterit, per aquam cum vino & cinere benedictam. *De consecrat. Ecclesie. cap. Proposuit. post ep. 2. Hugini. de consecratione. dist. 1. cap. Si motus. Vide, ubi supra. n. 16.*

6. Ecclesia polluta effusione sanguinis, vel feminis, rebenedicenda est ritu à cæremionali præscriptò.

Ecclesias insuper, quæ sanguinis vel feminis sunt effusione pollutæ, Civitatis clericis convocatis, cum processione & aquæ benedictæ asperione, prout in ordinario habetur adscriptum, poterit emundare. *Concil. Later. 3. p. 50. cap. 67.*

7. Ecclesia per adulterium in ea commissum polluta est, & rebenedicenda.

Nos ergo juxta SS. PP. decreta volumus, ut condignam pœnitentiam adulteræ præfate imponens, Ecclesiam prælibatam per asperionem aquæ sanctificandæ reconcilies. *Ibidem. cap. 21.*

8. Ecclesia polluta reconsecrari debet per Episcopum. *De consecratione E. cap. Aqua. Vide, tit. præcedenti n. 1.*

9. Ecclesia polluta gratis reconcilianda, exceptis expensis ejus, qui mittitur.

Reconciliationem autem ejusmodi gratis fieri, ac tantum itineris sumptus vicariis nostris in Pontificalibus suppeditari volumus. Qui quidem sumptus ex bonis delinquentis desumentur, modò tamen tantæ illius facultates sint; sin secus, Parochiani non gravabuntur, vel tantillos sumptus itineris suppeditare, ne populus præter culpam suam gravetur. Ne verò diutius ob talem pollutionem divinum suspendatur officium, aut Ecclesiastica intermittatur sepultura; Vicarius noster in pontificalibus, statim ut vocatus fuerit à populo, (modò gravioribus rebus id temporis non fuerit implicitus) ultrò ibit officium suum expleturus. *Concil. Colonien. 2. parte 9. cap. 19.*

10. Ecclesia polluta non potest per Sacerdotem simplicem reconciliari, nec etiam, si Aqua benedicta sit ab Episcopo. *De consecrat. Ecclesie. cap. Aqua. Vide, tit. præced. n. 1.*

11. Per Vicarium generalem aliquando rebenedici potest. *Concil. Conlonien. 2. ut supra.*

12. Ecclesia etiam non consecrata si polluitur, reconsecranda est, si in ea celebrantur Missæ. *De consecratione Ecclesie. cap. fin. Vide, tit. præcedenti. n. 24.*

13. Ecclesia polluta reconsecrari debet per aquam, vinum, & cinerem benedictum. *De consecrat. Ecclesie. cap. Proposuit. supra. n. 5.*

14. Expensa pro reconciliatione faciendæ à delinquente, si habet in bonis. *Concil. Colonien. ubi supra.*

15. In Ecclesia polluta celebrari non potest, aliàs celebrans suspenditur ab officio.

C

De

De privilegijs. Cap. Tuarum. Sed non fit irregularis. De sententia excommunicationis. in 6. cap. Is qui. Vide, Celebrare. n. 4. & 6. Vide, Pollutio Ecclesie. Vide, Sacerdoti prohibita.

XXXII. Ecclesie frequentandæ.

1. Ecclesiam non adiens per tres Dominicas, graviter puniendus, & quomodo.

Si quis in Civitate positus per tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, tantò tempore abstineat, ut correptus esse videatur. *Concil. Elibertanum cap. 21.*

2. Ecclesia frequentanda ad orationem.

Verùm sicut sunt plerique, qui pio religiosoque studio, orandi gratia Ecclesiam sæpissimè frequentant, ita è contrario existunt quidam, qui licet è vicino habeant Basilicam, id tamen perrarò, quod emendatione dignum est, faciunt. Ut ergo templa, Divinis cultibus mancipata, frequenter adiri, ibique Deum constanter & devotè oporteat invocari, Divinæ Scripturæ testimonia super collecta testantur. *Concil. Parisien. 6. Lib. 2. cap. 11.*

XXXIII. Ecclesie venerandæ, & honorandæ.

1. In Ecclesiis loquendum non est de obscœnis, neque de alijs prophanis.

Augustinus in Homilijs ad populum: Quando convenitis, inquit, ad Ecclesiam, pro peccatis vestris orare: nolite scandala concitare, aut otiosas fabulas dicere: in Ecclesia stantes nolite verbozari, sed sacras Scripturas patienter audire; qui enim in E. verba vana locutus fuerit, & pro se, & pro alijs rationem redditurus est in die iudicii, quia verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. *Concil. Parisiense. 6. lib. 2. cap. 12.*

Decet domum Domini sanctitudo, decet, ut cuius in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus. Sic itaque ad Ecclesias humilis & devotus ingressus: sit in eis quieta conversatio. -- Cessent in locis illis universitatum & societatum quarumlibet concilia, conciones, & publica parlamenta. Cessent vana, & multò fortius, facta & prophana colloquia. Cessent confabulationes qualibet. *De immunitate Ecclesie in 6. cap. Decet domum.*

Cùm autem deceat domum Dei sanctitudo, ut cuius in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus; sit itaque juxta Gregorij X. Concil. Generale Lugdunen. ad Ecclesiam humilis & devotus ingressus, sit in ea quieta conversatio, Deo grata, in sapientibus placita, quæ considerantes non solum instruat, sed & reficiat, cessent, ut supra. Cessent postremò quæcunque, quæ Divinum possunt perturbare Officium, aut oculos Divinæ Majestatis offendere, ne ubi peccatum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Prohibemus idcirco, ne Mistriones aut mimi intrent Ecclesiam, ad pulsandum tympanò, citharâ, aut aliò instrumentò musicali, neque in Ecclesia, aut juxta E. suis pulsent instrumentis. Prohibemus insuper, ne fiat deinceps festum fatuorum, aut innocentium, neque erigatur Decanatus patellæ. *Concil. Senonen. Indecretis morum. cap. 16.*

2. In Ecclesia convivari non licet, nec Clerico, nec Laico.

Ut nulli Episcopi vel Clerici in E. conviventur, nisi fortè transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujusmodi convivij, quantum fieri potest, prohibeantur. *Concil. Carthaginen. 3. cap. 30.*

3. In Ecclesiam nullus potest ingredi cum armis, neque cum canibus, aut avibus venaticis. Si quis monitus non abstinet,

expellatur, & ad Episcopum referatur.

Concil. Mediolan. 1. parte 2. tit. De Ecclesijs &c. Vide, Arma. n. 1.

4. In Ecclesijs mendici non questuent. *Ibidem.*

5. In Ecclesia aliud faciendum non est præter orationem.

In oratorio præter orandi & psallendi cultum, penitus nihil agatur, ut nomini huic & opera jugiter impensa concordent. *Dist. 42. cap. In Oratorio.*

Convenientes ibidem, nomen illud, quod est super omne nomen, -- exhibitione reverentiæ specialis attollant, & quod generaliter scribitur, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, singuli singulariter ia seipsis implentes, (præcipue dum aguntur Missarum Sacra ministeria) gloriosum illud nomen quando-cunque recolitur, flectant genua cordis sui, quod vel capitis inclinatione testantur. Attendantur in locis eisdem intentis præcordijs sacra solemnia, devotis orationibus insistantur, nullus in locis istis, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moveat, impetumvè committat. *De immunitate E. in 6. cap. Decet domum.*

6. Ecclesiam vanis, ac prophanis sermonibus violans, (olim) excommunicabatur.

7. Ecclesijs maximus honos debetur, eisque servandus.

Qui in E. vanis sermonibus operam dant, ab ea ejici præcipiuntur. *Concil. Romanum 4. sub Damasò cap. 3.*

Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: Quandoquidem & Episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasque provincias honor suis unicuique servetur Ecclesie. *Dist. 65. cap. Mos antiquus.*

Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, ut Æliæ, id est, Hierosolymorum Episcopo, honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ Civitati propriâ dignitate. *Ibidem. cap. Quoniam.*

8. Non fiant in ea, vel in atrio, tumultus, neque negotia, aut alia judicia.

Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad Ecclesiam conveniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediantur, in qua etiam, quamdiu orationis causâ morantur, nequaquam inanes inter se proferrant confabulationes. Sed & tempore quò Missarum solemnia celebrantur, non solum ab otiosis, & inutilibus verbis, verùm etiam & à perniciosis cogitationibus funditus abstinendum est. *Concil. Turonen. 3. cap. 38.*

Placita quidem secularia in EE. vel in atrijs EE. à Comitibus, Vicarijsque usque modò multis in locis habita, nè ultra fiant, interdiciendum est; Cùm auctoritate Domini, qui expulsi de templo negotiatoribus, asserunt, debere Domum Dei, Domum esse orationis. *Ibidem. cap. 39.*

9. In Ecclesijs fieri non possunt placita, seu Concilia Sæcularium.

Ut in domibus EE. neque missus, neque comes, neque judex publicus, vel minister, quasi pro consuetudine placitum, vel hospitium vendicent, sed in publicis locis domos constituent, in quibus placitum teneant, & etiam hospitentur. *De immunit. cap. 1.*

Cùm Domum Dei deceat sanctitudo dicente Dominò, Domus mea, Domus orationis vocabitur, & valde indignum sit, & devotiori cultus contrarium, quòd in EE. fiant mercana, tractatus, & mercimonia laicorum, & ponantur in eis vasa & alia, non deputata ad executionem, & obsequium divinum: statuiamus, & arctius prohibemus, nè de cætero in EE. fiant mercata, sive teneantur vasa, vel mercimonia laicorum, nec judicialia tractentur temporalia, nec fiant

fiant in eis coadunationis viciniae, vel tractatus, seu publica parlamenta: nisi fortè ex necessitate tempore guerrarum hæc fieri contigerit. Et qui contrafecerit, Diocessani arbitriò puniatur. *Concil. Ravennat. 2. sub Clemen. V. cap. 12. Concil. Senonen. in decretis morum cap. 16. supra n. 1.*

Cùm in quibusdam nostris templis, jurisdictioni Ecclesiasticæ officiales, pro tribunali sedcant, ad quod interdum multo cum tumultu concurrunt, deligiturque visum nobis est, ut hæc tribunalia foris, intrâ tamen EE. pomeria, collocentur: cordi siquidem nobis est, ut quæcunque Divinum officium perturbare possunt, aut Divinæ Majestatis oculos offendere, è templis eliminentur: ne ubi peccatum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. *Concil. Colonien. 2. p. 3. cap. 24.*

10. Dum Missa dicitur, vel Concio fit, non fiat rumor, &c. sub pœna 25. duccatorum. *Pius V. Constit. 5. cum primam. Idem dum dicuntur Officia. Ibid.*

11. In Ecclesijs fieri non possunt judicia sanguinis. Sed nec aliæ causæ criminales, aut strepitosæ. *De immunit. Eccles. cap. cum Ecclesia. Vide, Causa. tit. 7. n. 1.*

12. Neque fieri possunt ludi scenici, aut theatrales.

Olim theatrales quoque ludi, & larvarum ludibria inferebantur templis, pessimò quidem exemplò, adeò, ut provisione Canonica, quæ hic deterrimus abusus aboleretur, opus fuerit, quem ex nostris Diocessibus, jam, ut speramus, ejectum gaudemus. *Concil. Colonien. 2. parte 3. cap. 26.*

13. In Ecclesijs fieri non potest mercatus. Neque illa, quæ inserviunt ad Ecclesie & Dei cultum, possunt in Ecclesijs vendi.

Cùm negotiationis nundinæ, & fori cuiuscunque tumultus, à Jure, in Ecclesijs fieri, sint penitus interditi, & quòd per hoc Divina possunt impediti officia, & evidens præbeatur occasio, ad multa enormia in EE. committenda: Statuimus, ut, quicunque talia, vel aliquid prædictorum, in eis exercere præsumpserint, ipsò factò excommunicationis sententiâ sint ligati. *Concil. Sabinen. cap. 18.*

Nè Clericus, aut alius quivis in EE. earumvè Cœmeritorio, atrio, vestibulò, aut porticu, foribusve, quidquam venale proponat, ne si ad usum quidem sacrilicij, vel Ecclesie futurum sit. *Concil. Mediolanense. 1. parte 2. tit. de EE. Concil. Ravennaten. 2. uti supra n. 9.*

14. In Ecclesijs fieri non possunt strepitus, & rumores, qui impediunt divina officia, & faciens, excommunicandus est.

In Ecclesia, præsertim cùm Divina celebrantur Officia, vel Verbum Dei prædicatur, nemo hæc audeat. Deambulare, nugari, circulos habere, negotijs operam dare. Cum mulieribus, de quibus suspicio esse possit, colloqui, Altaribus, fontibus Baptismi vel aquæ benedictæ adherere, in limine aut ante fores immorari, adversum ab Eucharistiæ Sacramento irreverenter sedere, aut cùm in Missa sustollitur, stare, aut quovis modo Divina Officia perturbare, aut irreverenter in E. versare. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. de EE.*

Atque utinam commodè deambulationes etiam illas laicorum (qui ad Cathedrales, ac Collegiatis EE. solâ rerum novarum curiositate ducti, confluant, ibidemque nihil minus, quàm de rebus sacris, quæ inspectantibus illis aguntur, cogitant) submovere possimus! Grande equidem putamus piaculum, tam veneranda mysteria, quibus adstat Deus, -- tam irreverenter haberi. -- Duplici curâ hic videbitur opus, tum ut prædicatores Verbi Dei ex suggestis populum ab istis deambulationibus exscripturis deterrant, tum ut Magistratus civiles huic rei cor-

rigendæ officium accommodent. *Conc. Colon. ut supra cap. 25.*

15. Ecclesia claudenda circa horam primam noctis, neque ullus etiam Sacerdos de nocte admittatur, exceptâ nocte Nativitatis.

Rector cuiusvis Ecclesie pernoctationes, aut nocturnas vigilijs in ea posthac nemini permittat. Sed sub noctis horam, Ecclesiarum fores claudat. Neque ullò pacto quenquam, præter Sacerdotes, admittat, nisi nocte Natalis Christi Domini, cùm Missa celebratur: nève patiatur, si fieri possit, populum ad eas excubare. *Concil. Mediolan. loco citato.*

16. In EE. non possunt fieri repræsentationes, quæcunque illæ sint profanæ, & permittentes puniendi sunt. *Conc. Tolet. 2. 2. cap. 19. infra.*

17. Devotæ tamen repræsentationes in E. fieri possunt.

Ab Ecclesia, ubi Redemptor noster Jesus, in cuius nomine omne genu flectatur, jugiter pro nobis immolatur, turpitudine quæque merito est abolenda. -- Nos -- hujusmodi larvas, ludos, monstra, spectacula, figmenta, & tumultationes fieri, carmina quoque turpia, & sermones illicitos dici, tam in Metropolitanis, quàm Cathedralibus, cæterisque nostræ provincie Ecclesijs, dum divina celebrantur, præsentium serie omninò prohibemus, statuentes nihilominus, ut Clerici, qui præmissa ludibria, & inhonesta figmenta Officij divinis immiscuerint, aut immisceri permiserint, si in præfatis Metropolitanis, seu Cathedralibus EE. beneficiarij extiterint, eò ipsò per mensem portionibus suis mulctentur. Si verò in parochialibus fuerint beneficiarij 30. & si beneficiarij non fuerint, quindecim regalium poenam incurant, fabricis Ecclesiarum & testi synodali æqualiter applicandam. Per hoc tamen honestas repræsentationes & devotas, quæ populum ad devotionem movent, tam in præfatis diebus, quàm in alijs, non intendimus prohibere. *Concil. Tolentanum. 22. cap. 19.*

18. In Ecclesijs nullus potest de nocte morari, (nisi ad custodiendam.) *Concil. Mediolanen. 1. parte 2. tit. de officio custodis. Vide, Custos E. n. 4.*

19. Solus Ecclesie rector potest in Ecclesia pernoctare. *Concil. Mediolan. tit. de Ecclesijs. supra n. 15.*

20. In Ecclesijs cantari non possunt lascivi cantus. *Concil. Senonen. in decr. morum. cap. 17. Vide, Cantus. n. 1. Vide, Musica.*

21. Non admittendi in ea histriones cum instrumentis musicalibus, neque propè eam. *Conc. Senon. l.c. Vide, supra n. 1.*

Organorum usum Ecclesia à Patribus ad cultum, servitiumque divinum recepit; nolimus itaque, quòd organicis instrumentis resonet in Ecclesia impudica, aut lasciva melodia: sed sonus omninò dulcis, qui nihil præter Hymnos Divinos, & cantica spiritualia repræsentet. *Concil. Senonen. Ibidem. cap. 17.*

22. In Ecclesia non spolientur, neque perquiritantur cadavera mortuorum per iudices, sed hæc fiant extra eam.

Nè occisorum cadavera à iudicibus vel notarijs maleficiorum in EE. ullò modò inspiciantur, sed eò illata exportentur, & hujusmodi inquisitiones, & omnia, quæ ad cordis cognitionem pertinent, à sacris locis rejiciantur. *Concil. Mediolanense, ubi supra. Vide, Defuncti. Vide, Cadaver. Vide, Corpus. Vide, Prophanatio.*

23. In Ecclesijs, vel earum atrijs, fieri non possunt placita secularia. *Conc. Mogunt. 3. cap. 21. infra.*

24. **Neque joci, aut rixæ, contentiones &c.**
Præcipimus, ut in EE. sive atrii EE. vel domibus, placita secularia minime fiant, quantum minus rixæ & contentiones. Item capitulo 39. De honore Ecclesiarum, & his qui ad EE. confugiunt, & quod Ecclesia cum magna reverentia adeunda sit, sicut in capitulari Dominico continetur, & in Moguntiacensi & Turonensi, ac Arelateni, tempore gloriosi Imperatoris Caroli, conventibus decretum est. *Concil. Senonen. 3. cap. 21.*

25. **Delicta commissa in Ecclesia, vel atrii, pretio compensantur, quod illi E. est solvendum.**

Si quis Presbyter, quod absit, quia Sacerdos altissimi Dei est, vulneratus, vel quibuslibet injuriis & contumeliis dehonestatus, evaserit, & supervixerit, tota compositio persolvatur Presbytero. Si autem articulo mortis præventus, obierit, pretium Weregeldi tripartitâ partiatur divisione; id est, altari, cui ordinatus fuerat, pars una: Episcopo, in cujus Diocesi erat, altera: tertia parentibus, de quibus ortus fuerat. Si verò in atrio Ecclesie aliquid ex istis Presbytero factum fuerit, supra dicto modo, Presbytero & pro Presbytero solvatur. Sed quia, ut Hilarius Papa omnibus Episcopis per diversas provincias, in Epistola sua scribit, injuria Sacerdotum, & EE. sacrilegium est: sacrilegium in atrio factum, altari, & Domino ejusdem loci persolvatur. Sacerdotes enim non sunt lacerandi, sed potius coronandi. *Concil. Triburien. 1. cap. 4.*

26. **In Ecclesie atrium intrans gladio evaginatio, sacrilegium committit, & pretio debet delinquens satisfacere, & illi Ecclesie solvatur.**

Si quis temerarius atrium Ecclesie evaginatio gladio præsumptuose intraverit, sacrilegium facit. Et idcirco sacrilegium in atrio Domini factum, sacrilegii more, altari & Domino persolvatur. Dominus dicit in Evangelio: Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Id est, qui seipsum vice rationis per peccatum in presenti ulcisci desiderant, gladio ipsius peccati in anima moriuntur. Quantum magis is, qui sanctum atrium, quod Dominus sibi præ cæteris segregavit locis, & suæ sanctæ E. ad honorem, polluit, & temerarius irruerit, gladio peccati, & iniquitatis suæ, mortuus jacuerit? Quapropter opus est poenitentia, ut resurgat ad vitam, qui gustavit mortem. *Ibidem. cap. 6.*

27. **In Ecclesia vel atrio non facienda prava colloquia.**

Statuit etiam sancta Synodus, ut mala consuetudo, quæ apud omnes penè jam inolevit, omnino prohibeatur; hoc est, quod colloquia sua in atrio altissimi Ecclesie constituunt habenda, & tunc ea in ipsa maxime exercent E. ubi orationes, & Divina tantum fieri æquum est officia. *Concil. Selegunshadiense. cap. 9.*

XXXIV. Ecclesia Cathedralis.

x. **Ecclesia Cathedralis, est Ecclesia Matrix.**

Nos enim per matricem Ecclesiam Cathedralis intelligi volumus, non Romanam. *De verborum significatione. cap. Venerabili.*

2. **Ecclesia Cathedralis non careat Episcopò ultrà tres menses.**

Postquam ergo quemquam criminaliter abscedentem in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio revocari, & ultrà tres menses, Ecclesiam vacante Pontifice, statuta sacrorum Canonum non permittunt, ne cadente postore Dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet, F. V. deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet Episcopum ordinare. Nam dum non petentes eos, etiam ante vestris ad hoc debueratis adhortationibus admonere postulantes, nulla vos oportet excusatione differre; quia Ecclesia Dei, diu viduata

proprio Episcopò, remanere non debet. *Gregorius I. Lib. 6. ep. 39.*

3. **Cathedrali Ecclesia vacante, intrà tres menses providenda; alioquin illi, ad quos spectat, illà vice carcant jure eligendi, & devolvitur electio ad superiorem proximum.**

Statuimus, ut ultra tres menses, Cathedralis, vel regularis E. Prælatò non vacet, infra quos, justò impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant eà vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur, devolvatur. Is verò ad quem devoluta fuerit potestas, Dominum habens præ oculis, non differat ultrà tres menses, cum Capituli sui consilio, & aliorum virorum prudentium, viduatam Ecclesiam de personarum idonea, ipsius quidem Ecclesie, vel alterius, si digna non reperitur, in illa canonicè ordinare, si canonicam voluerit effugere ultionem. *Concil. Later. 4. cap. 23.*

4. **Ecclesia Cathedrali vacante, solus Papa providet de visitatore, quia potest providere beneficia vacantia. De supplementa negligentia &c. in 6. cap. Ecclesie.** Quando potest Metropolitanus providere de visitatore. *Ibidem. Vide, Capitulum. tit. 1. n. 21.* Sed hic non potest providere beneficia.

Hujusmodi quoque visitator quamquam spirituum & temporalium administrationem legitimam censetur habere; beneficia tamen, quæ ad collationem pertinent Episcopi, conferre non potest, si ab alio, quam à Romano Pontifice fuerit deputatus. *Ibidem §. hujusmodi.*

5. **Ecclesia Cathedralis carens redditibus, provideatur de religiosis. Conc. Lateran. 5. sess. 10. constit. 2. & sess. 12. constit. 1. Temerariorum. Vide, in Bullario.**

6. **Cathedralis intelligitur Ecclesie nomine, & quando non.**

Quamquam sub nomine Ecclesiarum Civitatis, comprehendatur aliàs Ecclesia Cathedralis: Cum tamen alicui de beneficio mandamus, in aliqua Ecclesiarum Civitatis, vel Diocesis provideri, ad Cathedralis Ecclesiam (quam propter ipsius honorem sub hac generalitate nolumus hõc casu includi) se mandatum hujusmodi non extendit. Secus autem, cum mandamus in aliqua EE. provinciâ provideri: tunc enim & Metropolitana, & cæteræ Cathedrales Ecclesie, includuntur sub tali mandato: Cum uberiorem hõc casu, quam aliò, impetranti gratiam facere videamur. *De præb. in 6. cap. Quamvis.*

7. **Dum quis jurat obedire Ecclesie, intelligitur Cathedralis. De verborum significatione. cap. Cum Clerici. Vide, Capitulum. tit. 1. n. 4.**

8. **Cathedralis Ecclesia providere debet de beneficio Magistrum scholæ, qui gratis docet. Prælatò inferiore negligente, providet Superior.**

Quoniam Ecclesia Dei, sicut pia Mater, provide re tenetur, ne pauperibus, qui Patentum opibus juvari non possunt, legendi & proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque Cathedralis Ecclesiam Magistro, qui Clericos ejusdem scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeat. *De Magistris. cap. 1. Quoniam. & cap. Prohibens. Vide, Docere. n. 5.*

9. **Cathedralis excipitur, quando Papa præcipit aliquem provideri in Diocesi de beneficio; secus est, quando præcipit pro-**

videri in provincia. *De præbendis. in 6. cap. Quamvis. Vide, ubi supra n. 6.*

10. **Ecclesia subdita Archidiacono, si erigitur in Cathedralis, eximitur ab illo.**

Miramur, quòd cum tu monasterium de Chees, constitutum in Firmiensi Archidiaconatu nra Diocesis, Ecclesiam crexeris Cathedralis, Archidiaconus Firmiensis in tantam prorupit temeritatis audaciam, ut in Episcopum ibi consecratum, & E. suam jurisdictionem exercere præsumat. Mandamus, quantum præfato Archidiacono, à cujus jurisdictione dictum Episcopum denunciamus exemptum, id districte studeas inhibere. Proviso, ut si ex hoc Archidiaconi Firmiensis jura læduntur, in Diocesi tua, (ubi expedire videris) absque alieni juris præjudicio, recompensationem illi facias congruentem. *De majoritate & obedientia. cap. Cum inferior.*

11. **Præbendarius Canonicus, &c. in Cathedrali habens officium, cui sit annexus Ordo, intrà annum illum accipiat, & per se ministret, nisi justum ad sit impedimentum. Concil. Trident. sess. 22. De reformat. cap. 4. Vide, Beneficiatorum obligationes.**

12. **Cathedralium Capitula admittenda in Conciliis Provinciæ. De his que fiunt à Prælati &c. cap. finali. Vide, Capitulum. tit. 1. n. 2.**

13. **Cathedralium vacantium emolumenta, quæ sint, & ad quem spectent. Vide, Ecclesia vacante.**

14. **Ecclesia Cathedralis non conferatur minori 27. annorum. Extra. de Postulat. cap. unico. Poena postulatorum, & postulantium. Vide, Dignitas tit. 2. n. 7.**

15. **Cathedralis Ecclesie administrator, si habet à Papa plenam potestatem, potest administrare jurisdictionalia, non sacramentalia, nisi sit Episcopus, & non potest alienare immobilia. De electione &c. in 6. cap. Is cui. Vide, Administrator. n. 2. & 3.**

16. **Ecclesie Cathedralis tenere debent unum Lectorem Theologie.**

Collegiis Ecclesiarum, juxta reformationis præscriptum, injungimus: ut Doctores, qui Theologiam profiteantur, pro cuiusque E. facultate, & conditione, conducant. Contra negligentes sic acturi, ne quid vel in publicis, vel privatis hinc studiis constituendis, ad pietatis incrementa passim promovenda, quantum in nobis fuerit, desidererent. *Concil. Moguntinum 4. cap. 67. Vide, Theologia. Vide, Lector.*

17. **In Cathedrali non habet vocem, qui non est Subdiaconus. Concil. Tridentinum. sess. 22. de reformat. cap. 4.**

18. **Ecclesia Cathedralis nihil potest pretendere de legatis, quæ sunt aliis Ecclesiis.**

Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quòd venerabilis Fr. noster, Patriarcha vester, occasione constitutionis cujusdam, quam Ven. F. noster Albanensis Episcopus, tunc A. S. Legatus in partibus Romania, super legatis edidit defunctorum, & dil. Fr. J. tit. Sanctæ Præcedis Presbyter Cardinalis, dum ibidem legationis fungeretur officio, innovavit, de quibusdam, quæ vobis & EE. vestris legantur à decedentibus, tertiam indebitè à vobis exigat portionem. Cum igitur Episcopus, & Cardinales prædicti (sicut ex eorum interpretatione accepimus) non intellexerint, quòd de his, quæ in ornamentis Ec-

clesiasticis, vel ad fabricam Ecclesie, reparatione indigentis, aut ad E. luminaria, necnon & de his, quæ pro anniversario septimo, trigésimo, ac vigesimo faciendis, vel de his, quæ personis specialiter, nisi fortè id fiat Ecclesie ratione, à quocunque legantur, aliqua deberet solvi portio E. Cathedrali. Nos interpretationem eorum ratam habentes, secundum ipsam Constitutionem præfatam, præcipimus observari firmiter, inhibentes, ne in prædictis aliquid fraudulenter in præjudicium Cathedralis E. procuretur. *De verb. significat. cap. Ex parte vest. il. 3. Ex Honorio III.*

19. **Neque in Cathedralibus, neque in Collegiatis, admittendus est accessus & regressus, nec etiam ipsis Cardinalibus, licet ad sit consensus. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 7. Vide, Episcopii electio.**

XXXV. Ecclesia collegiata.

1. **Ecclesie Collegiatae, sunt secundæ post Cathedrales. Conc. Colon. 2. p. 3. c. 2. Vide, Decanus. n. 7.**

2. **Ecclesie Collegiatae spirant institutum Ecclesie primitivæ. Concil. Colon. 2. Ibidem cap. 4. Vide, Canonici. tit. 1. n. 2.**

3. **Ecclesie Collegiatae tenere debent unum Lectorem Theologie. Concil. Moguntinum 4. cap. 67. Vide, tit. præcedenti. n. 16.**

4. **In Ecclesiis Collegiatis, qui non est Subdiaconus, non habet vocem in Capitulo. Concil. Trident. sess. 22. de reformatione. cap. 4.**

5. **Habens præbendam, personatum, Canonicatum, &c. cui sit necessarius Ordo, intrà annum tenetur ordinari, nisi ad sit impedimentum, & per se illud munus exercere; & poenæ. Concilium Tridentinum. Ibid. Vide, Beneficiatorum obligationes.**

6. **In Ecclesiis Collegiatis, & beneficiabilibus, non admittitur accessus, & regressus, neque Cardinalibus, etiam si ad sit consensus. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 7.**

XXXVI. Ecclesie particulares circa Metropolitanam.

1. **Ecclesie inferiores in psallendo, & cæteris ritibus, conformari debent Metropolitanæ.**

De iis, qui contra Apostoli voluntatem, circumferuntur omni ventò doctrinæ, placuit huic sancto Concilio, ut Metropolitanæ Sedis auctoritate coacti, uniuscujusque provinciæ cives rectorisque Ecclesiarum, unum eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana Sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate cujuscumque Ordinis, vel officii, à Metropolitana se patiantur sepe disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem accipit, ut juxta majorum decreta, sedes, quæ unicuique sacerdotalis dignitatis est Mater, sit Ecclesiastica magistra rationis. *Dist. 12. cap. De iis.*

Placuit omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in Matutinis, vel vespertinis Officiis teneatur, & non diversæ, ac privatæ, neque monasteriorum consuetudines cum Ecclesiastica regula sint permixtæ. *Ibid. cap. Placuit.*

XXXVII. Ecclesie, earumque bona sub potestate Episcoporum sunt, & quomodo.

1. Ecclesie earumque res ab Episcopo territorii disponendae. Etiam si a laicis constructae sint Ecclesie.

Omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quae Dei sunt, condonare; quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministrat, ne eorum occasione, Ecclesie negotia deprædentur. *Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 39. & Concil. Vormatiense. 1. cap. 45.*

Quae sunt Ecclesie, sub omni sollicitudine & conscientia bonâ, & fide; quae in Deum est, qui cuncta considerat, iudicatque, servantur, quae etiam dispensanda sunt iudicio & potestate Pontificis, cui commissus est populus, & animae, quae in Ecclesia congregantur. Manifesta verò sunt, quae pertinere videntur ad E. cum notitia Presbyterorum, & Diaconorum, qui circa ipsum sunt, ita ut agnoscant, nec ignorent, quae sint Ecclesie propria, nec eos aliquid lateat: Ut si contigerit Episcopum migrare de saeculo, certis existentibus rebus, quae sunt Ecclesie, nec ipsae collapsae deperant, nec quae propria probantur Episcopi, sub occasione rerum pervadantur Ecclesie. Iustum namque & acceptum est, coram Deo & hominibus, ut sua Episcopus, quibus voluerit, derelinquat, & quae Ecclesie sunt, eidem conferantur E. ut nec E. aliquod patiatur incommodum, nec Episcopus sub occasione proferatur Ecclesie; & in causas incidant, quae ad eum pertinent, & ipse post obitum maledictionibus ingravetur. *Concil. Antiochenum. cap. 24.*

De his quae ad Parochianas EE. offeruntur, in terris, vineis, mancipiis, pecuniis, antiquorum Canonum instituta servantur, ut omnia in Episcopi potestate consistant. De his autem, quae altaribus offeruntur, tertia pars fideliter Episcopis deferatur, duae Clericis; decimae autem secundum quosdam, singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto anno, totam, Episcopi recipiant. *Concil. Toletanum. Post fragmenta. cap. 20. Concil. Aurelianense. 1. cap. 17. & 10. q. 1. cap. De his quae Parochis, &c.*

Omnnes Basilicae, quae per diversa loca constructae sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum Canonum regulam, ut in eis Episcopi, in cuius positae sunt territoria, potestate consistant. *Concil. Aurelianense 1. cap. 19. 6. q. 7. cap. Omnes Basilicae.*

Si quae oblationes in quibuslibet rebus, atque corporibus, collatae fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur. Et in eius sit arbitrio, quid ad reparationem basilicae, aut obsequium ibi substantiam, deputetur. De facultatibus verò parochiarum, vel basilicarum, in pagis Civitatum constitutis, singulorum locorum consuetudo servetur. *Concil. Aurelianense 3. cap. 5.*

Multi contra Canonum constituta EE. quas edificaverint, postulant consecrari, ut dotem, quam eidem E. contulerunt, censent, ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum, & in praeteritum displicet, & in futuro prohibetur. Sed omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant. *Concil. Toletanum 3. cap. 19. Vormatiense. 1. cap. 6. & 55. Concil. Moguntinum. 3. cap. 4. & 10. q. 1. cap. Sic quidam.*

Sicut Dioecesium alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non admittit: Idemque basilicae, quae nova conditae fuerint, ad eum procul dubio Episcopum pertinebunt, cuius conventus esse constituerit. *Concil. Toletanum 4. cap. 35. 16. q. 2. cap. Possessio. & 16. q. 3. cap. Sicut Dioecesium.*

Omnnes (inquit idem Hieronymus) qui stipe templi, & his quae conferuntur in usus Ecclesiae, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum & Sacerdotum, redimentium mendacium, & sanguinem Salvatoris. Subtiliter planè, sagaciterque pertractanda sunt, ac perpendenda verba tanti Doctoris; & cunctis fidelibus cavendum est, nè in his rebus, quae Ecclesiae collatae sunt, auferendis, similes efficiantur pharisaeis, & pseudo-Sacerdotibus, mendacium, sanguinemque Christi redimentibus. *Concil. Aquasgranen. 3. sub Paschali lib. 3. cap. 8.*

Ut nullus laicus, quamvis religiosus, praesumat aliquid de rebus Deo dicitis, vel Ecclesiae facultatibus, id est, nec dandi basilicas, nec auferendi, sine consensu Episcopi habeat potestatem, neque ex dote Ecclesiae, id est ex uno manso, & quatuor mancipiis, census exigatur, sed iuxta Concil. Aurelianense 1. cap. 19. Omnes basilicae, &c. (ut supra) si quis verò contra haec venire praesumpserit, anathemate feriatur. *Concil. Colonien. 1. cap. 4.*

Quaecumque res E. sunt, convenit cum omni diligentia & bona fide, quae Deo debetur, qui omnia providet, atque iudicat, gubernari, ac dispensari, cum iudicio & potestate Episcopi, cui totius plebis animae videntur esse commissa. *10. q. 1. cap. Quaecumque.*

Praecipimus, ut in potestate sua Episcopus Ecclesiae res habeat, si enim animae hominum pretiosiores illi sunt creditae, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos, & cum Dei timore, & omni sollicitudine ministrentur. Ex iis autem, quibus indiget, (si tamen indiget) ad suas necessitates, & ad peregrinorum Fratrum usus, ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei praecipit, ut qui altari deseruiunt, de Altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit. *Concil. A.A. cap. 41. & 12. q. 1. cap. Praecipimus. & cap. Ex iis.*

2. Ecclesia non exempta, subdita est Episcopo Dioecetano.

Cum Venerabilis Fr. noster J. Sabinensis Episcopus, Ecclesiam sancti Angeli de Caucia, cum suis pertinentiis & possessionibus petisset, asserens, eam ad se, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinere, allegavit ante omnia jus commune: quia cum constituta sit in Dioecesi Sabinensi, sub ipsius debebat consistere potestate. -- Quia igitur nobis constitit, Ecclesiam supradictam, constitutam in Dioecesi Sabinensi, Episcopale Jus in omnibus spiritualibus eidem Episcopo adjudicavimus in eadem; illis tantum exceptis, quae per authentica scripta ei dignoscuntur esse subtracta. *De religiosis domibus. cap. Cum Venerabilis.*

3. Ecclesia facta ab exempto, in loco non exempto, cedit juri Episcopi.

Insuper Ecclesias omnes, quas monasterium praeter Episcopi Colubriensis assensum, propria auctoritate fundarunt, quia pars sanctae Crucis, nec praescriptione, nec defensione aliâ, probationibus contra se factis obtulerat, iudicantur, in jus Colubriensis Ecclesiae cum fructibus mediis temporis revocari. Et in fine: Cumque libertatem, à praedecessoribus nostris indultam monasterio, confirmemus, ad jus professionis (quod est contrarium libertati) monasterium decernimus non teneri; non derogante iudicibus delegatis, quibus libertatis privilegia non fuerant praesentata. In ceteris autem latam à praedictis iudicibus sententiam pro Colubriensi Ecclesia confirmamus. *De privilegiis. cap. Cum olim. il. 2.*

4. Ecclesiae res non sunt propriae Episcopi, aut alterius, sed commendatae.

Ut Episcopus rebus Ecclesiae tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur. *Concil. Carthaginens. 4. cap. 31.*

Haec Fratres valde cavenda sunt, & timenda, quia res Ecclesiae non quasi propriae, sed ut communes, & Domino oblatae, cum summo timore, non in alios,

alios, quam in praefatos usus sunt fideliter dispensanda; ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditae sunt. *Urbanus 1. in ep. decretali. cap. 2. 12. q. 1. cap. Res Ecclesiae.*

Nec vobis debet esse verecundia, ei aliquid de eleemosynis importunè dicere, quem constat, non res suas, sed ad dispensandum res pauperum habere. De causis itaque mercedis apud Episcopum libere agere debuissis, etiam si meum animum, qualis in amore vestro existeret, nesciretis. Postquam enim & nos omnino gloriam vestram diligimus, & dispensatoris locum in rebus, sicut scitis, pauperum tenemus, vestra fateor verecundia valde accusabilis fuit. *Gregorius 1. lib. 11. ex regest. ep. 23.*

Ratio nulla permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, propriis cuiusdam usibus applicetur. *De prebendis & dignitatibus. cap. Ratio.*

5. Ecclesiae res dissipans, ab administratione est removendus. 3. q. 2. cap. ult. Quia ea. Vide, Administrator. n. 1.

6. Ecclesiarum bona, reditus, &c. in speciali libro scribantur, & singulis annis inspicendum, si aliquid perierit, vel creverit.

Nè ex incuria aut negligentia, sicut consuevit, damna Ecclesiis accidant, capitulis Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiarum, aliarumque EE. Rectoribus & Curatoribus mandando injungimus, ut singulis annis semel ad minimum omnes EE. res & ornatus inspiciant, & in indice singula diligentem conscribant, quò, si quid inde perierit, facilius deprehendi, & faciri, & ratio ab his, quibus ea cura commissa est, exposci & reddi queat. Eadem diligentiam volumus, & praecipimus, ut omnium EE. praedia & reditus, tum communes, tum etiam ad singulas dignitates, seu beneficia pertinentes, in libro ad id deputato exactissime conscribantur, litterae verò originale censuum, tam communium, quam ad singula beneficia pertinentium, non apud singulos possessores relinqui, sed in publica, & benè munita custodia, copiis earundem auctoritatis, apud possessores retentis, asservari debent. Unde, si occasio exegerit deproxi, & singulis personis sub cautione rehibitionis permitti poterunt. *Concil. Moguntinum 4. cap. 89.*

7. Ecclesiae bona possessa à Clericis, non possunt in suam proprietatem revocari.

Clerici quilibet, quantacumque diuturnitate temporis de Ecclesia remuneratione aliqua possederint, in Jus proprium praescriptione temporis non vocentur; dummodo pateat, Ecclesiae rem fuisse, ne videantur etiam Episcopi administrationes prolixas, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuissent, aut diu retentas facultates, in Jus proprietatis suae posse transcribere. *Concil. Agathen. cap. 59. & 16. q. 3. cap. Clerici. & post Conc. Tol. 17. c. 12.*

Quod Clerici etiam sine precatoriis, qualibet diuturnitate temporis, de Ecclesia remuneratione possederunt, -- in Jus proprietatis temporis praescriptione non vocetur, dummodo pateat, Ecclesiae rem fuisse, ne videantur etiam Episcopi administrationes prolixas, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuissent, aut diu tentas Ecclesiae facultates proprietati suae posse transcribere. *Concil. Epanen. cap. 18.*

8. Episcopus donare non potest bona Ecclesiae, inconsulto Capitulo. De donatione. cap. Fratritatem. Vide, Capitulum. tit. 1. n. 18.

9. Episcopi non possunt ex suo arbitrio bona Ecclesiae dissipare.

Episcopus habeat potestatem in rebus E. ut dispense necessitatem habentibus, cum omni reverentia, & timore Dei. Participare etiam cum oportet, quae necessaria sunt. Sit tamen ipse, aut qui cum eo sunt fratres, indiguerint aliquò, ut necessitatem nullò modo putiantur, secundum sanctum Apostolum di-

centem: victi & tegumentò, his contenti simus. Si autem res Ecclesiasticas Episcopus in suas voluntates usurpare voluerit, & fructus agrorum, non cum Presbyterorum, vel Diaconorum consilio contaminaverit, aut fratribus, vel filiis, vel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter laedantur res Ecclesiae, hunc oportet obnoxium esse Concilio. Similiter si Episcopus, vel qui cum eo sunt Presbyteri, aut Diaconi accusentur, quia, quae vel ex reditu, vel ex quolibet actu Ecclesiae veniunt, in sinus suos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt: hos corripi oportet, secundum quod ordinatum fuerit à sancto Concilio. *Concil. Lucense cap. 16.*

10. Neque res omnes in suum usum convertere. Sed iis uti possunt, si indigent, non tamen omnibus.

Nulli Episcoporum liceat res mobiles, aut immobiles, de subiectis plebibus, aliisque suis locis in proprio usu habere: ne majores enormiter locupletentur, & minores tali factò pauperes inveniantur. Contra agens Canonica auctoritate coarctatus existat. *12. q. 1. cap. Nulli Episcoporum.*

Si privatum possidemus, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procuratorem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vendicamus. *Ibidem. cap. Si privatum. & 12. q. 1. cap. Ex iis. Vide, supra n. 1.*

Non habenti necessitatem, nec Episcopo licet Matricis Ecclesiae rem sui tituli usurpare. *12. q. 2. cap. Non habenti.*

Placuit, ut Presbyteri non vendant rem E, ubi sunt constituti, nescientibus Episcopis suis: Quomodo nec Episcopis liceat vendere praedia Ecclesiae, inconsultò Concilio, vel cunctò Presbyteriò, sine ulla necessitate. *Ibidem. cap. Placuit.*

11. Non potest jure haereditario legare. De prebendis & dignitatibus. cap. 1. Vide, Beneficia. tit. 2. n. 1.

12. Ecclesiae bona, per nullam temporis praescriptionem transeunt in proprietatem alicujus personae. Post Concil. Toletanum 17. cap. 12. supra. n. 7.

13. Ecclesiarum Caplae, in quibus bona pretiosa tenentur, pluribus clavibus custodiantur, & una semper sit penes Rectorem Ecclesiae. Instrumenta verò scripturae &c. benè custodiantur.

Ut Ecclesiae per provinciam nostram constitutae à damnis, quae nonnunquam ex infida procuratorum accipiunt, impolterum vindicentur: decernimus, & ordinamus, ne post hac solis laicis, sed cum aliquot laicis, cuiusque Ecclesiae Rectori seu Plebano, velut principali, officium fabricae, seu procuratio Ecclesiae committatur, ita tamen, ne ipsi Ecclesiarum Rectores seu Plebani, officio exactionis censuum, proventuum, live reddituum, seu procurationis labore graventur. Tales etiam Ecclesiarum procuratores, de pecuniis, seu proventibus Ecclesiarum nihil in suum privatum usum convertant, sed omnia in Ecclesiae utilitatem impendant, & de omnibus acceptis, & expensis debitò tempore, ad minimum semel in anno, coram ipso Plebano, seu Rectore Ecclesiae, & aliis ad hoc deputatis, rationem conficiant. Volumus etiam ad singulas EE. cistas, in quibus litterae censuum, seu pecuniarum, & pretiosiores EE. res asservantur, diversas seras, & ad minimum duas fieri, & ex clavibus semper unum apud Parochum, seu Rectorem Ecclesiae relinqui, & custodiri: sicut tales cistae non ab uno aliquo procuratore, nec unquam absente parochò, aut Rectore Ecclesiae possint aut debeant aperiri. Huic verò nostrae constitutioni in EE. fraudem non parentes, ipsi plebani nobis, aut vicariis nostris denunciarent, debitam monitione praevia excommunicandos. *Concil. Moguntinum 4. cap. 90. Ibidem cap. 89. supra n. 6.*

XXXVIII. Ecclesiæ redditus, & bona à quo, quibus, & quomodo distribuenda.

1. Ecclesiæ redditus ab Episcopo omnes (olim) erant disponendi. In Parochiis verò servetur consuetudo.

Licetum sit Episcopis, præsentibus Presbyteris & Diaconibus, de thesauro Ecclesiæ, familiæ, & pauperibus ejusdem Ecclesiæ, secundum Canonicam institutionem, juxta quod indigerint, erogare. *Post Concil. Arvernense cap. 5. Concil. Apostolorum cap. 39. Concil. Aurelianen. 3. cap. 5. Vide, præcedenti tit. n. 1.*

2. Ecclesiarum Præpositi sunt dispensatores rerum Ecclesiæ.

Cum Præpositus fuerit factus Ecclesiæ, omnium quæ habet Ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, ut ipsi melius nostis, ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita, pauperibus erogavit: sed cum ejus factus esset Episcopus, non contempsit Ecclesiæ facultates, sed fidelissimè dispensavit. *12. q. 1. cap. Expedi facultates.*

3. Ecclesiæ res non possunt à secularibus dari: dantes & recipientes sunt excommunicati.

Qui res Ecclesiæ petunt à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtinent, & à communione Ecclesiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur. *De rebus Ecclesiæ non alienandis. cap. Qui res.*

4. Ecclesiæ bona potest Episcopus, si indiget, sibi applicare, sed non omnia. *12. q. 1. cap. Ex his autem. Vide, tit. præcedenti. n. 1. & cap. Episcopus Ecclesiasticarum. Vide, Bona temporalia, n. 7.*

5. Ecclesiæ res non possunt ex libito in usum Episcopi converti. *12. q. 1. cap. Nulli Episcoporum. & cap. Si privatum supra n. 10.*

6. Ecclesiæ bona non possunt in usum laicorum converti.

Ligna Ecclesiæ dedicata, non debent ad aliud opus jungi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igne sunt comburenda, vel ad profectum in monasterio Fratibus. In laicorum verò usum non debent admitti. *Post epistolam 2. Higinii Decret. 4. De consecrat. Dist. 1. cap. Ligna.*

7. Ecclesiæ vineæ, quæ dantur monachis, vel aliis excolendæ, semper sunt Ecclesiæ.

Si Episcopus humanitatis intuitu, vineolas vel terulas, Clericis, vel monachis præstitit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum Ecclesiæ præjudicium patiat, nec secularis legis præscriptio, quæ Ecclesiæ aliquid impediatur, opponatur. *Concil. Aurel. 1. cap. 25. 16. q. 3. cap. Si Episcopus.*

8. Ecclesiastici de rebus Ecclesiæ sunt alendi.

Ut igitur cum bos in area operatur, ore non obligato, inde pastum capefcit, non tamen totum quod in area est, ab ea depascitur, sic etiam vos, cum in area, id est, in Ecclesia Dei operam exercetis, edite ex E. bonis, ut Levitæ quoque faciebant, qui in tabernaculo testimonii ministrabant, quod ex omni parte figura Ecclesiæ erat. -- Oportet namque, ut qui in E. assidui sunt, eos Ecclesia aliat, utpote Sacerdotes, Levitas, Præpositos, Ministros Dei. *Lib. 2. constit. Apostolic. cap. 25.*

9. Ecclesiastici, qui de suo possunt vivere, sumere non debent redditus Ecclesiæ.

Nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiunt. De Clericis dicit per Prophetam

Spiritus Sanctus: Peccata populi mei comedunt. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta (quibus indigere videntur) suscipiunt: ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Ipsi quoque pauperes, si se possint suis artificiis, aut laboribus expedire, non præsumant, quod debet debilis & infirmus accipere: nè fortè Ecclesia, quæ potest omni solatio destituta necessaria ministrare, si omnes, etiam nihil indigentes accipiant, gravata illis, quibus debet subvenire, non valeat. *Concil. Aquisgranen. sub Ludov. Pio. cap. 107. 1. q. 2. cap. Clericos. cap. Pastor. E. cap. Si quis propter. Vide, Clerici. tit. 46. n. 4.*

10. Ecclesiæ redditus & bona in quatuor partes debent dividi: scilicet pro Episcopo, seu Rectore, pro Clericis, pro Ecclesia, & pro peregrinis, seu pauperibus. Et intelligitur de omnibus bonis, etiam acquirendis.

Commoneo autem vestrum consortes monumentum, de redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, & quod primam partem exigat Ecclesia, unam partem Pontifici cum fratribus relevandis dimidiam Ecclesiæ, dimidiam Presbyteris & Diaconibus cum omni Clero vel peregrinis constituit hunc ordinem, ut si quis de Clero, vel Presbyteris universi loci, quod commune est, transiret de hoc mundo, & si neminem de sua generositate haberet consortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferret Ecclesiæ, & exinde quatuor partes fierent, sicut dictum est. *Concil. Romanum 2. sub Sylvestro cap. 4.*

Quatuor autem tam de redditu, quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet E. facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones. Quarum sit una Pontificis, altera Clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. *Gelasius ep. 9.*

Præsumitur auctoritas nostrorum emanavit, ut facultates Ecclesiæ Episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen, ut viduarum, pupillarum, atque pauperum, nec non & Clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statim dari, quod hæcenus decretum est, reliquum sibi Episcopi vindicent, (sicut ante diximus) peregrinorum atque captivorum largiores esse possint. *Idem. ep. 10. Gregorius I. Lib. 11. ex regest. ep. 23.*

Mos autem Apostolicæ Sedis est, ordinatis Episcopis præceptum tradere, ut de omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Episcopo & familiæ ejus, propter hospitalitatem & susceptionem, alia Clero, tertia verò pauperibus, quarta Ecclesiis reparandis. *Gregorius I. Lib. 12. ep. 31. cap. 1. 12. q. 2. cap. Mos est.*

Cognovimus namque, de redditibus Ecclesiarum noviter acquisitis, Canonicam dispositionem quarum tantummodo distribuere quartam antiquorum reddituum, nunc verò qualita suis usibus retinere. Quam rem pravam subintroductamque consuetudinem f. t. vivaciter emendare festinet, ut si de præteritis redditibus, si de iis, quæ nunc obvenerunt, vel obvenerint, quarta secundum distributionem Canonicam dispensentur. Incongruum namque est, unam eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo jure censeri, id est, usurpationis, & Canonum. *Idem Lib. 3. ep. 11.*

Sanè si quos de servis Ecclesiæ, benemeritis sibi, Episcopus libertate donaverit, collatam à successores libertatem placuit custodiri, cum hoc, quod eis manumissor in libertatem contulerit, quod tamen jubemus viginti solidorum numerum, & modum in terrula, vel vincola, vel hospicio tenere. Quod amplius datum fuerit, post manumissoris mortem Ecclesiæ revocetur. Minusculas verò res, ut Ecclesiæ minus utiles Peregrinis, vel Clericis salvò jure Ecclesiæ in usum præstari permitimus. *Concil. Aquisgranen. cap. 7. 12. q. 2. cap. Si quos de servis.*

Item

Item placuit, ut de rebus Ecclesiasticis tres æque fiant portiones, id est, una Episcopi, alia Clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis Ecclesiæ: de qua parte, sive Archipresbyter, sive Archidiaconus illam administrans, Episcopo faciat rationem. *Concil. Bracaren. 1. cap. 25.*

Sancimus, omnibus Episcopis curam laicorum instare, ut si quos in fide Christi invenerint, nimio affectu diligant. Insuper confirmamus, ut si aliqua ab ipsis accipiant dona, statim in quatuor dividant partes: ita ut prima pars, secundum Apostolorum præcepta, titulorum, nec non cœmæteriorum refectionibus diligenter attribuatur, secunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta verò advenis. *12. q. 2. cap. Sancimus.*

11. Ecclesiæ res dissipans, ab administratione removendus est. *3. q. 2. cap. ultimo. Vide, Administrator. n. 1.*

12. Ecclesiæ bona non possunt ab Episcopo alicui relinqui, seu legari. *Concil. Antiochenum cap. 24. de præbendis & dignitatibus. cap. 1. Vide, tit. præc. n. 1. & 11.*

13. Ecclesiæ bona, debent esse nota omnibus Clericis ejus.

Manifesta autem debent esse, quæ ad E. pertinent in conscientia eorum, qui circa Episcopos sunt, & Presbyteri, & Diaconi, ut hi omnes sciant, quæ sunt Ecclesiæ propria; ut si Episcopi contigerit transitus, eos nihil latere possit, ex his quæ ad E. pertinent, ut nullò modo possint minui & perire. Neque res propria Episcopi, debent importunitatem pro rebus E. pati. *Concil. Bracarense cap. 15.*

14. Neque ex arbitrio Episcopi dissipari possunt. *Idem. cap. 16. Vide, tit. præcedenti. n. 9.*

15. In usum pauperum impendi possunt. *12. q. 1. cap. Res Ecclesiæ. Ibidem. n. 4. cap. Videntes. Vide, infra. n. 23.*

16. Ecclesiæ res non sunt propria Episcopi, sed pauperibus dandæ. *Gregor. I. Lib. 11. ex regest. ep. 23. De præbendis & dignitatibus. cap. Ratio. Vide, tit. præc. n. 4.*

17. Ecclesiæ bona & res per nullam temporis præscriptionem transire possunt in proprietatem alicujus. *Post Concil. Toletanum 1. 7. cap. 12. Vide, tit. præc. n. 7.*

18. Ecclesiæ bona possunt ab Episcopo concedi, ad faciendum monasteria, & quomodo.

Si Episcopus unam de Parochianis Ecclesiis suis, monasterium dicere voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu Concilii sui, habeat licentiam faciendi. Qui etiam si de rebus Ecclesiæ, pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum Ecclesiæ non exhibeat, eidem loco donaverit, sit stabile; rei enim bonæ statuendæ, sanctum Concilium dat consensum. *Concil. Tolet. 3. cap. 4.*

19. Ecclesiæ res ac negotia, non possunt à laicis disponi.

Eulalius Episcopus Syracusanæ Ecclesiæ dixit: Scripturam, quæ in sacerdotali Concilio recitata est, evidentissimis documentis constat esse invalidam. Primum, quod contra Patrum regulas à laicis, quamvis religiosi (quibus nulla, de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi, legitur unquam attributa facultas) facta videntur. (Et in fine.) Ne in exemplum remaneret præsumendi, quibuslibet laicis, quamvis religiosi, vel potentibus in quacunque Civitate, quolibet modo aliquid decernere de Ecclesiasticis facultatibus, quarum solis Sacerdotibus disponendi indulsè à Deo cura commissa docetur. *Dist. 96. cap. Bene.*

20. Ecclesiæ res, ac bona, non possunt disponi à Rege, nec ab Imperatore.

Ecclesiæ meæ, cui Deus noster memm Sacerdotium, vobis res humanas regentibus deputavit, nos cura constringit, ne causis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detineat, -- desim. -- Cum enim humanis rebus, Divinæ cultor religiosus, Dominus favente provideas, nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria, quam certum est, Divinis semper rebus animò promptiore favisse, firmò & stabili jure custodiatur, -- ut licita serventur, & sub vestra imperio clementiæ minimè, quæ sunt illicita, formidentur. *Dist. 97. cap. Ecclesiæ meæ.*

21. Ecclesiæ res, non cognatis, vel aliis dispensandæ, sed pauperibus. *Concil. Vormaticense. 1. cap. 45. Vide, tit. præc. n. 11.*

22. Ecclesiæ redditus juxta laborem dandi sunt. *1. q. 2. cap. Clerici. Vide, Clerici. tit. 46. n. 2.*

23. Ecclesiarum prædia antiquitus vendebantur pro alendis pauperibus, postea cœperunt possideri, & fructus eorum in pauperes erogari.

Videntes autem summi Sacerdotes, & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis posse conferre, si hæreditates & agros, quos vendebant, Ecclesiis, quibus præsidebant Episcopi, traderent, eò quod ex sumptibus eorum, tam præsentibus, quam futuris temporibus, plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus, communem vitam ducentibus, quam ex pretio ipsorum: cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere; ipsæ verò res, in ditione singularum parochiarum Episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant: & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus, & quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus, communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egenus inveniat. *12. q. 1. cap. Videntes. ex Urbano I. ep. decret. lib. 1. cap. Futuram Ecclesiam. Vide, Apostolus. n. 16.*

24. Ecclesiæ bona, sive immobilia, sive mobilia, non possunt donari, legari &c. similibus modis dispensari filiis illegitimis, etiam si legitimi sint, nec bona patrimonialia, possunt Clerici eis relinquere. *Pius V. Constit. 117. Quæ Ordini.*

25. In Ecclesiasticis bonis non succeditur jure hæreditario. *De præbendis & dignitatibus. cap. 1. Vide, ubi supra n. 13.*

26. Ecclesiastici redditus impendi non possunt ad emendas domus, aut possessiones pro laicis, vel pro consanguineis, aut pro concubinis, & poenæ id facientiam. *Concilium Oxoniense. 1. cap. 30. Vide, Clerici. tit. 46. n. 9.*

XXXIX. Ecclesiarum bona non alienanda.

1. Ecclesiarum bona, prædia, domus, census, &c. non alienanda. Anathema est dans, & accipiens. Tenentur restituere etiam fructus, & onus transit ad hæredes. Et nulla est alienatio.

Ne unquam prædium, seu rusticum, seu urbanum, vel ornamenta, aut ministeria Ecclesiarum, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad Ecclesiarum jura pervenerint, ab eo, qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futurus

Exculis sequentur, quocumque titulo atque com-
mentis alienentur. Si quis vero aliquid eorum alie-
nare voluerit, inefficax atque irritum iudicetur, sit-
que facienti, vel consentienti accipientique anathe-
ma. -- Et is, qui prædium rusticum, vel urbanum
juris Ecclesiastici fuerit consecutus, noverit se nullâ
lege vel præscriptione munitum, sed si is, qui
alienaverit, si is, qui consequenter voluntate con-
trariâ prædium hujusmodi alienatum revocare ten-
taverit, id cum fructibus restituat, qui illud fuerit
consecutus. *Conc. Romanum 4. sub Symmacho. cap. 2.*

Quam etiam poenam placuit accipientis hæredes,
pro hæredesque respicere. In qua re cuilibet Cleri-
corum contradicendi libera sit facultas; Iniquum
est enim, & sacrilegii instar, ut, quæ vel pro salute,
vel pro requie animarum suarum unusquisque vene-
rabilis Ecclesiæ pauperum causâ contulerit, aut certe
reliquerit, ab his, quos hæc maxime servare conve-
nerat, in alienitatem transferantur. *Ibidem. cap. 3.*

Non placuit, laicum statuenti in Ecclesia (præter
Papam Romanum) habere aliquam potestatem, cui
obsequendi manet necessitas, non auctoritas impe-
dandi. *Ibidem. cap. 16. q. 7. cap. Non placuit. Concil.
Nicanum 2. cap. 12. Vide, Alienare. n. 11.*

**2. Neque Papa debet alienare bona Eccle-
siarum.**

Sancimus, ut nulli Apostolicæ Sedis Præfule, præ-
fenti die (donec disponente Dominò, Catholica
fidei manserit doctrina salutaris) liceat prædium
rusticum, quantumcumque fuerit, vel magnitudinis,
vel exiguitatis, sub perpetua alienatione, vel com-
mutatione, ad cuiuslibet iura transferre. Nec cuius-
quam excusetur necessitatis obsequio, quippe cum
non sit personale, quod loquimur: nec aliquis Cleri-
corum, vel laicorum sub hac occasione accepta tueri-
tur. Sed nec in usufructuario iure aliquibus dare
liceat, nec data retinere, præter Clericos & capri-
vos, atque peregrinos, ne malæ tractationis mini-
stretur occasio, cum liberalitati illi alia iura referentur.
*Conc. Romanum 4. sub Symmacho. cap. 4. 12.
q. 2. cap. Non liceat Pape. Vide, Alienare. n. 1.*

**3. Ecclesiæ bona, cum licentia Papæ, possunt
per novem annos infudari, aliâ nulla
est infudatio.**

Salvò, quòd locationes usque ad prædictum tem-
pus novem annorum, vel ab inde infra, & non ultra,
tam Apostolicâ, quam ordinariâ auctoritate valeant
celebrari, cum dicta præstatione tamen census soli-
ti, si rationabilis: ita tamen, quòd fiant cum evi-
denti utilitate, hujusmodi tam per Romanum Pon-
tificem, quam per Prælatos & Rectores, secundum
juris scripti formam, etiam infudationes, Emphy-
teuticæque concessionis, occupationes, & revoca-
tiones, de bonis feudilibus, ac Emphyteuticis ante
dictum tempus Gregorii XI. infudari solitis. *Conc.
Constantiense. Post sessionem ultimam, in confir-
mat. cons. Imperialium.*

**4. Ecclesiæ bona alienare non possunt Cardi-
nales in suis titulis, sub poena anathema-
tis danti, & recipienti, & obligatione
restituendi, quæ transit ad hæredes.**

Pari etiam, Ecclesiarum per omnes Romanæ Ci-
vitatibus ritulos, qui sunt Presbyteri, vel quicumque
fuerint, adstringi volumus lege custodes: quia nefas
dictum est, obligatione, quâ se per charitatem Christi
connectit summus Pontifex, ea hominem secundi in
Ecclesia ordinis non teneri. Quicumque tamen
oblitus Dei, & decreti huius immemor, cuius Ro-
manæ Civitatis Sacerdotes volumus religiosi nexi-
bus devincti, in constitutum præfens committens,
quidquam de iure titularum, vel Ecclesiæ, superius
præfata, quòlibet modò præter aurum, argentum,
vel gemmas, vestes quoque, si sunt, vel si accesserint
aliqua mobilia, ad ornamenta divina minime perti-
nentia, perpetuò jure, exceptis duntaxat, sub præfa-
ta conditione, domibus, alienare tentaverit, donator,
alienator, ac venditor, honoris sui amissione mulcte-

tur. Præterea, qui petierit aut acceperit, vel qui
Presbyterorum, aut Diaconorum, seu defensorum,
danti subscripserit, &c. anathemate feriatur. *Conc.
Romanum 4. sub Symmacho. cap. 6. cap. 7. 17. q. 4.
cap. 1. Quicumque habuerit.*

**5. Ecclesiæ vineæ, prædia, & cætera, quæ dan-
tur excolenda moxachis, vel aliis, sem-
per sunt Ecclesiæ. Concil. Aurelianen. 1.
cap. 25. 16. q. 3. cap. Si Episcopus. Vide,
tit. præc. n. 7.**

**6. Ecclesiæ bona neque ab Episcopis possunt
alienari. Concil. Romanum sub Sym-
macho. Sub poena anathematis danti,
& accipienti, & onere restituendi, quod
transit in hæredes. Concil. Nicanum 2.
cap. 12. Vide, ut supra. n. 1.**

**7. Ecclesiæ res non potest Prælati mutare
cum Ecclesia, vel alienare sine ejus con-
sensu, licet utraque sit sub sua potestate.
De rebus Ecclesiæ non alienandis. cap. 1.
Vide, Alienare. n. 15.**

**8. Episcopus, Archiepiscopus, &c. alienans,
vel locans ultra triennium, vel dans in
emphyteosim, extra casus in jure per-
missos, interdicitur ab ingressu Ecclesiæ:
si per sex menses sic manet, penitus sic
suspensus à regimine. Extra de rebus
Ecclesiæ non alien. cap. Ambitiosæ. Vide,
in Bullario.**

**9. Ecclesiasticarum rerum permutationes cum
magna cautela faciendæ.**

Ut commutationes rerum Ecclesiasticarum valde
caveantur, & subtilissimè, si aliquò modò fieri de-
bent, inspiciantur. Quæ autem inconsultè sine
facta, juxta Decretum Canonicum Papæ Hilarii,
quæ illicitè decessor Episcopus admiserit, vel ab
aliis illicitè commissa sunt, ab eo, qui successor est,
emendentur. *Conc. Meldense. cap. 23.*

**10. Ecclesiæ res parvulæ possunt ab Episcopo
alienari. Concil. Agathen. cap. 45. 12. q. 2.
cap. Terrulas. Vide, Alienare. n. 8.**

**11. Ecclesiarum bona non locanda constan-
guineis. Vide, Locationes.**

**12. Hospitalia, loca pia, &c. earumque bona,
non possunt donari, nec vendi, & nulli
sunt tales contractus.**

Concessionisque, donationes, &c. hujusmodi, &
alias quasvis, quæ cum detrimento, vel læsione Ec-
clesiarum, monasteriorum, mensarum, capitulo-
rum, conventuum, locorum, seu personarum ali-
cujus, vel aliquarum hujusmodi, facta à dicto tem-
pore Urbani Papæ sexti citrà, ex certa scientia & au-
thoritate prædicta, hæc edicta constitutione, sub, &
cum supra & infra dictis modificationibus revocat,
cassat, irritat, & annullat, &c. *Conc. Constantiense.
post sess. ultimam, in confirmat. constit. Imperialium.*

**13. Ecclesiæ bona debent esse nota omnibus
Clericis. Concil. Lucense. cap. 15. Vide,
tit. præc. n. 14.**

**14. Ecclesiæ res non possunt à secularibus ali-
cui dari, dantes & recipientes sunt ex-
communicati. De rebus Ecclesiæ non alie-
nandis. cap. Qui res. Vide, Ibidem. n. 3.**

**15. Ecclesiæ res, castra, terræ, &c. nec vendi,
nec alienari, nec locari, aut infudari pos-
sunt, nisi ex licentia Papæ, nec ultra no-
vem annos; nec fieri potest prorogatio,
nisi à Papa cum consensu Cardinalium.**

Cæ-

Cæterum, quia lex salubris præteritis intendit,
& futuris casibus providere decernit, ipsa sancta Syn-
odus eadem auctoritate, quòd de cætero præmissis
& infra scriptis nulla feudatio, locatio, venditio,
donatio, permutatio, pignoriatio, obligatio, si-
ve quavis alienatio, aut declaratio, de, aut super Re-
gnis, provinciis, civitatibus, terris, castris, locis,
juribus, ac jurisdictionibus, seu bonis prædictis, aut
aliquo eorumdem, auctoritatibus hujusmodi, seu
earum aliquâ, vel alias sine expressa deliberatione
Concilii generalis, vel saltem provincialis, cum evi-
denti tamen utilitate Ecclesiæ, & pii loci hujusmodi
fieri possit, vel debeat, quovis colore quaesitò, seu
jam facta confirmari extendi, vel prorogari, aut de
novo concedi, quovis modò, &c. circa sui. Districtius,
nihilominus inhibens, ne qua prorogatio, seu nova
concessio vicariatum, gubernationum, seu admi-
nistrationum hujusmodi, de Regnis, provinciis,
civitatibus, terris, castris, & locis dictæ Romanæ
Ecclesiæ fieri possit, aut debeat, nisi de consilio &
assensu Romanorum Pontificum, & Dominorum
Collegii S. R. E. Cardinalium, eorum securitatis votis,
vel saltem per duas partes dicti collegii, in concordia,
& non nisi pro evidenti causa, statu, & honore Eccle-
siæ præfate. *Conc. Constantiense. ut supra.*

**16. Clerici, si-ve Diaconi, si-ve Presbyteri,
& quivis alii, alienare non possunt res
Ecclesiæ, sub poena anathematis danti,
& accipienti, & onere restituendi, quod
transit ad hæredes.**

Id statuiimus, quod omnes Canones jubent, ut
Civitates, si-ve Diocæsani Presbyteri, vel Clerici,
salvò jure Ecclesiæ, rem Ecclesiæ, sicut permiserunt
Episcopi, teneant, vendere autem, aut donare penitus
non presumant; quod si fecerint, vel fecerint, &
facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas
habent proprias, inde neminem Ecclesiam reddant, &
communione priventur. *Conc. Agathen. cap. 22. 12.
q. 2. cap. Statuimus. Ibidem. cap. Diaconi. Vide, Alie-
nare. numero 11. Conc. Romanum sub Symmacho.
suprà. n. 1. Item, Agathen. cap. 45. Vide, ut supra. n. 10.*

**17. Ecclesiæ bona non possunt sibi Clerici
appropriare.**

Si qui sanè Clericorum agellos, vel vincolas, seu
alia similia in terris Ecclesiæ, sibi fecisse probatur,
sustentanda vite sue causâ, usque ad diem obitus
sui possideat; post suum verò de hac lre decessum,
juxta priorum Canonum constitutiones, jus suum
E. sancte restituat nec testamentariò, ac successorio
jure cuiquam hæredum, aut posteritatem relinquat,
nisi fortitan, cui Episcopus pro servitiis ac præstatio-
ne Ecclesiæ largiri voluerit. *Conc. Tolet. 2. cap. 4.
Conc. Agathen. cap. 59. Et Conc. Epam. cap. 18. Vide,
tit. 57. num. 7.*

18. Ecclesiæ legata sunt custodienda.

Quæcumque Ecclesiis, aut Pontificibus, sub com-
petenti ac iusto documentò fuerint derelicta ab hæ-
redibus legitimis, dignum est, ut Dei contemplatio-
nes ferventur. *Conc. Aurelianen. 4. cap. 14.*

**19. Ecclesiæ res ab Episcopo donari non pos-
sunt, nisi Ecclesiæ conferat in triplo
plus, quam dederit.**

Placuit huic sancto Concilio, ut si Episcopus Ec-
clesiæ suæ, in qua præsidet, de rebus suis inventus fue-
rit plurima contulisse. Quidquid amicis suis, servis,
aut libertis, vel quibuslibet personis, de Ecclesiæ suæ
rebus competens fuerit aliquid donasse, si triplum,
aut multò plus paraverit esse, quod conscripserit in no-
mine Ecclesiæ suæ, firmum maneat, quod distribuit
in personis, quæ prænotatæ sunt superiori ordine.
Nec licebit succedenti Episcopo, prioris sui irrum-
pere voluntatem. *Conc. Emeriten. cap. 21.*

**20. Ecclesiæ dona, quæ non sunt apta usibus
ejus, ut gemmæ, aurum, &c. quomodo
alienari possunt, & in alia commutari.**

Planè, quæcumque in gemmis, vel auro, atque
argento, nec non & vestibus minus apta usibus, vel
ornatui videbuntur Ecclesiæ, quæ servari, ac diu ma-
nere non possunt, sub iusta aestimatione vendantur,
& erogationi religiosæ proficiant. *Conc. Roma-
num 4. sub Symmacho.*

**21. Ecclesiæ scripturæ pro suis juribus, à nullo
possunt alienari. Clerici celantes tenen-
tur ad restitutionem damni.**

Ut quicumque Clericus aliquid de jure Ecclesiasti-
co, seu verbò, seu scripturâ acceperit ad utendum,
& postmodum hoc alienare quæcumque ratione præ-
sumpserit, non valebit: quia secundum Canonum
statuta proprietatem Ecclesiæ non violat in alios
quamlibet longa possessio. Sed in Pontificis potestate
consistat, qualiter pro conservando jure Eccle-
siastico rem possessam inter Clericos debeat commu-
nicare. *Conc. Aurelianen. 4. cap. 18. Concil. Aga-
then. cap. 26. 12. q. 2. cap. Si quis. Vide, Clerici.
tit. 32. n. 7.*

**22. Ecclesiæ bona dari possunt Clericis in
usufructum. Concil. Romanum 4. sub
Symmacho cap. 4. Vide, supra. n. 2.**

**23. Si Ecclesiæ detur domus, vel aliud in loco
remoto, quomodo debet commutari ad
cavendum expensis.**

Sanè tantum domus, in quibuslibet Urbibus con-
stitutæ, quarum statum necesse est expensâ non
modicâ sustentari, acceptis (si offerri contigerit)
sub iusta aestimatione redditibus, & divini timore
iudicii commutentur. *Ibidem. cap. 5.*

**24. Contra alienantes bona Ecclesiæ, quilibet
potest insurgere, & contradicere.**

Sed etiam licet, quibuscumque Ecclesiasticis per-
sonis, vocem contradictionis afferre, & Ecclesiasticâ
auctoritate fulciri, ita, ut cum fructibus possit alie-
nata reposcere, nec aliquos se ante tribunal Christi
obsculo muniat, qui à religiosis animabus ad sub-
stantiam pauperum derelicta, contra fas, sine aliqua
pietatis consideratione dispergit. *Ibid. cap. ultimo.*

**25. Ecclesiarum vestimenta & vasa à nullo
possunt alienari, vel in proprios usus
converti. Poenæ contra facientium.**

Sacerdotum quorundam improbanda voluntas,
& insulsa temeritas, Sacrosancta sibi commissa
Altaris ministeria, atque cætera Ecclesiæ ornamen-
ta, non solum quia aliis tradunt pro suis nequissimis
actibus abutenda, sed (quod pejus est) suis ea non
pertimescunt usibus adungere, insummenda. Unde
licet antiquorum PP. sententia de talibus personis,
quæ vasa solummodo sacra disperdunt voluntate
sacrilegâ, fuerit jam in præteritis promulgata; ta-
men in commune deinceps statuit coadunatio no-
stra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam &
de universis E. ornamentis, nihil unusquisque Sacer-
dotum pro suis usibus, vel voluntatibus infringere,
vendere, aut naufragare pertentet. Si quis verò Sa-
cerdotum hoc nostrum violare, tentaverit statutum,
secundum prisca Canonum instituta honoris pro-
prij Ordinem amittat; ut sacrilegus perenni infamia
denotatus, à sacra communionis perceptione (ex-
ceptò in supremo temporis cursu) omnibus diebus
vitæ suæ maneat alienus. Atque insuper, si ejusdem
temeratoris exstiterit propria rei ambitio, quidquid
de iisdem sacris ministeriis, vel ornamentis Ecclesiæ,
vitus est naufragasse, aut ipse, aut pars ejus com-
pellatur, parti ejusdem Ecclesiæ ex integro reform-
mare. *Conc. Toletanum. 17. c. 4.*

**26. Ecclesiæ vasa, &c. pro captivorum re-
demptione possunt alienari.**

Apostolicos & paternos Canones retinens hæc
sancta & universalis Synodus distinguat, neminem
propris Episcopum vendere, vel utrumque alienare,
cimelia & vasa sacra, exceptâ causâ olim ab anti-
quis Canonibus ordinatâ, videlicet pro redemptione
capti-

captivorum; sed nec tradere salaria EE. in Emphyteutica pacta, nec alias rusticas possessiones vendicare, ac per hoc Ecclesiasticos redditus laedere, quos ad propriam utilitatem, & ob eam pauperum & peregrinorum sustentationem esse decernimus. 12. q. 2. cap. Apostolicos.

Et sacrorum Canonum, & legalia statuta, permittunt, ministeria Ecclesie pro captivorum esse redemptionem vendenda. *Ibidem. cap. Et Sacrorum.*

Sacrorum Canonum statuta, & legalis permittit auctoritas, licite res Ecclesiasticas in redemptionem captivorum impendi. *Ibidem. cap. Sacrorum Canonum.*

Sicut omnino grave est, frustra Ecclesiastica ministeria vendicare: sic iterum culpa est, imminente huiusmodi necessitate, res, maxime desolatæ Ecclesie, captivis suis preponere, & in eorum redemptionem necessare. *Ibidem. cap. Sicut.*

27. Ecclesie res, in qua necessitate possunt alienari, & quomodo. 12. q. 2. cap. Aurum. 10. q. 2. cap. Gasellas. & cap. Si quis Episcopus. Vide, Alienare. n. 6. 7. & 19. Sed hoc erat tractandum in Synodo.

Quod si necessitas certa compulerit, ut pro Ecclesie augmento, aut necessitate, aut utilitate, vel usufructu, vel indirecta venditione aliquid distrahatur, apud 2. vel 3. Comprovinciales, vel vicinos Episcopos causa, qua necesse sit vendi, primitus comprobetur, ut habitâ discussione Sacerdotali eorum proscriptio, qua facta fuerit venditio, roboretur. Aliter facta venditio, vel transactio, non valebit. *Conc. Agathen. cap. 7.*

28. Alienationis species est, oppignorare res Ecclesie.

Alexander quondam Sacerdos, &c. calicem quendam argenteum, & medietatem unius Breviarium ejusdem Ecclesie, pro sua necessitate pignori obligavit, & ea morte preventus minime recollegit. Unde quia indignum est, ut ejusdem Ecclesie res suæ, & præsertim quæ sacris ministeriis deputatæ sunt, taliter debeant deperire, f. t. *Concil. Lat. 3. appendice. tit. de alienatione. cap. 1.*

29. Ecclesiasticæ res à nullo, neque Clerico sæculari, neque regulari, neque eorum Prælati alienari possunt. Non possunt locari ultra triennium, neque dari in Emphyteusim, nisi in casibus à jure permixtis, de rebus, quæ servando servari non possunt, & tunc faciendum cum evidenti Ecclesie utilitate. Sub pœna excommunicationis danti, & accipienti: & locatio, alienatio, &c. nulliter fiunt. Si Episcopi, vel Archiepiscopi, &c. sunt, incurruntpœnam, ut supra de alienat. facta ab Episcopo. Si alii inferiores, Prælati, Canonici, dignitates, vel alii quicumque, ipsò facto suspensi sunt ab officio & beneficio, & talia officia & beneficia possunt aliis conferri, si post sex menses sic manserint. *Extra. de reb. Ecclesie non alienandis. cap. Ambrosiosæ. Vide, supra n. 3. Urban. VIII. Const. 51. Humanæ. & alienationes, conductiones, &c. nullæ sunt. Et res ad suas Ecclesias revertuntur. Ibid. Alias pœnas adjungit, & alias restrictiones, Urbanus VIII. ubi supra.*

30. Ecclesiastici status bona non alienanda. Vide, Ecclesiasticus status. Vide, Alienare. Alienari.

XL. Ecclesie, & Ecclesiarum bona, non invadenda nec usurpanda.

1. Ecclesias diripiens, ut homicida est puniendus, & excommunicatus est, atque sacrilegus.

Res quoque Ecclesiarum vestrarum, & oblationem Fidelium, quas significasti à quibusdam irruentibus vexari, vobisque & Ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum, testante ipsâ Scripturâ, quæ ait: (Qui abstulerit aliquid Patri vel Matri, & dicit, hoc non esse peccatum, homicidæ pariceps est.) Pater ergo noster sine dubio Deus est, qui nos creavit; & Mater nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter generavit, & ideo qui Christi pecunias, & Ecclesie auferit, fraudat & rapit, homicida in conspectu justi Judicis esse deputabitur. Unde scriptum est, qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit: qui autem pecunias, vel res Ecclesie abstulerit, sacrilegium facit. Unde & Judas, qui pecuniam fraudavit, quæ usibus Ecclesie, id est, pauperibus, quos Ecclesia pascere debet, distribuebatur, iustu Salvatoris (cujus vicem Episcopi tenent) non solum fur, sed fur & sacrilegus factus est. -- Hæc fieri Propheta, hæc Apostoli, hæc Successores eorum, & omnium Catholicorum Patrum vetant decreta, & tales præsumptiones sacrilegium esse judicant. Quorum nos sequentes exempla, omnes tales præsumptores, & Ecclesie raptores, atque suarum facultatum alienatores, unâ nobiscum à liminibus sanctæ Matris Ecclesie anathematizatos, Apostolicâ auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse judicamus. Et non solum eos, sed omnes consentientes eis: quia non solum qui faciunt, rei judicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit. *Lucius I. in ep. Decretali. cap. 6. 12. q. 2. cap. Qui abstulerit. 17. q. 4. cap. Qui rapit. Anacletus ep. 1. § 17. q. 4. cap. Omnes.*

Nulli liceat ignorare, quod omne, quod Domino consecratum, sive fuerit homo, sive animal, sive ager, vel quicquid fuerit semel consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino, & ad jus pertinet Sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui quæ à Domino & Ecclesia, cui competunt, auferat, vastat, & invadit, vel eripit, & usque ad emendationem, Ecclesieque satisfactionem, ut sacrilegus judicetur: & si emendare noluerit, excommunicetur. *Post ep. 2. Bonifacii I. cap. 3. 12. q. 2. cap. Nulli liceat.*

Quicumque sub hoc neglectu res divinas laborare distulerit, placitò speciali distingendus est: qualiter si de rebus, seu augmentis Ecclesie, quantum laboribus suis propriè auxit, & ex hoc Ecclesiasticis rebus, aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quicquid in rebus Ecclesie minuit, illi restituat, ex cujus rebus, atque suffragiis, suos convictus fuerit ampliâsse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus Ecclesie aut substantiæ expendit, aut dispendiis, vel perditionis quidpiam pertulerit, si hoc comprobari poterit, totum illi à rebus Ecclesie ejusdem reformabitur, pro cujus utilitate id expendisse probatur. 12. q. 4. cap. Quicumque sub hoc. ex Conc. Bracarvensi 3. cap. 8. 12. q. 2. cap. Num liceat Papa. Vide, Alienare. n. 1.

Non licere Clericis post obitum sui Episcopi res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est Canonibus constitutum. Quod si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculum subiacent. *Conc. Calcedonen. cap. 22. 12. q. 2. cap. Non licet Clericis.*

Omnis itaque rei Ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum vitæ præparat fundatori. Et ideo nullus Sacerdotum, vel ministrorum, ex rebus Ecclesie, quæ in quibuscunque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo, aut Cathedræ propriæ Civitatis connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definiit, quod plenitudo votorum con-

conservaretur in loco: in quo, velut si collata teneantur, manet gratia offerentis: Ita si frustrantur, immittet pernicies defraudantis. Verum ut hujus rei potior sollicitas habeatur, condignis filiis, vel nepotibus honestioribusque propinquis ejus, qui construxit, vel diravit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem, seu ministrum, aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commotionis honestæ conventionem compescant, aut Episcopo, vel Judici corrigenda denunciant. Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitanus ejus hæc insinuare procuret: Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auditibus intimare non differant. Ipsi tamen heredibus in eisdem rebus, non liceat, quasi juris proprii potestatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcumque præsumere. Sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut velut in multam, aut aliquam partem salutaris merces assumat. Si quis verò deinceps hæc monita temerare voluerit, & malè rapta, cum confusione restituerit, & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit. *Concil. Toleranum. 9. cap. 1. § 16. q. 7. cap. Filiis ac nepot. Concil. Toler. 13. cap. 7. § 26. q. 5. cap. Quicumque Sacerdotum. Vide, Clerici. tit. 32. n. 6.*

Clerici etiam vel Sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas, retinere perlexerint, aut id, quod ipsi donaverint Ecclesiis, vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut Synodus Sanctæ constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab E. excludantur. *Post Concil. Valentinum. 2. cap. 1.*

Si quis oblationes Ecclesie accipere vel dare voluerit, præter Episcopi conscientiam, vel ejus, cui hujuscemodi sunt officia commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. Et iterum in eodem Concilio, (*id est Gangrensi.*) Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit, præter Episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Valde iniquum ergo, & ingens sacrilegium est, ut quæcumque, vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum, uniuscujusque venerabili Ecclesie contraherit, aut certè reliquerit, ab his, quibus hæc maxime servari convenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à Principibus, & primis regionum, in aliud transferri, vel converti. Scriptura qui hæc non præviderit, & aliter quam scriptum est, prædicta Ecclesie tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, vel injuste defenderit, aut retinuerit, nisi citò se correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: itaque accipienti, & danti, vel possidenti anathema, & instituta pœna contubernium affiduum. *Et infra.* Generaliter verò quicumque res Ecclesie confiscare, aut competere, aut pervadere periculosâ aut suâ investigatione præsumpserit, nisi se citissimè per Ecclesiam, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuò anathemate feriatur. *Concil. Romanum 6. sub Symmacho. 16. q. 1. cap. In Canonibus.*

Uti qui monasteria atque sacra loca, vel Ecclesias infringunt, & deposita, vel alia quælibet exinde abstrahunt, & Sacerdotes ac viros Ecclesiasticos non solum dehonorent, verum & diverso, atque adverso modo affligunt, velut sacrilegi, canonice sententiæ, quæ ex his decreta esse dignoscitur, subigantur. *Concil. Melden. cap. 60.*

Ut pervasores rerum Ecclesiasticarum, qui easdem res, vel contra auctoritatem non solum retinere, verum & crudeliter depopulari noscuntur: quidam etiam & facultates Ecclesie in diversa collaboratione, & redditibus, eas exspoliant, sed & pauperes atque vicinos, & circumstantes immisericorditer exspoliant, devastant & opprimunt, ut rapaces, qui secundum Apostolum à Regno Dei excluduntur, ex criminali & publico peccato, publicâ pœnitentiâ satisfaciunt. -- Quia iniquum & sacrilegum, -- & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis

Tomus II.

relinquitur, præve voluntatis studiis, suis tentaverit compendiis retinere. Quapropter secundum statuta Canonum, ab omni Ecclesiastica communione, ut sacrilegus debet arceri, donec studeat dignâ satisfactione, quod admisit, corrigere. *Ibidem. cap. 61.*

Quoniam per eam, quæ fuit propter peccata nostra in Ecclesiis, calamitatem, sacrosanctæ quædam ædes à quibusdam viris acceptæ sunt, & Episcopatus, & Monasteria, & facta sunt communia diversifera, si qui ea quidem tenent, volunt reddere, ut in pristinum statum restimantur, benè & pulchrè habet: sin minus, si sunt quidem Sacerdotalis Cathalogi, eos deponi jubemus: sin autem Monachi vel Laici, segregari, ut qui sint condemnati à Patre, & Filio, & Spiritu S. & ponantur, ubi vermis non moritur, nec ignis extinguitur: quia voci Domini adversantur, quæ dicit: Ne facite domum Patris mei, domum negotiationis. *Conc. Nicænum 2. cap. 13.*

Præterea vestram volumus nosse experientiam, nostris auribus fuisse multis referentibus intimatum, quod diversæ res, & nonnulla præsidia, sanctæ Sacerdotice Ecclesie viris competentia, ab invasore ibidem consecrato, extitissent pro libitu disposita, & in beneficium data: vel etiam (eò iusto Dei iudicio decedente) ab excellentia vestra, quibusdam hominibus æquè in beneficio collocata. Quamobrem etiam & in hoc Dilectionem vestram hortamur, atque precamur, ut eadem præsidia, & ipsas res, quæcumque & ubicunque sint, jam factæ Ecclesie restitui, pia Vestra præcipiat Eminentia, & ut cuncta viris ejus reddantur, vestra satagat Excellentia: ita ut secundum sacrorum Canonum sanctionem, in potestate Episcopi res omnes Ecclesie consistant, & illi secundum timorem Dei, quibus voluerit, & quomodo voluerit, illas dispenset: quod tamen vestra pietatis, pro amore Dei, & Apostolorum Principum, ac nostra fieri satagat industria. Scientes profectò, quia qui his rebus frui voluerit, & eas præfatæ Ecclesie reddere fortè distulerit, nos hunc ab Ecclesie finibus, anathematis nexibus irretitum, & sacrosanctis mysteriis sequestratum, veluti profanum eliminamus, & quasi rapacem & impium, & à contubernio fidelium procul dubio abijcimus. *Nicolum I. ep. 40.*

Hi qui sacras res Ecclesiis datas, & à fidelibus oblatas, quasi à Principibus sibi indultas, invadunt, vastant, diripiunt, retinere præsumunt, auctoritate Episcopali excommunicandi & anathematizandi sunt. De his quidem rebus, quæ semel Deo contributæ, atque dicatæ sunt, & postea sub occasione conciliorum Principum, à quibusdam invaduntur, atque diripiuntur, sancimus: ut prius consularis Principem ad rescandam tam præsumptivam factionem, cognoscendum, utrum illius sit concessio, an invasoris præsumptio. Quod si Principis fuerit inordinata largitio, ipse sit Princeps pro emendatione redarguendus; si autem invasoris declaratur præsumptio, usque ad emendationem excommunicationis sit vindictâ coercendus. *Idem. ep. 59. Et in decret. tit. de EE. cap. 2. 12. q. 2. cap. De rebus.*

Nam quamvis Domini sit terra & plenitudo ejus, illæ tamen res, quæ à piis Principibus, atque fidelibus quibusque hominibus, sacratis locis collatæ sunt, specialiter esse Domini, sine cunctatione creduntur, dum Divinis cultibus dicatæ, ac Domino famulantium usibus existere deputatæ cernuntur. Unde in Dominum procul dubio committunt, & ipsi præjudicium inferre probantur, quicumque hæc usurpare, & sibi non legitime vindicare non metuunt, &c. Quamobrem vos rogamus & obtestamur, ut ab ista tyrannide remoti, sua singulis Domino sacratis locis sine dilatione reddatis; ita ut nihil ex his apud vos retineatis, nisi quæ fortè propriâ voluntate Rectorum quorundam sacrorum locorum legaliter acquisistis, ita ut etiam illa, sub omni integritate, restituatis, quæ simplicitate vel desidia faciente Rectorum venerabilium locorum, de aliis, quæ sunt semper in usu, & jure perenni sacratis locis collata, vos constat ordine non bonò tulisse, & hætenus contra Domini leges illa possidere probamini. Similiter au-

D

tem,

tem; & de his hortamur à vobis fieri, quæ Reges quomodo cunque à sanctis locis aliquò tempore abfuerint, & vobis in beneficium contulerunt, quod iustum non fuit, nec est, & quisquis hæc sibi vendicat, Domini inde sine debito habebit Judicem & ultorem. *Idem in Appendice. ep. 16.*

Sicut antiquitus à sanctis Patribus statutum est, statimus, ut major Ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, capella verò, vel minores EE. triginta. Qui autem confinia eorum infringere tentaverit, aut personam hominis, aut bona ejus inde subtraxerit, nisi publicus latro erit, quousque emendet, nisi quod rapuerit reddat, excommunicatur. *Idem in decretis de EE. cap. 3. & q. 4. cap. Sicut Antiquitus.*

Qui Christi pecunias & Ecclesie, auferit, fraudat & rapit, ut homicida in conspectu Judicis deputabitur. *12. q. 2. cap. Qui Christi.*

Prædia divinis vobis tradita, quidam humanis applicant usibus, & Domino, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut sibi inserviant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia usibus secretorum cælestium dicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quisquam præsumpserit, ut facilegus habeatur. *Ibidem. cap. Prædia divinis. & cap. Indignis. Vide, Alienare. n. 27.*

Si quis res Ecclesie debitas, vel proprias Sacerdotis, horrenda cupiditate occupaverit, retinuerit, aut à potestate ex competitione percepit, ut eas non restituat, nullis rebus excusetur; sed si agnito jure Ecclesiastico, non statim Ecclesie vel Sacerdoti reformaverit, aut ut ipsum jus agnoscere possit, in iudicium electorum venire distulerit, tamdiu à communione Ecclesiastica suspendatur, quamdiu restitutus rebus, tam Ecclesiam, quam Sacerdotem reddat indemnem. Similis etiam, qui oblationes defunctorum legaliter dimissas, quolibet ordine assignare tardaverit, vel retinere præsumpserit, distinctionis Ecclesiasticæ, juxta priores Canones, forma servetur, cui etiam sententiæ subjacebit, quilibet ille quolibet ordine, quod pro devotione sua EE. dedit, revocare præsumpserit. *Conc. Aurelian. 3. cap. 22.*

Si quis cujuscumque Ecclesie munuscula qualibet, sub Sacramenti Scriptura collata, nefaria calliditate fraudaverit, invaserit, retinere tentaverit atque supprefferit, & non statim, à Sacerdote communis, collata reddiderit, ab Ecclesie Catholice communione pellatur. *Conc. Arvernense. cap. 13.*

Quicumque militum, vel cujuscumque Ordinis, vel Professionis persona, prædia Ecclesiastica, à quocunque Rege, seu seculari Principe, vel ab Episcopis in vita, seu Abbatibus, aut ab aliquibus Ecclesiarum Rectoribus susceperit, vel suscepit, vel invaluit, vel (etiam de Rectorum, de privato, seu vitioso eorum consensu) tenuerit, nisi eadem prædia Ecclesie restituerit, excommunicationi subjaceat. *Conc. Roman. 5. sub Greg. VII. cap. 1.*

Patrum traditionum exemplis communiti, pastoralis officii debitum persolventes, Ecclesias cum bonis suis, tam personis, quam possessionibus, Clericos videlicet ac Monachos, eorumque conversos, oratores quoque, cum suis nihilominus rebus, quas ferunt, tutas sine molestia esse, statimus. Si quis autem contra hoc facere præsumpserit, & postquam facinus suum recognoverit, intra dictum triginta spatium competenter non emendaverit, à liminibus Ecclesie arceatur, & anathematis gladio feriatur. *24. q. 3. cap. Patrum.*

Similiter & hoc ad omnium Ecclesiarum notitiam, vestra cunctorum exhortatione & iudicio censemus pervenire, & ab omnibus sic teneri, quia Episcoporum res Ecclesie non dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, pervasores rerum memoratarum, prædictæ Canonum distinctionis feriantur vindicta, ut qui moribus propriis, ac nullâ conscientie castigatione puniuntur, saltem Ecclesiasticæ & Canonice vin-

dictæ perfodiantur aculeis. *16. q. 1. cap. Similiter. Ibidem. cap. Quia iuxta. Vide, Bonum. tit. 5. n. 12.*

Nos igitur ad recuperationem thesauri prædicti, sollicitis studiis prætententes, omnes & singulos asportantes thesaurum prædictum, & alios, penes quos aliqua de thesauro fuerunt, vel adhuc existunt, auctoritate Apostolica, coram hac fidelium multitudine copiosa, monemus, ut ea nobis, aut ei, quem ad id duximus deputandum, intra quatuor mensium spatium à die datæ publicationis præsentium numerandum, cum integritate restituant, & assignent, ac omnes & singulos scientes, ubi, vel penes quos aliqua de dicto thesauro existerint, vel existant, ut intra terminum supra dictum, nobis, aut ipsi deputato nostro indicare studeant, alioquin in omnes & singulos, monitionis hujusmodi contemptores, cujuscumque dignitatis, status, vel conditionis existierint, - - excommunicationis sententiam promulgamus. *Extra. de Furtis. cap. Infidelis.*

2. Ecclesiarum Clericis furibus, Laica tantum Communio danda.

Si quis Clericus furtum Ecclesie fecerit, peregrina ei Communio tribuatur. *Conc. Agath. cap. 5. 13. q. 2. cap. Clerici. Vide, Communio. tit. 1. n. 13.*

3. Ecclesie res rapiens, flagellis, & aliis poenis plectendus.

Hoc Tua Fraternitas ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia, furtum perpetrant, & sunt alii, qui hæc in re ex inopia delinquant. Unde necesse est, ut quidam damnus, quidam verò verberibus, & quidam districtius, qui tam verò levius corrigantur. Et cum paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *Greg. I. Lib. 12. ep. 31. cap. 4.*

4. De rebus oblati, Ecclesia non potest accipere augmentum.

Addis etiam, quomodo augmentò, ea quæ furtò de Ecclesiis abstulerunt, reddere debeant: sed absit, quòd Ecclesia cum augmento recipiat, quòd de rebus terrenis videtur amittere, & lucra de damnis quaerit. *Ibidem.*

5. Trahandi ut hæretici, nisi restituant.

Similiter & hi, qui Ecclesie jussu, vel largitione Principum, vel quorundam potentum, aut quadam invasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filii, vel hæredibus suis, - - quasi hæreditarias reliquerint, nisi cirò res Dei, admoniti à Pontifice, agnita veritate reddiderint, perpetuò anathemate feriantur, &c. Sanandum est ergo hoc celerius, ne longius execrandis animis moribus inserpat, &c. ac, si id manens sanari non poterit, ne corpus reliquum suâ tæbe corumpat, ferrò amputat, quòd nocebat, quò reliquum integrum servet & intactum. Præcidendum id ergò est, quòd velut purò sanòque nimium corpori vulnus obrepit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis ponè visceribus, hujus mali non exhaustenda post sentina confidat. Ferrò enim abscindenda sunt vulnera, quæ sumenta non sentiant. Similiter & illi extorres debent fieri ab E. qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: (Aufferte malum à vobis.) *Conc. Romanum 6. sub Symmacho. 16. q. 1. cap. In Canonibus.*

6. Ecclesie confinia tangens, id est, usurpans, est excommunicatus. 17. q. 3. cap. Sicut antiquitus. supra. n. 1.

7. Ecclesiasticarum rerum fures, à consanguineis eorum, qui donantur, & à Clericis, deferendi sunt ad Episcopum. Concil. Toletanum 9. cap. 1. 16. q. 7. cap. Filij vel nepotibus. supra. n. 1.

8. Ecclesiarum invalores à Papa puniuntur, & privantur.

Nos non in Phorium ideo sententiam tulimus, quia homo est, quia Phorius dicitur, sed quia est persona prævaricatrix, & quia viventis antistitis, & ea nulla ex parte legitime carentis usurpavit Ecclesiam, itaque malefactum, quod in ea est, & in fautoribus ejus, punitur irrogatione sententiæ: quæ prævaricatio, quòd malefactum si recedat, jam non erit illa persona, in quam sententia prolata est: remanebit enim homo & phorius, quem non damnat in quantum homo est, & hominis nomine censetur, sed in quantum prævaricator & malefactor est. *Nicolaus I. ep. 9.*

9. Ecclesiam etiam juris patronatùs invadens, est excommunicatus, usque dum recedat.

Ex insinuatione dilecti filii nostri O. Clerici accepimus, quòd cum frater suus, jus ei patronatùs, quòd in quibusdam EE. &c. habebat, liberaliter contulisset: quidam Presbyteri alii - - per violentiam occupaverunt, & eas injustè occupatas detinent. - - Fraternitati, &c. quatenus rei veritate diligenter inquità & cognita, si ita, sicut dictum est, cognoveris, memoratos Presbyteros, earum EE. detentores, moncas, modisque omnibus inducas, ut easdem EE. prædicto Clerico sine mora & difficultate restituant, liberè & pacificè ordinandas, & nullam ei extndè molestiam inferant, vel gravamen. Quòd si prædicti Presbyteri commonitioni tuæ acquiescere fortè noluerint, tu ipsos excommunicationi, & terras, si quas habent, omni occasione & appellatione cessante, interdico subijcias, & in memoratis EE. divina facias cessare Officia, quamdiu ab aliquibus, prædictorum militum auctoritate occupate, detinebuntur. Quòd si nec sic earundem EE. detentores respicerint, ipsos, appellatione cessante, Ecclesiasticâ censurâ compellas. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. de Jure patronatùs. cap. 14.*

10. Ecclesiam perturbantes, proprio honore privantur.

Qui contra Ecclesie pacem sunt, si dignitatem aut cingulum militiæ habeant, nudentur eis. Si autem sunt privati, si quidem nobiles existunt, suarum substantiarum proscritionem patiantur; si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuò castigentur. *24. q. 1. cap. Qui contra E.*

11. Ecclesias vacantes occupantes, sunt excommunicati.

Generali constitutione sancimus: universos & singulos, qui regalia, custodiam, sive guardiam advocacionis, seu defensionis titulum, in EE. monasteriis, seu quibuslibet aliis piis locis de novo usurpare conantes, bona Ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium, occupare præsumunt, quantacumque dignitatis honore præfulgeant, Clericos etiam Ecclesiarum, Monachos monasteriorum, & personas cæteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant, eò ipsò excommunicationis sententiæ decernimus subjacere: Illos verò Clericos, qui se (ut deberent) talia facientibus non opponunt: De proventibus EE. seu locorum ipsorum, pro tempore, quò præmissa sine debita contradictione permiserint, aliquid percipere districtius inhibemus. Qui autem ab ipsarum EE. cæterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine, jura sibi hujusmodi vendicant, ab illorum abusu sic prudenter abstineant, & suos ministros in eis sollicitè faciant abstinere, quòd ea, quæ non pertinent ad fructus, sive redditus, provenientes vacationis tempore, non usurpent; Nec bona cætera, quorum se alicuius habere custodiam, dilabi permittant, sed in bono statu conservent. *De elect. in 6. cap. Generali.*

12. Ecclesiasticas res invadentes, usurpantes, &c. ab Ecclesiasticis, non à laicis sunt puniendi.

Quicumque ergo immemor interitùs sui, res Ecclesie (ut supra diximus) delegatas, injustè possidens præsumpserit retinere, & veritate comperta, res

Nos

Dei, servis ejus dissimulaverit reformare, ab omnibus EE. segregatus, à S. communione habeatur extraneus: Nec aliud mereatur habere remedium, nisi cum culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indignè enim ad Altare Domini propeccata permittitur, qui res Ecclesiasticas & audet rapere, & injustè possidere iniquâ defensione perdurat; necatores enim pauperum judicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat, ut res usurpatae injustè qui abstulit, adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. *Concil. Parisense. 3. cap. 1.*

Ut quicumque, tam Ecclesie, quam Episcopi res proprias (quæ & ipsæ Ecclesie noscuntur esse, quas Pontifex actoribus Ecclesie dignoscitur assignasse) vel Abbatum, aut monasteriorum, sive Presbyterorum, quaque reverentate pervadere, competere, vel confiscare præsumpserit, tunc reservatò correctionis hoc loco, adhuc Presbyteri ejusdem Ecclesie, cujus interest, pervasorem convenit admonere. Et si restitutionem distulerit, adhuc quasi filius ab omnibus fratribus ad reddendum, missis Epistolis compellatur. Qui si pertinaciter in pervasione persiste- rit, & se tollere post tertiam commonitionem, de re illa, aut Ecclesie, aut propria noluerit, convenit, ut omnes omninò unâ conventiâ, simul cum nostris Abbatibus ac Presbyteris, vel Clero, qui stipendiis ex ipso alimento pascuntur, quia arma nobis non sunt alia, auxiliante Christo, circumseptò clericali choro, necatori pauperum, qui res pervadit Ecclesie, Psalmus 108. dicatur, ut veniat super eum illa maledictio, quæ super Judam venit, qui dum loculos faceret, subtraherat pauperum alimenta: ut non solum excommunicatus, sed etiam anathematizatus moriatur, & cælesti gladiò feriatur, qui in despectu Dei & Ecclesie, & Pontificum, in hac pervasione præsumptè assurgere. *Concil. Thuronense 2. cap. 25. & 26. (ubi serè idem repetitur.)*

Sicut in judiciis, laicorum privilegia turbare nolumus, ita eis præjudicantibus nobis, moderatè volumus auctoritate resistere; violentos itaque laicos coercere, non contra legem est agere, sed legi facere subsidium. *De privilegiis. cap. Sicut in judiciis.*

Qui autem contrarii sanctæ Matri Ecclesie, & auferunt, & retinent ad suum opus alodia, quæ pertinent ad communitates Canonicorum, vel Monachorum, nisi respuerint, & reddiderint ea, prædictò anathemati subdantur. *Concil. Tolosanum. cap. 11.*

13. Ecclesiam violans, privatur ejus ingressu. Privatur Ecclesie sepulturâ. Excommunicationem Papalem incurrit.

Ad Episcopos cæteros direximus iussionem, ut eos, qui EE. violasse perhibentur, accessu earum judicent esse indignos. *17. q. 4. cap. Ad Episcopos.*

Statuimus, ut quicumque ex his, qui violentè surrexerit in rapinam, sive in Ecclesiarum violatione manifestè fuerit deprehensus, nisi prius ablata restituat, si poterit, vel emendandi firmam, & plenam securitatem fecerit, poenitentia beneficium ei penitus denegetur. Si verò usque ad obitum in contumacia sua duraverit, & in extremis positus, remedium poenitentia humiliter postulaverit: si emendationem, vel emendandi securitatem præstiterit, ei poenitentia, & sepultura Ecclesiastica concedantur. Qui autem in sanitate obstinata mente non poenituerit, vel emendaverit, & in morte securitatem præstare nequiverit, solemnitas poenitentia parùm prodesse videtur, sicut credimus: sed de peccato contrito viaticum non negetur, ita tamen, ut nullus Clericorum sepultura illius interlit, nec ejus Eleemosynam præsumat accipere. *De raptoribus. Cap. Super eo. Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. de Excommunicatis. cap. 6. Vide, Cimiterium. n. 2.*

D 2

14.EC-

14. Ecclesiam vastans, vel ejus prœdia, est sacrilegus.

Sicut qui Ecclesiam Dei vastat, & ejus prœdia & donaria expoliat & invadit, fit sacrilegus: sic & ille, qui ejus Sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit, & sacrilegus judicatur. Non ergo gravius peccatum est fornicatio, quàm sacrilegium. Et sicut inajus est peccatum, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere, quàm fornicari. 17. q. 4. cap. Sicut qui Ecclesiam.

Attendendum est omnibus, ne prœdia usibus secularium cœlestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitam ultionis acrimoniam, (quæ erga sacrilegos jure promenda est) perpetuam damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis uratur. Ibidem. cap. Attendendum. Et Conc. Mogunt. 3. cap. 11.

Si quis Ecclesiam igne combusserit, quindecim annis pœniteat, & eam sedulo restituat, & pretium suum pauperibus distribuat. Ibidem. cap. Si quis Ecclesiam.

15. Si quis Ecclesiæ ornamenta furatur, est judæ similis. Pœna ejus. In quadruplum restituat.

Si forte quispiam Presbyter, sive Diaconus, sacrii fœdionem, vel velum subtrahat vendiderit, Judæ Mœriosis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supra dicti Judæ suscepturum pœnam. Ibidem. cap. Si forte.

Si quis Clericus furtum fecerit capitale, id est, quadrupedem, vel domum figerit, aut quamlibet rem melioris pretii furatus fuerit, septem annis pœniteat: Laicus quinque. Si quis autem de minoribus, semel aut bis furtum fecerit, reddat proximo suo, & uno anno pœniteat in pane & aqua, & si reddere non potuerit, tribus annis pœniteat. Ibid. cap. Si quis Clericus.

Pecunia Ecclesiastica furata, vel rapta, reddatur in quadruplum, populi verò dupliciter. Si quis aliquid de ministerio sanctæ Ecclesiæ furatus fuerit, septem annis pœniteat; tres in pane & aqua. Ibidem. cap. Pecunia.

16. Ecclesias vel pia loca in rebus suis damnificans, extrâ Ecclesiam est rejiciendus.

Ne cui liceat, res, vel facultates, Ecclesiis, aut monasteriis, vel Xenodochiis, pro quacunque Eleemosyna cum justitia delegatas, retentare, alienare, atque subtrahere; quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum Canonum sententis constitutus, ab Ecclesiæ liminibus excludatur, donec ab ipso, quæ sunt ablata, vel recenta, reddantur. Ex eodem Concil. (id est) Aurelianen. eodem cap. Si quis quolibet tempore, cujuslibet potestatis, aut Ordinis persona, contra institutionem sancti Concilii venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine, vel facultate Xenodochiorum, vel E.E. abstulerit, quod Deus avertat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur. Concil. Moguntinum. 3. cap. 6.

His nostris Apostolicis literis vobis cognitum facimus, quia Anspertum, audum Archiepiscopum Mediolanensem, pro suis multis præsumptionibus, & negligentis, jam olim unâ cum sancta synodo, sacra communiione privavimus. Sed ipse contra Canonica Statuta, & contra nostrum Apostolicum Synodicumque judicium agens, ante audientiam, & absolutionem, ministerium sacrum agere, atque adhuc excommunicatus, in hac Vercellenti E. vestra, quendam virum, Joseph nomine, ut audimus, contra regionem, & nostram Apostolicam voluntatem, episcopum ordinare temerè præsumpsit. Ideo & eundem Archiepiscopum, & hunc ipsum Joseph invasorem, ac præsumptorem, non intrantem per ostium, sed aliunde quasi furem ingredientem in ovile Domini, &c. omni Episcopali honore decrevimus esse privatos & alienos. Joannes P. 111. ep. 223.

17. Ecclesiæ pecuniam rapiens, est sacrilegus.

Quidquid in sacratis Deo rebus & Episcopis injustè agitur, pro sacrilegio reputatur: quia facta sunt, & à quoquam violari non debent. De regulis juris. cap. Qui multoties. 17. q. 3. cap. Qui rapit. Anacletus. ep. 2. supra. n. 1.

18. Ecclesiæ res retinens favore Principum, est anathema. 16. q. 1. cap. Similiter. & cap. Quia. supra. n. 1.

19. Ecclesiasticarum rerum raptores, sunt anathema. Concil. Moguntinum. 3. cap. 6. supra. n. 16. Et cap. 11. supra. n. 14. cap. Attendendum est. supra. n. 14.

20. Ecclesiæ confinia violans, excommunicatur. 17. q. 3. cap. Sicut antiquitus. supra. n. 1.

21. Ecclesiam offendens, non gaudet immunitate Ecclesiastica.

Nonnulli impunitatem suorum excessuum, per defensionem E. obtinere sperantes, homicidia & mutilationes membrorum in ipsis E.E. vel earum Cœmeteriis committere non verentur, qui nisi per Ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri. Cùm in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem: Mandamus, quatenus publicè nunciatis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quò faciunt se indignos. De immunitate Ecclesiarum. cap. fin. Vide, Immunitas.

22. Ecclesiæ res dispergens, seu dissipans, removendus est ab administratione. 3. q. 2. cap. ultimo. Qui à te. Vide, Administrator. n. 1.

23. Ecclesiarum jura usurpantes, excommunicantur.

Excommunicamus omnes illos, qui malitiosè Ecclesias suo jure private præsumunt, aut per malitiam, & contra justitiam, libertates earundem infringere, vel perturbare contendunt. Concil. Oxoniense cap. 1.

24. Ecclesiarum vacantium bona occupantes, ipsò factò suspensi sunt ab officio & beneficio, donec integrè restituant.

Quia sæpè contingit, quod Cathedralibus, & regularibus, ac collegiatis E.E. vacantibus, Capitula, Conventus, Collegia, & singulares earundem personarum, bona à Prælati ipsarum dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dicarum E.E. expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reservari, occupant, inter se dividunt, subripiunt, dilapidant, dissipant & consumunt, in earum grave dispendium & jacturam. Nos ipsorum ausus reprimere, ac Ecclesiarum indemnitate præcavere volentes, decernimus: ut hi, qui præmissa de cætero præsumpserint, eò ipsò sint, & tam diu maneat ab officio & beneficiis quibuscumque suspensi, donec plenè restituerint, quidquid de bonis perciperint supradictis. Non obstantibus quibuslibet privilegiis, vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus, constitutionibus, vel statutis, juramento, confirmatione S. A. aut aliâ quacunque firmitate vallatis, quæ omnia, quoad hoc, auctoritate apostolica revocamus, cassamus, & irritamus, ac nullius deinceps volumus esse firmitatis. De electione in 6. cap. Quis sæpè.

25. Ecclesias diripiens cum effractione, à Papa absolvendus est.

Conquesti sunt nobis Regini Canonici, quod J. de Malafrena & ejus sequaces, quosdam E.E. Regini Episcopatus, violenter confregerunt, easque spoliare minime dubitarent. Quoniam igitur gravia sunt, nec clausi debent oculis præteriti: Mandamus, quatenus si est ita, memoratos sacrilegos excommunicatos annuncietis, & faciatis, sicut excommunicatos, archid.

archid. evitari, donec passis injuriam congruè satisfaciant, & damna pro eis data, resarciant, & cum litteris vestris, rei veritate continentibus, Apostolico se conspectui repræsentent. De sententia excommunic. cap. Conquesti.

26. Ecclesiarum, Cœmeteriorum, &c. res usurpantes Principes, vel alii Domini seculares, monendi, ut restituant intra octo dies, aliàs cessabitur ab officiis Ecclesiasticis in eorum terris, &c. multa. Si per quadraginta dies permanent in obstinatione, Capellani recedant ab eorum servitio, & deveniatur ad executionem pœnarum. Excommunicationem Papalem incurunt. Idem confirmat Concil. Lateranense. 5. sess. 9. Bulla de reformat. Curie. cap. 3. Vide, in Bullario Concil. Turonense 4. cap. 14. Vide, Invasor. n. 6.

Statuimus, ut Capellani, & qui eorum vice ministrant, hujusmodi Sacramento adstringantur, ut ex quo fuerit cognitum eis, aliquid Ecclesiæ, vel cœmeterii, seu Ecclesiasticæ possessionis, in castrum venisse, vel castrum violenti ablatum fuisse: conveniant Dominum castrum, sive illum, qui primus ab eo dominatum habet, ejus potestate, consilioque res dirigi possit: & si eorum communitate præmissa prædam non reddiderit, si ad fuerit: vel si ab fuerit, de integra restitutione infra octavam diem certam securitatem non fecerit; ex tunc ab omni Ecclesiastico cessabitur officio, exceptò baptismo & confessione, & in timore mortis communionem; quod in omnibus terris eorum propriis, præcipuum observari, nec non & in illis, in quibus integram exercent dominationem. Permittimus tamen, ut semel in hebdomada, causâ conficiendi Corpus Christi, Missa in villa celebretur proxima, clausis omnibus ostiis, & exclusis excommunicatis, præter ministros Altaris. Quod si prædicti Castrenses, post datam inter eos sententiam, incorrigibiles per 40. dies exstiterint, Capellani ab eorum recedant officio, non amplius cum eis commorantur, quamdiu sub anathematis vinculo teneantur. Conc. Lateran. 3. in appen. de Excommunicatis. cap. 6.

27. Ecclesiæ raptor, seu prædator, non potest absolvi, neque in sine vitæ, nisi vel restituat, vel det securitatem de restituendo; sin contra, privatur Ecclesiæ sepulturâ. Clerici verò, qui ejus sepultura assistunt, vel eleemosynas pro eo accipiunt, privantur beneficio, & Ordine.

Quicumque ex his raptoribus, qui in urbe, diabolo suggerente, violenter surrexerint in rapina, sive in Ecclesiarum violatione manifestè est reprehensus, vel amodo fuerit, nisi ablata prius restituat, si poterit, vel emendandi plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegent. Si verò usque ad obitum (quod absit) in sua contumacia duraverit, & in extremis positus, pœnitentiæ remedium humiliter postulaverit, si emendationem, vel emendandi securitatem præstiterit, ac fidejussores, qui ablata restituere debent, idoneos dederit, ei pœnitentia, & Ecclesiastica sepultura concedatur. Qui autem in sanitate, obstinatâ mente non pœnituerit, vel emendaverit, & in morte securitatem, ac fidejussores, sicut diximus, præstare nequiverit, solemnitas pœnitentiæ parùm prodesse (sicut credidimus) videtur: sed viaticum non negetur: ita tamen, ut nullus Clericorum sepulturae illius intersit, nec ejus eleemosynam accipere præsumat. Concil. Lateran. 3. in appen. De raptoribus cap. 1. Vide, Delinquentes. n. 5.

Quod si qui Presbyterorum, vel Clericorum contra hoc in vita, vel in morte pœnitentiâ dare, aut

sepulturae interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentaverint, seu hujusmodi rapinæ participes inventi fuerint, Ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, & Ecclesiastico beneficio careant. De raptoribus. cap. Super eo.

28. Ecclesiæ res interiores furans, triplicatè solvat, & ab Episcopo ad hoc compellatur. Qui verò res exteriores furatur, Ecclesiæ restituat.

Quicumque timorem Domini postponentes, & Ecclesiastica judicia non verentes, res Ecclesiæ rapiunt, vel auferunt, ut in epistola Anacleti Papæ legitur, sacrilegium faciunt. Papa dixit: - Sancimus, & unanimes judicamus, ut res Ecclesiæ tripliciter componantur; insuper verò bannus Episcopalis exquiratur. Qui verò exteriores Ecclesiæ res rapiunt vel fraudant, comite agente coërceantur, ut res ablata legitimè restituantur, & componantur. Si verò non procuraverint, vel non emendaverint, ab Episcopo canonicè constringantur, ut res restituantur. Concil. Triburiense cap. 7.

29. Ecclesiarum scripturas, instrumenta, privilegia, &c. celantes, & non reddentes Ecclesiis, excommunicantur.

Monemus, & sub pœna excommunicationis præcipimus, ac districtius prohibemus, quod nulla Universitas, nullus Capitaneus, Rector, Vicarius, seu Officialis, quocunque nomine censeatur, aut Consiliarius, seu alia quacunque persona, cujuscunque status, gradus, & conditionis existat, de cætero audeat, vel præsumat, bona mobilia, vel se moventia, redditus, vel proventus E.E. Prælatorum, invadere, occupare, rapere, prædari, vel tollere quoquomodo, prætextu, vel quæsito colore, per se, alium, seu alios. Et qui contra fecerit, nisi intra decem dies emendaverit cum effectu, ab omnibus Sacramentis Ecclesiasticis sit ipsò factò exclusus, usque ad satisfactio-nem debitam, & condignam. Et si dictam exclusionis pœnam, animò induratò, per mensem duxerit in contemptum sustinere, non satisfaciendo plenariè de subtractis & acceptis: Si Communitas, vel Universitas fuerit, eò ipsò Ecclesiastico Civitas, castrum, vel villa ipsorum, subiaceat interdictò; si singularis sit persona, sententiam excommunicationis incurrat, à qua nullatenus possit absolvi, nisi prædictas E.E. Prælatos, & Ecclesiasticas personas, quas in prædictis gravaverit, indemnes reddiderit cum effectu, & aliàs satisfecerit de temeritate, & contemptu, ad arbitrium Ordinarii loci, seu Officialis ejusdem. Concil. Ravennaten. 3. post Clementem. P. cap. 17. Concil. Agathen. cap. 26. 12. q. 2. cap. Si quis de Clericis. Vide, Clerici. tit. 32. n. 7.

30. Ecclesiarum invasores, & malefactores, judicari possunt in utroque foro, Ecclesiastico scilicet, & sæculari.

Cùm sit generale, ut actor forum rei sequatur: Verùm, quoniam sæculares judices, in exhibenda justitia personis Ecclesiasticis, sæpè in judicio sunt remissi, in favorem Ecclesiæ est introductum, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores, possint, sub quo maluerint giudice, convenire. De foro competentis. cap. Cùm sit generale.

31. Ecclesiæ, vel Ecclesiastica bona invadentes, vel usurpantes, excommunicantur. Si sic Universitas, interdicatur, nec possunt absolvi, aut liberari, nisi satisfactio-ne factâ. Concil. Ravennaten. 3. post Clementem P. cap. 17. supra. n. 29.

32. Ecclesias incastellantes, aut vallantes, nisi ex gravissima necessitate, excommunicantur; & si Universitas sit, interdicatur.

Domus Dei, quæ ad eius laudem specialiter deputantur, per nonnullos nobiles & potentes, sine Prælatorum licentia incastellantur, vallantur, & fortalitiis contra Sanctorum patrum statuta muniuntur, & in servitute indebitè rediguntur. Ideòque statuiimus, ut nullus prædictorum temeritate propriâ quasunque Ecclesias, aut cœmeteria incastellare, seu vallare audeat, nisi ex magna & inevitabili causa; alioquin, si personæ singulares existerint, in excommunicationis, terræque eorum interdicti sententias incidant ipsò factò. Si verò Communitas hoc definiat, vel fieri præceperit, Ecclesiastico subiacet interdictò, sententiæ verò prædictæ in Synodis per Episcopos solemniter publicentur. *Concil. Sabinen. cap. 18.*

33. Ecclesias in necessitate nolentes defendere, superiores earum, præter pœnam damni, ad quam tenentur, sunt puniendi à superioribus.

Decernimus & statuimus, ut si istiusmodi Præpositi à suis collegiis, ac bonorum, privilegiorum, iurium & statutorum defensionem, expensis capitulorum, necessitatis tempore, vel imminente discrimine requisiti, muneri suo satisfacere neglexerint, & inde Collegium, seu Ecclesia illa, damnum accipiat: pœnam incidant pro damni accepti magnitudine, & Præpositi negligentia ab Episcopo, seu Superioribus taxandam, & moderandam. *Concil. Colonien. 3. tit. De officiorum. Sc. cap. 5. Vide, Ecclesiastica immunitas. Vide, Invasores. Vide, Raptores.*

XLI. Ecclesiæ, quoad mancipia & libertos.

1. Ecclesiæ servi manumitti possunt, aliquid eis concedendo. *Concil. Agathense cap. 7. 12. q. 2. cap. Si quos de servis. Vide, tit. 38. 12. 10.*

2. Mancipia, & servi, refugientes ad Ecclesias, non sunt tenendi, sed restituendi dominis, habitâ tamen securitate de non inferendo eis aliquam pœnam, aliâs non daadi.

Mertuentes Dominos famuli, si ad Ecclesiæ septa confugerint, intercessionibus debent querere, non latebras, ne hæc ipsa præsumptio tarditatis, temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noster, Vir spectabilis, Petrus, queritur, servum suum in Ecclesia Sancti Clementis diutius commorari, cui cum deputasset Sacramenta præstari, illum egredi nullâ ratione voluisse, & idèò directus supradictus homo, de præsentis, cum eo, quem elegeris esse mittendum, cum de impunitate eius Sacramenta præberit, eum statim facias ad Dominum suum modis omnibus remeare; aut si in hac pertinacia fortè persistit, post Sacramentum sibi præstitum, reddatur inivitus. *17. q. 4. cap. Mertuentes.*

Uxor Felicis, & Filia, Romam, quia sic oportuit, provocerunt. Si quidem hunc ipsum primum se ad Barbarorum Basilicam conferentem, seque bonas causas habere iactantem, egredi sub hac conditione præcipimus, ut si actus suos fideliter & rationabiliter allegaret, nihil circa eum profus asperum fieri, durumque, pateremur; alioqui, si contra fidem & utilitatem Dominicam venisse probaretur, ipse sibi impuraret, atque Domini ordinationi congruè subiaceret. *Ibidem. cap. Uxor.*

Id constituimus observandum, quod Ecclesiastici Canones decreverunt, & lex Romana constituit, ut ab Ecclesiæ attris, vel domo Episcopi, reos abstrahere omninò non liceat: sed nec alteri consignare, nisi ad Evangelia datis Sacramentis, de morte & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi, ita ut ei, cui reus fuerit criminofus, de satisfactione conveniat. Quòd si quis Sacramenta sua convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum à communione Ecclesiæ, vel omnium Clericorum, verum etiam

& à Catholicorum convivio separetur. Quòd si is, cui reus est, noluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus de Ecclesia, actus timore discesserit, ab Ecclesiæ Clericis non quærat. Servus etiam, qui ad E. confugerit, pro qualibet culpa, si à Domino pro admitta culpa Sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur; & postquam datò Sacramentò Domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa, qua excusatus, probatus fuerit pertulisse: pro contemptu Ecclesiæ, & prævaricatione fidei, à communione & convivio Catholicorum extraneus habeatur. Si verò servus pro culpa sua ab Ecclesia defensus, Sacramenta Domini, Clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem, à Domino liceat occupari. *Ibidem. cap. Id constituimus. Concil. Aurelian. 1. cap. 3.*

De servis verò, pro qualibet causa, si ad E. septa confugerint, id statuimus observandum: ut si quid in antiquis constitutionibus tenetur scriptum; pro concessa culpa, datis à Domino Sacramentis, quisquis ille fuerit, egrediatur, de venia iam securus. Enim verò, si immemor fidei Dominus, transcendisse convincitur, quod juravit, ut is, qui veniam accepit, probetur postmodum, pro ea culpa qualicunque supplicio cruciatus: Dominus ille, qui immemor fuit datæ fidei, suspensus sit ab omnium communione. Iterum, si servus, pro venia datis Sacramentis à Domino iam securus, exire noluerit, ne sub tali contumacia requirens locum fugæ, Domino fortasse depercat, egredi nolentem, à Domino eum liceat occupare, ut nullam, quasi propter tentationem servi, quibuslibet modis molestiam, aut calumniam patiatur Ecclesia: fidem tamen Dominus, quam pro concessa venia dedit, nullâ temeritate transcendat. *Conc. Aurelian. 5. cap. 23.*

Servus reatu atrocior culpabilis, si ad E. confugerit, à corporalibus tantum suppliciis excusetur; de peccatis verò, vel quocumque opere, placuit à Dominis iuramenta non exigi. *Concil. Epannen. cap. 39.*

3. Ecclesiarum mancipia, quando, & à quo possunt manumitti.

Consensus totius Concilii definivit, ut Sacerdotes, qui aut res suas E. relinquunt, aut nihil habentes; aliqua tamen prædia, aut familias, Ecclesiis suis conquirunt; licebit illis aliquos de familiis ejusdem Ecclesiæ manumittere, juxta rei collata modum, quem antiqui Canones decreverunt: ita ut cum peculio & posteritate sua ingenui, sub patrocinio Ecclesiæ maneat, utilitates injunctas sibi, juxta quod poterint, profectentes. *Concil. Toletanum. 4. cap. 68. De rebus Eccl. alien. Sc. cap. Consensus.*

Liberti Ecclesiæ, quia nunquam moritur eorum patrona, à patrocinio ejusdem nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores Canones decreverunt. Ac ne fortè libertas eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas, naturali ingenuitate obhitas, se se ab E. patrocinio subtrahat, necesse est, ut tam iidem liberti, quam ab eis progeniti, professionem Episcopo suo faciant, per quam se ex familia Ecclesiæ liberos effectos esse, fateantur, ejusque patrocinium non relinquant, sed juxta virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam præbeant. *Ibidem. cap. 69.*

3. Ecclesiæ Rector, quando & quomodo potest manumittere mancipia. *De rebus Ecclesiæ alien. vel non. cap. Consensus. Idem ac supra ex Toletan. 4. cap. 68.*

5. Liberti omnes ab Ecclesia protegendi.

Quicumque libertatem à Dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retentent; isti, si sine crimine sunt, ad Clericatus Ordinem liberi suscipiantur, quia directâ manumissione absolvi noscuntur; qui verò retentè obsequiò manumissi sunt, pro eo, quòd adhuc à patrono servituti tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum Ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum

Domini, fiant ex Clericis servi. *Concilium Toletanum. 4. cap. 72.*

Liberti, qui à quibuscunque manumissi sunt, & Ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum PP. constituerunt, sacerdotali Defensione à cuiuslibet insolentia proteguntur, sive in statu libertatis eorum, sive in peculio, quod habere noscuntur. *Dist. 87. cap. Liberti. Sc. Toletanum. 4. cap. 71.*

Libertos legitimè à Dominis suis factos, Ecclesia (si necessitas exegerit) teneat; quos si quis ante audientiam, aut pervadere, aut exspoliare præsumserit, ab Ecclesia repellatur. *Ibidem. cap. Libertos. Concil. Agathen. cap. 29. Vide, Servi. Vide, Mancipia. Vide, Liberti.*

XLII. Ecclesia læsa, restituenda in integrum.

1. Ecclesia læsa restituenda est in integrum, & quomodo. *Cau. 12. q. 2. cap. Augustino. De integ. restitut. cap. 1. Infra.*

2. Ecclesia jure minoris gaudet, ut servetur illæsa.

Præsentibus mandamus affatibus, ut competentis vivacitatis instantia, quidquid de sacris vasibus, vel ministeriis à quolibet Clerico usurpatum, vel distractum fuisse compereris, sine cuiusquam moræ interventu, exigere non dimittas, & Ecclesiasticis utibus reformatè. *12. q. 2. cap. Augustino.*

Requisivit T. F. quid agendum sit de possessionibus laicis, sub modico censu concessis: Noverris itaque, quòd si E. læsa est, & manifestè apparet detrimentum ipsius, (cum Episcopo ejusdem Ecclesiæ conditionem facere deteriorem non liceat, & Ecclesia jure minoris debeat semper illæsa servari) quæ in damnum ejus data constiterit, ad ipsius convenit jus proprietatemque redire. Providendum est tamen, nè si fortè coloni possessiones illas, expensis ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bonâ fide fecerunt, debeant defraudari. *De integ. restitut. cap. 1. Requisivit.*

3. Ecclesia læsa ex negligentia Procuratoris, qui non produxit scripturas opportunè, restitui debet in integrum.

Nos igitur inspectis privilegiis prædecessorum nostrorum, Leonis, Greg. & Clemens. quæ monasterium illud ad jus & proprietatem indicant S. A. pertinere, intelligentes, quòd Monasterii Procurator, est eadem privilegia coram prædictis Judicibus exhibere omiserit negligenter, jus tamen, non tam suum, quam nostrum fuerit protestatus: videlicet, quòd Monasterium ipsum ad Romanam Ecclesiam nullò mediò pertinere, ne ipsius negligentia in damnum, tam nostrum, quam monasterii redundaret, ad audientiam restituimus, &c. *Ibidem. cap. Cum venissent.*

4. Ecclesia læsa in probatione necessaria omiffa, petere potest restitui in integrum.

Licet autem utrinque sit in causa conclusum, quia tamen utraque pars necessariam (ut asserit) probationem omisit: Nos attendentes, quòd utraque Ecclesia fungatur jure minoris, æquitate pensata, utramque restituimus contra reliquam, ad probandam rationem omiffam, nè alterutra pars propter hujusmodi negligentiam gravi jacturâ lædatur. *Ibidem. cap. Audis.*

5. Ecclesia læsa, etiam contra sententiam Papæ restitui debet in integrum, citatâ parte.

Nos igitur cum fratribus nostris & aliis deliberavimus diligenter, nonnullis asserentibus, quòd cum prædictus C. prædecessor noster, contra jam dictam sententiam visus fuerit Hilanderis Ecclesiæ restitutionis beneficium indulgisse, cum eâ non obstante duxerit negotium committendum, & nos supplicationem ejusdem E. admittere debebam, præsertim quia sententia Romanæ Sedis non negatur posse in melius commutari, cum aut subreptum aliquid fue-

rit, aut ipsa, pro consideratione ætatum & temporum, seu gravium necessitatum, dispensativè quicquam ordinare decrevit, & secundum jura civilia, Principes, etiam contra res bis judicatas in auditorio suo, examinari restitutionem in integrum permiserunt, &c. *Ibidem. cap. Tum. ex litteris.*

6. Ecclesia læsa in causa restitutionis in integrum audiri potest, etiam post terminum peremptorium. Sed intrâ quadriennium peti debet.

Coram f. m. Lucio Papa prædecessore nostro, lite inter Archiepiscopum Toletanum, & te Fr. Archiepiscopo, super primatia, solemniter contestata, fuit peremptorius terminus assignatus: Verum elapsò terminò constitutò, post expectationem non modicam, comparuerunt procuratores vestri, sed quia non attulerant depositiones testium, & alia munimenta, dilationem cum instantia postulârunt. Postquam verò contra eos interlocuti fuimus super dilatione petita, tandem indulgeri Ecclesiæ Bracarensi dilationem, propter instructionem causæ, per auxilium restitutionis in integrum postulârunt, exhibentes super hoc ex parte vestra speciale mandatum, nos autem usque ad octavas Pentecostes per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum. *Ibidem. cap. Coram felicis. De restitutione in integr. in 6. cap. 1. infra n. 11.*

Ab Ecclesia adversus lapsum temporis, in quo se læsam affirmat, in integrum restitutio peti potest. Et causa restitutionis hujusmodi finiri debet intrâ quadriennium, continuum à tempore læsionis, etiam si minus quadrienniò tempus læsionis existat: Sed non fiet restitutio, nisi ad tantum tempus, quantum se læsa fore probabit. *Clementina eodem tit. cap. 11.*

7. Ecclesiæ restitutione denegatâ, nisi novæ adsint causæ, non conceditur.

Beneficium restitutionis in integrum, Ecclesiæ tuæ in alio judicio denegato, restitutio (præterquam ad appellationem omiffam) videtur eidem Ecclesiæ posse negari, nisi novis defensionibus ad hujusmodi sit beneficium admittenda. *De rest. in integrum. cap. fin.*

8. Ecclesiæ enormiter læsæ debet fieri restitutio. *De rebus E. E. non alienandis. cap. Ad nostram. Vide, Alienare. n. 22.*

9. Ecclesias lædentes ab Ecclesiasticis judicandi, non à laicis. *De privilegiis. cap. Sicut in judicio. Vide, sub tit. 40. n. 12.*

10. Ecclesias spoliantes coram effractione à Papa indigent absolvi. *De sententiâ excommunicationis. cap. Conquesti. Vide, Ibidem. n. 25.*

11. Ecclesia læsa, si intra quadriennium non petit restitui, postea non admittitur, nisi virtute juris communis; nisi fraus intercesserit, &c.

Ecclesia, quæ ad retractandam sententiam, vel contractum, per beneficium restitutionis in integrum postulat se admitti, si quadriennii spatium post sit lapsum, & negligenter omiserit, non est ad beneficium hujusmodi admittenda: Nisi prævaricationis vel fraudis manifestæ probetur super hoc intervenisse commentum, aut alia rationabilis causa subfit, quæ Superiorem movere debeat, ad idem beneficium concedendum. *De integ. restitut. in 6. cap. 1.*

Si adversus confessionem, in judicio à se factam, læsa Ecclesia beneficium restitutionis in integrum, intrâ quadriennium, ab ipsius confessionis tempore computandum, petere negligenter omittat: non est (nisi aliquid rationabile appareat, quòd aliud statuerit faciendum) ad hoc petendum ulterius admittenda. Ubi verò per viam communem revocationis erroris, quem in facto præterdit, vult adversus suam confessionem Ecclesia se juvare, hoc quandoque poterit, donec negotium sit finitum. *Ibidem. cap. Si adversus.*

12. Ecclesia petens restitutionem decimarum, non auditur, nisi probet possessionem legitimam. *De restitutione spoliatorum in 6. cap. finali. Vide, Decima tit. 16. Vide, Ecclesiarum bona non invadenda. Vide, Invasores.*

XLIII. Ecclesias, vel Ecclesiasticas dignitates occupantes.

1. Ecclesiam vacantem occupans, ipsò factò excommunicatur. *De electione in 6. cap. Generale. Vide, tit. 40. n. 11. Sub quolibet prætextu id faciat, in eis occupatis cessandum est à divinis, & occupantes ab omnibus beneficiis, &c. sunt privati. Concil. Toletan. 2. 2. cap. 18. Vide, Beneficia. tit. 38. n. 8.*

2. Idem statuit de occupantibus vacaturas.
3. Ecclesiam usurpans, vel ejus bona, sive Clericus, sive Laicus. *Vide, Ecclesie immunitas. Vide, Ecclesiarum & Ecclesiasticorum bona.*

XLIV. Ecclesie fieri non debent censuales.

1. Ecclesia fieri non potest à Prælato, nec ab alio Rectore censualis, etiam post suam mortem.

Non enim simplices Sacerdotes, vel Clerici possunt Ecclesias, quibus præfunt, autoritate suà (præsertim post decessum suum) efficere censuales. *De censibus, &c. cap. Præterea. Et Concil. Lat. 3. in append. tit. De pactionibus. cap. 9.*

2. Ecclesie imponi non potest novus census, & irritus est.

Ecclesiis, quas de novo Episcopi de manibus laicorum eripiunt, præter Cathedralicum, & jura omnia, quæ aliis Ecclesiis imponuntur, exactionem prohibemus imponi. *Ibidem. cap. Ecclesie. & cap. Prohibemus. Vide, Censur. n. 2. Nè Prælati. cap. Quoniam. il. 2. Ex Conc. Lateran. 3. tit. de Simonia. cap. 2. Vide, tit. 29. n. 5.*

De ejusdem etiam autoritate Concilii prohibemus, nè novi census ab Episcopis, vel Abbatibus, aliisve Prælatibus imponantur Ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem reddituum suis usibus applicare præsumant: sed libertatem, quam majores sibi conservari desiderant, minoribus quoque suis bonâ voluntate conferent. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit, habeatur. *Concil. Londinen. 1. cap. 8. Concil. Lateran. 3. in append. tit. De pactionibus. cap. 9. supra.*

3. Ecclesie regimen concedi non potest pro annuo censu.

Statuimus & mandamus, nè quis Prælati cuiuscunque sit dignitatis, suam jurisdictionem & munera ulli commissario, seu collectori, licet Ecclesiastico, plus offerenti, pro pecunia, aut pro certo annuo censu, committat, vel vendat, sub pœna excommunicationis: quam emens, seu pecuniam paciscens, ipsò factò incurrat; vendens verò præter pœnas Canonicas, amittat etiam actionem, pecuniam pactam exigendi. Decernentes, contractum hujusmodi illicitum, à jure damnatum, ac nullum esse, & haberi debere. *Concil. Colonen. 3. De officiorum, &c. cap. 3.*

4. Ecclesiam faciens censualem, privandus est eâ sine appellatior. e. *De censibus. cap. Cum Clerici. Vide, Beneficia. tit. 13. n. 14.*

5. Ecclesie imponi non potest novus census, vel pensio.

Vide, Censur. Vide, Locationes.

XLV. Ecclesiarum bona non oppignoranda, nec obliganda.

1. Ecclesie res, ut vasa, vestes, &c. non possunt oppignorari, nec obligari.

Nullus Presbyter præsumat calicem, vel patenam, vel vestimentum Sacerdotale, aut librum Ecclesiasticum, tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel forinane in vadium dare: Nisi justissimâ necessitate urgente. *De pignoribus. cap. 1.*

2. Ecclesie res oppignoratae ab antecessore, redimendae à successore, sed per bona hæredis antecessoris.

Ex præsentium latoris insinuatione accepimus, quòd Sacerdos Ecclesie de Offitona calicem argenteum, & medietatem unius brevii ejusdem Ecclesie, pro sua necessitate pignori obligavit, & ea, morte præventus, minimè recollectit. Unde quoniam indignum est, ut eidem Ecclesie res suæ, præsertim, quæ sacris ministeriis deputatae sunt, taliter debeant deperire: Mandamus, quatenus si verum est, quod asseritur, filium ejus, qui ex successione ipsius patrimonii jus dicitur obtinere, moneas & compellas, ut ea recolligat, & restituat Ecclesie memoratae. *Ibid. cap. Ex præsentium. & Concil. Later. 3. in append. tit. De alienat. cap. 1.*

3. Ecclesie res obligans pro debitis alienis, suspenditur ab officio & beneficio.

Firmiter inhibemus, ne quis præsumat Ecclesiam sibi committam, pro alienis gravare debitis, aut literas alieni, seu sigilla concedere, quibus possunt Ecclesie obligari: decernentes, si secus fuerit attentatum, ad solutionem talium debitorum Ecclesie non teneri. Si quis autem contra præmissa de cetero venire præsumpserit, ab administratione spiritualium & temporalium noverit se suspensum. *De solutionibus. cap. Si quorundam.*

4. Ecclesie bona non possunt obligari, nisi pecunia interserviant pro utilitate Ecclesie.

Cæterum decrevit præfata sancta Synodus eadem autoritate, quòd quicumque ex justis & rationabilibus causis probaverit, legitime, se de aut super Regnis, provinciis -- vel bonis hujusmodi vel eorum aliquò, pro pretiis perfolitis, vel ex causa depositi, sive mutui, aut aliis ex justis causis recipere debere à Romana, seu aliis EE. monasteriis, Prioratibus, hospitalibus, vel locis ipsis, seu eorum aliquò, aut ex Prælatibus, seu Rectoribus eorundem, occasione duntaxat Ecclesiarum, hospitalium, seu locorum præfatorum, ad quæ ipsa bona pertinuisent, vel pertinerent, aliquas florenorum, seu pecuniarum summam, aut res alias, ac illas veras esse in utilitatem evidentem EE. seu monasteriorum, aut locorum hujusmodi, quòd facta coram loci Ordinario deductione, aut defalcatione fructuum, aut proventuum perceptorum, arbitrio Ordinarii loci, sive rerum, & bonorum, de quibus ageretur, super quo ipsius Ordinarii conscientiam oneraverit, & onerat, non obstantibus quibuscunque conventionibus, seu pactis initis, vel adjectis etiam autoritate Apostolicâ, vel aliâ quomodolibet roboratis, ac juramento vallatis, maximè quoad probandum, pretia, res, vel pecunias veras esse in evidentem utilitatem. *Concil. Constantense. Sess. ultima in confirmat. Constit. Imperial.*

5. Ecclesie pignora statim recolligenda. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De alienat. cap. 1. supra n. 2.*

6. Oppignorare res Ecclesie, est alienare. *Ibid.*

7. Ecclesiarum bona non locanda consanguineis. *Vide, Locationes.*

Vide, Pignora. Vide, Alienatio.

XLVI.

XLVI. Ecclesiarum, & bonorum earumdem, ac privilegiorum præscriptio passiva, & activa.

1. Ecclesia, quæ est in parochia, vel Diocesi aliqua, per quadraginta annos præscribitur. *De præscriptionibus. cap. Ad aures. Vide, tit. 12. n. 1.*

2. Contra Ecclesiastica privilegia non præscribitur minus, quàm per spatium 40. annorum.

Mandamus, quatenus si Abbas & Monachi sufficienter ostenderit, quòd à Templariis decimas de terris prædictis per quadraginta annos continuè perceptas sine lite, vos ad præstationem ipsarum Templarios compellatis. Cum enim tantò tempore contra indulta privilegia decimas solverint, eis renunciassè tacite præsumunt. Quòd si probatio defecerint, ab ipsorum impetitione Templarios absolvatis, ipsis super hoc silentium perpetuum imponentes. *De privilegiis. cap. Accedentibus.*

3. Ecclesiasticorum bonorum fines per 40. annos præscribuntur.

Quia indicante Abbate C. comperimus, inter eum & Abbatem sanctæ Lucie exortam de finibus quæstionem. Agrimensoris distinctione illam proficimus finendam. Hortamur igitur, ut ad loca, de quibus est contentio, accedentes, eam in vestra faciatis præsentia terminari. Quadraginta tantum annorum præscriptio utrique parti servata. *De præscriptionibus. cap. Quia indicante.*

4. Ecclesia prætendens jus in aliam, uti debet præscriptione.

Dilectus Filius M. Syndicus Ecclesie vestræ ab Oeconomo sancti Laurentii de piscinula, in sermone, baptisate, & Capitulis, & similibus, subjectionem postulans, possessorem & petitorum intentabat. Cum enim Ecclesia sancti Laurentii sit in parochia vestra sita, debet de jure communi Ecclesie vestræ in prædictis omnibus subjacere: quia nec privilegium exemptionis habet, nec præscriptionem pro se poterat allegare, cum illa Ecclesia sanctæ Cæciliæ præscripserit, sicut per testes dicebat legitime comprobatum, &c. *De capellis Monachorum. cap. Dilectus Filius.*

5. Ecclesia, vel Ecclesiasticorum bonorum per 40. annos præscriptio, si excipitur de interruptione, debet probari.

Illud autem te scire volumus, & tenere, quòd adversus EE. minorem præscriptionem, quàm 40. annorum, Romana Ecclesia non admittit. Licet quidam Canones comprobent triennem: & Ecclesia se potest adversus Ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri, de re illa, quam inconcussè quadraginta annis noscitur possedisse. Verum si de præscriptione & interruptione inter partes fuerit mota quæstio, ab utraque parte testes recipi debent & si probata fuerit interruptio, præscriptio non tenebit. *De præscriptionibus. cap. Illud.*

6. Ecclesia præscribit per annos 30. possessionis legitimæ.

SS. PP. Sanctiones statuentes, confirmaverunt, & nos inextinguibiliter confirmamus, ut omnes possessiones, ad singulas provincias nostrorum Fratrum pertinentes, à quibus per triginta annos possessa sunt, quiete & sincere, absque synodali proclamatione, perpetuò teneantur. *Ibidem. cap. Sanctorum.*

7. Ecclesia, &c. non subduntur præscriptioni, ob possessionem malam.

Vigilanti studio cavendum, -- nè male fidei possessores sumus in alienis prædiis, atque rebus, maximè Ecclesiasticis; quoniam nulla antiqua diem possessio, Jure juvat aliquem male fidei possessorem, nisi reliquerit, postquam noverit se aliena

possidere: cum bonæ fidei possessor dici non possit. Ephefinus enim legislator solum propter vitandam miserorum segnitiam, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali & quadragenali possessioni vigorem legis imposuit; nobis autem, in rebus tam cognitis, quàm latentibus; placuit, non habere vigorem. *Concil. Lateran. 3. in appendice de Præscriptionibus. cap. 5.*

Vide, Præscriptio. Vide, Ecclesiastica Privilegia.

XLVII. Ecclesiarum immunitas.

1. Ecclesie, earumque res, immunes sunt ab omni onere & angaria, &c.

Navem, in qua Viralis præsentium portitor navigat ad dilectissimam filiam nostram, Theodatam Abbatissam, pro sustentatione monasterii sui emissam cognoscas. Quâ illuc veniente, hæc tibi auctoritate præcipimus, ut ita eam in cunctis tueatis, atque ab omni angaria vel onere exuere excusareque festines, ac si specialiter nostra sit. *Greg. Lib. 8. ep. 64.*

Ut Laici omnino munera injusta non exigant à Presbyteris, propter commendationem Ecclesie cuiquam Presbytero. *Concil. Moguntinum. 1. cap. 30. Concil. Later. 3. cap. 19. Vide, Clerici. tit. 27. n. 6.*

2. Ecclesie, earum res, aut ministri, & Clerici cogi non possunt ad solvenda pedagia, guidagia, exactiones, &c. sub pœna excommunicationis, singulari personæ ipsò factò communitati verò, interdicti. *De immunitate Ecclesiastica in 6. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 27. n. 4. De censibus. in 6. cap. Quamquam. Ibidem. Neque de rebus, quas portant, neque de iis, quas transferunt. Vide, Excommunicationes Bullæ Cæne.*

3. Ecclesiastica immunitas pro locis & personis Dei ordinatione est instituta, & Canonice sanctionibus. *Concil. Tridentinum. sess. 25. de reformatione. cap. 20.*

4. Ecclesia res confiscans, vel aliud simile faciens, est anathema; item si invadit, &c. *16. q. 1. cap. in Canonibus. & cap. Similiter. Vide, tit. 40. n. 1.*

5. Ecclesia à nullo possunt gravari. *16. q. 7. cap. Ecclesie. Vide, Ecclesie. tit. 30. n. 1.*

6. Ecclesie & Ecclesiasticis fieri non possunt repræfalia, sub pœna excommunicationis singularibus personis, communitati verò interdicti ipsò factò.

Etsi pignorationes, quas vulgaris elocutio repræfalias nominat, in quibus alius pro alio prægravatur, tanquam graves legibus & æquitati naturali contraria; civili sint constitutione prohibita; ut tamen earum prohibitio in personis Ecclesiasticis tantò amplius timeatur, quantò in illis specialius inhibentur, eas concedi contra personas prædictas, seu bona ipsorum, aut quantumcunque generaliter prætextu cujusvis consuetudinis (quam potius reputamus abutim fore) concessas, ad illas extendi præsentis decretò districtius inhibemus. Illi autem, qui contra fecerint, adversus personas easdem pignorationes, seu repræfalias concedendo, vel extendendo ad eas, nisi præsumptionem hujusmodi revocaverint, à concessione, vel extensionis tempore infra mensem, si personæ singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurrant: si verò universitas, Ecclesiasticò subiacet interdictò. *De injuriis & damno &c. in 6. cap. unico.*

7. Ecclesiam violans, privatur ejus ingressu. *17. q. 3. cap. Ad Episcopos. Vide, tit. 40. n. 13. Propriò honore spoliatur. 24. q. 1. cap. Qui contra Ecclesie. Vide, Ibidem.*

n. 10.

n. 10. Non gaudet eius immunitate. *De imm. Eccl. cap. fin. Ibidem. n. 21. Caret Ecclesiastica sepultura. De raptoribus. cap. Super eo. Vide, Ibid. n. 27. Concil. Sabinen. cap. 18. Ibid. n. 32. Vide, Ecclesie invasores.*

8. Juramenta facta contra libertatem Ecclesie à Clericis servari non debent. *De iurjurando in 6. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 47. n. 2.*

9. Ecclesie earumque res non sunt subditæ Imperatoribus, neque Regibus, aut aliis Dominis temporalibus. *23. q. 8. cap. Conventior. Vide, tit. 1. n. 22. Dist. 97. cap. Ecclesie mee. Vide, tit. 3. n. 21. post Epist. 3. Damasci cap. 13. 10. q. 1. cap. Hanc consuetudinem. Vide, Bonum. Bona temporalia. n. 6.*

10. Ecclesie præda, sub pœna excommunicationis, à nullo potest emi.

Prohibemus etiam, nè Abbates, vel Monachi, Priores, vel Abbatissæ, vel Priorissæ, de possessionibus Ecclesiasticis tenentiam donent: Clericis autem & laicis prohibemus, nè quis scienter prædam Ecclesie emat, vel prædam cœmeterii, vel cuiuslibet possessionis Ecclesiasticæ; quod qui præsumperint, anathematis vinculo feriuntur. *Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. de Excommunicatis. cap. 6.*

11. Ecclesie immunes sunt ab omnibus tributis Sæcularium. Faciens est anathema.

Sancimus: res ad venerabiles EE. vel Xenones, vel monasteria, vel prochorothia, vel prephorothia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale consortium, descendentes ex qualicumque curialis liberalitate, sive inter vivos, sive mortis causâ, sive in ultimis voluntatibus habita, à Lucratorum inscriptionibus liberæ esse & immunes; lege si licet, quæ super huiusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente: in parte autem Ecclesiastica, vel aliarum domuum, quæ huiusmodi piis consortiis deputatæ sunt, suum rigorem pietatis intuitu mitigante. *23. q. 8. cap. In quavis.*

Sancitum est, ut unicuique Ecclesie, unus manus integer absque ullo servitio attribuatur; & Presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de obligationibus fidelium, non de domibus, neque de arvis, vel de hortis, iuxta Ecclesiam positis, neque de præscripto manso, aliquod servitium faciant, præter Ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerit, inde maioribus suis debitum servitium impendant. *Ibid. cap. Sancitum, & Conc. Format. cap. 50.*

Secundum Canonicam auctoritatem & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici de ecclesiastico agro & manso, & de mancipiis, quæ ipsè suis Capitulis constituit, vel quilibet pro loco sepulture aliquid largitus Ecclesie fuerit, de decimis etiam & oblationibus fidelium, nullus quemquam Presbyterorum aliquem censum perfolvere cogat, nec quisquam cuiuslibet Ordinis, vel dignitatis, exinde quicquam subtrahat, aut redhibitionem quamcumque exigat temporalem. Quod si fecerit, communionem usque ad satisfactionem privetur, & Regi potestate dare cogatur. *Ibidem. cap. Secundum. Et Concil. Lateran. 3. cap. 19. Vide, Clerici. tit. 27. num. 3. Et Concil. Meldense. cap. 63. Vide, Clerici. tit. 27. n. 6. & 9.*

12. Ecclesiasticam libertatem violantes, facientes contra eam statuta, sive Consules, sive Rectores, &c. excommunicati sunt.

Excommunicamus omnes hæreticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, & fautores, & receptatores, & defensores eorum: Nec non, & qui de cætero servari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas, contra Ecclesie libertatem,

nisi ea de Capitularibus suis, infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ, fecerint amoveri. Item excommunicamus statuarios & scriptores statutorum ipsorum; Nec non Potestates, Consules, Rectores & Consiliarios locorum, ubi de cætero huiusmodi statuta & consuetudines editæ fuerint, vel servatæ, nec non & illos, qui secundum ea præsumperint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata. *De sententiâ excommunicationis. cap. Noverit. Vide, Excommunic. Bulla Cana. Vide, Libertas Ecclesiastica.*

13. Ecclesiasticam immunitatem violans, mittendo manum, sive in Ecclesiam, sive in personas Ecclesiasticas, (olim) si erat puniendus, omnia ejus bona proscribentur, & in monasterium detrudebatur perpetuè.

Quisquis per dolum manum suam mittit in Christum Domini, id est, Episcopum, vel Presbyterum, (quia sacrilegium grave committit) & si quis Ecclesiam Dei vastat, aut impugnat, aut incendit, (quia & hoc gravissimum est sacrilegium) placuit sanctæ Synodo, ut in primis omnia bona ejus proscriptione publicentur, deinde in uno loco, id est, in monasterio inclusus, pœnitent omnibus diebus vitæ suæ. *24. q. 3. cap. Quisquis per dolum. Et cap. Paternarum. Vide, tit. 40. n. 1.*

14. Ecclesiam, vel ejus bona, jura, &c. usurpans, vel impediens, nè exigantur decimæ, &c. est anathema, usque dum eam in iure restituat. Si patronus, iure etiam patronatus privatur: Si Clericus, etiam beneficiis. *Concil. Tridentinum. sess. 22. De reformatione. cap. 11.*

15. Ecclesie gubernium impediens, est sacrilegus.

Sunt quidam, qui vel violentiâ, vel favore, non permittunt Ecclesiam regulariter ordinari, hos etiam decrevimus, ut sacrilegos iudicandos. *1. q. 1. cap. Sunt quidam.*

16. Ecclesia iure minoris gaudet, ut illæsa servetur. *De in integrum restitutione. cap. 1. Vide, tit. 42. n. 1.*

17. Ecclesia quælibet, etiam non consecrata, gaudet immunitate omni, dummodo in ea celebrentur divina. *De immunitate Ecclesiastica. cap. Ecclesie. Vide, tit. 30. n. 29.*

18. In Ecclesia existens Christianus, non potest bannò compelli ad aliquid faciendum, neque dum ad eam vadit, vel ex ea recedit.

Præcipimus namque, ut nullus Christianus Ecclesiam pro reverentia petendo, ibique manendo, indeque revertendo, alicujus publicæ potestatis bannò ibidem constringatur, nè fortè, dum ad E. causâ orationum properat, per bannum impediatur, pro salute animæ devotè insisteret. *Conc. Erfordiensis. cap. 3.*

19. Ecclesias incastellantes, aut vallantes, nisi ex gravissima necessitate, lædunt Ecclesie libertatem, excommunicantur, & universitates interdictione supponuntur. *Concil. Sabinen. cap. 18. Vide, tit. 40. n. 32.*

20. Ecclesie immunitate non gaudent hæretici, Apostatæ & suspecti de hæresi. *Joannes XXII. Constit. 1. ex parte. Vide, Immunitas. cap. finali. Vide, tit. 40. n. 21.*

21. Ecclesiam offendens, ejus immunitate non gaudet. *De immunitate Ecclesiarum. cap. finali. Vide, tit. 40. n. 21.*

22. In Ecclesiis non spoliari nec perquiri possunt à iudicibus cadavera mortuorum, sed

sed extra Ecclesiam sunt hæc facienda. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. de Ecclesiis. Vide, tit. 33. n. 22.*

23. Ecclesiarum jura non possunt laicis subditi sine licentia Papæ.

Hoc consultius prohibemus editò, universos & singulos Prælatos, EE. sibi commissas, bona immobilia, seu jura ipsarum, laicis submittere, subijcere, seu supponere, absque Capituli sui consensu, & A. S. licentia speciali. *De rebus Ecclesie. non alien. in 6. cap. fin.*

24. Subdentes quomodo puniendi. Item Prælati non resistentes.

Et nihilominus Prælatos, qui seculis fecerint, ipsò factò ab officio & administratione: Clericos etiam, qui scientes contra inhibitionem prædictam aliquid esse præsumptum, id Superiorem denunciare neglexerint, à perceptione beneficiorum, quæ in Ecclesia obtinent sic gravata, triennio statim esse suspensos. Laici verò, qui Prælatos, vel Capitula EE. seu alias personas Ecclesiasticas, ad submissiones huiusmodi faciendas hætenus compulerunt: nisi post competentem monitionem, (remissâ submissione, quam per vim vel metum exegerant) EE. & bona Ecclesiastica eis submissa, taliter in sua libertate dimittant. Illi verò, qui de cætero Prælatos, vel personas easdem, ad talia facienda compulerint, cujuscunque sint conditionis aut status, excommunicationis sunt sententiâ innodati. *Ibidem.*

25. Ecclesia & Ecclesiastici cogi non possunt ad alienandum, vel extra manum suam ponendum, quæ acquisiverunt.

Decernimus, non licere præfatis communiis, Scabinis, & iis, qui in eis jurisdictionem temporalem obtinent, vel iustitiam temporalem exercent, tallias, vel collectas, seu exactiones quascumque, Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem, pro domibus, prædiis, vel quibuscumque possessionibus ab eisdem Ecclesiis legitime hætenus acquisitis, vel imposturam acquirendis, etiam si ipsæ Ecclesie, vel personæ, vel res huiusmodi, sint infra illorum districtum vel territorium constitutæ; Nec etiam liceat illis ipsas Ecclesias vel personas ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum, acquisita jam, vel quæ deinceps acquirunt, aliquatenus coactare. *De immunit. Ecclesie. in 6. cap. 1.*

26. Ecclesiastica immunitas à Bonifacio IX. declaratur, & confirmatur. *Constit. 4. Julis. Et est lex Imperialis.*

27. Ecclesie non possunt neque per Episcopos gravari circa exactiones.

Ecclesias autem, quas de novo Episcopos de manibus laicorum eripuit, præter Cathedralicam, & jura omnia, quæ aliis EE. imponuntur, non videmus exactionem aliam imponendam, qui novis exactionibus decreto nostro prohibuimus, amodò EE. prægravari. *Concil. Lateran. 3. In appendice. tit. De Simonia. cap. 8.*

28. Ecclesiasticam jurisdictionem usurpans, est anathema. *Concil. Lateran. 3. cap. 19. Vide, Clerici. tit. 27. n. 3. ibi cap. Non minus de immunitate Ecclesiastica.*

29. Ecclesiarum, sive locorum religiosorum invasores excommunicati sunt. Sic dantes consilium, auxilium, favorem, &c. Et si ante mortem non satisfecerint, carent Ecclesiasticâ sepultura. *Concil. Turon. 4. cap. 14. Vide, Invasor. n. 6.*

30. Ecclesie injuriam inferens, vel altaria spoliando, vel impediens accendi lumina, vel officia recitari: sive clericus, sive alius, officio, ac nobilitate privatur, & aliis pe-

nis afficitur. *Concil. Toletanum. 13. cap. 7. Vide, tit. 40. n. 1.*

31. Ecclesiastica immunitas defendi debet à Prælati.

Possessiones igitur, vel si qua sunt Ecclesiastico juri competentia, & ab extraneis indebitè detinentur, cum omni studio, servatâ civilitate, in jus Ecclesie tuæ præparare festina, ut negligens in aliquo videri non valeas. *Gregorius I. lib. 11. Ex regest. ep. 51.*

Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in EE. Catholicas irruens, Sacerdotibus, & ministris, vel ipsi cultui, locòque, aliquid importet injuriæ, quod geritur, à Provincia Rectores animadvertantur, atque ita provincia moderator, Sacerdotum, & Clericorum, & Catholica Ecclesie ministrorum, loci quoque ipsius, & divini cultus injuriam, capitali in convictos, seu confessos reos sententiâ, noverit vindicandum, sitque cunctis laudabile, factas atrocitates Sacerdotibus, aut ministris injurias, veluti publicum crimen insequi, atque de talibus reis ultionem mereri, &c. *Idem ibid. epistola 56. Ex decreto Honorii Imperatoris, &c.*

Ut jus Ecclesiasticum, & legem Canonicam, nobis ita conservent, sicut antecessores vestri, qui hoc bene & rationabiliter, ita quòd ferri poterit, & Deus vobis posse dederit, nostris prædecessoribus conservaverunt. *Concil. Meldense. cap. 81.*

Ordinarii locorum hoc faciant observari, suadenda suadeant, interdicta hujus Canonis auctoritate compescant, ad hoc alios etiam in EE. ipsis, magis assiduos, & ad præmissa idoneos deputando, & nihilominus processus iudicum sæcularium, ac specialiter prolata sententiâ in eisdem locis, omni careant robore firmitatis. *De immunit. Ecclesie. in 6. cap. De cet domum. §. Ordinarii.*

32. Episcopus Ecclesiam non defendens, negat fidem. Puniri debet, & damnum solvere debet.

Audivimus, insuper nec dubitamus, quòd Dei Ecclesia, quæ Mater & Domina nostra est, sicut in multis aliis terrarum partibus, ita in vestris, ab iniquis hominibus & diaboli membris comprimatür, & non ut decet, tueatur, & veneretur, ad cuius auxilium & tuitionem in omnibus & super omnia te invigilare volumus, & paternè monemus. Nam talibus non resistere, quid aliud est, quam fidem negare? Quapropter monemus, & obsecramus, ut posthabito omni humano odio, invidia postpositâ, etiam si incubuerit morte, eam eruere, protegere, fovere, tueri, & ab insidiantium faucibus luporum eripere pro posse labores: Sciens pro certo, quòd nullam orationem, nullumque gratius sacrificium in supremi arbitri oculis poteris offerre. *Gregorius VII. Lib. 5. ep. 10. Regi Danorum. Concil. Colonien. 3. tit. de Officiis. &c. cap. 5. Vide, tit. 40. n. 33.*

33. Ecclesiastica immunitas, etiam per Imperatores est confirmata.

Et licet etiam in sacris legibus pro libertate & immunitate Ecclesiastica, sive Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum, multa salubria & favorabilia statuta fuerint, dudum felicitis recordationis Honorius Papa attentè considerans, quòd quondam Fridericus II. olim Roman. Imperator, tunc sub obedientia & devotione S. R. E. persistens, ad laudem ejusdem E. & sacri decus Romani Imperii, cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus, & iniquis statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesie, & Ecclesiastica personæ, plenâ vigerent quiete, & securâ libertate gauderent. *Concil. Constantiense, post ultimam sess. in confirmat. Conc. Imperial.*

34. Ecclesiasticam immunitatem lædunt, qui Ecclesias, hospitalia, & pia loca invadunt, lædunt, &c.

Ac piè & iuste attendens, quòd quorundam perverforum iniquitas adeò abundaverat, ut non dubitarent,

tarent, contra Ecclesiasticam disciplinam, & SS. Canones, statuta sua constringere adversus Ecclesiasticas personas, & Ecclesiasticam libertatem, edictali lege, hujusmodi statuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita annunciari, & omnia statuta & consuetudines, civitates & loca, potestates, vel consules, aut quæcumque alia personæ, contra libertatem E. Ecclesiasticas personas hujusmodi edere, aut conservare tentaverint, contra Canonicas & Imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus, infra duos menses, post hujusmodi legis publicationem penitus abolere facerent, &c. *Ibidem.*

Draco ille antiquus, serpens inimicus naturalis Christi sponsæ, à timore Dei corda mundanorum hominum sic avertit, & contra libertatem Ecclesiasticam sic permovit, quod personas ipsius lædere, ac capere decimas, & alia bona ejus, & vastare illius loca, & interdum pro pudor! EE. ipsas ac monasteria invadere, destruere, ac cremare, ac jura E. violare diversimodè, a usu sacrilegò non verentur. Nos igitur præmissa tam gravia, tam horrenda, tamque SS. Canonibus inimica, de medio tollere cupientes, sacro approbante Concilio duximus statendum, quod quicumque cujuscumque status, religionis, aut conditionis existant, prædicta, vel aliquod prædictorum commiserint, seu committentibus præbuerint scienter consilium, auxilium, vel favorem, præter alias pœnas à jure positas, contra tales, viventes quidem, ab ingressu arceant Ecclesiæ; morientes verò, quò usque plenè satisfactum fuerit damna passis, carcant Ecclesiasticam sepulturam. Volumus insuper, quòd, nisi facta satisfactio prædicta, nullus possit ipsos absolvere ab his pœnis. *Concil. Sabinen. cap. 18.*

35. Ecclesiasticam immunitatem violantes, præter excommunicationem, quam incurunt, olim bis in anno denunciabatur in Ecclesiis coram populo.

Attendentes igitur, quòd licet singuli, qui statuta edita, & consuetudines introductas, contra Ecclesiæ libertatem, servari fecerunt, vel fecerint, quive secundum eadem statuta, seu consuetudines præsumperunt, vel præsumperint judicare, nec non statutarè, & scriptorè statutorum ipsorum, Potestates, Consules, & Rectores locorum, ubi de cætero hujusmodi statuta, vel consuetudines introductæ fuerint, editæ vel servatæ, majoris excommunicationis sint ligati sententiâ: hi tamen, ipsâ excommunicationis sententiâ vilipensâ, in ipsorum animæ detrimentum perceptioni Sacramentorum, & participationi fidelium se immiscerent, hoc non valentes tolerare, vel dissimulare diutius, absque EE. nostræ provincie læsione enormi, volumus & mandamus, ut annis singulis in Nativitate & Paschate Resurrectionis Domini, ac in solemnitate SS. Omnium, coram fideli populo denunciatur publicè in Missarum Solemnis: Omnes & singulos supra scriptos, in majoribus EE. Civitatum, castrorum & aliorum locorum, ubi sunt Conventuales, vel collegiatæ Ecclesiæ nostræ provincie, majoris excommunicationis vinculo fore ligatos. *Concil. Ravennat. 1. sub Honorio IV. cap. 9.*

36. Ecclesias, vel Ecclesiasticos lædentes, invadentes, &c. absolvi non possunt, nisi præviâ satisfactio. *Concil. Sabinen. cap. 18. supra. n. 34.*

37. In locis, ubi sunt principales, qui Ecclesiasticam læserunt libertatem, cessandum est à Divinis.

Verùm, quia plerumque humanus pudor à peccando colibet, quos ad hoc non retrahit timor Dei, statimur, quòd in civitatibus, seu locis aliis quibuscumque, in quibus principales malefactores prædicti fuerint, seu personæ prædictæ Ecclesiasticæ, aut antedicta bona, ex certa scientia recepta & detenta extiterint, quamdiu dicti malefactores, aut bona Ecclesiæ præmissa. -- Mandamus nihilominus Præ-

latis omnibus, quòd ipsi in suis Ecclesiis Cathedralibus & Parochialibus suarum Diocesium, præsentem constitutionem frequenter faciant publicari. *Concil. Sabinen. Ibidem.*

38. Ecclesiasticas causas fieri à judice Ecclesiastico impediens, vel trahens eas ad forum sæculare, & alia circa hoc. Vide, *Impediens. Vide, Ecclesiæ. & earum bona non invadenda. supra. Vide, Libertas Ecclesiastica. Vide, Ecclesiasticorum immunitas. Vide, Immunitas. Vide, Clericorum immunitas. Vide, Contractus.*

XLVIII. Ecclesiasticorum & Ecclesiæ servientium immunitas.

1. Ecclesiarum ministri, ac servientes, non possunt per onera ac sæculi molestias gravari.

Sed ut in vobis magis magisque laudabilis & religiosa possit clarere devotio, providendum vobis est, ut Sanctorum beneficia cum reverentia & debito honore condantur, & servientes ibidem, nullis oneribus, nullisque molestiis affligantur: nè fortitan necessitate extenuis imminente, in Dei servitio inutilis sequeantur, & injuriam, quòd absit, neglectumque; beneficia Sanctorum collocata sustineant. *Greg. I. lib. 5. ep. 1. 12. q. 2. cap. Ecclesiarum. Vide, Clerici. tit. 35. n. 11.*

2. Ecclesiastici non possunt judicari à sæculo.

Leges Ecclesiæ Apostolicæ firmam auctoritate, & peregrina judicium submovemus. -- Unaquæque provincia tam juxta Ecclesiæ, quam juxta sæculi leges, suos debet justos, & non iniquos, habere judices, & non externos, nisi A. S. hujus decreverit auctoritas, quatenus quicumque causam habuerit, apud suos judices judicetur. -- Si autem fuerit Ecclesiasticum, apud Episcopos, (interveniente Primatè) siquidem major causa fuerit: si verò minor, Metropolitanò: Si verò fuerit sæculare, apud ejusdem Ordinis viros, judicium tamen Episcoporum; cum Apostolus privatorum Christianorum causas, magis Ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali judicio terminari voluit. *Anacletus ep. 1. cap. 2. & 3.*

Nec non & peregrina negotia & judicia prohibemus: quia indignum est, ut ab externis judicentur, qui comprovinciales & à se electos debent habere judices. *Higinus ep. 1. cap. 4.*

Nè pariamini, ut sæculares Magistratus de causis vestris judicent, per eos enim Diabolus studet, ut famulis Dei probum etiam excitet, quasi non habeatis vos quempiam sapientem, qui possit inter vos jus dicere, aut controversias dirimere. *Lib. 2. Constit. Apostolicarum. cap. 45.*

3. Ecclesiæ non possunt imponi gabellæ, talliæ, &c. sub pœna excommunicationis in Bulla Cœnæ; sic dantes consilium, auxilium.

Fratris & Coepiscopi nostri, Felicis & Ciriaci Abbatibus relatione cognovimus, quòd in Insula Sardinia Sacerdotes à laicis judicibus opprimantur, & fraternitatem tuam ministri sui despiciant: dumque solùm simplicitati à vobis studetur, quantum videmus disciplina negligitur. *11. q. 1. cap. Fratris. Ibidem. cap. Placuit, ut quisquis. Vide, Clerici. tit. 35. n. 6. cap. De diversis. Vide, Ibidem. tit. 36. n. 15. cap. Si Clericus. & cap. Clericus. Vide, tit. 36. n. 13. & 15. cap. Clericum nullus. cap. Nullus. cap. Nemo. cap. Relatum. cap. Continua. Ibidem. Vide, tit. 35. n. 1. Gregorius XIII. constit. 31. §. 18.*

4. Ecclesiastici non teneant ad servanda juramenta, contra libertatem Ecclesiæ. *De Jurejurando in 6. cap. 1. Vide, tit. præced. n. 8.*

5. Ecclesiasticorum vel bona, vel possessiones, vel

vel servos molestantes, excommunicantur. *24. q. 3. cap. Paternarum. Vide, tit. 40. n. 1.*

6. Ecclesiasticis negans justitiam judex sæculi, tertio petitus, privatur jurisdictione.

Decernimus etiam, ut si qui Clerici, vel personis Ecclesiasticis, justitiam denegare præsumperint, tertio requisiti, suam jurisdictionem amittant. *Honorius III. ex Cirone de judiciis. cap. 2. Et est lex Imperialis.*

7. Ecclesiastica personæ, non possunt cogi ad solvenda pedagia, guidagia, exactiones pro suis rebus quas portant, vel transferunt, sub pœna excommunicationis singularibus personis, communitati verò, sub pœna interdicti ipsò factò.

Præterea statuimus, quòd nullus à personis Ecclesiasticis, seu eorum bonis, contra libertatem Ecclesiasticam, pedagia, telonia, angarias, perangarias, collectas, aut exactiones extorquere, aut imponere præsumat; quin imò ad abstinentiam ab iis & similibus, & ad restituendum, si quis aliquid extorserit, Canonica monitione præmissa, per Ordinaris locorum juxta Ecclesiasticam censuram cogatur. *Concil. Trevirense. 2. cap. 17.*

Item nulla communitas, vel persona publica, vel privata, collectas, sive exactiones, angarias, vel per angarias, Ecclesiis, aliisque piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponant, aut invadere Ecclesiastica bona præsumant: quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel imperio, emendare contempserint, triplum refundant, & nihilominus banno Imperiali subjaceant, quòd absque satisfactione debita nullatenus remittatur. *Honorius III. ex Cirone. tit. de censibus. cap. 3. & est etiam super hoc lex Imperatoris. De immunitate Eccles. in 6. cap. 1. & De censibus. in 6. cap. Quamquam. Vide, Clerici. tit. 27. n. 4. tit. præced. n. 2. & 25.*

8. Ecclesiasticorum colonos gravantes servitiis, vel impositionibus, sunt excommunicati. *Concil. Colonien. 3. tit. Censuræ. cap. 19. Vide, Coloni Ecclesiæ.*

9. Ecclesiarum rura colentes, non possunt capi per sæcularem.

Dictum est nobis, quòd rustici Ecclesiæ, rura ejus deferentes in privatorum possessionibus culturam exhibeant, quòd experientia tuâ fieri non permittat. *De immunit. Eccles. cap. Judicatum est.*

10. Ecclesiasticis personis imponi non possunt à sæculo tributa, decimæ, &c. sub pœna excommunicationis ipsò factò. *De censibus in 6. cap. Quamquam. Vide, ubi supra. n. 7. Vide, Excommunicationes Bullæ Cœnæ. Honorius III. Constitutione. Has leges, in qua multa stabiluntur cum Friderico II. pro immunitate.*

11. Ecclesiasticæ personæ cogi non possunt ad alienandum, & extra suam manum ponendum illa, quæ acquisiverunt. *De immunit. Eccles. in 6. cap. 1. ut supra. n. 7.*

12. Ecclesiastici impediri non possunt, ne contrahant cum sæcularibus; neque domini, Principes, &c. impedire possunt sæculares, ne contrahant cum Ecclesiasticis, vel ne emant ab eis, ne molant, panem coquant, & alia præsent. *De immunit. Eccles. in 6. cap. fin. Vide, Clerici. tit. 44. n. 4.*

Tomus II.

13. Ecclesiasticæ personæ, solventes talias, &c. sæcularibus, puniendæ. Excommunicantur. *De immunit. Eccles. in 6. cap. Clericis. §. Nos igitur. Vide, Clerici. tit. 27. n. 5.*

14. Ecclesiasticæ personæ, sine autoritate S. A. non possunt aliquid solvere sæcularibus, nec ratione subsidii, neque subventionis, & solventes sunt excommunicati. *Ibidem.*

15. Ecclesiasticam personam diffidans, vel proscribens, mutilans, vel spolians, ultra excommunicationem, &c. ipsò factò est infamis.

Pronunciavitque insuper, & eadem decrevit auctoritate, quòd quicumque laicus, cujuscumque status, gradus, aut conditionis existeret, a usu sacrilegò, & propriâ temeritatis audaciâ, Sacerdotem, vel Clericum sæcularem, vel religiosum, diffidaret, proscriberet, captivaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, ac hujusmodi maleficia perpetrantes, & facientes, scienter receperet, vel eis favorem præstaret, præter pœnas à sacris Canonibus, Imperialibus & legalibus Sanctionibus in tales promulgatas, eò ipsò redderetur infamis, ac omni honore privatus, nec ad placita, vel consilia nobilium admitteretur quòvis modò. *Concil. Constantien. post sess. ultimum, in confirmat. Constit. Imperial.*

16. Ecclesiasticis personis fieri non possunt repræssaliæ, neque in eorum bonis, sub pœna excommunicationis singularibus personis, Communitati verò, sub pœna interdicti. *De injurijs &c. in 6. cap. unico. Vide, tit. 47. n. 6.*

17. Statuta, facta contra Ecclesiæ libertatem, sunt nulla; exequentes inhabiles sunt ad omnes actus legitimos. Excommunicantur, & illa statuta à libris auferenda, & tales facientes, habere non possunt feudum Ecclesiæ.

Vetera statuta Prædecessorum nostrorum innovando & extendendo, præsentem nostram ordinationem cassamus & irritamus omnia statuta & consuetudines, quæ & quas civitates, communitates & loca, Præfides, Potestates, Rectores & Consules, & quæcumque alia personæ, contra libertatem Ecclesiæ edere, vel servare præsumperint. Et si aliqui secundum statuta, vel consuetudines memoratas judicaverint, judicatum vigore careat, & ipsi judicantes, vel exequentes, ipsò factò inhabiles sint ad omnem legitimum actum in Ecclesia: salvis nihilominus aliis pœnis, contra tales in Concilio generali promulgatis. *Concil. Trevirense 2. cap. 18.*

Gravem Ven. F. nostri, Pisani Archiepiscopi, recepimus quæstionem, quòd quidam cives Pisani, deputati à Potestate ac populo, ad statuta civitatis edenda, in derogationem A. S. & subversionem Ecclesiasticæ libertatis, edere præsumperunt: Quòd si quis Clericus, vel laicus, contra quemcumque laicum Pisani districtus, ad judicem Ecclesiasticum litteras Apostolicas impetraverit, in mille solidis, nisi renunciarit litteris, condemnatur, nec redditus possessionum suarum reddantur eidem, vel agri excolantur illius, sed banno potius subjaceant potestatis. Statuerunt illi præterea, ut Clerici suis sumptibus castrum ripæ fractæ faciant custodiri, quòd si renuerint, contra eos Potestas procedere teneatur. Ideoque Fraternitati Tuæ mandamus, quatenus in Consiliarios & Officiales civitatis ipsius, nisi statuta ipsa de capitularibus suis deleri fecerint, & idoneæ, sicut exigit res, caveri, quòd similia de cætero non debeant attentare, excommunicationis sententiam promulgare procuret. Cæterum, cum iidem statutarè

multa de bonis Ecclesiasticis tenere dicantur in feudum, ipsos fore nihilominus privatos feudis hujusmodi, nunciare procuret. *De sententia excommunicationis. cap. Gravem. ex Honorio III. Vide, Excommunicationem in Bulla Cæne.*

18. Ecclesiasticas personas spolians, vel earum jura usurpans, prædia auferens, &c. propriâ temeritate, excommunicatur ipso factò, & ipse, filii ejus, ac nepotes, sunt inhabiles ad Ecclesiastica beneficia.

Statuimus, & firmamus, nostrò Conciliò provinciali approbante, quòd si aliqua civitas, universitas, sive communitas, consenserit expressè, vel ipsius major pars, sive Rector, aut Dominus temporalis ejusdem, vel mandaverit Antistitem proprium à propria sede, vel civitate repelli, aut eundem in illa residere formidantem propter minas, vel timorem, aut potentiam alicujus Domini temporalis, vel aliquorum tunc gubernantium terram ipsam, exulare permiserit extra illam, & infra duos menses eundem non revocaverit, & sibi plenè providerit, quòd in civitate ipsa, vel saltem in Diocesi, in loco idoneo & securo valeat residere, & liberè jurisdictione & officio suo fungi: postquam ei notum fuerit hoc, aut etiam intimatum, vel ipsi antistiti non fecerit de ipsius dignitatis juribus & redditibus responderi, ex nunc universitatem eandem, ejusque terram & locum, Ecclesiasticò subjacere decernimus interdictò. Consiliarios verò, credendarios, & præsidentes ipsi civitati, & parentes, quorum factò, vel consilio, seu studio prædicta fuerint attentata, vel aliàs procurata, ipsorumque filios & nepotes, ex nunc inhabiles decernimus ad beneficia Ecclesiastica obtinenda. *Concil. Ravennaten. 2. sub Clemente V. cap. 26. cujus præcedentia in subjecta materia. Vide, Sub verbo Clerici. tit. 44. n. 3.*

19. Ecclesiasticas personas ejicientes, exulare facientes, sine culpa notoria, & absque sententia judicis competentis, excommunicantur, & aliis pœnis afficiuntur, ut supra.

Personas verò, quæ aliquem Pontificem, vel Prælatum, vel aliquam aliam Ecclesiasticam personam, aliquò castrò, villâ, vel vicò, seu ejus jurisdictione, vel possessione ejusdem, aut aliquò prædiò, seu domò spoliaverint temeritate propriâ, ex nunc vinculo excommunicationis innodamus: ipsasque & eorum filios, & nepotes, reddimus inhabiles ad Ecclesiastica beneficia obtinenda. *Ibid.*

20. Ecclesiasticos juribus suis privans, vel impediens, ne decimæ, aut census exigantur, excommunicatur: Si monitus non desistat, ipse, filii, ac nepotes ejus, usque ad quartam generationem, beneficiis & honoribus Ecclesiæ privantur, & inhabiles fiunt ad ea. Universitas verò subjacet interdictò. Consiliarii nominatim excommunicandi: ipsi autem, ac filii, inhabiles sunt ad Ecclesiæ honores ac feuda.

Statuimus tam providè, quàm consultè, quòd qui de cætero Ecclesiam aliquam, vel aliquem pium locum invaserit, vel occupaverit, seu occupatum detinuerit, vel aliquod prædium rusticum, vel urbanum, seu quævis bona Ecclesiastica, sive jura Ecclesiastica, sive jura perpetua, ad aliquem locum venerabilem pertinentia, vel Ecclesiam aliquam, seu pium locum spoliaverit, vel spoliatum detinuerit, aliquibus bonis immobilibus, sive juribus perpetuis, aut jurisdictione, districtu, vel honore alicujus castri, terræ, vel loci, seu communitatis, vel possessionis, decimas colligendi, levandi pedagia, seu eligendi,

vel Ecclesiæ providendi, aut census annuos percipiendi: excommunicationis sententiam ipso factò incurrat. Et si admonitus non desiterit, & integrè non satisfecerit, sine difficultate ex nunc, tam ipsum, quàm ejus filios, & descendentes, usque ad quartam generationem, omnibus feudis, honoribus & beneficiis Ecclesiasticis privamus perpetuò, & inhabiles reddimus ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum. -- Universitatem autem interdicti, & majores de ipsa universitate, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso factò; si requisita ipsa Universitas, vel ipsius Rector, sive Rectores, vel jurati &c. non compulerint sine difficultate, aut compellere neglexerint, hujusmodi occupatorem, invasorem, spoliatorem, vel usurpatorem, ad rem occupatam, invasam, &c. liberè dimittendam ipsi Ecclesiæ, per eam pacificè possidendam. Si verò Universitas ipsa, aut communitas, sive majores de ipsa universitate, vel ejus Rector, aut Dominus temporalis, hujusmodi occupationem, seu invasionem &c. fecerint de aliquo præmissorum, Consiliarios, & majores ejusdem, ac Rectorem, seu Rectores, in iis scriptis excommunicationis vinculo innodamus, & ipsam Universitatem, & singulos de ipsa Universitate, Ecclesiasticò supponimus interdictò. *Concil. Ravennat. ubi supra.*

21. Ecclesiasticos vexantes, excommunicati sunt: Universitas verò interdicta. *Concil. Sabinen. cap. 18. Ubi sunt principales delinquentes, cessandum est à Divinis. Ibid. Nec unquam absolvendi, nisi satisfactione præviâ. Vide, tit. præced. n. 36.*

22. Ecclesiasticis personis impediri non possunt tracturæ, exitus, &c. decimarum, annonæ, bladorum, vini, olei, pecorum, leguminum, armentorum, & aliorum, nec publicè, nec occultè, nec directè, nec indirectè; & nisi leges, & statuta facta circa hæc, revocentur, qui fecerunt, ipso factò incurrunt excommunicationem, terræ verò interdictò supponuntur.

Nos attendentes, quòd Domini est terra, & plenitudo ejus, & ipse in lignum, & recognitionem Domini, de terra frugibus decimas, & primitias sibi pro suis ministris, qui habitant in domo sua, integras reservavit: & quòd non licet laicos, contra Regis Regum sanctionem, decimas & primitias, Christo dedicatas, sibi ipsis vendicare, vel quomodolibet detinere; statuimus factò approbante Conciliò, ne de cætero Magistri Ordinum, Duces, Marchiones, Comites, Magnates, Potentes, Communitates, Universitates, Justitiani, Castellani, Officiales, Rectores, laici utriusque sexûs, cujuscunque status, gradûs, ordinis, præminentia, vel conditionis existant, & quacunque præfulgent dignitate, seu autoritate fungantur, tractus, ductus, exitus, redditus, ingressus, & regressus fructuum quorumcunque, ad prædictas decimas & primitias spectantium, de jure seu consuetudine, per se, vel per alios, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, aut quovis quantò colore, impediunt, seu impediunt faciunt, quò minus nos, Prælati nostræ Provinciae, Ecclesiæ Decani, & Capitula, & aliæ Ecclesiasticæ personæ, & fructuum prædictorum ardentiores, possint, & valeant de ipsis liberè uti & gaudere. Contrarium verò facientes, si Magistri, Duces, Marchiones & Comites fuerint, & infra quindecim dies, postquam eandem prohibitionem fecerint, aut fieri jussierint, non revocaverint, & liberè fructus, decimas, atque primitias, & alios Ecclesiasticos redditus hujusmodi, ab eorum dominiis & districtibus extrahi non permiserint, excommunicationis sententiam ipso factò incurrant, eadèque sententiâ cæteri inferiores prædicti, in præmissis cul-

pabiles, etiam innodentur, si infra sex dies ab eadem publicatione, ut præmittitur, numerandos, revocationem, & liberam permissionem præfatis non fecerint, realiter, & cum effectu, terræque ipsorum Dominorum, & Magnatum, & loca, ubi hujusmodi prohibitiones fieri contigerint, tam diu Ecclesiasticò subjacent interdictò, donec à præmissis desisterint, & arbitriò Prælati satisficientes, beneficium absolutionis, & interdicti relaxationem, obtinere mereantur. *Concil. Toletanum. 22. cap. 21. Vide, Excommunicationem in Bulla Cæne.*

23. Ecclesiasticos trahens ad forum sæculare, vel impediens, nè ab Ecclesiasticis judicentur. *Vide, Impediens.*

24. Ecclesiasticorum redditus, proventus, &c. non possunt per Reges, Reginas, &c. impediti, sub nullo prætextu, etiam ad subveniendum Ecclesiæ, sub pœna excommunicationis, personis singularibus, coram verò terris, interdicti. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de reformat. Curie. cap. 3. Vide, in Bullario.*

25. Ecclesiasticos gravantes in actibus judicariis, exigentes ab eis plus, quàm ab aliis, sunt excommunicati. Statuimus, & ordinamus, nè liceat ullis iudicibus, vel scabinis, quicumque illi sint, Clericos, & religiosos, impensis majoribus, quàm laicos, gravare, aut ad dupli solutionem eos, quocunque prætextu, cogere: ubi in causa simili, dat laicus sumptum: sub censuris contra eos, qui exactioibus, & oneribus clerum gravant, decretis. *Concil. Colonien. 3. tit. Confusæ. cap. 39.*

26. Ecclesiæ de bonis, quæ emunt, non tenentur præstare servitium aliquod dominis sæculi, & qui exigunt illud, sunt excommunicati.

Significavit nobis venerabilis Frater noster, Archiepiscopus Toletanus: Quòd cum in sua, & contiguis Diocesis, approbantibus Regibus & Principibus, hæctenus fuerit observatum, ut Clerici, pro possessionibus, quas emunt, vel aliò modò habent, terrarum Dominis nullum præstent servitium, vel tributum: Fratres militiae Chalatræ, & alii religiosi, Toletana, & Conchenis Diocesis, hujusmodi consuetudinem in Ecclesiasticæ libertatis præjudicium infringentes, Clericos ipsos ad præstanda pro suis possessionibus servitia, & tributa, cogere non verentur; idèque Discretionis Vestre mandamus, quatenus Fratres, & Religiosos alios, ut ab hujusmodi Clericorum molestatione desistant, monitione præmissâ, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remotâ, cogatis. *Honorius III. ex Cronico. tit. de Censibus. cap. 4.*

27. Ecclesiastici non tenentur ad muros recubios, vel faciendos, nec ire ad excubias. Exigentes hoc, excommunicandi sunt.

Gravi nobis, Venerabilis Frater noster, Bracarensis Archiepiscopus, quaestione monstravit, quòd Rex Portugallensis, non attendens, quòd servus, secundum Apostolum, suo Domino aut cadit, aut stat, Clericos, & alios Religiosos, tam in criminalibus, quàm in civilibus causis, respondere compellit coram iudice seculari: nec considerans, quòd obsequiis adscripti divinis, ab omni servitute debent esse procul immunes, angariis, & pharngariis fatigat eosdem: Nec his contentus, eos ad muros faciendos, vel recubios, nec non in expeditionem, & ad excubias, quæ illorum vulgati, Anundina, vel Atalaja dicuntur, ire cogit invitos. Quia igitur tantam Dei & Ecclesiæ injuriam nolumus, sicut nec debemus equanimiter sustinere, præsertim cum charissi-

mus in Christo Filius noster, Fridericus Romanorum Imperator Illustris, generali lege sanxerit, ut omnes omnino EE. & Ecclesiasticæ personæ, ab omnibus sæcularibus talliis, & exactioibus, angariis & pharngariis sint immunis: nec nisi coram Ecclesiastico iudice valent conveniri: Discret. V. mandamus, quatenus prædictum Regem, ut ab omni Clericorum, & aliorum Religiosorum, super his gravamine conquiescat, monere, ac inducere procuretis: alioquin, tam ipsum, quàm alios, ab hujusmodi temeritate desistere, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remotâ, cogatis. *Ibid. cap. 5.*

28. Ecclesiastica immunitas, pro locis & personis, Dei ordinatione est instituta, & Canonicis Sanctionibus. *Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 10.*

Vide, Immunitas. Vide, Ecclesiarum immunitas. Vide, Clericorum privilegia. Vide, Excommunicationes Bullæ Cæne.

XLIX. Ecclesiasticorum persecutores.

1. Ecclesiasticas personas, ut Cardinales, Episcopos, aliòque Clericos sæculares, regularesve, persequens hostiliter, vel offendens in persona, bonis, &c. incurrit pœnas, & censuras, latas contra violantes immunitatem Ecclesiasticam. *Concil. Lateran. 5. sess. 10. Constit. 2. & sess. 12. Constit. 10. Vide, in Bullario. Gregorius XIII. in litteris Bullæ Cæne, constit. 81. Consueverunt.*

2. Ecclesiasticorum bona, possessiones, vel servos molestantes, excommunicantur. *24. q. 3. cap. Paternarum. Vide, tit. 40. n. 1.*

3. Ecclesiasticas personas, loca, &c. vel consanguineos persequens, eò, quòd non concurrerunt ad electionem, ipso factò sunt excommunicati.

Sciunt eundè, qui Clericos, vel quaslibet alias personas Ecclesiasticas, (ad quos in aliquibus EE. Monasteriis, aut aliis piis locis, spectat electio) pro eo, quòd rogati, seu aliàs inducti, eam pro quo rogabantur, sive inducebantur, eligere noluerint, vel consanguineos eorum, aut ipsas Ecclesias, monasteria, seu loca cætera, beneficiis, sive aliis bonis suis, per se, vel per alios spoliandæ, seu aliàs injustè persequendo gravare præsumperint, se ipso factò excommunicationis sententiâ innodatos. *De electione. in 6. cap. Sciatis cuncti.*

4. Ecclesiasticos iudices persequens, eò, quòd sententiam excommunicationis, interdicti, vel suspensionis, in aliquos, sive iudices, sive Officiales, sive alios protulerint, sive dederit licentiam occidendi, sive capiendi, sive spoliandi, sive ipsos, sive suos, aut suorum bona, nisi re integrè revocaverint mandatum, ipso factò sunt excommunicari: sic etiam mandatarii, &c. Et si per duos menses in castris, à solo Papa possunt absolvi.

Quicumque pro eo, quòd in Reges, Principes, Barones, Nobiles, Ballivos, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscunque alios, excommunicationis suspensionis, seu interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederint occidendi, rapiendi, seu aliàs in personis, aut bonis suis, vel suorum, gravandos, qui tales sententias protulerunt, sive quorum

sint occasione prolata, vel eadem sententias observantes, seu taliter excommunicatis communicare volentes, (nisi licentiam ipsam re integrā revocaverint, vel si ad bonorum captionem, occasione ipsius licentiae sit processum, nisi bona ipsa fuerint intra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa) eō ipsō sententiam excommunicationis incurrant. Eādem quoque sententiā sint innodati omnes, qui ausi fuerint prædictā licentiā darā uti, vel aliquod præmissorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, alia committere suo motu. qui autem in eadem sententia permanserint, duorum mensium spatio, ex tunc ab ea non possint, nisi per S. A. abolutionis beneficium obtinere. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Quicumque.*

- 5. Ecclesiasticam personam diffidans, prescribens, spolians, vel mutilans: præter excommunicationem, & alias poenas, quas ipsō factō incurrat, sit infamis ipsō factō. *Concil. Constantiense, post sess. ult. in confirm. Constit. Imperial. Vide, tit. præced. n. 15.*
- 6. Ecclesiasticos impediens, ne exigant decimas, aliāque jura, anathema est, usque dum illi in suo jure restituantur. Et si patroni sint Ecclesie, etiam jure patronatūs privantur: si clerici, etiam beneficiis. *Conc. Trid. sess. 21. De reformat. cap. 11.*
- 7. Ecclesiasticorum causas ad se advocantes. Vide infra, *Ecclesiastici quoad forum.* Vide, *Clericorum immunitas.* Vide, *Immunitas.* Vide, *Ecclesie immunitas.*

L. Ecclesiastici, quoad forum, & judicia passiva.

- 1. Ecclesiastici non à sæculo, sed à iudice Ecclesiastico judicari debent, in omnibus suis causis. *Anacletus ep. 1. Higinus ep. 1. lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 45. Vide, tit. 48. n. 2.*
- 2. Neque à Principe, vel alio quovis sæculari possunt judicari. Actor trahens clericum ad tale iudicium, cadit à jure suo. Si clericus sit actor, excommunicationem incurrit. Iudex privatur potestate iudicandi.

Denique hi, quibus tantum humanis rebus, & non divinis præesse permissum est, quomodo de his, per quos divina ministrantur, judicare præsumant, penitus ignoramus. *Dist. 96. cap. Denique.*

Cum ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator jura Pontificatūs arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit. Quoniam idem mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus, sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, & officia potestatis utriusque discrevit, propriā volens medicinā hūmilitate sursum efferri, non humanā superbiam rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum, Imperialibus legibus uterentur: quatenus spiritalis actio, carnalibus distaret incurvis, & ideō militans Deo, minime se negotiis sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præferere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus. *Ibid. cap. Ceterum ad verum.*

Satis evidenter ostenditur, à sæculari potestate nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontificem; quem constat, à Pio Principe Constantino (quod longè superius memoravimus) Deum appellatum, nec posse Deum à hominibus judicari manifestum est. Sed & Theodosius minor, sancta Synodo scribens

Ephesina: primæ, dixit: Deputatus est igitur Candidianus, Magnificentissimus Comes strenuorum domesticorum, transire usque ad sanctissimam Synodum vestram, & in nullo quidem eis, quæ faciendæ sunt de piis dogmatibus, quæstiones, seu potius expositiones, communicari. Illicitum namque est, eum, qui non est ex ordine Sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis intermisceri tractatibus. *Ibidem. cap. Satis evidenter.*

Sicut quamvis parva Civitas, prærogativam præsentis Regni non minuit: sic Imperialis præsentia, mensuram dispensationis religiose non mutat. Semper est effectum in sacerdotali Concilio, de Sacerdotibus judicia convenire. Nam qualescunque Pontifices sint, & si errore humanitus accedentes, non tamen contra religionem ullatenus excedentes, nullatenus videntur à sæculari potestate posse percelli. *Ibidem. cap. Sicut quamvis. Concil. Treviren. 2. cap. 16. Vide, Clerici. tit. 36. n. 23. Honorius III. Constit. Has leges.*

Statuimus autem, ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel civili, trahere ad iudicium sæculare præsumat, contra constitutiones Imperiales & Canonicas Sanctiones, Quod si fecerit, actor à suo jure cadat, iudicatum non teneat, & iudex sit extunc iudicandi potestate privatus. *Honorius III. ex Cirone. De foro competentis. cap. 2. Martinus V. Constit. 10. Ad reprimendas. §. 3.*

- 3. Ecclesiasticus non potest consentire iudicio laicali, etiam si vocetur tanquam reus, sub poena excommunicationis. *Concil. Trevirense. cap. 16. supra.*
- 4. Sed iudex ordinarius semper est Ecclesiasticus.

Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non iudicentur: sed apud Presbyteros Ecclesie, quidquid illud est, dirimatur. *ii. q. 1. cap. Si qui ex fratribus.*

Nullus Clericus, vel Diaconus, vel Presbyter, propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante iudicem civilem causam dicere præsumat. *Ibidem. cap. Nullus Clericus. il. 2. §. cap. De persona. cap. Christianis. cap. Sylvester. §. cap. Relatum. Vide, Clerici. tit. 35. n. 1. §. 36. n. 3. q. 6. cap. Peregrina. Vide, Causa. tit. 5. n. 6. Vide, Ecclesiasticorum immunitas.*

- 5. Ecclesiastici, qui nequeunt per Ecclesiam corrigi, per sæculares corrigantur, & quomodo.

Istud est, quod à vobis poposcimus, & nunc iterum postulamus, ut Paulinum, Aquilegensem Pseudo-Episcopum, & illum mediolanensem Episcopum, ad Clementissimum Principem sub digna custodia dirigatis, ut & iste, qui Episcopus esse nullatenus potest, quia contra omnem Canonicam consuetudinem factus est, alius ultra non perdat; & ille qui contra morem antiquum eum ordinare præsumpsit, Canonum vindictæ subiaceat. *ii. q. 1. cap. Istud.*

- 6. Ecclesiastici invitati, neque sponte possunt judicari à sæculari iudice.

Humiliter petierunt, ut cum id fuerit contra libertatem Ecclesie attentatum, quia Ecclesiasticæ personæ non solum invitæ, quia Ecclesiasticæ personæ non solum invitæ, sed etiam voluntarie non possunt, ut iudicium subeant sæculare, pacisci, cum non sit personale hoc beneficium, cui renunciat valeat, sed indultum potius toti collegio Ecclesiastico, cui privatorum potestō derogari non potest, subveniri sibi in hac parte misericorditer dignemur. Quia vero sententiā, quæ à non suo iudice promulgatur, nullius debet esse momenti, Diceret. V. mandamus, &c. *Honor. III. ex Cirone. tit. de iudiciis. cap. 4. Et De foro competentis. cap. 2. supra.*

- 7. Neque possunt trahi. Iudices id facientes, executores, præsumentes se ingerere

in his causis, auxilium, vel favorem dantes, excommunicantur, & Papæ referatur excommunicatio. Universitates interduntur, & privilegia in contrarium non profunt. *Martinus V. constit. 10. Ad reprimendas. §. 3. & 4. Gregorius XIII. in litteris Bullæ Cæne. §. 15. Constit. 81. Vide, Excommunicationes Bullæ Cæne.*

- 8. Ecclesiasticos sententiantes capitulariter, &c. In Bulla Cæne excommunicantur. *Ibidem. §. 19. Sic eas sententias ordinantes. Ibidem.*
- 9. Ecclesiasticorum causæ meræ Ecclesiasticæ, ab Ecclesia judicantur. Si mixti fori, quid agendum. *Pius IV. Constit. 52. Licet.*
- 10. Ecclesiasticas causas ad se advocantes sæculares, excommunicantur in Bulla Cæne. *Gregorius XIII. Constit. 81. §. 14. Vide, Clerici à quo iudicandi.*

LL. Ecclesia circa confugientes ad eam.

- 1. Ecclesia debet defendere fugientes ad eam.

Eos qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportere, sed loci sancti reverentiā & intercessione defendi. Si quis autem mancipia Clericorum, pro suis mancipiis ad Ecclesiam confugientibus, crediderit occupanda, per omnes EE. districtissimā damnatione feriatur. In Ecclesia quoque manumissos, & per testamentum Ecclesie commendatos, si quis in servitutum, vel obsequium, vel ad colonatiam conditionem, revocare tentaverit, animadvertione Ecclesiasticā coercatur. *Dist. 87. cap. Eos qui. Ex Conc. Arausico. cap. 5.*

Rcos sanguinis defendat Ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat. *23. q. 5. cap. Reos.*

- 2. Sed mancipia aliorum, fugientia ad Ecclesiam, teneri non debent. Sed datā securitate à Domino, de non malè tractando, &c. debentur restitui.

Fugiens ad Ecclesiam, aut liber, aut servus existit. Si liber, quantacunque maleficia gravia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad poenam: sed Rectores EE. sibi obtinere debent membra, & vitam. Super hoc tamen, quod iniq̄ fecit, est aliā legitime puniendus. Et hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum: qui dum itinera frequentata, vel publicas vias obidet aggressionis insidiis, ab E. extrahi potest, impunitate non præstitā, secundum Canonicas Sanctiones; si vero servus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua Dominus ejus clericis juramentum præstiterit, ad servitium Domini sui redire compellitur, etiam invitus, alioquin à Domino poterit occupari. *De immunitate Ecclesiastica. cap. Inter alia. Dist. 87. cap. Eos. supra. 17. q. 3. cap. Mententes. cap. Uxor. Concil. Aurelianen. 1. cap. 5. Concil. Aurelianen. 5. cap. 23. Concil. Epauenses. cap. 39. Vide, tit. 41. n. 2.*

- 3. Ante datam securitatem de nulla inferenda poena, nullus de Ecclesia extrahatur. *17. q. 3. cap. Id constituimus. Vide, tit. 41. n. 2. Ibidem. cap. Dissuivit. Vide, Atrium Ecclesie. n. 1.*

Ipsos autem, qui ad E. confugium fecerunt, si juxta prædictorum Canonum instituta, hi qui eos reperiunt, Sacramenta reddiderint, & Sacerdos E. ipius, ab E. non abstraxerit foribus, aut fuga talium si evenierit, Sacerdoti querenda est, aut damnorum sententia, secundum electionem Principis, hujusmodi *Tomus II.*

Sacerdotibus irroganda. *17. q. 4. cap. Dissuivit. Conc. Aurelianen. 1. cap. 3. Vide, tit. 41. n. 2.*

Irem Christianæ religionis negotia pertractantes comperimus, quosdam Pseudo-Christianos de sacrosanctis EE. suæ religionis oblitos, fugitivos subtrahere: ideoque vim illatam, nequaquam inultam relinquentes, censemus, pro Dei timore, ut quicumque culpā compellente, aut potentum importuna non sustinens, suæ gremium matris Ecclesie petierit, usque in præsentiam Sacerdotis in eodem loco inconcussè permaneat, nulli permittentes, quolibet dignitatis gradu functo, fugitivo etiam in locis sacris violentiam inferre. Sic enim mundani Principes suis legibus censuerunt, ut quicumque ad eorum status fugerit, illæsus habeatur: quanto magis hi permanere debent indemnat, qui patrocinia immortalis Regni & cælestis adepti sunt? Si tamen aliquod factō tenentur obnoxii, qui ad E. sunt à fuga verisi, coram Sacerdote culpæ eorum innotescant, & ipse consultum ferat, qualiter Dei habitaculum per subtractionem non violeatur illoquin. *Concil. Mariscomense 2. cap. 8.*

Quid de his agendum decernimus, qui pro quibuscunque culpis ad E. fugiunt, requiritis: sed quamvis ea sacri Canones, quæ leges mundanæ faciunt, custodienda flagitent, & leges circa quosdam immisericordes appareant; nos tamen, qui non spiritum hujus mundi suscepimus, si quispiam ad E. fugerit, non illum, nisi suā voluerit sponte, ab ea ducimus educendum. Denique si quondam latrones, & diversorum criminum rei, ad Asylum templum Romuli fugientes, indemnitate consequuntur, quanto potius hi, qui ad templum Christi confugium faciunt, delictorum remissionem suorum adipisci debent, & jam sibi à suspecto juramento præstito, omni pristinæ securitati restitui. *Nicolaus I. ad Consilium Bulgar. cap. 95.*

Reum confugientem ad E. nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad poenam, vel ad mortem, ut honor Dei & Sanctorum ejus conservetur, sed Rectores EE. pacem, & vitam, ac membra ejus obtinere studeant, tamen legitime componat, quod iniq̄ fecit. *Concil. Moguntinum 1. cap. 39.*

- 4. Fugiens ad Ecclesiam, nulli debet consignari, nisi habitā securitate, de libertate à morte, à debilitate, & aliis poenis: sed fugiens conveniat de satisfactione.

Si quis necessitatis impulsu ad E. septa confugerit, & Sacerdote, vel Præposito Ecclesie prætermisso, atque contempto, eum quisque de locis sacris, vel Altari, seu vi, seu dolo abstrahere, aut sollicitate forte præsumpserit: ut inimicus Ecclesie ab ejus limitibus arceatur, quousque juxta Pontificis distinctionem digna pro indicta poenitentia emendatio subsequatur; eō tamen, qui abstractus est, prius Ecclesie restitudo. *Conc. Aurel. 4. cap. 21. Conc. Aurel. 1. cap. 3. 17. q. 3. cap. Id constituimus. Vide, tit. 41. n. 2.*

- 5. Extrahens aliquem fugientem ad Ecclesiam, est excommunicatus.

Si quis contumax, vel superbus, timorem Dei, vel reverentiam sanctorum EE. non habuerit, & fugientem servum suum, vel quem ipse persecutus fuerit, de atrio Ecclesie, vel de porticibus quolibet modo Ecclesie adhaerentibus, per vim abstraxerit, pro impunitate nongentos solidos Episcopo componat: & ipse publicā poenitentia jussu iudicis Episcopi mulctetur. *17. q. 4. cap. Si quis contumax. De immunitate Ecclesiastica. cap. Inter alia. supra. n. 2. Concil. Claramontanum. cap. 29. §. 30. Vide, Cruces. n. 5. §. 6.*

- 6. Delinquens ob securitatem Ecclesie, & fugiens ad eam, cum dicta assecuratione vitæ, &c. potest restitui. *Concil. Claramontanum. cap. 30. supra.*

- 7. Fugiens ad E. nec potest extrahi, nec ad mortem, aut ad membrorum perniciem damnari.

damnari. *De immunitate Ecclesiastica. cap. Inter alia. supra. n. 2.*

8. In quibus casibus possunt extrahi.

Qualiter in Sardinia minores, vel pauperes, ab eis, qui illis majores sunt, opprimantur, Reverendissimi Fratris nostri Dominici, Carthaginensis Episcopi, atque eminentissimi filii nostri Innocentii Praefecti epistolarum testantur, à quibus, ut quae nobis scripta sunt, noveritis, ipsarum vobis epistolarum exemplaria praevideamus transmittenda. Et ideo, quia ea quae petenda sunt, offeruntur, studiosè agendum est, ut ea quae promittuntur, opere compleantur. Si qui eorum, de quibus est quaestio, in Ecclesiam fortasse refugerint, ita debet causa diligentia vestra disponi, ut nec ipsi violentiam patiantur, nec ii, qui dicuntur oppressi, damna sustineant. Cura ergo vestra sit, ut eis Sacramentum ab iis, quorum interest de servanda lege, & Justitia promittatur, & per omnia commoneantur exire, atque suorum actuum reddere rationem, quibus etiam Ecclesiae vestrae defensorem deputare vos convenit; cujus sollicitudine ea, quae illis fuerint promissa, servantur, quatenus nec aliis noxia sint, & ipsis Ecclesiastica salva ratione, possint professe refugia. *Greg. I. lib. 8. ep. 38. De immunit. Eccles. cap. Inter alia. supra. Vide, Immunitas ex Constit. Gregor. XIV.*

9. Efficens aliquem de Ecclesia per pecuniam, deponatur.

Qui alium in E. ordinatum, per pecuniam ex- pulerit, eamque sibi taliter vendicaverit, omnimodo deponatur. *De Simonia. cap. Qui alium.*

10. Ad E. confugientes latrones, non gaudent immunitate. Vide, Latrones.

11. Ad E. confugientes, quando non gaudent. Vide, Immunitas.

12. Verberantes aliquem confugientem, & receptum in Ecclesia, sunt excommunicati.

Nullus Clericorum servum, aut discipulum suum fugientem ad E. extrahere audeat, vel flagellare praesumat. Quod si fecerit, donec digne poeniteat, à loco, cui honorem non dedit, segregetur. *17. q. 4. cap. Nullus Clericorum ex Conc. Hilderens. cap. 8.*

13. Ecclesia tueri debet eos, quos recipit sub protectione.

Irreligiosum prorsus & execrabile judicamus, si quisquam, vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide & tota animi sui educaverit sanctitate. *Dist. 87. cap. Irreligiosum.*

14. Ad Ecclesiam confugientes, recipi debent à Clericis, cum consensu Episcopi.

Sicut Ecclesiastica immunitas, Dei praecipit & Canonice sanctionibus constituta, quam diligentissimè custodienda est, neque permittendum, ut confugientibus ad E.E. & loca sacra, aliqua vis contra sacros Canones inferatur, ita summopere cavendum, ne sceleratos, nisi necessariò ad ea, quasi ad asyllum in sacrarum constitutionum fraudem se recipiant. Mandamus igitur omnibus & singulis clericis, proposita poenà excommunicationis, aliisque arbitrio Episcopi, ut quoties ab aliquo exule damnato, vel criminoso, qui in loco libero sit, postuletur, ut illum in eorum E.E. cœmeteriis, vel domibus recipiant, omninò antequam assentiantur, Ordinarium consulant: & quidquid ille tali in re censuerit, faciant. Quòd si clericis minimè praemonitis, tales personae ad hujusmodi loca venerint, iidem clerici, ejusdem poenae periculo, Episcopum quamprimum certiore faciant, ut quidquid ab eo hac in re decretum fuerit, servant. Ipse autem Episcopus de his commonefactus, consideratà personarum, locorum, & temporis conditione, ac facti qualitate, decernat, quod Ecclesiae immunitati, SS. locorum honestati, & Canonum menti consentaneum judicavit: ita tamen, ut Ecclesiastica immunitas nulla ex parte violetur, neque propterea censeatur data facultas aliqua saecula-

ribus Magistratibus & potestatibus laedendi immunitatem; aut aliquos de his, quae diximus, locis extrahendi, contra quam antea jure communi statutum esset. *Concil. Mediolanen. 1. p. 2. tit. de E.E. & earum cultu.*

15. Ecclesiastica immunitate non gaudent haeretici, Apostatae, & suspecti de fide. Joannes XXII. Constit. 1. Ex part. Vide, Immunitas.

16. Ex Ecclesiae atrio nullus potest extrahi, si ad ipsum confugit, aliàs extrahens est excommunicatus. 17. q. 3. cap. Diffiniuit. & cap. Id constitutum. Vide, ubi supra. Concil. Cabilonen. 2. cap. 17. Vide, Atrium. n. 1.

17. Ante datam securitatem de non inferenda ulla poena, nullus ex atrio extrahatur. Ibid.

18. Atrium Ecclesiae per 30. passus clauditur.

Duodecimò quoque titulo praecipimus, ut si quilibet homo pro qualicumque culpa ad E. confugerit, non sit ausus aliquis eum inde violenter abstrahere, nec persequi infra dextros Ecclesiae, qui sunt 30. passus, sed sublatò mortis periculo, & corporis deturbatione, faciat, quod lex Gothica jubet; qui aliter fecerit, anathema sit, & solvat Episcopo mille solidos purissimi argenti. *Concil. Coyacen. cap. 12. 17. q. 3. cap. Diffiniuit. Vide, Atrium.*

19. Ex Ecclesia sine licentia Episcopi nullus extrahi potest.

Fugitivi, domos suas, aut familias deferentes, qui etiam si revocati fuerint, non possunt teneri, simili ratione ab Episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur. *12. q. 2. cap. Fugitivi. Concil. Agathen. cap. 46.*

20. In Ecclesiis, nec spoliari, nec perquiri possunt à iudicibus cada vera mortuorum, sed extra Ecclesiam haec fiant. Conc. Mediolan. 1. tit. de Ecclesiis &c. Vide, tit. 33. n. 22.

21. Circa confugientes ad Ecclesias, haec servari debent. Ex const. 7. Greg. XIV. Cum aliàs. Quando confugientes non gaudent immunitate, non possunt extrahi à laico iudice immediatè, sed cum licentia Episcopi, aut Officialium, vel aliorum, si nullus sit Dioecesis, vel conservatorum Sedis Apostolicæ. Si locus sit exemptus, petatur ab Episcopo viciniore: & si isti Superiores recusant assistere, potest iudex capere. Tales extracti, ponendi sunt in carcere Ecclesiastico, donec cognoscatur per Episcopum, an crimen, quod obicitur, commiserint, & postea iudici saeculari dentur. Si delinquentes sunt Clerici regulares, milites sancti Joannis, &c. non possunt, nec peti, nec extrahi. Ibidem. §. 6. & 7. Vide, Immunitas. Vide, Episcopi Jurisdic. &c.

LII. Ecclesiarum privilegia.

1. Ecclesiarum privilegia intacta sunt servanda.

Privilegia E.E. & Sacerdotum intemerata & inviolata cunctis decernimus manere temporibus. Leges Ecclesiae Apostolicæ auctoritate firmamus, & peregrina iudicia submovemus. *25. q. 2. cap. 1. Anacletus ep. 1.*

In Galliarum Episcopos nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis praedecessorum meorum

temporibus pallium Arelatenis Episcopus accepit: quem nos private auctoritate praecipit minimè debemus. Si ergo contingat, ut F. T. Galliarum provincias transeat, & aliquid ex auctoritate agendum fuerit, cum praedicto Arelateni Episcopo agatur, nè praetermitti possit hoc, quod antiqua Patrum institutio invenit. *Ibidem. cap. In Galliarum.*

De honore videlicet & cultu Dei, atque sanctarum Ecclesiarum, &c. decernimus, ut sicut tempore b. r. Domini ac Genitoris nostri, exultat, honoratæ, atque rebus ampliatæ fuerunt, ita permancant: Et quae à nostra liberalitate honorantur, atque ditantur, de cetero sub integritate sui servantur, & Sacerdotes ac servi Dei, vigorem Ecclesiasticum, & debita privilegia, juxta reverendam auctoritatem obtineant. Eisdem verò regalis potestas, & illustrium virorum strenuitas, seu republicae administratores, ut suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & justè concurrant. *Concil. Mel-dense. cap. 1.*

2. Ecclesiarum privilegia debent à Papa conservari illaesa.

Privilegia E.E. & monasteriorum, SS. PP. auctoritate instituta, nullà possunt improbitate convelli, nullà novitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo fideliter exequendum, necesse est hujus sanctae Sedis Pontificis perseverantem exhibere famulatum. Dispensatio enim nobis credita est, & ad nostrum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum nobis contentientibus, vel negligentibus violentur. *25. q. 2. cap. Privilegia E.E. il. 2. Ibidem. cap. 1. supra. cap. de Ecclesiasticis. Ibidem. Vide, tit. 8. n. 27.*

Privilegia Ecclesiarum, sanctorum Patrum Canonibus instituta, & venerabilis Nicæna Synodi fixa decretis, nullà possunt improbitate convelli, nullà novitate mutari. *Ibidem. cap. Privilegia. il. 3.*

3. Ecclesiarum antiqua privilegia servanda. Concil. Constantinop. 4. infra.

4. Ecclesia possidens aliquid per 30. annos, est Domina illius.

Placuit huic sanctæ & magne Synodo, ut res vel privilegia, quae ad E.E. ex longa consuetudine pertinent, sive à divae recordationis Imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus, in scriptis donata, & ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam à potestate Praefulis, quacunque persona saecularis, per potestatem subtrahat, aut per argumenta quaelibet auferat; sed sint omnia in potestate, ac usu Praefulis Ecclesiae, quacunque intra 30. spatium annorum ab E.E. possessa fuisse noscuntur. Qui contra fecerit, ut sacrilegus judicetur, & donec talia privilegia, seu res restituerit, anathema sit. *Concil. Constantinopolitanum 4. cap. 18.*

5. Ecclesiarum privilegia, Apostolorum jussu debent intemerata custodiri. Anacletus ep. 1. Vide, Ubi supra. n. 1.

6. Ecclesiarum privilegia annis 40. praescribuntur. De privil. cap. Accedentibus. Et contra eas non potest opponi praescriptio minor. Ibidem. Vide, tit. 46. n. 2.

7. De Ecclesiarum & Ecclesiasticorum omnium praedictis, licet toleratis, permittitur, & de eis permittantur imprimi libri, nunquam fieri potest praescriptio, quantumvis longum transeat tempus. Vide, Ecclesiae Romanae privilegia.

8. Ecclesia non tenetur de deposito, vel alio, quod tenebat Clericus in proprium commodum. De Deposito. cap. 1. Vide, Deposito. n. 1.

9. Ecclesiastica rei compromissum, fieri non potest in manu mulieris, non habentis

jurisdictionem. *De arbitris. cap. Dilecti. Vide, Arbitr. n. 7.*

10. Juramenta facta ab Ecclesiasticis contra libertatem Ecclesiae, non sunt servanda. De Jurejurando. in 6. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 47. n. 2.

11. Ecclesia empta, non potest compromittere in praedictum emptoris. De arbitris. cap. Cum tempore. Vide, Compromisso. n. 12.

12. Ecclesia jure minoris gaudet, ut servetur illaesa. De in integrum restitutione. cap. 1. Vide, tit. 42. n. 1.

13. Ecclesiis imponi non possunt novi census. Vide, Ecclesia quoad census.

14. Delictum unius personae Ecclesiae praedictare non potest.

Delictum personae non debet in detrimentum Ecclesiae redundare. *De regul. jur. in 6. Reg. 76.*

15. Ecclesiastici possunt bona temporalia habere. Bonifacius IX. Constit. 4. Et si Imperialis. Vide, Apostoli in medio. Vide, Ecclesiae, & Ecclesiastici, quoad bonorum temporalium possessionem.

16. Ecclesia non patitur in commodum, si Clericus delinquit. 16. q. 6. cap. Si Episcopus. Vide, Delicta. n. 6. ibidem. cap. Cognovimus. Vide, Delinquentes, n. 2.

17. Ecclesiarum Romae privilegia, circa aedificia faciendae. Vide, Roma. Vide, Privilegia. Vide, Ecclesiae immunitas. Vide, Clericorum privilegia.

LIII. Ecclesia, quae bona & redditus acceptat, & quae non.

Ecclesia non debet acceptare bona, quae sibi dantur à patre aliquo, qui exhaereditavit filium. *17. q. 3. cap. ultima. Vide, Bona temporalia. n. 2.*

LIV. Ecclesiarum fundatores, quae jura habere possunt.

1. Ecclesiam fundans, nihil sibi ex ea vendicer, Pia mentis amplectenda devotio est, qua se Julius nobis in re Juliana sui juris, fundasse perhibetur Ecclesiam, quam in honorem sancti Viti Confessoris ejus nomine cupit consecrari. Hanc igitur, frater charissime, (si ad tuam Dioecesim pertinere non ambigis) ex more convenit dedicari, collatà primitiis donatione solemni, quam ministris Ecclesiae destinasse se praefati muneris restatur oblator. Sciturus sine dubio praeter processioneis aditum, qui omni Christiano debetur, nihil ibidem se proprii juris habiturum. *16. q. 7. cap. Pia mentis.*

Frigentius verò peritoria nobis insinuatione suggestit, in re sua, quod Sextilianum vocatur, Basilicam se Sanctorum Michaelis Archangeli, & Martini Confessoris, pro sua defensione fundasse. Ee ideo, frater charissime, si ad tuam pertinet Parochiam, benedictionem supra memoratæ Basilicæ, solemni veneratione depende, nihil tamen sibi fundator ex hac Basilica noverit vendicandum, nisi processioneis aditum, qui Christianis omnibus in commune debetur. *Ibid. cap. Frigentius.*

2. Ecclesiarum fundatores, in rebus Ecclesiasticis nullam habent potestatem.

Noverint conditores Basilicarum in rebus, quas eisdem Ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere: sed juxta Canonum instituta, sicut Ecclesiam, ita & dotem ejus, ad ordinationem Episcopi

petinere. 10. q. 1. cap. *Noverint. & cap. De his. Vide, Eccles. tit. 37. n. 1.*

3. Ecclesiarum fundatores, seu patroni, offerunt Episcopo Presbyteros ordinandos.

Decernimus, ut quamdiu fundatores EE. in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, atque Rectores idoneos, in eisdem Basilicis, iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos. Quod si tales forsitan non inveniuntur ab eis, tunc quos Episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniventia servituros, quod si spretis eisdem fundatoribus, Rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam noverit esse, & ad verecundiam suam, alios in eorum loco (quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint) ordinari. 16. q. 7. cap. *Decernimus.*

Monasterium, vel Otorium, canonicè constructum, à dominio constructoris eò invitò non auferatur: liceatque illi Presbytero, cui voluerit, pro sacro Officio illius Diocesis cum consensu Episcopi, nò minus existat, commendare. *Ibidem. cap. Monasterium.*

Rationis ordo non patitur, ut monasterium contra voluntatem fundatorum, ab eorum dispositione ad arbitrium suum, quis debeat vendicare. *Ibidem. cap. Rationis. Vide, Patronus.*

4. Ecclesiarum fundatores honorandi sunt à Clericis.

Considerandum est de Ecclesiis, quæ inter coheredes divisæ sunt: quatenus, si secundum providentiam & admonitionem Episcopi, ipsi coheredes eas voluerint tenere, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixerint, in Episcopi potestate maneat, utrum eos consistere permittat, aut reliquas inde auferte velit. *Ibid. cap. Considerandum.*

5. Ecclesiarum fundatores, si in egestatem deveniant, ab EE. sustententur. 16. q. 7. cap.

Quicumque. Concil. Tolosanum. 4. cap. 38. Vide, Benefactor.

6. Ecclesiæ fundatæ ab aliquo non possunt auferri ab ejus ditone & jure. *Ibidem. cap. Monasterium. & cap. Rationis. supra. n. 3. Vide, Patronus.*

L.V. Ecclesiæ quoad procuraciones, seu expensas Episcoporum, & cætera aliorum.

1. Ecclesiæ omnes, nisi sint exemptæ, tenentur solvere procuraciones pro Legatis Papæ.

Postulationi vestræ taliter respondemus, quod cum omnes EE. Legatis & Nunciis S. A. procuraciones impendere teneantur, ab earum præstatione nullam habere volumus excusatam, nisi forte per speciale privilegium S. A. (quod non credimus) sit exempta: etiam si longissimo tempore procuracionis obsequium non impenderit, cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare, quia nos à provisione pastoralis sollicitudinis circa omnes EE. nunquam omninò cessamus. *De censibus. cap. cum instantia.*

2. Ecclesiæ Diocesanae tenentur solvere procuraciones Episcopis.

Quia nobis fides facta fuit, quod Ecclesiæ de Luna & de Bes: in tua sunt Diocesi constitutæ, non solum per alia, verum etiam per hoc ipsum, quod in instrumentis compositionum continetur expressè, ut Abbas S. Joannis Prilaten. tam de quarta decimarum, quam de cæteris Episcopalis tibi debeat respondere: Abbatem ipsum ad integram solutionem quattuor omnium decimarum, nullis factis deductionibus, & ad præstationem procuracionum, & aliorum Episcoporum in prædictis EE. condemnamus. Licet enim ex forma secundæ compositionis dedu-

ctones essent aliquæ faciendæ, quia tamen compositionem idem Abbas nullatenus approbavit, sed studuit multipliciter impugnare, ex eo non debuit beneficium consequi, cui renunciasse tacite videbatur. Absolutum erat præterea, ut negaret, illam Ecclesiam in tua Diocesi constitutam, super qua instrumenta prædecessoris tui ostendebat in jure, monasterio fuisse concessa, per quæ Episcopale jus petebat expressè. *Ibid. cap. Cum olim.*

3. Ecclesiæ noviter habitæ, circa procuraciones servant consuetudinem vicinarum.

Super eo, quod Fr. tua nos consulere voluit, ut quia ferè tota provincia Cumposit. de novo est ad Jurisdictionem Ecclesiæ tuæ conversa: qualiter tibi provinciam, vel partem provinciam, visitanti, obsequi debeat, & servire, nec non & in procuracionibus providere tibi; duximus respondendum, quod illud observare tenetur, quod in vicinis provinciis observatur. *Ibidem. cap. Super eo.*

4. Ecclesiæ Civitatis, dum Episcopus visitat, tenentur solvere illi procuraciones, id est, expensas.

Ven. Fratri nostrò, Cænonanensi Episcopò, accepimus conquerente, quod cum causa, quæ inter ipsum ex parte una, & Abbatem & conventum de Cultura ex altera, super procuracionibus, quas ab eis petit idem Episcopus, noscitur agitari, vobis fuerit ab A. S. commissa: dicti Abbas & Conventus ex eo frustrari intentionem ejusdem Episcopi inoliuntur, quod eorum Monasterium in Cænonanensi villa situm esse dignoscitur, & ipsi procuracionem hactenus non solverunt; Dis. V. mandamus, quatenus, nisi aliud rationabile ostenderit, vos eos ad exhibendum eam, sicut jus dictaverit, compellatis. *Ibid. cap. Venerabili.*

5. Ecclesiæ, nisi sit exempta, debet Episcopalia Diocesana.

Constitutus in præsentia nostra Episcopus Albanensis, in Ecclesia castri, quod Pauli dicitur, in qua jus patronatus monasterio vestro recognoscebat, à vobis jus Episcopale petebat, quoniam lita erat in Diocesi Albanensi. Et idè de jure communi ei tenebatur in Episcopaliibus respondere, &c. *De religiosis domibus. cap. Constitutus. Vide, Episcopus visitans. Vide, Visitator. Vide, Legatus Papa. Vide, Procuraciones.*

L.VI. Ecclesiarum incendiarii.

1. Ecclesiarum incendiarii præter excommunicationem careant Ecclesiasticâ sepultura: Quod si poenitent etiam in fine, & confitentur errorem, possunt eam habere, sed hæredes tenentur restaurare damnum. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. de Raptoribus. cap. 2. Vide, Incendiarius. n. 10. & 11.*

2. Ecclesiarum incendiarii olim per 15. annos poenitentiam faciebant, (id est, publicam) & restituebant damna, postea absolvebantur.

Si quis Ecclesiam comburit, quindecim annos poeniteat, & eam sedulè restituat, & pretium pauperibus distribuat. *Julius I. post ep. Decret. cap. 9. Vide, Incendiarius.*

L.VII. Ecclesiæ ab hæreticis olim possessæ, vel inter barbaros constitutæ.

1. Ecclesiæ possessæ ab hæreticis, si recuperantur, pertinent ad eos, ad quos prius. Ad Episcopum loci pertinent.

Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in E. plenariò Concilio constitutum est, ut quacun-

que EE. in Diocesi constitutæ, ante leges, de Donatistis latas, Catholica factæ sunt, ad eas Cathedras pertineant, per quarum Episcopos factum est, ut Catholica unitati communicarent: post leges autem, quæcumque communicaverint, illuc pertineant, quod pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controversiæ postea inter Episcopos de Diocesis ortæ sunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum: nunc istò Concilio sanctò placuit, ut ubicunque Catholica fuit, & pars Donati, & diversæ Cathedras pertinebant, quocunque tempore, illic unitas facta est, vel facta fuerit, live ante leges, live post leges, ad eam Cathedram pertineant, ad quam Catholica, quæ jam ibi fuerat, pertinebat. *Concil. Africanum. cap. 84.*

Decreto hujus Concilii hoc statuitur, ut Ecclesiæ, quæ fuerunt in hæresi Ariana, nunc autem sunt Catholicae, ad eos Episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ, in quibus ipsæ EE. fundatæ sunt, pertinere videntur. *Concil. Tolosanum. 3. cap. 9.*

2. Ecclesiæ carentes Episcopò, Clerò, ac populo Christianò, provideri non possunt de Episcopo, nisi de licentia Papæ. Et si quis pro ea consecrari se permittit, careat honore Episcopali.

De Consilio Fratrum nostrorum statuitur, ut nullus de cætero, quantacunque dignitate præpollens, (nisi speciali super hoc autoritate S. Apostolicæ fulciatur) de pastore provideat Cathedrali Ecclesiæ sibi qualitercunque subiectæ, quæ clerò careat, & subditis Christianis: Nullusque religiosus à suo unquam, quod provisioni tali consentiat, licentiatu prælato. Quod si licentiatu etiam hujusmodi provisionis consenserit, & in Episcopum se fecerit, aut permiserit consecrari, in Episcopali nullatenus recipiatur honore, &c. *Clem. de elect. Sc. cap. In plerisque.*

3. Ecclesiæ hæreticorum divinis applicari non debent, sed illæ solum, quæ fuerant à Catholicis dedicatæ.

Basilicas hæreticorum, quas tantâ execratione habemus exofas, ut pollutionem earum purgabile non putemas, sanctis usibus applicare despiciamus. Sanè, quos per violentiam nostris abstulerant, possimus revocare. *Concil. Epatense cap. 33.*

Non liceat laicis, vel Clericis, ab hæreticis enlogias accipere, quia maledictiones magis sunt, quam benedictiones. Neque liceat, aut cum hæreticis, aut cum schismaticis orare. *Concil. Lucense. 2. cap. 70. 1. q. 1. cap. non liceat.*

4. Ecclesiæ inter barbaros constitutæ, gubernandæ sunt juxta consuetudinem Patrum.

Ecclesias autem Dei, quæ sunt in barbaricis gentibus constitutæ, regere, atque administrare oportet, secundum consuetudinem, quam à patribus obtinuisse dignoscitur. *Concil. Constantinopolitanum. 1. cap. 4.*

L.VIII. Ecclesiæ novæ quando fieri debent, & cætera circa hoc.

1. Ecclesiæ nova ædificanda est, si alia sit distans. *De Ecclesiis ædificandis. cap. Ad audientiam. infra.*

2. Ecclesiæ vetus debet aliquid contribuere novæ.

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod villa, quæ dicitur H. tantum perhibetur ab E. parochiali distare, ut tempore hyemali, cum pluvie inundant, non possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire: unde non valent congruò tempore Ecclesiasticis Officiis interesse. Quia igitur dicta E. ita dicitur redditibus abundare, quod præter illius villæ proventus minister illius convenienter valeat sustentationem habere: mandamus quatenus, si res ita se habet, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea Sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad sustentationem Rectoris Ecclesiæ majoris, cum Cano-

nico fundatoris assensu, instituas, ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percipiendum: providens tamen, ut competens in ea honor, pro facultate loci, matri Ecclesiæ ferretur. Quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem villæ Dominus viginti acras terræ frugiferæ velit ad usus Sacerdotis conferre. Si verò persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum, appellationis cessante diffugiò, instituire non omittas. *De Ecclesiis ædificandis. cap. Ad Audientiam.*

3. Ecclesiæ nova potest per Episcopum ædificari, ubi adest necessitas, non obstante juramento, de rebus Ecclesiæ non alienandis.

Præterea, quia occasione juramenti, quod de rebus Ecclesiæ non alienandis te afferis præstitisse, in locis tui Episcopatus, in quibus populi habitantes oratoriis egere videntur, (nè prætextu novarum EE. commissa tibi Ecclesiæ destitui videatur) Ecclesiæ formidas erigere: F. T. mandamus, quatenus illius juramenti occasione nullatenus prætermittas, quin populo indigenti, super Basilicarum institutione, studeas salubriter providere. *Ibidem. cap. fin.*

4. Ecclesiæ quælibet, etiam nova, unum saltem debet habere Presbyterum. *Concil. Formatiens. 1. cap. 51. Vide, Presbyter tit. 2. n. 7.*

5. Ecclesiæ nova saltem unum mansum debet habere. *Ibidem.*

6. Ecclesiæ nova sine Papæ licentia erigi non potest, id est, Cathedralis, vel collegiata. *Nicolaus I. in Decret. tit. de Romana Ecclesia. cap. 11. Vide, Ecclesiæ. tit. 1. n. 1.*

7. Ecclesiæ nova fundari non potest, nisi saltem unum mansum habeat. *De censibus. cap. 1. Vide, Clericus. tit. 46. n. 6.*

8. Ecclesiæ noviter ædificata, post nunciacionem novi operis, demolienda est sumptibus constructis.

Quia verò, sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum Principum constitutionibus adjuvantur, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus diligenter considerans, quod post denunciationem novi operis, live jure, live injuriâ aliquid construatur, legalibus debet constitutionibus demoliri: & quia nulla Ecclesiæ in præjudicium est alterius construenda, negotium ipsum, secundum legum & Canonum statuta, non disteras terminare. *De novi operis nunciacione. cap. 1.*

Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quidquid ædificatum est in E. De Lamech, post novi operis nunciacionem, expensis tuis facias penitus demoliri, eò non obstante, si etiam absens extiteris: cum cautum sit legitimâ sanctione, ut si is, cui opus novum fuerat nunciatum, remissionem ædificaverit, deinde agere cæperit, jus sibi esse ita ædificatum habere, sibi debeat actio denegari. *Ibidem. cap. Cum ex injuncto.*

9. Ecclesiæ nova, vel monasteria Mendicantium, ædificari non potest propè E. Fratrum S. Augustini, in spatium 140. Cananarum. *Bonifacius VIII. Constit. 2. Ad consequendam. Vide, Parochialis.*

L.IX. Ecclesiæ bonorum, &c. locaciones & permutaciones quomodo faciendæ.

1. Ecclesiarum fructus annuò censu locari possunt.

Querelam magistri G. recepimus, quod cum Ecclesiam de Chephalai, à G. persona ejusdem ad annum censum tenendam, per septennium suscepisset, ipse, antequam eam per unius anni spatium tenuisset,

aufferre præsumptur, quamquam præstita fide firmaverit, quod usque ad statutum terminum nullam ei exinde molestiam vel gravamen inferret. Idcoque mandamus, quatenus si confiterit ita esse, eum districte compellas, ut præfatam Ecclesiam dicto G. restituat, & usque ad terminum constitutum, secundum quod inter se convenit, ipsum eidem permittat pacifice possidere. *Nè Prælati. cap. fin. Concil. Londinense. 1. cap. 8. Vide, tit. 44. n. 2.*

Possunt tamen colonis sæcularibus Ecclesiarum prædia sub annuo censu locari, emolumenta que pro utilitate Ecclesiarum commutari, vel vendi: quin etiam non veramus, quin collegia & monasteria possint Ecclesie Rectori, bonorum ad ipsam Ecclesiam non pertinentium, administrationem plenam committere, pro moderato censu, quem de prædiis pendat: sic tamen, ut ei supersit honestus & sufficiens victus, ac vestitus, nec ad supremum censum adigatur, ut solent licitantes à plus offerentibus, pro quo corradendo, cogatur se fordidis & servilibus operibus mancipare, ac rusticus fieri, ut vix aut ægrè ei supersit, unde nuditatem suam vestiat, & vitam miseram sustentet, quales multos magnò Ecclesiastici Ordinis dedecore in pagis videmus Sacerdotes. *Concil. Colonien. 3. tit. De officiorum. Sc. cap. 11. Londinense. 2. cap. 8.*

1. Ecclesiarum terræ, provinciæ, castra, &c. non possunt alienari, donari, in feudari, aut locari, nisi ex licentia Papæ per novem annos, neque fiat prorogatio, nisi per eundem, cum consensu Cardinalium. *Concil. Constantien. Post sessionem ultimam, in confirmat. constit. Imperial. Vide, tit. 39. n. 15.*

2. Ecclesie res immobiles per meliores permutari possunt, & quomodo. Si Princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare, & accipere ab eis aliam immobilem, eoque modò de communi voluntate permutationem contrahere: licet ei hoc facere, si causa rationalis id expolcat, & res, quam præbiterit, major fuerit, vel æqualis: pragmatica sanctione super hoc promulgata. *De rerum permutatione. cap. 1.*

3. Ecclesie rerum permutatione, &c. facta sine solemnitate, & in casu prohibito, restituitur etiam per successorem.

Ut commutationes rerum Ecclesiasticarum, quæ ab antecessore in consensu factæ sunt, ab eo, qui successor est, emendentur. *Ibidem. cap. Ut commutationes.*

4. Ecclesie quomodo possunt invicem possessiones permutare, & supplere minus valens.

Respondemus, quòd cum de dictis parochialibus EE. per se queat commutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se non sit inhibicum: Si alteratione possessionum alteri præponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus ad invicem, prout visum fuerit expedire, refusa certâ pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniuri: sic tamen, quòd illi contractus nequaquam sibi invicem miscantur. *Ibid. cap. Ad quæstiones.*

5. Ecclesie prædia, &c. non possunt perpetuo locari.

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quòd quidam de Canonicis Exoniensis Ecclesie, quædam prædia ejusdem (in consensu aliis fratribus) in damnum ejus, in perpetuum locaverunt; idcoque mandamus, quatenus (si verum est, quòd asseritur) locationes illas legitime revocare procuret, ita quòd si eadem prædia non aliter revocari poterint, eos quos noveris harum locationum auctores, ad suscipiendum in eadem pecuniam conductoribus refundendam, appellatione remota compellas. *De rebus Ecclesiasticis. Sc. cap. Ad audientiam.*

Cum laicis Ecclesias dari ad firmas, sit penitus inhonestum, & Clericis quibuscunque ad longum

tempus propter continuationem temporis, quæ adferre confuevit periculum, EE. possit esse damnosum, utrumque districtius inhibentes, statuimus, ut nec laicis unquam, nec personis etiam Ecclesiasticis, ultra quinquennium Ecclesie ad firmam concedantur, nec finito quinquennio renoveantur eidem, nisi prius ipsas habuerint alii mediate: & ut omnia sint in tuto, præcipimus, ut presentibus Episcopis, vel Archidiaconis, firmaria fiat conventio, ex qua plures litteræ confcribantur, quarum una remaneat penes ipsos. *Concil. Londinense. 2. cap. 9. Extra. De rebus Ecclesie non alienandis. cap. Ambitiose. Vide, in Bullario.*

6. Ecclesie officia, dignitates, beneficia, proventus, &c. dari non possunt ad firmam, sed eorum fructus conducere, & locari possunt.

Quare statuendo districtius prohibemus, ne dignitates, vel officia, puta, Decanatus, vel Archidiaconatus, sive proventus, ex Ecclesiasticæ, vel spiritualis jurisdictionis exercitiis, sive ex poenitentia, vel altari, seu aliis Sacramentis quibuslibet, venientes ad firmam, de cætero nullatenus concedantur. *Concil. Londinense. 2. cap. 8.*

7. Poterant olim Clericis tantum, non vero laicis, dari ad firmam per quinquennium, & non ultra, nec poterant confirmari.

Ut omnis cupiditas & avaritiæ cultus expellatur ab Ecclesie Dei ministris, præsentia præteritis duximus annexenda, statuentes, ut Archidiaconatus, vel Decanatus, vel aliud officium, quæ in spiritualibus merè consistunt, nulli dentur ad firmam. Si vero redditus huic officio sit annexus, ille de Superioris licentia dari poterit ad firmam, sicut inferius de aliis officiis statuimus. Si quis autem contra statutum venire præsumpserit, Archidiaconus, vel Decanus, si super hoc Canonicè fuerit convictus, per Episcopum suum à tali officio suspendatur per annum, & alius interim constituitur, qui discretè gerat vices illius. *Concil. Oxoniens. cap. 15. Concil. Londinens. 2. cap. 8. supra. n. 6.*

8. Ecclesiarum possessiones in locis, in quibus Ecclesie habent dominium temporale, vendi non possunt, nisi subditis Ecclesie, aliis venditiones nullæ sunt, & excommunicationem incurrunt ementes, & vendentes.

Statuimus, ne quis, cujuscunque status aut conditionis existat, possessiones in locis, in quibus Ecclesia Dominium obtinet temporale, consistentes, eis, qui ejusdem E. Vasalli tunc non sint, vendere, aut quòvis aliò titulo in eos transferre præsumat: alioquin tam vendentes, aut alias transferentes, quam ementes, & alias ipsas possessiones recipientes, excommunicationis sententiæ ipsò factò volumus subiacere, & venditiones, emptiones, & alienationes ipsas cassamus, & cassas, & irritas nunciamus, ac decernimus, nullius proferri existere firmitatis, & nihilominus possessiones sic alienatas, ipsò factò loci Domino applicentur. *Concil. Toleranum 19. cap. 1.*

9. Ecclesie prædia, res, &c. locari non possunt consanguineis Prælatorum locorum, neque familiaribus eorum. *Dist. 89. cap. De center. Vide, Consanguinei. tit. 1. n. 2.*

10. Ecclesiarum domus, prædia, &c. locari non possunt cum pacto, ut in eis eligatur sepultura, vel decimæ eis solvantur, & contractus nulli sunt.

Plerique (sicut accepimus) regulares Clerici, & sæculares interdum, cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parochialium EE. pactum adiciunt, ut conductores & feudatarii decimas eis solvant, & apud eosdem eligant sepulturam. Cum autem id de avaritiæ radice procedat, pactum hu-

huiusmodi penitus reprobamus, statuentes, ut quidquid fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum, Ecclesie parochiali reddatur. *De Pactis. cap. Plerique.*

11. Ecclesie bona locari non possunt, cum anticipatis solutionibus in præjudicium successorum, nullò obstante privilegio, & irritæ sunt locationes. *Concil. Trident. sess. 25. De reformat. cap. 11.*

12. Ecclesie terræ, redditus fertiles, dari debent in Emphyteusim hæredibus eorum, qui fecerunt eas fertiles, si eas sic volunt, & non sint alii, qui plus offerant pro Ecclesie utilitate.

Illas terras, quæ de sylvis exstirpatæ, sunt arabiles factæ, eis hereditariò jure poteris concedere, sub annuo censu tenendas, à quibus suis, vel parentum suorum labore confiterit exstirpatas. Nisi forte tunc aliis possint ad majorem Ecclesie utilitatem cum eodem labore & onere confiteri. *De rebus Ecclesie alienandis, vel non alienandis. cap. Ad aures. Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. de Alienat. cap. 4.*

13. Ecclesiarum bona locari non possunt ultra triennium. *Paul. II. constit. 5. Ambitiose. Extra. de rebus Ecclesie alien. vel non. Vide, in Bullario. Poenæ contra facientium. Ibidem Urb. VIII. Constit. 51. Humane.*

14. Ecclesie prædia, &c. locata laicis cum damno Ecclesie, redeant ad Ecclesiam, & compensentur meliorationes factæ.

De possessionibus autem laicis, sub modico censu concessis, noverit T. F. quòd si læta Ecclesia est, & manifestum appareat detrimentum ipsius, cum ejus conditionem deteriorem facere non licuerit, & Ecclesia jure minorum semper debeat illa læta conservari, quæ in damnum ipsius confiterit, ad jus ipsius proprietatemque redire convenit. Providendum est tamen, ne, si forte Colonos possessiones illas expensis à suo labore fecerit meliores, sumptibus, quos bonò animò fecerit, debeat defraudari. *Conc. Lat. 3. in appendice. tit. de Alienat. cap. 7.*

15. Ecclesiasticæ jurisdictiones locari non possunt, ut v. g. Facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus admittendi ad aliquas functiones spirituales, &c. *Concil. Tridentinum sess. 25. de reformat. cap. 11.*

16. Ecclesia sæcularis quando potest permutari in regularem.

Ad audientiam nostram pervenit, quòd tu in E. de qua in Episcopum vocatus fuisti, regulares Canonicos desideras ordinare, inde siquidem est, quòd hoc devotioni tuæ autoritate Apostolicâ indulgemus, si tibi Episcopus Diocesis consentierit in hac parte; verum si Clerici sæculares in ea adhuc supersint, volumus eis, dum vixerint ibi, vel alibi, necessaria provideri. Licet autem nobis instantius supplicaveris, ut Ecclesie prædictæ confirmationis privilegia faceremus, tibi non possumus de jure deferre, cum nulli Canonici adhuc ibidem existant, quibus privilegium concedatur. *De EE. adificandis. cap. Ad Audientiam. il. 2. Vide, Alienatio, Alienare, Sc. Vide, Vocationes.*

LX. Ecclesia vacante quid agendum, quid cavendum.

1. Ecclesia vacante de Prælate, aut Rectore, redditus per œconomum exigantur, & conserventur integri. Non potest impediri à Patronis, & poena.

Quoniam quidam Metropolitanorum (quantum compertimus) commissos sibi deserunt greges, & ordinationes Episcoporum facere differunt; Placuit sancte synodo, intrâ tres menses ordinationes episcoporum celebrari, nisi forte necessitas inexculpabilis coegerit, tempus dilationis extendi. Quòd si hoc minime fecerit, correctioni Ecclesiasticæ subiacebit; verum tamen redditus Ecclesie viduatæ penes œconomum ejusdem Ecclesie integri referentur. *Concil. Chalcedon. cap. 25. Concil. Formationen. cap. 76.*

Cum nos plerumque ordinationes Clericorum oporteat differre, pro eo, quòd quandoque minus idoneæ personæ præsentantur, aut interdum inter nos & Præsentatores personarum, alia de causa radix dissensionis emerferit: providendum est, ne occasione hujus scandali, aut fructus Ecclesie depereant, aut eis in spiritualibus gravia proveniant detrimenta; inde est, quòd Fraternalitè tuæ, &c. quatenus si quando in illis EE. vacantibus, in quibus persona Ecclesiastica præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ vobis præsentantur, vel alia de causa, de jure personas non poteris instituire in EE. ipsis, contradictione & appellatione cessante, ponatis œconomos, qui debent redditus EE. percipere, & eos aut in utilitatem EE. expendere, aut futuris personis fidelitè observare. *Concil. Lateran. 3. De jure patronatus. cap. 21. Et de Officio jud. ordin. cap. Cum nos plerumque.*

Cum EE. vacantium proventus, & reddituum, ac bonorum ipsorum dispositio, ad eorum Ordinarios de jure pertineat, proinde duximus statuendum, quòd vacanti Ecclesie statim per ipsius Episcopum œconomus debeat deputari, diligens & discretus, qui redditus & proventus, ac bona ipsius colligat & conservet, ad ejusdem E. & successoris defuncti Rectoris ipsius utilitatem & statum. Prohibentes districtè Canonicis, Clericis, seu Patrono E. sic vacantis, quòd de redditibus & proventus, ac bonis ipsius E. se intromittere, vel disponere, nullò modò præsumant, nec œconomum, ut prædiximus, ibidem per ipsum deputandum impediunt, vel molestent, quòd minus sibi injunctum officium liberè exequatur: nec aliter alicui eorum competat de consuetudine approbata, vel privilegio speciali. Quòd si secus idem Canonici, vel Clerici, seu patroni agere præsumpserint, eosdem Canonicos, & Clericos, ac patronos, præsentis auctoritate Concilii privamus illâ vice jure eligendi, seu præsentandi. Decernentes, electionem, seu præsentationem secus & aliter attentatam, ipso jure nullius esse momenti. *Concil. Ravennaten. 4. Sub Joan. cap. 1.*

2. Ecclesia Cathedrali vacante, provideatur intrâ tres menses, alioquin ii ad quos spectat, privantur jure eligendi illâ vice, & devolvitur ad eum, qui proximè præst. *Concil. Lateran. 4. cap. 23. Vide, tit. 34. n. 3.*

3. Ecclesia vacante, nunciatur per Dioecesim, vel per Provinciam, si moritur Archiepiscopus, & interim fiant orationes, &c.

Quia inter cætera, quæ pericula & discrimina adferunt, & inducunt, est diuturna vacatio Ecclesiarum Cathedralium, cui volentes succurrere, quòd statutum est fieri pro celeri ordinatione S. Romanæ E. cum vacaverit, per constitutionem Gregorianam: *Ubi periculum.* Statuimus, mandamus, & observari præcipimus, pro celeri ordinatione Ravenn. Ecclesie fiant orationes & processiones ad Dominum, & alia bona spiritualia, à clero & populo universo, per rotam Ravennatem provinciam, donec ipsa electio fuerit celebrata. Et in qualibet civitate & Ecclesia Cathedrali ejusdem provincie, vacante à suis clero & populo pro celeri ordinatione ejusdem Ecclesie Cathedralis, & idem fiat in Ecclesiis conventualibus vacantibus, pro celeri & concordie electione ipsorum, ab iis, qui sunt de Conventibus & Capitulis ipsarum; & ut hæc celerius adimpleantur, Archi-

Archidiaconus, Præpositus, & chorus Ecclesiæ Ravennat. statim, cum Ecclesiâ ipsâ vacaverit, procurent omnibus & singulis suffraganeis vacationem ipsam notificare: & Capitula Ecclesiarum Cathedralium idem observent, & faciant in suis Civitatibus & Diocæsis, cum suas ecclesias pastore contigerit vacare. *Concil. Ravennat. 2. sub Clement. V. cap. 1.*

4. Si Ecclesiâ vacante, sit lis inter patronos, &c. interim providendum de œconomio. *Concil. Lateran. 3. tit. de Jure patronat. cap. 21. supra. n. 1.*

5. Ecclesiâ juris patronatûs vacante, si differitur provisio, œconomus in ea ponatur ab Episcopo. *De officio judicis ordinarii. cap. Cum vos plerumque. Vide, supra. n. 1.*

6. Ecclesiâ vacante, dum sit electio, quis gubernat. Vide, *Electores in fine.*

7. Ecclesiâ vacante œconomus exigat redditus. *Concil. Wormat. 1. cap. 76. Vide, supra. n. 1. Vide, Oeconomus. Vide, Episcopalis Sedes.*

8. Ecclesiam vacantem occupans, est excommunicatus. *De electionibus. in 6. cap. Generali. Vide, tit. 40. n. 1. Suspenditur ab officio & beneficio, donec integrè restituat. De electione. in 6. cap. Quia sepè. Vide, Ibid. n. 24. Concil. Toletanum. 22. cap. 18. Vide, tit. 43. n. 1.*

9. Ecclesiâ Cathedrali vacante, solus Papa providet de visitatore. *De supplenda negligentia, &c. in 6. cap. Ecclesiæ. Quando Metropolitanus potest providere. Ibid. Vide, tit. 34. n. 4.*

10. Eâ vacante, visitator Papæ potest providere beneficia, non autem visitator Metropolitanus. *Ibidem.*

11. Ecclesiarum vacantium quarumcunque emolumenta, reservanda sunt successoribus. Emolumenta dicuntur, quæ ex jurisdictione, etiam sigilli curiæ proveniunt, & quæ adessent, si Ecclesia non vacaret. Deducendæ tamen sunt expensæ rationabiles.

Statutum super bonis à Prælati Cathedralium, regularium, & collegiarum EE. dimissis, aut obventibus tempore vacationis earum, futuris successoribus fideliter reservandis editum, locum declaramus habere in omni emolumento, quod provenit ex jurisdictione & sigillo Curiæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis, aut aliâ undecunque, quod ad Prælatos (EE. non vacantibus) pertineret, consuetudine quâlibet non obstante: ita tamen, quod in istis & similibus rationabiles deducantur expensæ. Cæterum ad singulas personas, ad quas rationes dignitatum, quas obtinent, jurisdictio cum ejus emolumento devolvitur sede vacante, de consuetudine, privilegio, vel jure aliò speciali, nolumus præsentem constitutionem extendi. *Clemen. de electione. cap. Statutum.*

12. Ecclesiæ regularium vacantes, providendæ ab eis intrâ sex menses, alioquin Episcopus providere debet. *Clementina de supplenda negligentia. Prælat. cap. unico. Vide, Beneficia. tit. 9. n. 3.*

13. Quænam sint exceptæ. *Ibidem.*

14. Ecclesiâ vacante, si ii, ad quos spectat, eligant indignum, & Ecclesiæ sint majores, vel contra formam statutam, electio pertinet ad Papam. *De electione. in 6. cap. Quamquam. Vide, Ibidem. n. 4.*

15. Ecclesiæ carentes Episcopis, cleris, ac populo Christiano, non possunt provideri de Episcopo, nisi de licentia Papæ. *Clement. De electione. cap. In plerisque. Si quis pro ea consecrari se permittit, careat Ordine Episcopali. Ibid. tit. 57. n. 2.*

16. Ecclesiâ vacante, si ii, ad quos spectat, non provident, providere debet Superior vicinior. *De electione in 6. cap. Quamquam. supra. n. 14.*

17. Ecclesia carente Rectore & administratore, cessatur à divinis, nisi provideatur.

Nobis visum est, quod Ecclesia inter hæredes Patroni dividi non debeat. Et si similitates inter eos surrexerint, propter quas Sacerdos suo ibi officio Canonico fungi non possit, si aliter provideri non poterit, præcipiatur ab Episcopo, ut nullò modò ibi Missarum solemniam celebrentur, donec ad concordiam redeant, & Ecclesia Sacerdotem Canonice habeat, qui liberè suum ministerium valeat exercere. *De jure patronat. cap. 1.*

18. Ecclesiæ vacante per assumptionem Episcopi, vel alterius Curati, ad Cardinalatum. *Sixtus V. Constit. 79. Sanctissimus. Nisi concessa fuerit retentio. Ibid.*

19. Ecclesiæ vacantes in Regno Franciæ, quomodo providendæ, juxta concordata cum Sede Apostolica. *Concil. Lateran. 5. Constit. 2. Primitiva. Vide, in Bullaria. Vide, Beneficia, quibus danda. Vide, Beneficia incapaces. Vide, Sede vacante. Vide, Vacans. Vide, Electio. Vide, Beneficia, quando conferenda. Vide, Episcopatus.*

LXI. Ecclesiæ antiquæ non privandæ juribus propter novas.

1. Ecclesia antiqua non privatur suis juribus, quæ possidet, per hoc, quod ædificata est alia de novo.

Quicumque voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædificare, & consensum & voluntatem Episcopi habuerit, in cuius Parochia est, licitum sit; verum tamen omninò providendum est Episcopo, ut aliæ EE. antiquiores propter novas suam justitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores EE. persolvatur. *16. q. 1. cap. Quicumque.*

Ecclesiæ antiquitatis constitutæ, nec decimis, nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis Oratoris tribuantur. *Conc. Mogunt. 1. cap. 41.*

Ut EE. antiquitatis constitutæ, nec decimis, nec aliâ ullâ possessione priventur. *Concil. Avellan. 4. cap. 20. Vide, Decima quibus danda.*

LXII. Ecclesias accipientes cum aliquo pacto, vel conditione.

1. Ecclesiam obtinens cum pacto augendæ pensionis, privatur illâ. *De pactis. cap. Cum Clerici. Vide, Beneficia. tit. 44. n. 2.*

2. Ecclesiam acceptans, jurando solvere ultrâ pensionem, si postea in manu Episcopi jurat solvere solitam, excluditur ab Ecclesia. *Concil. Lateran. 3. in Append. tit. de juramentis. cap. 4. Vide, Beneficia. tit. 14. nu. 11. Et si non solverit solitam, qui juravit solvere, privandus est Ecclesiâ, quia perjurus; nisi ex necessitate id faciat. Ibid. cap. 5. Vide, Beneficia. tit. 44. n. 11.*

LXIII.

LXIII. Ecclesiarum Prælati, & Rectores, quoad portionem congruam, quâ ali debent.

1. Ecclesiastici, & Rectores Ecclesiæ, ex Ecclesiæ redditibus sunt alendi. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 25. & 26. Vide, tit. 38. n. 8. Vide, Ecclesiarum redditus, à quo, & quibus distribuendi.*

2. Ecclesiæ Prælati, seu Rectores, de Ecclesiæ redditibus habere debent sufficientem portionem.

Extirpandæ consuetudinis vitium, in quibusdam partibus inolevit, quod si licet parochialium EE. patroni, & aliæ quædam personæ, proventus ipsarum sibi penitus vendicantes, Presbyteris eandem servitiis deputatis, relinquunt adeò exiguam portionem, quod ex ea nequeant congruè sustentari. Nam (ut pro certo dicimus) in quibusdam regionibus Parochiales Presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est, sextam decimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus, penè nullus inveniatur Sacerdos Parochialis, qui ullam, vel modicam habeat peritiam literarum. Cum igitur os bovis ligari non debeat triturantis, seu qui altario servit, de altari vivere debeat, statuiimus: ut consuetudine quâlibet Episcopi, vel Patroni, seu cuiuslibet alterius non obstante) portio Presbyteris ipsis sufficiens assignetur. *De Præbendis & dignitatibus, &c. cap. Extirpando. ex Concil. Lateran. 4. cap. 32. Et Concil. Sabinen. cap. 10.*

3. Debet habere tantam portionem, quæ sufficit ad se sustentandum. *Conc. Lateran. 4. cap. 32. Suprà.*

4. Portio, quæ debet remanere pro Episcopo, est valor ducatorum mille pro quolibet anno, & nisi redditus E. Cathedralis superent hunc valorem, non potest super eas poni pensio. *Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 13.*

5. Ecclesiæ Rector, si per Vicarium perpetuum regit, tenetur ei assignare provisionem sufficientem ad victum. *Concil. Mogunt. 4. cap. 80. Infrâ.*

6. Ecclesiæ Rector, institutus Vicariò perpetuo, non potest cum amovere, nisi per se velit regere, vel ob aliam causam culpabilem, probandam coram Episcopo vel Vicario.

Pastoribus etiam, & iis, qui curata beneficia obtinent, injungimus, ut Ecclesiis, in quibus per consensum Diocæsanis instituti sunt, nec tamen eisdem per se præsent, vicarios idoneos, & Canonice institutos præstent, eisque pro sufficienti victu portionem congruam de proventus E. assignent, nec sic à se institutos Vicarios, ab eadem Vicaria amoveant, nisi ipsi jam actu Sacerdotes, EE. suas, per se ipsos regere velint, aut aliquam rationabilem amotionis causam contra Vicarium, coram Diocæsano, aut ejus Officiali probaverint. *Conc. Mogunt. 4. cap. 80. Vide, Vicarius perpetuus.*

LXIV. Ecclesiæ juvenandæ per auxilia Principum, & Judicum sæcularium, & hi tenentur eis parere, & quando.

1. Ecclesiæ in necessitate petere possunt auxilium dominorum, & judicum sæcularium, qui eas adjuvare debent.

Itaque placuit, ut ex Concilio nostro litteræ darentur ad Judices Africanos, à quibus hoc peti

Tomus II.

congruum viderentur, ut in hoc adjuvent communitatem Matrem E. C. in quo Episcopalis auctoritas communitari in Civitatibus potest, id est, ut judiciaria potestate, atque diligentia, ex fide Christiana, quid gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianistæ Basilicas obtinuerunt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & gestis publicis, propter firmam notitiam omnibus necessariam, faciant inhærere. *Concil. Africanum. cap. 34.*

Ipsa enim Ecclesia, devotionem tuam, Christianissime Imperator, meò quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus Deus noster, vestri fidis Rector, & Gubernator Imperii, uni desponsatam sibi, & intactam virginem servat: nê in eam aliquos pariamini insidiantium procellarum fluctus illudi, & quietam faciem, tempestatis insolitæ tumore, turbati. -- Angeretur pluribus Princeps Christianissime, Mater Ecclesia: nisi apud te statuta esset cura causarum, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tuâ, divinò cultu, pariter cum imperio semper florent, vicisset. Habet refugium pium tuæ mansuetudinis animum, cum suæ religionis veneratione conjunctum. Cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & Consecratoribus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus, qui Ecclesiam faciunt (legatis, quibus precamur) sacre causam religionis protequentibus, in Urbe vestræ mansuetudinis hoc animò, quo postulatis annuitis, in perpetuum statui universalis Ecclesiæ consilatis. *Dist. 97. cap. Ecclesia mea.*

Illud autem pietati nostræ satis placitum esse, cognosce, quod sanctimonia tua de EE. aut populis perturbatione sollicita est, quæ nê aliquâ ratione possit evenire, satis clementia nostrâ credidit esse provisum. Denique beatitudine tuâ prædicante, id ad cunctorum Clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humanâ sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum, &c. *Ibidem. cap. Victor Honorius. 23. q. 4. cap. Non invenitur. Vide, tit. 4. n. 2.*

Prodest & severitas vestra, cujus ministerio quies adjuvatur, & nostra. Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio severitas temperatur ad vestra. non vobis displiceat, quod rogamini à bonis, quia nec bonis displiceat, quod timemini à malis. *23. q. 5. cap. Prodest.*

2. Ecclesiæ Prælati & Rectores ab omnibus dominis, sæcularibus etiam, & iudicibus, sunt protegendî, ut suum officium exequi possint. *Concil. Meldan. cap. 1. Vide, tit. 52. n. 1.*

3. Ecclesia per sæculares punit crimina atrociora, exequi committens poenas contra ea. *23. q. 5. cap. Sunt quædam. Vide, Delicta. n. 7.*

4. Ecclesia contra hæreticos petit auxilium à Regibus, & aliis. *23. q. 4. cap. Non invenitur. supra. n. 1. Vide, Hæretici quomodo puniendi.*

5. Ecclesia per Reges defendenda est. *Concil. Parisien. 6. Lib. 2. cap. 2. Vide, tit. 2. n. 18.*

LXV. Ecclesia una duobus Rectoribus aut Prælati non danda.

1. Ecclesia una non potest habere duos Prælatos, seu Episcopos.

In apibus princeps unus est, græves unam sequuntur ordine litterariorum. Imperator unus, Judex unus Provinciae. Roma, ut condita est, duos Fratres simul habere Reges non potuit, & patriciò dedicatur. In Rebecca utero Esau & Jacob bella gesserunt: singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archi-presbyteri, singuli Archidiaconi, & omnis Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus nicitur. *7. q. 1. cap. In apibus.*

Sicut alterius uxor, nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut disponi, nisi à proprio viro, eò vivente per-

F

permittitur: sic nec uxor Episcopi, quæ ejus Ecclesia, vel Parochia indubitanter intelligitur, eò vivente absque ejus iudicio, & voluntate, alteri iudicari, vel disponi, aut ejus concubitu frui, id est, ordinatione conceditur. Unde ait Apostolus: alligata est uxor legi, quamdiu vir ejus vivit, eò verò defuncto soluta est à lege viri, (similiter & sponsa Episcopi, quia sponsa uxorque ejus dicitur Ecclesia) illò vivente, ei est alligata, &c. Si enim eò vivente alteri nupsit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, si alteram spontè duxerit, adulter æstimabitur, & communione privabitur. *Ibidem. cap. Sicut alterius.*

2. Ecclesia una dari non potest duobus Rectoribus, aut Vicariis.

Exigit enim ars nostra Catholica, ut unus, & in una Ecclesia sit magister, perfectus Ordine, habitu, vitâ, scientiâ, & doctrinâ, & quod pura sit Ecclesiæ ordinatio, atque simplex. Sed oblectio Diaboli multos facit in hoc dogmate deviare, dum interdum eò suggerente, non uni tantum una datur Ecclesia, sed pluribus, prætextu plurium patronorum, ut sint plura capita in eodem corpore, quasi monstrum, &c. *Concil. Londinense. 2. cap. 13.*

Sicut in unaquaque Ecclesia unus Presbyter debet esse, ita ipsa, quæ sponsa, vel uxor ejus dicitur, non potest dividi inter plures Presbyteros: sed unum tantummodo habebit Sacerdotem, qui eam castè & sincerè regat. Unde interdiximus, ut nullus præsumat Ecclesiam inter duos, vel plures dividere: Quia Ecclesia Christi uxor & sponsa debet esse, non scortum, sicut Calixtus Papa testatur. 21. g. 2. cap. *Sicut in unaquaque.*

Quia juxta Canonicas Sanctiones, inter carnale & spirituale matrimonium optima est comparatio, & cum inter duos sponfos dividi naturalis ratio minime pariat, & inhonestum est plurimum, quod Ecclesia Dei, quæ debet esse una, multorum amplexibus frequenter ancilletur. Sacro ergo approbante Concilio districtius inhibemus, ne de novo aliqua ecclesia pluribus rectoribus, quorum uterque sit persona, committatur agenda. In EE. autem, ubi nunc plures personæ existunt, statuimus, ut singulis decedentibus, accrescat viventibus portio decedentium, donec ad unum solum illius E. perveniat personatus, nec de cætero plures Vicarii in eadem instituuntur, illis EE. hæc statutò duntaxat exceptis, quæ ex antiquis divisa fuerunt. *Concil. Oxoniens. 1. cap. 5. Idem. cap. 4. Vide, Beneficium. tit. 14. n. 7. Concil. Later. 5. sess. 9. in Bulla de reformat. Curie. Vide, in Bullario.*

LXVI. Ecclesiæ quomodo ornandæ.

1. Ecclesiæ non sunt ornandæ multâ suppellectili, ut domus laicæ. Nec ornandæ paramentis prophanis.

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam Clerici sic exponunt Ecclesias suppellectilibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei Basilicæ videantur: non considerantes, quod Dominus non sinebat, ut vas transferretur per templum. *Conc. Lateran. 4. cap. 19.*

LXVII. Ecclesiæ, & Ecclesiastici, quoad bonorum immobilium possessionem.

1. Ecclesia, & Ecclesiastici, possunt habere & possidere bona immobilia, cum dominio eorum. Non licet Ecclesiasticis habere bona immobilia. Inter errores damnatos, &c. apud Concil. Senonen. cap. 17. Conc. Constantien. contra art. 37. Wigles. Et hoc non est contra regulam Christi. *Ibid. contra artic. 42. Nec contra sacram Scripturam. Ibidem. contra artic. 10. Eiusdem.*

2. Ditare Ecclesiam, vel Ecclesiasticos, non

est peccatum, neque contra Christi regulam, neque Sylvester, aut Constantinus eam ditando, peccaverunt. *Concil. Constantiense. contra art. 32. 33. & 36. Wigles. Vide, in Bullario.*

3. Ecclesiastici non possunt spoliari bonis temporalibus à Principe sæculari, quando peccant, seu delinquent. *Concil. Constantien. contra art. 16. Wigles. Vide, in Bullario.*

4. Bona temporalia possunt in manus Ecclesiasticorum venire, & possideri. *Bonifacius IX. Constit. Etsi Imperial. Quod Carolus IV. etiam confirmavit. Vide, Ecclesiarum & Ecclesiasticorum Privilegia. Vide, Clerici quoad possessionem.*

LXVIII. Ecclesiæ à quo reparandæ, & quomodo.

1. Ecclesiæ reparari & resarciri debent ab illis, qui fruuntur agris, vel aliis Ecclesiæ bonis, seu redditibus. Id est, qui habent beneficia. *Concil. Aurelian. 1. cap. 7. Concil. Mogunt. 1. cap. 42. Et de Ecclesiis adificandis. cap. 1. Vide, Beneficium. tit. 41. n. 7.*

Hi verò, qui ex rebus Ecclesiasticis nonas & decimas persolvere, & facta recta Ecclesiæ, secundum antiquam auctoritatem & consuetudinem restaurare debent, & hoc non solum negligunt, verum & per contemptum dimitunt, atque Clericos fame, ac penuriâ, Ecclesiastica quoque ædificia dissolutione annullari permittunt, ab Ecclesiastica communione separentur, usque dum diligentia emendare studeant, quod societate neglexerunt. -- Servi autem EE. quibuscunque potestatis subditi, unde melior consuetudo, vel devotior commendatio ex tempore & jussione D. Ludovici, vel certè D. Caroli, sive etiam Pipini, non existit, saltem viginti diebus in anno eidem E. ad reficiendas ipsius ruinas, absque molestia servire sinantur. Ubi autem & amplior commendatio, & melior consuetudo inde habetur, pro hac nostra necessitudinis consideratione non decedat. *Concil. Meldense. cap. 62.*

De his, qui parochiales EE. habent, duximus respondendum, quod ad reparationem & institutionem EE. cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius E. si ei superint, conferre, ut eorum exemplo cæteri invitentur. *De Ecclesiis adificandis. cap. De his.*

Quod si fabricæ, aut alia necessitas Ecclesiæ imminet, satius est, ut quod in communem verteretur utilitatem, ex communibus redditibus desumatur, quam ut quis privatim gravetur. Evangelicum præceptum est, in quo universa lex consistit & Propheta: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: & quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad Lydium quendam lapidem, omnes actiones suas, cum omnes Christianos, tum viros Ecclesiasticos redigere, æquum est pariter, ac necessarium. *Concil. Colonien. 2. p. 3. cap. 23.*

Priscis quidem Canonibus erat decretum, ut Episcopus de parochianis EE. tertiam consequeretur, cui sua plenissime sufficere possunt. Placuit huic sancto Concil. ut nullus Provinciae Lusitanæ Episcopus, sententiæ hujus terminum excedat, nec à qualibet parochiana E. tertiam auferre præsumat: Sed quæ exinde consequi poterit, totum in reparatione ipsarum Basilicarum proficiat. 10. g. 3. cap. *Priscis.*

Unio nostræ Congregationis decernit atque instituit, ut tertias, quas antiqui Canones de Parochiis suis habendas Episcopis censuerunt, si E. eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis ditatæ Ecclesiæ reparentur; sin verò eas maluerint cedere, ab eandem Ec-

Ecc

Ecclesiarum cultoribus, sub cura & sollicitudine sui Pontificis, reparatio eidem est adhibenda Basilicis. Quod si omnes EE. aut incolumes fuerint, aut que ditata erant, reparatæ extiterint, secundum antiquorum Canonum instituta, si tertias sibi debitas unusquisque Episcopus assequi voluerit, facultas illi omnimoda erit; ita videlicet: ut circa ipsas tertias nullus Episcoporum quidpiam pro regis inquisitionibus à Parochianis EE. exigat, nihil de prædiis ipsarum EE. cuiquam causâ stipendii dare præsumat. *Ibidem. cap. Unio.*

2. Ecclesiarum reparationi tertia pars reddituum est impendenda.

Antiquæ consuetudinis ordo servetur, & annuis vicibus ab Episcopo Dioceses visitentur. Et si qua fortè Basilica reperta fuerit destituta, ordinatori ejus reparari præcipiatur: Quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem, ut accipiatur ab Episcopis, novimus esse statutum. *Concil. Turacomen. cap. 8. 10. g. 1. cap. Decretimus.*

3. Ecclesiæ commendatæ reparari debent cum quarta fructuum, & aliquando cum tertia. *Concil. Lateranen. 5. sess. 9. Bulla de reformat. Curie. Vide, in Bullario.*

4. Ecclesiarum ruinas non reparans, cum debeat, quomodo puniendus. *Concil. Melden. cap. 62. Vide, supra. n. 1.*

5. Ecclesiæ reparandæ sunt per redditus, & elemosinas, undecunque obvenientes.

Multas Ecclesias in bonis temporalibus ingentia detrimenta sustinere, ac domos earum, aut colapsas, aut ruinas proximas videmus, ex prava consuetudine, seu potius corruptela, quæ Canonici quidam pecuniam ex possessionibus novorum Canonicoorum, aut optione domorum receptas, non in utilitatem Ecclesiarum, sed in proprios usus convertunt: quod nos ultra fieri omnino prohibemus, talesque pecunias necessitatibus Ecclesiarum, aut domorum reparationi & conservationi, impendi volumus; si quos huic constitutioni nostræ rebelles deprehenderimus, privatione omnium fructuum, quos ab ea Ecclesia percipere deberent, per semestre tempus plectemus, fructusque eis sic ademptos, in Ecclesiæ utilitatem impendi curabimus. Sicubi verò in ecclesiis aliunde sumptus ad conservationem templorum, ædificiorum, & domorum, ad Ecclesias, aut earum personas pertinentium, & in alios necessarios usus suppetunt; rationabiles consuetudines super hujusmodi pecuniis disponendis hæcenus observatas, hæc præsentis constitutione adstringi, ut abrogari non volumus. *Conc. Mogunt. 4. cap. 88.*

6. Ecclesiarum reparationibus invigilare debet Episcopus, etiam si exemptæ sint, ut delegatus Papæ id faciat, utaturque juris remediis. *Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 8.*

LXIX. Ecclesiæ quibus commendari possunt.

1. Ecclesiæ commendari possunt Cardinalibus, & aliis personis qualificatis, ac benè meritis de Ecclesia. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de reformat. Curie. Vide, in Bullario.*

2. Ecclesiæ commendatæ reparandæ sunt, cum quarta fructuum, & aliquando cum tertia. *Ibidem.*

LXX. Ecclesiarum Prælati, & Rectores, quoad Residentiam.

1. Ecclesiis addicti, ut Prælati, Rectores, & alii, ab eis non abint, sed negotia per alios faciant.

Tomus II.

Episcopi, Presbyteri & Diacones, de locis suis negotiandi causâ non discedant; nec circumventes provincias, quætuosas nundinas sectentur. Sanè ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant; & si voluerint negotiari, intrâ provinciam negotientur. *Concil. Eliberitanum. cap. 18.*

Placuit, ut nemini sit facultas relicta principali Cathedrâ, ad aliquam E. in Diocesi constitutam secum ferre, vel in re propria diutius quàm oportet constitutum, curam vel frequentationem propriæ Cathedræ negligere. *Concil. Carthaginen. 5. cap. 5. Et Concil. Africanum. cap. 38.*

Nullus cuiusque Ordinis Clericus, non Diaconus, non Presbyter, non Episcopus, quacunq; occasione faciente, propriam relinquat Ecclesiam, sed omnimodè aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quod si aliquis commorationis tempore, invitò Episcopò suo, in aliena Ecclesia habitans, ab Episcopo loci Clericus fuerit ordinatus, hujusmodi ordinatio irrita habeatur. *Concil. Arelaten. 2. cap. 13.*

2. Ad Ecclesiam promoti, tenentur quamprimum discedere versùs Ecclesiam. Qui Romæ sunt, intrâ mensem; qui extra Romam in Italia, intrâ duos; qui extra Italiam, intrâ quatuor: etiam Cardinales; sub pœna amissionis fructuum, & facultatis testandi, & interdicti ab ingressu Ecclesiæ. *Urbanus VIII. Constit. in appendice. 27. §. 9. Sancta.* Sine declaratione nullum negotium, licet gravissimum, excusat, ne pœnæ incurrantur. §. 10. Neque conniventia, aut tolerantia Papæ excusat. *Ibidem.* Non possunt sine Papæ licentia ab E. discedere. §. 8.

3. Ecclesia non est relinquenda ab Episcopo in quolibet casu, si potest in ea durare.

Ut ne quis dum in ea durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat Ecclesiam. *Adrianus I. in Decretis. cap. 59.*

4. Ecclesiæ, licet pauperis, Rector, non residens, eâ est spoliandus.

Ad hoc, quia inhonestum est nimis, ut Ecclesiæ propter minores redditus pastoribus maneant desolatae, præsentis decreto statuimus: ut EE. quæ in redditibus ultra quinque marcas non habent, non nisi personis talibus conferantur, quæ resident in eisdem, & in propria persona ministrent. Quod si tales admitti residere noluerint à nunc, & amministrent, cum non nisi laborantibus panis dandus Dominicus sit, Ecclesiis ipsis, præmissâ monitione debitâ, per Diocesanum Episcopum spolientur. *Concil. Oxoniens. cap. 7.*

5. Ecclesiarum Rectores & Prælati per se ipsos residere tenentur, & gubernare, sub pœna privationis fructuum, pro tempore, quò non resident, & aliis, exceptâ causâ necessitatis. *Concil. Coloniens. 3. tit. De offic. &c. cap. 6. Vide, Beneficium. tit. 42. n. 2. Concil. Trident. sess. 23. De reformat. cap. 1.*

6. Quando adfunt causæ necessitatis, approbati debent à Papa, exceptâ causâ utili reipublicæ, vel Episcopatu, quæ sit repentina, quæ approbatione non eget. *Ibid.*

7. Episcopi, & cæteri Rectores, in quolibet anno possunt per duos, vel ad summum tres menses, sive interruptos, sive continuos, extra dictas causas abesse ab Ec-

F 2 cle-

- clesia, dummodo grex nullum patiatur detrimentum. *Concil. Trid. ubi supra. c. 1.*
8. Episcopi tempore Adventus, Nativitatis Domini, Quadragesimæ, Paschatis, Pentecostes, & Corporis Christi, non possunt abesse à sua Ecclesia, nisi alii venerint ad exercendum Pontificalia. *Concil. Trid. sess. 23. de reformat. c. 1.*
9. Episcopi, & alii habentes curam animarum, non residentes, peccant mortaliter, & non faciunt fructus suos, nec tenere eos possunt, absque alia declaratione, sed fabricæ per eum, vel Superiorem applicentur, neque de hoc fieri potest compositio, neque condonatio. *Concil. Trid. Ibid. c. 1. Circa medium.*
10. Episcopi, Rectores, & alii curam habentes, & beneficiati, etiam Cardinales, tenentur residere sub pœna amissionis fructuum, & facultatis testandi, disponendi, &c. & interdicti ab ingressu Ecclesiæ, ipsò factò absque declaratione: & nullum juvat privilegium: & si duas habet Ecclesias unitas, tenetur residere in ea quæ exigit residentiam. *Urbanus VIII. const. in appendice 27. aliàs 137. Sancta Synodus. Etiam si Cardinales. ut supra. Vide, Beneficiati quoad residentiam. Vide, Residentia. Vide, Parochi. Vide, Episcopi.*

LXXI. Ecclesiarum Rectores à quo eligendi, & quomodo privandi.

1. Ecclesiæ Rector olim eligebatur à Presbyteris illius Ecclesiæ.
Nullus in Ecclesia, ubi duo, vel tres fuerint in congregatione, nisi eorum electione Canonica Presbyter eligatur. Si verò aliter quis Ecclesiam adeptus fuerit, eò quod per cupiditatem illam acquisierit, atque contra Canonice regulæ disciplinam egerit, expellatur. *De electione. cap. 1. Vide, Episcopus.*
2. Ecclesia de gremio alterius potest (si est consuetudo) eligere sibi Prælatum. *De consuetudine. cap. Cum dilectus. Vide, Consuetudo. n. 28.*
3. Ecclesiæ Rector privari non potest officio, sine crimine. *De accusationibus. cap. Si constiterit. Vide, tit. 28. n. 3.*
4. Ecclesiæ Rectori, si est leprosus, dandus est Coadjutor, qui de Ecclesiæ reddito sustentetur. *De clerico egrotante, &c. cap. De Rectoribus. Vide, Coadjutor. n. 1.*
5. Ecclesiâ privandus, qui non solvit pensionem, quia perjurus. Intellige, nisi ex impotentia id accidat. *Concil. Lateranen. 3. in append. tit. De juramentis. cap. 5. Vide, Beneficiat. tit. 44. n. 1.*

LXXII. Ecclesiarum oblationes, Eleemosynæ, ac Legata.

1. Ecclesiæ oblationes, ac redditus, sunt vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum.
Res Ecclesiæ, sicut à SS. PP. traditur, & in superioribus capitulis continetur, vota sunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. *Conc. Aquisgranen. sub Ludovico. cap. 116.*

2. Ecclesiæ oblationes donans, sine licentia Episcopi, anathema dicitur.

Si quis oblationes Ecclesiæ, extrâ Ecclesiam accipere, vel dare voluerit, præter conscientiam Episcopi, vel ejus, cui hujuscemodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. *Concil. Gangrense. cap. 7.*

Si quis dederit, vel acceperit oblata, præter Episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. *Ibidem. cap. 8.*

3. Ecclesiæ oblationes supprimens, vel fraudans, ab Ecclesia excludatur.

Secundùm constitutionem Synodi Vasensis, qui oblationem fidelium suppresserit, aut negaverit, ab E. cui fraudem fecit, excludatur. *Concil. Arelaten. 2. cap. 28.*

4. De oblationibus, & decimis, quarta danda Episcopo. *Concil. Tolet. 1. cap. 20. Vide, tit. 37. n. 1.*

6. De Eleemosynis, & oblationibus populorum, prædia, & alia EE. primò empta fuerunt. *Urbanus I. epist. Decret. cap. 1. & 2. Vide, tit. 38. n. 23. Ibi. cap. Videntes.*

6. Oblationes, Eleemosynas, seu legata Ecclesiarum retinens, ab Ecclesia arceatur. *Post Concil. Valentinum 2. cap. 1. Vide, tit. 40. n. 1.*

7. Ecclesiarum legata, seu relicta, non solvunt ulli quartam.

De quibuscumque verò relicta præfatis fratribus in communi, vel singulis ultimis decedentium voluntariis, sive apud eos sepeliendi sint, sive alibi, nulla per parochiales Sacerdotes morientium, à qua fratres ipsos liberos esse volumus, Canonica portio, vel multò minùs per Episcopos, Episcopalis quarta omnino, eum eis tanquam exempti non subsint, nec etiam debita jure parochiæ, si forsitan Cathedralis defunctorum esset parochialis Ecclesia, detrahatur. *Extrâ. De privilegiis. cap. Inter sanctas.*

8. Ecclesiæ donata revocans, excommunicatur, usque dum restituat.

Quisquis etiam, aut majorum, aut mediocrium personarum, quodcumque muneris, vel facultatis Sacerdotibus, aut Ecclesiis, aut quibuslibet locis sanctis, studio mercedis cum justitia, pro Dei contemplatione contulerit, aut ea, quæ à parentibus donata noscuntur, postmodum auferre præsumperit, superiori sententiâ, ut necator pauperum communione privetur. *Concil. Aurelianen. 5. cap. 16.*

Quicumque pro devotione sua oblationis studiò aliquid in campellis, vel vineolis, etiam absque scriptura, probatur E. contulisse; si postmodum vel ipsè, vel hæredes ejus, quacumque occasione auferre, à jure hoc Ecclesiæ, vel alienare voluerint, quoad usque à tali intentione discedant, aut pervasa destruant, à communione Ecclesiastica suspendantur. *Concil. Aurelian. 4. cap. 19. Conc. Aurelian. 3. cap. 22. Vide, tit. 40. n. 1. Non. Vide, Legata pia. Vide, Eleemosyna.*

LXXIII. Ecclesiarum advocati, seu defensores.

1. Ecclesiæ debent habere defensores, seu advocatos pro suis causis. *Concil. Milevitanum. cap. 16. Conc. Africanum. cap. 42. Vide, Defendere. n. 4.*
2. Ecclesiastici ita laicos tueri studeant, ut tamen illorum mala opera non foveant.

Pervenit ad nos, quia quidam homines, minorena omnimodò discretionem tenentes, in suis nos periculis implicari desiderant, atque ita volunt ab Ecclesiasticis personis defendi, ut ipsæ quoque personæ

Ecc

Ecclesiasticæ ex eorum culpa teneantur. Idcirco præfenti re præceptione admonet, & per te Fratrem, & Coepiscopum nostrum, Dominum Joannem, vel ceteros, qui interesse possunt, ut patrocinia Ecclesiastica sive mea suscipiatis scripta, sive etiam minime fuerint directæ, sub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus hi, qui in furtis publicis implicati sunt, à nobis non videantur injustè defendi, nè opinionem malè agentium, ex indifferetæ defensionis ausu, in nos ullò modò transferamus: Sed quantum decet, Ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis, succurrite, ut & illis opem feratis, & opinionem sanctæ Ecclesiæ non inquinatis. *Greg. I. Lib. 7. Ex regest. ep. 24. Vide, Defendere.*

LXXIV. Ecclesiastici, quibus acquiritur.

1. Ecclesiastici, sive Episcopi, sive alii Rectores, &c. qui dum ad gradum Ecclesiæ assumuntur, nihil habent, quidquid postea emunt, nomine Ecclesiæ emere debent, sub pœna privationis gradus.

Presbyter, dum Diocesium tenet, de his, quæ emerit ad Ecclesiæ nomen, scripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, Ecclesiæ ordinatione discedat. *12. q. 4. cap. Presbyter. 12. q. 3. cap. 1. & cap. Quicumque. Ibid. q. 4. cap. Sacerdotes. Vide, Bona temporalia. n. 9. 10. & 11.*

2. Ecclesiæ curam habens, potest disponere de iis, quæ habebat ante beneficium; alia verò acquisita sunt Ecclesiæ. *Concil. Toletanum 9. cap. 4. Quod constat ex supra citatis. cap. Sacerdotes. & cap. Quicumque.*

3. Ecclesiæ acquiritur omnia, quæ Episcopus, Rector, Beneficiatus, &c. acquirunt, multò magis si ex emolumentis E. acquisita sint, & meliorationes prædiorum Ecclesiarum post mortem eorum cedunt in Ecclesiæ utilitatem. *De Peculio Clericorum. per totum, id est, cap. 1. Investigandum. Vide, Bona temporalia. num. 3. cap. 2. Presbyter. cap. 3. Ut unusquisque. & cap. 4. Inquirendum est. Vide, Emerre. num. 7. & 8. & cap. fin. Si quis sanè. Vide, Beneficia. tit. 43. n. 2.*

4. Ecclesiastici, qui de aliis bonis, & non intuitu Ecclesiæ aliquid emunt, possunt de eo disponere. *12. q. 3. cap. Quicumque. supra. n. 1.*

Vide, Ecclesiastici quoad testamenta. Vide, Ecclesiæ spolia. Vide, Clerici quoad testamenta. Vide, Testamenta.

LXXV. Ecclesiastici in causa sanguinis, & in agitatione bestiarum.

1. Ecclesiastici judicare non possunt in causa sanguinis, sub pœna reclusionis in ergastulo. *23. q. 8. cap. His à quibus. Vide, Clerici. tit. 25. n. 1.*
2. Ecclesiastici in sacris, vel beneficiis, non possunt esse præfentes agitationibus bestiarum, sub pœna excommunicationis ipsò factò. *Pius V. constit. 48. De salute.*
3. Ecclesiastici, qui in obsidione reperiuntur, à sanguine abstinere debent, alioquin non possunt promoveri. Privantur exercitiò Ordinis, & aliæ pœnæ.

De his Clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant,

Tomus II.

& Christi sanguinem tradunt, vel vas factò officio deputata contrectant, ut ab omni humano sanguine, etiam hostili, se abstineant. Quòd si in hoc incidere, duobus annis tam officio, quam communione Corporis Domini priventur, ita ut his diebus annis, vigiliis, jejuniis, orationibus & eleemosynis, pro viribus, quas Dominus donaverit, expiantur, & ita demùm officio, vel communioni reddantur, eà tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora provehantur. Quòd si infra præfinitum tempus negligentiores circa salutem suam extiterint, protelandæ ipsius penitentia tempus, in potestate maneat Sacerdotis. *Concil. Illerdense. cap. 1. Dist. 50. cap. De his Clericis. Vide, Clerici in causa sanguinis.*

LXXVI. Ecclesiastici à multis abstinere debent.

1. Ecclesiastici tractare non possunt sæcularia negotia, aliàs ejiciendi sunt ab Ecclesia.
Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequamquam sæculares curas assumat, sin aliter, dejiciatur. *Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 7.*

2. Ecclesiastici non debent armis vacare. *23. q. 8. cap. 1. Si Ecclesiasticus moritur in bello, non fiat pro eo oratio. Ibidem. cap. Quicumque. Vide, Clerici. tit. 22. n. 10. & 12.*

3. Non possunt vacare usuris.
Quòd non oporteat Sacerdotes & Clericos fœnerantes usuras, vel quæ dicuntur Sescupla, id est, summam capitis, & dimidium summæ percipere. *Concil. Laodiceum. cap. 5.*

4. Ecclesiastici non possunt testimonium dicere in causis sæcularibus.

In principio statuendum est, ut qui fortè in Ecclesia quamlibet causam, jure Apostolicò Ecclesiis impositò, agere voluerit, & fortasse decisis Clericorum uni parti displicuerit, non liceat Clericum in judicium ad testimonium devocari eum, qui cognitor, vel præfens fuit, & nulla ad testimonium dicendum Ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur. *Concil. Carthaginen. 5. cap. 1.*

5. Non possunt depositi, &c. recurrere ad Imperatorem, aliàs carcant spe rehabilitationis. *Concil. Antiochenum. cap. 12. Vide, Clerici. tit. 35. n. 5. Ibid. cap. Si quis à proprio.*

6. Non possunt relinquere judicium Ecclesiæ, & recurrere ad sæculares: locum amittant, etiam si favorabilem habeant sententiam. *Concil. Carthaginen. 3. cap. 9. Vide, Clerici. tit. 35. n. 6. Ibi. cap. Placeat ut quisquis.*

7. In quo casu possint, eum invaduntur, recurrere ad judicium sæculare.

Petimus, secundùm quod nobis mandatum est, ut dignemini dare fiduciam, quâ jam necessitate ipsâ cogente liberum nobis sit, Rectorem Provincie, secundùm statuta gloriosissimorum Principum, adversus illum adire, ut qui miti admonitioni Sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, autoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius Episcopus dixit: Servatâ formâ disciplinæ non astimabitur appetitus, si à vestra charitate modestius conventus, recedere retractaverit, eum fuerit suo contemptu, & contumaciâ faciente etiam autoritate judiciaria conventus. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: hoc item omnibus placet. Ab universis Episcopis dictum est: placet & justum est. *Concil. Africanum. cap. 15. & 11. q. 1. cap. Petimus.*

8. Ecclesiastici, qui in Ordine genuerunt filios, non possunt promoveri ad superiora.

F 3

Hi

Hi autem, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio genuerunt filios, ne ad majores gradus Ordinum permittantur, Synodi decrevit auctoritas. *Concil. Taurinen. cap. 7.*

9. Cavere debent ab actibus scurrilibus.

Omnino autem vetamus, ne ulla Collegia, Monasteria, vel habentes dignitates, locent Ecclesiarum suarum regimen, cum agris, vineis, sylvis, pratis, & juribus, rectori, plus offerenti sub annua pensione: tales enim coloni verius, quam pastores, servilibus & sordidis negotiis se dedere, & majorem temporalium, quam spiritualium bonorum sollicitudinem habere, dignamque animarum curam negligere solent. *Concil. Colonien. 3. tit. De officiorum &c. cap. 11.*

10. Ecclesiastici Prælati non possunt punire Clericorum delicta, cum poena pecuniaria. *Concil. Mogunt. 4. cap. 77. Vide, Clerici, tit. 53. n. 13.*

11. Ecclesiastici non sint sortilegi, seu consulentes magos, ariolos, aruspices, &c. & quomodo puniendi. 26. q. 5. per 14 capita id tractatur. Vide, Magi. n. 10.

12. Non possunt esse præsentis agitationibus bestiarum. Vide supra, Ecclesiastici in causa sanguinis. Vide, Clerici à quibus debent abstinere.

LXXVII. Ecclesiastica Jurisdicção cui potest committi, & quomodo.

1. Ecclesiastica jurisdicção committi non potest laicis, neque Clericis levibus, sed probatis. *Concil. Colonien. 3. tit. De officiorum &c. cap. 2. Vide, Archidiaconus. n. 36. Non potest committi per pecuniam, aut censum annuum. Ibidem. cap. 3. Vide, tit. 44. n. 3. Non potest vendi. Ibidem. Sub poena excommunicationis, & contractus est nullus. Ibidem. & Concil. Moguntinum 4. cap. 77. Vide, uti supra. n. 10. Concil. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 11.*

2. Ecclesiasticæ causæ in partibus committendæ, debent committi alicui, vel Episcopo, vel personis designatis in Synodis Provincialibus, juxta Bonifacij VIII. constit. que incipit: Statutum. Et si aliquis ex iis deputatis moritur, Episcopus cum consilio Capituli alium substituit usque ad futuram Synodum. Quælibet autem Diocesis habere debet quatuor personas qualificatas, quibus à Nuntio, vel Legato, vel Papa committantur causæ. *Concil. Trid. sess. 25. De reformatione. cap. 10. & de rescriptis. in 6. cap. Statutum. Vide, Apost. Sedes. n. 5. & 6.*

3. Ecclesiastica Jurisdicção, ut potestas deputandi, aut nominandi Vicarium in spiritualibus, vel aliæ similes, non possunt locari, aut vendi. *Concil. Trid. Ibid. cap. 11. Vide, Commissio. Vide, Commissarius. Vide, Clerici conjugati.*

LXXVIII. Ecclesiæ nullius Diocesis, & exemptæ.

1. Ecclesiæ nullius Diocesis visitari possunt ab Episcopo viciniore, ut legato Papæ. *Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 9.*

2. Episcopus, ut Papæ delegatus, potest Ecclesiarum exemptarum reparationem curare, & præcipere, & uti potest remediis juris. *Concil. Trid. sess. 7. de reformat. cap. 8.*

LXXIX. Ecclesiasticæ functiones & ministeria.

1. Ecclesiasticæ functiones, & exercitia Ordinum minorum, fieri debent per Clericos in minoribus ordinatos: cælibes, vel etiam conjugatos, dummodo non bigamos, sed portantes tonsuram, & habitum clericalem. *Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 17.*

2. Ecclesiæ ministeriis præficiendi sunt Clerici, &c. ejusdem Ecclesiæ.

Presbyteri, Diaconi, & universi clerici Stomenis civitatis, petitori nobis suggestere porrecto in E. B. M. Eleutherii Episcopi, - Presbyterum, qui constitutus fuerat, defecisse; atque in ejus locum Julianum, Diaconum ipsius Ecclesiæ, pro celebritate ipsius loci, quanto citius debere ordinari, & idem frater charissime, si de ejus vita, vel moribus, nihil est, quod contra Canonum veniat statuta, supra scriptum Presbyterii honore decorabis. - Pariter etiam & Felicissimum, Diaconum in ejus Ecclesiæ ministerio, si conversatio ejus patitur, subrogabis, ut locus processionis celeberrimus, ad mysteriorum consecrationem, nec Sacerdote indigeat, nec ministro. *Dist. 24. cap. Presbyteri. Vide, Clerici, quoad ministeria Ordinum.*

LXXX. Ecclesiæ quot Presbyteros habere debent.

1. Ecclesia quælibet unum habeat Presbyterorum.

Communi consensu in super censimus, ubicunque possibile fuerit, unicuique Ecclesiæ suis providetur ab Episcopis Presbyter, ut per se eam tenere possit, aut etiam priori Presbytero subjugatus, ministerium Sacerdotale perficere possit, quia in multis locis pericula Presbyterorum imminencia perpeximus, videlicet in Officiis Divinis, quamquam Missarum celebrationes per omnes EE. sibi commissas agere possent. Cetera Officia, quæ ad Divinum cultum pertinent, propter impossibilitatem, & multitudinem EE. quodammodo neglecta elapsa: Similiter & prævidentia in Baptismate infirmorum, & in confessione querentium, atque in communione periclitantium per plura remanuisse: ideoque congruentius, ut supra dictum est, omnibus videtur, cuique congruere Ecclesiæ, proprium habere Presbyterum. *Conc. Aquisgranen. 3. p. 3. cap. ultimo.*

2. In Ecclesiis parochialibus, & baptismalibus tot sint Presbyteri, quot sufficiunt pro Sacramentorum administratione, & in hoc maxime incumbere debet Episcopus. *Concil. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 4. Vide, Clericorum numerus.*

LXXXI. Ecclesiarum res precariæ, quando dandæ.

1. Ecclesiarum res dari possunt, ut precariæ, sed quando, & quomodo. De quibus faciendæ precariæ.

Ur quicumque per cupiditatem, & malum ingenium, aliorum res sibi acquisierint, & pro ipsis rebus Ecclesiæ illis in precaria reddiderint, & in postmodum datoribus displicuerit pars Ecclesiæ, quod suum est, habeat: & illi, quæ sua sunt, absque ullius contradictione recipiant. Post hæc verò, hi, qui hoc malum perpetrati sunt, secundum modum culpæ

penitentiam agant, & deinceps res aliorum cupidè & procaciter præcipere non præsumant, nisi tantum quod pro sola Eleëmofyna eas DEO dare voluerint, vel etiam ipsas, quas donant in nomine suo & filiorum suorum, in precarium recipere voluerint. *Concil. Rhemensis. cap. 36.*

Ut si quilibet hominum res Ecclesiæ, nec mendacia, vel mala ingenia in precarium sibi acquirere, & habere voluerit, & post factas precarias, eadem mendacia ad aures ejusdem Rectoris Ecclesiæ delata fuerint, ipsa E. res suas, quæ ei mendaciter abstractæ fuerint, pleniter absque ullius contradictione omnimodis recipiat. Ille verò, qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ eidem E. tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem. *Ibidem. cap. 37.*

Precariæ autem à nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Ecclesiæ, in suo tantum, qui dederit, nomine, si res proprias & Ecclesiasticas usufructuariò tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus Ecclesiasticis tripulum usufructuariò usui in suo tantum quis nomine sumat: Quia sic eas quemque tractare oportet, ut alienarum dispensatorem, non propriarum largitorem. Et à nulla potestate quis cogatur facere precariam, de rebus propriè Deo & Sanctis illius dicatis, cum ratio & usus obtineat, neminem cui non vult, contra utilitatem & rationem præstitum, de proprio facere beneficium. Præcepta autem regalia super precariis Ecclesiasticis fieri, nec ratio finit, nec auctoritas quolibet modo permittit, quoniam præcepta in iure Ecclesiastico firmare, indignum iudicere necesse est majestati Regiæ, nisi ab Ecclesiastico Rectore petantur. *Conc. Meldense. cap. 22.*

2. Precariæ omni quinquennio renovandæ.

Precariæ de quinquennio in quinquennium, secundum auctoritatem & antiquam consuetudinem renoventur. *De Precariis. cap. 1.*

3. Precariæ factæ à prædecessore mutari possunt à successore, & quomodo.

De precariis irrationabiliter factis à Rectoribus EE. se suosque successores, poenâ gravi obligantibus, ut facta ipsorum dissolvere nequeant, præcipimus, ut nemo successor antecessoris sui poenâ sit obligatus, sed suæ providentiæ sit concessum, ut si antecessor ejus res irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus ejusdem E. revocentur. *Ibidem. cap. De precariis. Vide, Precaria.*

LXXXII. Ecclesiarum spatium per circuitum.

1. Ecclesiæ majores habere debent per circuitum spatium 40. passuum. *Nicolaus I. in decret. tit. De Ecclesiis. cap. 3. Vide, tit. 40. n. 1.*

2. Ecclesiæ minores habere debent per circuitum spatium 30. passuum. *Ibid.*

LXXXIII. Ecclesiarum Tituli.

Ecclesiarum tituli Cardinalitii, quot & qui sint. *Sixtus V. Constit. 55. Religiosa. Vide, Cardinalitii tit.*

LXXXIV. Ecclesiasticæ Benedictiones & Orationes.

1. Scholastici Ecclesiasticam simplicitatem non contempnant.

Noverint etiam, non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non iridebunt, si aliquos antistites, & ministros Ecclesiæ fortè animadvertent, vel cum barbaris & solaciosis Deum invocare, vel eadem verba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbatèque distinguere; non quia ista

minimè corrigenda sunt, ut populus ad id, quod plane intelligit, dicat, Amen. Sed quia piè toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, ut sono in foro, sic voto in E. benedici. Itaque forensis illa nonnunquam fortè bona dictio, nunquam tamen benedictio dici potest. *Dist. 38. cap. Sedulo. Vide, Benedictio. Vide, Consecratio. Vide, Sacerdos.*

LXXXV. Ecclesia S. Joannis Laterani Romæ.

1. Ecclesia S. Joannis Laterani Romæ, supremum tenet locum super omnes Ecclesias Urbis & Orbis. *Gregor. XI. Constit. 1. Super universa. Pius V. Constit. 94. Infirma.*

2. Hæc Ecclesia concessa fuit Canonici Regularibus S. Augustini, anno 1106. à Paschali II. Constit. Quanto.

3. Hæc Ecclesia gaudet præscriptione centum annorum. *Honorius III. Constit. Sedis. Vide, Basilica. Vide, S. Joannes.*

LXXXVI. Ecclesiastici quoad testamenta & dispositiones.

1. Ecclesiastici non habentes facultatem testandi à Papa, decimam tantum possunt donare, vel relinquere locis piis, *Paulus III. Constit. 46. Romanus.*

2. Ecclesiastici Prælati, Rectores, ac beneficiarii sine licentia Papæ non possunt nec testari, nec disponere de bonis, & dispositiones sunt nullæ; spolia autem pertinent ad Cameram Apostolicam, etiam si legata essent facta ad favorem locorum piorum. *Pius IV. Constit. 8. Grave nobis. Vide, Clerici quoad testamenta.*

LXXXVII. Ecclesiasticorum spolia.

1. Episcoporum & beneficiariorum (qui testandi non habent à Papa facultatem) spolia pertinent ad Cameram Apostolicam; etiam si legata & dispositiones, quas fecerunt, sint in favorem locorum piorum. *Pius IV. Constit. 8. Grave nobis.*

2. Omnia bona prælatorum, qui sine testamento (si habebant facultatem) decedunt, & illa quæ ultra facultatem (si habent) superant, pertinent ad Cameram Apostolicam, etiam si sint Cardinales. *Paulus III. Constit. 29. Romani. Vide, Spolia.*

LXXXVIII. Ecclesiastici quoad exceptionem Capitis Odoardus.

Ecclesiastici qui obtinent dilationem solvendi, virtute cap. Odoardus, & Pervenit. Intra tres menses tenentur causam discutere, aliàs eis non suffragatur: licet possit prorogari aliquando. *Clem. VII. constit. 16. Cum nuper.*

LXXXIX. Ecclesiasticus status, ejusque gubernium.

1. Status Ecclesiasticus Ecclesiæ Romanæ primò à Constantino Imperatore concessus fuit.

- fuat. *Dist. 96. cap. Constantinus. 2. 1.*
& il. 2. Vide, Constantinus.
2. Deinde quod à Pipino, & Carolo Magno, ejus filio, fuerat traditum, per Ludovicum Pium, Imperatorem, confirmatur.
 Ego Ludovicus, Imperator Augustus, statuo & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ, tibi, Beato Petro, Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo, Dominò Paschali, summo Pontifici, & universali Papæ, & successoribus ejus in perpetuum, sicut à prædecessoribus nostris, usque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis, Romanam Civitatem, cum Ducatu suo & Suburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis ejus mundanis, & maritimis littoribus, & portibus, seu cunctis Civitatibus, Castellis, Oppidis, ac villis in Thuscis partibus. *Dist. 63. cap. Ego Ludovicus.*
 3. Status Ecclesiastici Provinciæ & Civitates, quæ sunt. *Clem. VI. const. 3. Et si solertem.* Vide, *Dominium.*
 4. Ecclesiastici status invasores, terrarum ejusdem decutores, excommunicantur. *Julius II. const. 22. Suscepti Regiminis.*
 5. Ubi aliquos nominationem excommunicat, alias etiam pœnas incurrunt. *Gregor. XIII. constit. 98. Non sine.* Vide, *Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*
 6. In statu Ecclesiastico nullus præter Papam potest instituere ministros, & Officiales, ut Capitaneos, Potestates, Gubernatores, & alios similes. *Extrav. Joann. XXII. De majorit. & c. cap. un. Ecclesie.* Vide, *Gubernator. n. 1.*
 7. Ecclesie rebelles in Marchia Anconitana, contra Rectores, & alios Officiales, quomodo puniendi. Sic etiam dantes auxilium vel favorem. Quid de eis & eorum filiis agendum. Quid si communitates id fecerint, & alia ad hoc spectantia. *Extrav. Joan. XXII. de Pœnis. cap. un. Dierum.* Vide, *Occisor. tit. 6. n. 3.*
 8. Gubernatores & loca tenentes in statu Ecclesie ad quid tenentur in gubernio, & post. *Clem. VII. const. 25. Onus.*
 9. Ecclesiastici status terræ, oppida & Civitates non possunt nec alienari, nec infeudari. *Pius V. const. 35. Admonet.* Neque hoc potest fieri cum evidenti utilitate Ecclesie. *Ibid.* Idem repetit *Pius V. in const. 69. Volentes.* Ubi id fieri prohibet per Camerarium, vel Clericos Camerae. Id confirmat *Greg. XIII. const. 3. Inter cetera.* Idem *Sixtus V. constit. 26. Quanta & pœnæ.* *Ibid.* Idem *Greg. XIV. const. 1. Romanus.* Idem *Innoc. IX. const. 1. Quæ ab hac san. & a. Paul. V. const. 108. Pastorale munus.* Ubi etiam prohibet, nè ultra triennium alienentur, locentur, & c. aliàs nulli sunt contractus, & alienans cadit à jure suo, & Camera Apostolica potest ea capere, ac si alienans mortuus esset ab intestato. Notarii non revelantes contractus, quas pœnas incurrunt. *Ibid.* *Clemens VIII. const. 78. Romanum.* Ubi declarat, quæ sunt stabilia.
 10. Ecclesiastici status terræ, oppida, castra, Civitates, & c. stabilia similia non possunt

infeudari, neque post devolutionem, neque quando noviter fiunt, & confirmantur constitutiones prædecessorum circa hoc. *Paulus V. const. 13. Inter cetera.* Pœnæ præscriptæ sunt in omnibus præfatis constitutionibus.

11. In statu Ecclesie non possunt subditi alienare, vendere, permutare, castra, terras, loca, & c. aliis personis forensibus, id est, extra statum, seu non subditis Ecclesie. *Sixtus V. const. 3. Sollicitudo.* Quæ sunt bona, quæ non possunt vendi, permutari, alienari, & c. *Ibid.*
12. Subditi Ecclesie, discedens à statu, non amplius reverfurus, intra biennium sua bona vendat. *Ibid.* *Clemens VIII. const. 1. Ad Romani.* confirmat hæc omnia, non posse, scilicet, alienari Civitates, terras, aut loca, Sedi Apostolicæ, sive immediatè, sive mediatè subiecta. Comprehendit etiam bona, quæ nondum data sunt in feudum, & quæ non erant devoluta, & proinde revocat *constit. Greg. XIV.* circa non devoluta. *Ibid.*
13. Renovat prohibitionem, nè alienentur castra, aliæque stabilia, vel quasi stabilia, ad personas externas, quæ extra statum Ecclesie manent, & mansuri sunt. *Clemens VIII. Ibid.* Declarat, qui sint exteri. *Ibid.* & quæ sunt bona stabilia, ac quasi stabilia. Alienationes, seu donationes si fiant, nullæ sunt, etiamsi fiant Principibus. Et Notarius faciens instrumentum, intra mensura tenetur denunciare, & pœnæ. *Ibid.*
14. Idem confirmat *Urbanus VIII. const. 4. Sacrosancti.* Quod replicat *in constit. 65. Decus.* Sive forenses sint consuantes, sive non. Et *in constit. 41. in append. 2. aliàs 154. Olim felicitis.* confirmat constitutiones antecessorum circa hoc, & extendit eas ad quoslibet contractus, etiam ratione dotis, respectu cujuscuque personæ, cum quavis præminencia, & ad omnia bona, sive jurisdictionalia, sive non, modò sint immobilia: & securà alienatione intelligi omnia confiscata pro camera, absque declaratione, etiamsi contrahentes essent subditi Sedis Apostolicæ, nisi maneat in statu personaliter, & continue.
15. In prædictis bonis, vendi prohibitis, & c. non comprehenduntur Officia Romanæ Curie, nec loca vacantia montium. *Ibid.* *Urb. VIII. ubi supra.*
16. Alii verò forenses, non Principes, alienantes stabilia, extra Urbem consistentia, distantia à mari ultra duo miliaria, incurrun etiam pœnas confiscationis, nisi à die constitutæ dotis, vel initi contractus, veniant ad habitandum in statu Ecclesiastico, vel ea non dent aliis de statu, non obstante quòlibet vinculo fidei commissi, vel aliò non alienandi. *Ibid.* Ubi multa diffusè de hac materia.
17. Omnes facultates alienandi, vel infeudandi in statu Ecclesie ad personas externas, etiam

- motu proprio Papæ, cuicunque personæ concessæ, revocantur, & annullantur. *Urbanus VIII. const. 6. Sanctissimus. cap. 64.*
18. Si decur à Papa licentia, alienandi locum aliquem in statu Ecclesiastico, ut oppidum, terram, & c. non intelligitur concessa licentia alienandi titulum, ut Ducatus, Principatus, & c. nisi id exprimat in licentia habita. *Urbanus VIII. constit. 43. in append. 2. aliàs 153.*
 19. Omnes præfatas constitutiones, de non alienandis terris, oppidis, & aliis immobilibus in statu Ecclesie, cum forensibus, ut supra, & pœnas contra delinquentes confirmat. *Innoc. X. const. 3. In supremo.* Sed hæc ante omnes fuerunt decreta *in Concil. Constantien. post sess. ult. in confirmat. const. Imperiali.* Ubi decernitur, non posse nec donari, nec vendi, nec locari, aut infeudari, nisi ex licentia Papæ, nec ultra novem annos, & prorogatio fieri potest à Papa, cum consensu Cardinalium. *Concil. Constant. ubi supra.* Vide, *tit. 39. n. 15.*
 20. Ecclesiastici status communitates non possunt se pro aliquo obligare, neque bona aliqua communitatum; aliàs irrita est obligatio. *Sixtus V. const. 42. Inter varias.*
 21. Ecclesiastici status communitates non possunt Oratores mittere, neque ad Papam, publicis sumptibus, sine licentia Papæ, licet urgentissima esset causa; & pœnæ contrafacientium. *Sixtus V. const. 42. Inter varias. §. 8.*
 22. Sed hoc non derogat statutis populi Romani. *Ibid.* *Clem. VIII.* Idem confirmat *const. 10. Pro commissa §. 13.* Non possunt ex bonis communitatis, neque ex collectis particularibus dona facere Potestates, sive Legato, sive Vice-Legato, sive Cardinali, neque facere arcus, pontes, trophæa, & c. in eorum gratiam, non possunt alias expensas facere, neque pro locis piis, neque prophanis, neque pro spectaculis, epulis, vel exceptis iis, quæ sunt notatæ in tabella. *Ibi. §. 15. Vide, Tabella.*
 23. Ecclesiastici status communitates, loca, & c. habere debent tabellam, in qua describantur omnes impensæ, quæ fieri solent ab illis, & tabella illa semper servanda est, nisi aliter præcipiatur. *Clem. VIII. const. 10. Pro commissa.* Vide, *Tabella.*
 24. Quid tenentur facere circa bonum regimen in debitis & creditis. *Ibi. §. 7. Clem. VIII.* Quid de pecuniis, quæ superant. *§. 8. Cui tenentur reddere rationem. §. 9. Forma syndicatûs. §. 9. & 10.* Audientes syndicatum eorum, nihil possunt accipere pro expensis, vel pro alio; & pœnæ accipientium. *§. 11.* Debitorum communitatum, vel litigantes cum illis, non possunt esse Officiales in eis, & pœnæ admittentium. *Ibid. §. 16.* Contractus & affectus eorum, quomodo faciendi. *§. 17.* Depositarii communitatum, priusquam admittantur, debent dare cautionem; & pœnæ aliter

- facientium. *§. 18.* Non possunt facere remissiones, seu condonationes pœnarum alicui, neque pro iis, qui duodecim filios habent. *§. 19.* Decretis his contravenientes, vel mandantes, aut curantes contraveniri, sunt inhabiles ad officia. *§. 21.*
25. Contra debitores communitatum procedunt Legati, Vice-Legati, Potestates, Præsidentes, Gubernatores, non obstante decreto Auditoris camerae, vel Thesaurarii. *Ibid. §. 24.*
 26. Quando compelli possunt consanguinei delinquentium, & c. ad emendum bona, per cameram confiscata, vel subhastata. *Ibid. in declarat. seq. §. 2.*
 27. In statu Ecclesiastico non possunt Officiales gravare aliquem, ad portandum granum, ligna, vel alia, nisi solutò debitò pretiò. *Gregor. XI. const. 5. Revelationi.*
 28. Gubernatores in statu Ecclesiastico tenentur Syndicatum dare, sic etiam loca tenentes. Quomodo & coram quo, & alia ad hoc spectantia. *Clem. VII. const. 25. Onus.*
 29. Ex statu Ecclesiastico nullus potest extrahere frumentum, bladum, legumina, & c. & pœnæ facientium. *Gregor. XIII. const. 50. Volentes. Clemens VIII. constit. 49. Frumenti.*
 30. Neque potest emi exterum sal: & circa utrumque renovat pœnas antiquas, scilicet triremium pro prima vice, deinde mortis & confiscationis bonorum. *Ibid.*
 31. Frumentum, blada, legumina, in statu Ecclesie possunt emi pro persona & familia, solum pro usu unius anni, sub eisdem pœnis. *Ibid. §. 6.*
 32. Eadem confirmat *Paulus V. constit. 12. Inter gravissimas.* Excipit tamen eos, qui ex contractu, facto cum Camera Apostolica, id possunt facere, & omnia alia privilegia circa hoc revocantur. *Ibid.*
 33. Idem confirmat *Innocentius X. const. 7. Et sic ea.* & renovat omnes superiores prohibitiones, nè scilicet præfata, frumentum, blada, & c. extrahantur, etiam occasione nundinarum, sine Papæ chirographo. *Ibid. in declaratione.* Neque à locis immediatè subiectis Papæ extrahi possunt, & deferri ad loca mediatè subiecta. *Ibid. in declaratione.*
 34. Agricultores agri Romani habent facultatem extrahendi è statu Ecclesie certam quantitatem frumenti, & quam. *Paulus V. constit. 70. Pastoralis. §. 10.* Vide, *Roma.*
 35. Ecclesiastici status Barones tenentur purgare suas terras à latronibus, homicidiis, bannitis, & c. sub pœnis, & c. *Sixtus V. constit. 6. Hoc nostri.* Vide, *Domini.* Vide, *Barones.* Vide, *Heretici.*
 36. Dantes auxilium, aut favorem, vel eos occultantes, quomodo puniendi. *Ibid.*
 37. Personæ privatæ, quomodo tenentur persequi bannitos & latrones. Item communitates, & c. qui saltem tenentur propalare, ac manifestare, quando non possunt ca-

- pere; & pœnæ. Omnia ad hoc negotium spectantia. Vide, *Ibid.*
38. Idem decreverat *Pius IV. const. 27. In eminenti.* Id præcipiens Baronibus, sub pœna excommunicationis & quinque millium ducatorum, ut latrones, ac bannitos capiant, alias pœnas determinat pro terris & communitatibus. *Ibid.* Et ante illum *Julius II. const. 2. Quia nihil.*
39. Barones & alii Domini in statu Ecclesiastico, non possunt cavalcatas armatorum colligere, & pœnæ. *Sixtus V. const. 75. Dum pro communi.*
40. Bella excitantes in statu Ecclesiastico, vel seditiones facientes, crimen læsæ Majestatis incurunt, aliisque pœnas circa honores & dignitates, officia, ac testamenta activa & passiva. *Paulus II. const. 4. Viros.*
41. Ecclesiasticum statum spoliantes animalibus, vel aliis rebus, quas pœnas incurunt. *Greg. XIII. const. 98. Non sine.*
42. Gubernatores statûs Ecclesiastici, ut terrarum, civitatum, &c. non possunt remittere exules, neque pœnas, supra sex florenos. *Paulus II. const. 3. Munera.*
43. Non possunt recipere munera, præter esculenta & poculenta. *Ibid.*
44. Sal exterum, seu alienum, in statu Ecclesiastico nullus potest vendere. *Greg. XIII. const. 49. Ex incumbenti.* Et pœnæ. *Ibid.* Quod postea confirmavit *Clemens VIII. ubi supra const. 49. Frumenti.*
45. In statu Ecclesiastico de locis immediatè subjectis, ad mediatè subjecta, extrahi potest frumentum, bladum, legumina, &c. pro sufficientia unius anni, tam pro persona, quam pro familia. *Greg. XV. const. 30. Romani.*
46. Idem facere possunt Religiosi Mendicantes. *Ibid.* Idem possunt pauperes, qui labore diurno spicas & alia colligunt. Sic qui ad mercatum ferunt ova, pullos, &c. sic qui pro suo usu extrâ statum farinam portant, sed non pro mercimonia. *Ibid.*
47. In statu Ecclesiæ nullus potest sub protectione accipere civitatem aliquam, terram, vel castrum, &c. *Clemens VIII. const. 78. Romanum.*
48. In statu Ecclesiæ occidi non possunt boves aratorii; & pœna occidentium. *Paulus V. const. 70. Pastoralis.*
49. Alia de Officialibus & cæteris statûs Ecclesiastici, Vide, *in proprijs locis & verbis.* Vide, *Patrimonium S. Petri.* Vide, *S. Petrus.*
50. Ecclesiæ Romanæ præjudicia, nunquam à Pontificibus intelliguntur approbata, etiam si tolerentur, nisi expressè in litteris Papæ appareat; neque juvat præscriptio, non usus, non publicatio, licet permittatur imprimi libros, continentes hæc præjudicia contra Sedem Apostolicam, vel alias Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas. *Urbanus VIII. in append. 2. const. 47. Romanus Pontifex.* Vide, *Ecclesiæ Romana.*

Oeconomus.

1. Oeconomus ponendus in Ecclesia statim ac vacat. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De jure Patronatus. cap. 21. De officio & potestate judicis ordinarii. cap. Cum vos plerumque.* Neque potest patronus impedire, neque Episcopus œconomum deputet, aliàs privatur jure præsentandi pro illa vice. *Conc. Lateran. ubi supra. Et Concil. Ravennaten. 4. sub Joanne XXII. cap. 1. Vide, Ecclesia. tit. 60. n. 1.*
2. Oeconomum habere debet quilibet Episcopus.
- Volumus, ut Frater noster Paschasius & vice-Dominum sibi ordinet, & majorem domus, quatenus possit, vel hospitibus superveniens, vel causis, quæ eveniunt, idoneus & paratus existere. Si verò & negligentem eum prospicis, & ea, quæ diximus, implere differentem, omnis clerus ejus adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari. *Dist. 89. cap. Volumus.*
3. Oeconomus sustentari debet ab Ecclesia, sicut minister ejus.
- Oportet namque, ut qui in Ecclesia assidui sunt, eos Ecclesia aliat, utpote Sacerdotes, Levitas, Præpositos, Ministros Dei, &c. *Constit. Apostolicarum. Lib. 2. cap. 25. 1. q. 2. cap. Clerici omnes.* Vide, *Ecclesia. tit. 38. n. 22.*
4. Oeconomi Episcopalis officium quale sit.
- Diaconum verò Anatolium, quem ad nos dirigi poposcitis, hoc nos facere non posse, causæ magis modus, quam rigoris austeritas facit. Vice-Dominum enim eum constituimus, cujus arbitrio Episcopium committimus disponendum. *Distinct. 89. cap. Diaconum verò.*
- Quia in quibusdam EE. sicut ad nos pervenit, sine œconomio Episcopi res Ecclesiasticas tractant; placuit, omnes EE. habentes Episcopos, etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet Ecclesiæ res, cum arbitrio sui Episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum Ecclesiasticarum, & ex hoc eveniat res ejusdem E. dispergi, & sacerdotali dignitati obretractatio generetur, si verò quis hoc non observaverit, divinis subiacet regulis. *Ibidem. cap. Quia in quibusdam. Conc. Chalcedonen. cap. 26. & Conc. Parisien. lib. 1. cap. 15.*
5. Oeconomus à Metropolitanano fiat, si non est factus ab Episcopo.
- Cum simus debitores, omnes sacras regulas custodire, & eam, quæ dicit, in unaquaque Ecclesia œconomos esse debere, modis omnibus inviolabilem custodire debemus. Et si quidem unusquisque Metropolitanus in sua E. constituerit œconomum, benè utique est. Sin autem ex auctoritate propria Constantinopoleos Episcopi licentia præponendi œconomos in ejus Ecclesia; similiter & Metropolitanis, si Episcopi, qui sub eis sunt, non fatagerint, œconomos statuire in suis EE. ad ipsum autem servandus est etiam in Monasteriis. *9. q. 3. cap. Cum simus. & Conc. Nicæn. 2. cap. 11.*
6. Oeconomus exceptis expensis, quas facit pro E. conservare debet fructus pro futura persona. *De officiis jud. Ord. cap. Cum vos.* Vide, *ubi supra. n. 1.*
7. Oeconomus per facti errorem non nocet Ecclesiæ, & potest revocari factum. *De Confess. cap. fin. Vide, Confessio judicialis. n. 7.*
8. Oeconomus sede Episcopali vacante ponendus est à Capitulo. Vide, *Episcopus.* Vide, *Sede vacante.*

9. Oeconomus de labore inventarii nihil accipiat.
- Charitatem tuam commonere curavimus, ut si quisquam Episcoporum de hac luce migraverit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excelsibus, convenientibus œconomis, cunctisque clericis prioribus, atque in sui præsentia inventarium Ecclesiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: Nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus Ecclesiæ, quasi pro faciendi inventarii labore tollatur. *12. q. 2. cap. Charitatem.*
10. Oeconomi sint in qualibet Ecclesia. *16. q. 7. cap. Quoniam in quibusdam. Idem ac cap. Quia in quibusdam supra. n. 4.*
11. Oeconomus non potest esse laicus, sed clericus. Episcopus faciens laicum, puniendus est.
- In nona actione didicimus, quosdam ex nostro Collegio contra mores Ecclesiasticos Laicos habere in rebus divinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, ut unusquisque nostrum, secundum Chalcedonenfium Patrum decreta, ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum est enim laicum Vicarium esse Episcopi, & sacculares in Ecclesia judicare. In uno enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege divina prohibetur, dicente Moyse: (Non arabis in bove simul & asino) id est, homines diversa professionis in officio non sociabis. -- Si quis autem posthac Ecclesiasticam rem, aut per laicalem procuracionem administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomii gubernandam crediderit, verè ut contemptor Canonum, & fraudator Ecclesiasticarum rerum, non solum Christo de rebus pauperum judicabitur reus, sed etiam Concilio manebit obnoxius. *16. q. 7. cap. In nona. Concil. Hispalen. 2. cap. 9.*
12. Oeconomus esse debet in majori Ecclesia, seu Cathedrali, qui de sententia Episcopi disponat de rebus Ecclesiæ.
- Eos, quos œconomos Græci appellant, hoc est, qui vice Episcoporum res Ecclesiasticas tractant, sicut sancta Synodus Chalcedonenfis instituit omnes Episcopos de proprio clero ad regendas Ecclesias habere oportet; qui autem deinceps contempserit, obnoxius ejusdem magni Concilii erit. *Concil. Toletanum. 4. cap. 48. Concil. Chalcedonen. cap. 26. & cap. Quoniam in quibusdam. supra. n. 4.*
13. Si in Cathedrali non sit œconomus, fieri potest à Metropolitanano, & si non sit in Metropolitanano, ab Episcopis. *9. q. 3. cap. Cum simus. Conc. Nicæn. 2. cap. 11. supra n. 5.*
14. Oeconomus per Episcopum instituendus.
- Ut nemo vivente Episcopo, Ecclesiam illius, aut res ad eam pertinentes, invadere, aut dominari presumat, neque sub voluntaria cleri ac populi electionis obtentu, præter voluntatem Episcopi, quicquam, quæcumque seculari potestate præditus, quasi œconomum constituat. Sed si Episcopus ministerium Ecclesiasticum, propter infirmitatem corpoream, exhibere non poterit, in Archiepiscopi hoc, cum voluntate Episcopi ejusdem Ecclesiæ, maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. *Conc. Meldens. cap. 47.*
15. Oeconomi officium quale sit. Debet habere curam omnium bonorum, & reddituum Ecclesiæ.
- Ad œconomum pertinet reparatio Basilicarum, atque constructio, actiones Ecclesiæ in judiciis, vel in proferendo, vel in respondendo, tributi quoque acceptio, & rationes eorum, quæ inferuntur, cura agrorum, & cultura vinearum, causæ possessionum & servitium, stipendia clericorum, viduarum & devotarum pauperum, dispensatio vestimenti, &

victus domesticorum clericorum, servitium quoque & artificum: quæ omnia cum jussu & arbitrio sui Episcopi ab eo implentur. *Post Toler. 8.*

Ut sit in unaquaque Ecclesia œconomus, & cum eo alii, qui habeant curam proventuum, & agrorum & alii villarum, & sumptuum quotidianorum, alii frumenti & leguminum, alii vasorum auri & argenti, & vestimentorum, ac ornamentorum Ecclesiæ, alii habeant curam loci, in quo sancta Eucharistia servatur, & quisque habeat curam eorum, quæ sibi commissa sunt, idque cum timore Dei, & nè inter eos sit, qui illum servum nequam imitetur, qui talentum Domini sui abscondit, & non est in eo negotiatus, quem iratus Dominus in tenebras exteriores mitti jussit. *Concil. Nicæn. ex Arab. cap. 63.*

Edere sive comedere.

1. Edere nullus potest in Ecclesia, absque gravi necessitate.
- Nulli Episcopi, vel Clerici, in Ecclesia conviventur, nisi fortè transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum potest fieri, prohibeantur. *Dist. 42. cap. Nulli.*
- Oratorium hoc sit, quod dicitur, nec ibi quidquam aliud geratur, vel condatur, quam quod divinis ministeriis conveniat. *Ibidem. cap. Oratorium.*
2. Vide, *Ecclesiæ venerandæ. Vide, Comedere. Quando in edendo committitur peccatum gula. Vide, Gula.*

Edvigis.

Sancta Edvigis Regina Poloniæ, canonizata fuit à Clemente IV. *Constit. 9. Exultat.*

Egyptii Jacobitæ.

Vide, *Jacobitæ.*

Egroti.

1. Egrotus qui petit Sacramentum baptismi, vel pœnitentiæ, si postea obmutescit, dummodo adsint testes fideles de hac petitione, potest illud accipere. *Concil. Arausicanum. 1. cap. 12. Vide, Absolutio. tit. 3. n. 3. Concil. Carthaginen. 4. cap. 76. 26. q. 6. cap. Is qui. 26. q. 6. cap. Qui recedunt. & cap. Agnovimus. Vide, Ibid. Idem dicendum de egrotis, qui cum non possit verbis, præsentate Sacerdote nutu petit. *Ibid.**
2. Egrotus si in fine habet viaticum, & non potest implere pœnitentiam, si postea convalescit, tenetur eam implere. *Concil. Epauenen. cap. 36. Vide, Ecclesia. tit. 2. n. 16. Vide, Pœnitentia. Vide, Infirmi.*

Ejecti, Ejicere.

1. Ejicere aliquem de Ecclesia propter pecuniam, est deponendus. *De Simonia. cap. Qui alium. Vide, Eccles. tit. 51. n. 9.*
2. Ejiciens aliquem de Ecclesia, conturbantem divina Officia, non est excommunicatus, Veniens ad S. A. J. Lator præsentium, suâ nobis assertionem monstravit, quod cum maturina Officia celebraret, quædam monialis Ecclesiam ingrediens, cum alio clerico intendendo, impedimentum præstabat, quò minus Deo divinum possit obsequium exhibere, unde memoratus Sacerdos commotus, ut liberius posset circa Divinorum celebrationem vacare, manibus in eam appollis, ut extra Ecclesiam poneret, cum nollet exire, intrahendo ipsam, coegit eandem

extra Ecclesiam residere: sed tu illum propter hoc tanquam excommunicatum evitaſti, & facis ab aliis evitari. Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, eum de cætero non evites, cum ex hoc ipsum excommunicatum nullatenus videamus. *De sententia excommunicationis. cap. Veniens.*

3. Ejectus à suo gradu, id est, depositus, est restituendus. 2. q. 1. cap. Notum sit. Vide, *Damnatus. n. 1.*

4. Ejecti à suis Sedibus Episcopi, non possunt vocari ad Synodum, nisi prius restituantur.

Si primates accusatores Episcoporum cum eis pacificari familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè convocant, non intra angusta tempora canonicè convocent, & non prius quam eis per scripta significent, quid eis opponitur, ut ad responsionem preparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore ejecti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè vocari ad Synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonicè restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur. 5. q. 2. cap. Si primates. Vide, *Spoliati. Vide, Episcopi ejecti de Sedibus.*

5. Ejectorum Episcoporum bona invadentes, sunt infames.

Audivimus, quosdam à vobis infamatos & dilaceratos Episcopos, ac è Civitatibus propriis pulſos, (quia alibi Episcopi constitui non possunt, nisi in Civitatibus non minimis) & alios in eis ipsis viventibus constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed propriis revocati, & integerrimè restitui debere. Illos verò, qui adulterinè fœditate sponsas suas (quas & uxores eorum præfixo tenore esse intelligimus) tenent, ejici ut adulteros, atque infames fieri, eosque ab Ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem adversus eos aliquam querelam habueritis, his peractis, inquirendum erit, & autoritate hujus sanctæ Sedis terminandum. 3. q. 2. cap. Audivimus. Ex *Evansio. cap. 2.*

6. Ejecti ab Ecclesia jussu Sacerdotis, si renuunt, quomodo sunt puniendi.

Qui jubente Sacerdote pro qualicumque culpa ab E. exire contempserit, pro noxa contumaciæ tardius recipiatur ad veniam. *Concil. Nardenſe. cap. 10. 11. q. 3. Qui jubente.*

7. Ejiciendi à Religione, quas condiciones debent habere. *Urbanus VIII. constit. 28. Sacra. Vide, Regulares incorrigibiles.*

8. Ejecti à Religione aliqua, in habitu clericali debent semper incedere, & subditi sunt Ordinariis. *Urbanus VIII. Ibidem. §. 7.*

9. Ejecti à Religione, non possunt à Superioribus obtinere litteras testimoniales ad Sedem Apostolicam. *Ibid. §. 9.*

10. Ejecti à Religione, sunt perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, & non possunt per Episcopos dispensari. *Ibid. §. 10.*

I. Electio in genere, modi, & qualitates, ut sit bona.

1. Electio tribus modis fieri potest, compromisso, scrutiniò, & inspiratione.

Statuimus, ut cum electio fuerit celebranda presentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, nullò orofus appellationis obstaculo interjectò, ut is collatione habitè eligatur, in quem omnis vel major & sanior pars Capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ provideant de pastore. Aliter electio facta non

valeat, nisi fortè communiter esset ab omnibus, quasi per inspirationem, absque vitio celebrata. Qui verò contra præscriptas formas eligere attentaverint; eligendi eà vice potestate priventur. *De electione Sc. cap. Quia propter. Et Conc. Lateran. 4. cap. 24.*

2. Eligi semper debet melior, dignior, doctior, præstantior. *Concil. Colonien. 2. p. 1. c. 9. Vide, Beneficia. tit. 6. n. 8.*

3. Electioni interesse possunt solùm, qui habent jus eligendi.

Constitutis in presentia nostra procuratoribus, &c. Cum autem procuratores ipsorum Abbatum jussi essent exprimere, quò jure ipsi Abbates deberent electioni Abbatis Fiscannensis monasterii interesse: responderunt, quòd olim, cum assumerentur in suorum monasteriorum Abbates, fuit specialiter indultum eis ab Abbate & Conventu Monasterii Fiscannensis, ut haberent vocem in Capitulo eorundem; Nos autem rationem hujusmodi frivolam repurantes, super hoc perpetuum silentium imponimus Abbatibus prædictis. *Ibidem. cap. Constituitis. Et est Honorii III. prout ex Cirone hoc tit. cap. 5.*

4. Electiones fieri non debent per pecuniam, Procuras sic eligi, est simoniacus. Neque per promissiones, & obligationes, preces, vel minas.

Ego autem & vestra dilectione providens, & meæ animæ omnipotentis Dei judicium pertimescens, ejusdem Maximi causam subtiliter exquiri desidero, si nullis criminibus pressus, quæ sacro Ordini contradicunt. Si non per simoniacam hæresim, id est, præmia quibusdam se eligentibus præbendo, ad Sacerdotale peringere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum intercessor erit, si non obligatus de suis ad locum intercessionis venerit. 1. q. 6. cap. Ego autem. Et cap. Sicut is qui. Vide, *Ambiens.*

Itaque Fratres charissimi, in Sacerdotibus ordinandis, sinceritas vigeat, sit simplex, sine venalitate consensus, pura præferatur electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur esse judicò. *Ibid. Concil. Colonien. 2. p. 1. cap. 9. Vide, supra n. 2.*

5. Electiones non faciendæ ex favore, sed ex judicio.

Nec novum, nec reprehensibile est in eligendo Episcopo, populi se vota in duas partes dividere; Sed grave est, quando in hujusmodi causis non ex judicio, sed ex solo favore venit electio. 8. q. 1. cap. *Nep novum.*

Illud quidem præ omnibus tibi curæ sit, ut in hac electione nec datio quibuscumque modis interveniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia convalescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reverentià exigente compellitur: sicque fit, ut & res illius minuatur Ecclesiæ, & ordo Ecclesiasticus non servetur. Talem ergo te admonente, personam debent sibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deserviat: sed vitâ ac moribus decorata, tantò ordine digna valeat inveniri. *Ibid. q. 2. cap. Illud quidem.*

6. Electio non potest fieri per sortes. *Honorius III. ex Cirone. De sortilegiis. cap. 1. Vide, infra. n. 22.*

7. Electio Pastoris non est differenda.

Quamvis Ecclesiastica consuetudo non exigat, ut ad electionem Pastoris Canonici tam remoti vocentur, & illi præcipuè, qui longè antequam vos Metropolitani vestri obitum presentialiter cognoverunt, quorum aliqui post ejus decessum ad Capuanam E. sunt reversi. Quia verò mora longior est in electionibus valde suspecta, imò sæpè damnosa, mandamus, quatenus invocata Spiritus sancti gratiâ, personam idoneam per electionem Canonicam con-

corditer assumatis ad regimen Capuanæ Ecclesiæ. *De electione Sc. cap. Cum inter il. 2.*

8. Electio debet esse libera, & non juvat consuetudo contraria.

Sicut ex quarundam litterarum tenore accepimus, quidam in electionibus pravæ consuetudinis moribus irrepsit, ut cum alienjus Prælati electio debet celebrari, Conventus, ad quem pertinere dignoscitur, duas personas nominet, latenter auribus Patriarchæ, vel Principis exprimentas, ut sic alterius eligenda, vel fortius electionis penitus irritanda, idem Patriarcha, vel Princeps plenariam habeat facultatem. Quia igitur hoc redundat in gravamen, & perniciem Ecclesiasticæ libertatis, præscriptam consuetudinis pravitatem sancimus penitus abolendam: Statuentes, ut forma electionis canonicè in omnibus conventualibus EE. observetur, videlicet, ut cum debet E. consulti pastoris regimine destitutæ, electores in unum locum (in quo fuerit electio celebranda) conveniant, & invocata Spiritus sancti gratiâ, personam nominent. Quòd si in persona fuerit, vel in electionis modo peccatum, tam diu in electione diligentiam inquisitionis apponant, donec vacanti E. de persona idonea valeant providere. Quò factò non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus, sed propter hoc ipsam electionem nolumus impediri. *De electione. Sc. cap. Cum terra. Et cap. Ubi periculum. §. Ceterum. Vide, Cardinalis. tit. 11. n. 14.*

9. Electionum Episcoporum causæ devolvuntur ad Papam.

Quamvis constitutio fr. Alexandri Papæ IV. Prædecessoris nostri, causas electionum Episcoporum, seu super electionibus Episcoporum exortas, non immeritò majoribus causis annumerans, cognitionem ipsarum per appellationes quaslibet, devolvi asserat ad A. S. examen. Nos tamen -- ac generali constitutione duximus providendum, ut si extra judicium in prædictis electionibus, vel in aliis dignitatibus, Episcopatu majoribus celebratis, expressa causa manifestè frivola contigerit appellari: per appellationem hujusmodi nequaquam ad Sedem eandem negotium devolvatur, sed cum in electionum earundem negotiis, in judicio, vel extra judicium appellatur, in scriptis ex causa probabilis, quæ probata deberet legitima reputari, ad Sedem ipsam hujusmodi negotia deferantur. Ceterum in præmissis omnibus casibus, liceat partibus ab hujusmodi appellationibus, nullâ tamen interveniente pravitare, recedere, antequam præfata Sedi fuerint præsentata. Inferiores autem judices, quorum erat ipsarum causarum cognitio, appellatione cessante, aut in hoc pravitas intercesserit, ante omne diligençer inquirant, & si eam intercessisse repererint, se de causis illis nullatenus intromittant; sed præstant dictis partibus terminum peremptorium competentem, in quo cum omnibus actis & munimentis suis Apostolico se conspectui repræsentent. *De electione. Sc. in 6. cap. Quamvis.*

10. Electio facta ab excommunicatis, est nulla. arg. cap. *Ille quotidiana. De elect. Sc. Vide, Excommunicati. tit. 2. n. 4.*

11. Electio facta à suspensis, est cassanda, & multò magis facta de suspensò.

Ideoque causam ipsam vobis duximus committendam, ut si constiterit, quòd electio fuerit facta à suspensis, eà omninò cassatâ ipsi monasterio, post satisfactionem condignam suspensionis, & interdicti sententiâ relaxatâ, de persona idonea consulatur. *De electione. cap. Cum inter.*

Quia nobis constitit, electionem ipsam à suspensò, & de suspensò etiam celebratam, eam justitiâ cassavimus exigente. *De consuet. cap. Cum dilectus.*

12. Electio facta de ignorante, est cassanda.

Verum, quoniam electus à vobis, ante confirmationem administrationi Episcopatus se irreverenter immisit, recipiendo, tam à Clericis, quam à Laicis juramenta, non attendens, quòd secundum Apostolum nemo debet sibi honorem assumere, sed qui vocatur

à Deo tanquam Aaron; præcipuè quia nec donum scientiæ Pontifici conveniens fuerat assecutus: Postquam nobis presentatâs eundem, sufficienti examinatione præmissâ electionem de ipso factò duximus irritandam, quidquid ex ea, & ob eam factum est, denunciante penitus non teneat. *Ibidem. cap. Qualiter.*

13. Electio non facta inter tres menses, ad quem devolvitur, & quis interim gubernat. Vide, *Electores. in fine.*

14. Electio facta non expectatis non vocandis, est valida. *De electione Sc. cap. Cum inter universas. supra n. 7.*

15. Electioni regularium, non possunt interesse non professi.

In Ecclesiis quoque regularibus, vel monasteriis, hi qui non sunt tacitè, vel expressè professi, non debent cum professis, vel conversi laici, cum Clericis, electionibus interesse. *De electione. in 6. cap. Ex eo. §. In Ecclesiis.*

16. Electio facta de regulari, non professò, ad regimen Ecclesiæ regularis, est nulla.

Quia igitur non debemus attendere solummodò, quid factum sit, sed potius quid sit faciendum, consultationi vestræ taliter respondemus: quòd cum secutum legem divinam, non sit in bove arandum & asino: nec quisquam debet vestem induere, de lana linòque contextam: irritetis electionem prædictam, & compellatis præfatum Presbyterum, aliosque Clericos non professos, ut vel Beati Augustini regulam in eadem E. constitutam profiteantur, & servent, aut ipsam E. omninò dimittant. *De electione Sc. cap. Cum causam.*

17. Electio quando potest fieri per procuratorem.

Illud autem penitus interdiximus, nè quis in electionis negotiò procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat advocari, justòque impedimento detentus venire non possit: super quo, si opus fuerit, fidem faciat juramentò, & tunc, si voluerit, uni committat de ipso collegio vicem suam. *Ibidem. cap. Quia propter. §. Illud autem. ex Concil. Lateran. 4. cap. 24.*

18. Si electio præcipiatur à Papa, facienda cum consilio aliquorum, ita debet fieri, aliàs est nulla.

Porro jam dudum vobis dedimus in mandatis, ut infra 40. dies post susceptionem litterarum nostrarum, cum consilio S. Benigni & Morisbundi Abbatum, & Fratris G. de Ordine Prædicatorum, eligeretis personam idoneam canonicè in pastorem: alioquin dicti Consilii vobis de Archiepiscopo providerent. -- Relatò ergo ad S. A. negotiò, Archiepiscopo Viennensi, & Abbati de Firmitate innoximus, ut si constaret, ab eisdem lectoribus de electione tractatum fuisse habitum, & in tractatu electionis, prædictorum Consilium requisitum, electionem ipsius Abbatis, si persona esset idonea, confirmarent. Quòd si in tractatu electionis non fuisset illorum consilium requisitum, licet postea requisitum fuerit, non competenti tempore, nec etiam expectatum responsum ipsorum, aut non esset idoneus idem Abbas: quod de ipso factum erat, tanquam invalidum, irritaret. *Ibidem. cap. Cum in veteri.*

19. Electio in Ecclesiasticis non potest competere laico, etiamsi compositionem fecerit cum Prælato & Capitulo.

Attendentes itaque, quòd jus eligendi in collegiata Ecclesia non cadit in laicum, & ideo id esset perniciosum exemplò, & redundaret in dispendium Ecclesiasticæ libertatis: volumus, ut dictum Prioratum liberè possit (non obstante compositione ipsa) sicut alios Prioratus sibi subditos, ordinare: denunciando ordinationem factam patrono, ut suum, si voluerit, honestum impertiat assensum. *Ibidem. cap. Sacrosancta.*

20. Electio ejus, qui habet plures dignitates, aut præbendas, est nulla.

Mandamus, quatenus, si invenieritis prædictum J. habere plures alias dignitates, atque præbendas:

aut aliquid aliud præmissorum, quod ad cassationem ejus sufficiat, invenitis esse verum: ei super jam dicta præpositura, silentium imponatis, ab impetitione ipsius Siclunenſem Eccleſiam abſolventes; cum multa per patientiam tolerentur, quæ, si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitiâ non debeant tolerari. *De præbendis & dignitatibus. cap. Cùm jam dudum.*

21. Electio duorum ad unam præbendam, est nulla.

Cùm sæpè contingat, quòd ad unam præbendam duo clerici propter importunitatem petentium eligantur: nos attendentes, quòd si duo unam præbendam tenerent, illud esset contra Concilium Turonenſe, quod præbendam inhibet sectionem, & si unus illorum ipsam obrinere præbendam, sub expectatione aliùs, contra Lateranenſis Concilii statuta remaneret; inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd talis electio de rigore juris penitus est cassanda. *Ibid. cap. Tua Fratemitatis devotio.*

22. Electio nunquam fieri potest per sortes.

Procuratoribus igitur vestris, super his in nostra præſentia constitutis, nos tali examinatio processu, licet notâ non careat, quin imò multâ reprehensione sit dignum, quòd fors in talibus intervenit: Electionem celebratam de ipſo, ad gratiam confirmationis admittimus; fortis usum in electionibus perpetuâ prohibitione damnantem. *De sortilegis. cap. Eccleſia vestra. Honorii III. & C.*

23. Electio facta per postulationem, & è contra, est nulla.

Perpetuò prohibemus edictò, nè sub aliqua ex his formis, quas pernicioſa curiositas adinvenit: Eligo postulando, & postulo eligendo: Aut eligo postulandum, seu postulo eligendum: Cùm nec vera electio, nec vera postulatio resultat ex ipsis, quin sibi potius ad vicem adſerentur; aut sub illis verbis: eligo in postulandum, vel postulo in eligendum: cum rem imperfectam significare noſcantur, ad faciendas electiones, vel postulationes de cætero procedatur: si secus actum fuerit, eò ipſo irritum, nisi major concordia interceſſerit, cum Datham & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, accipiant portionem. Præterea, si à paucioribus aliquis, quam à duobus partibus, fuerit electus ad Apostolatus officium, nisi major concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur, & prædictæ pœnæ subjaceat, si humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum Canonicis Constitutionibus, & aliis Eccleſiaſticis præjudicium generetur, in quibus majoris & ſanioris partis debet ſententia prævalere: quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris poterit iudiciò diſſini. In Romana verò Eccleſia aliquid ſpeciale conſtituitur, quia non potest recurſus ad ſuperiorem haberi. *Concil. Lateran. 3. cap. 1. De elect. cap. Licet.*

24. Electio facta per collationem, non valet.

Quia tandem examinatio (ſicut decuit) processu electionis tuæ, invenimus eam poſt publicationem conſenſuum, & collationis tractatum, aliquam diu fuiſſe protractam, aſſenſumque tuum, priusquam electus fueris, requiſitum, electionem eandem (ex ipſius dumtaxat inordinato processu) iustitiâ caſſavimus exigente. *De electione & C. cap. Cùm poſt petiti am.*

25. Electio facta à minori parte Capituli, est nulla, nec potest ratificari.

Auditis, & intellectis meritis cauſæ, de duabus electionibus, celebratis in E. Bajocen. unam de G. Archidiacono, & alteram de R. Subdiacono, invenimus utramque contra formam Canonicam attentatam. Cùm enim inquisitis voluntatibus ſingulorum, Decanus, cum paucioribus in ipſum R. & Cantor cum pluribus in dictum G. Archidiaconum conveniſſent, ſolò Cantore poſtmodum quemdam alium, videlicet magiſtrum R. De Algediis nominante, ad noſtram fuit audientiam appellatum, nè Decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procedere, ſine conſenſu totius Capituli, vel majoris, & ſanioris partis ipſius. Ipſe verò Decanus, non habito conſenſu majoris partis Capituli, ſed longè minoris, ſubito in electionem prorupit, appellans, nè quis contra ipſam aliquid attentaret; quamvis aſſeveret, quòd electioni factæ plures alii conſenſerunt. Cùm tamen ex poſt facto nequiverit convalere, quod ab initio non

valebat: quoniam electio, quæ fuerat irrita ipſò jure, per ſubſequentem conſenſum, maxime appellatione pendente, non poterat eſſe rata; Eis ergo ad propria recedentibus Cantor & alii, qui rem inſerant in Capitulo poſt illam electionem nondum caſſatam, & appellationem ad nos interpoſitam, à nominatione dicti Archidiaconi recedentes, de novo præſertim Subdiaconum eligere præſumpſerunt. Nos igitur electionem utramque duximus irritandam. *Ibidem. cap. Auditis.*

26. Electio non facta à majori parte Capituli, & ſaniori, non tenet. Sed major debet eſſe, ſanior. Exceptâ electione Papæ, quæ fit à duabus partibus eligentium.

Nos ergo, quæ hinc inde fuere propoſita, plenius intellectis, (cùm ex Lateranenſi Concilio in ordinationibus Eccleſiarum major & ſanior pars Capituli exigatur, & ſtatutum Generalis Concilii contineat inter cætera, ut is eligatur, in quem omnes, vel major & ſanior pars conſentit) electionem dicti R. non perſone: ſed potius electionis vitio, (cùm major & ſanior pars non conſenſerit in eandem) de Fratrum noſtrorum Concilio duximus ſententialiter irritandam. *De electione & C. cap. Eccleſia vestra. il. 2.*

Statuimus igitur, ut ſi forte inimicò homine ſuperſeminante zizaniam, inter Cardinales, de ſubſtituendo Pontifice non poterit concordia plena eſſe, & duabus partibus concordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut ſibi alium præſumpſerit ordinare; ille R. P. habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus & receptus. -- Si quis autem de tertiæ partis nominatione conſiſus, quia rem non potest, ſibi nomen Episcopi uſurpaverit: tam ipſe, quam qui eum receperit, excommunicationi ſubjaceant, & totius ſacri Ordinis privatione mulctentur, ita ut viatici eis etiam, niſi tantum in ultimis, communio denegetur: & niſi reſipuerint, cum Datham & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, accipiant portionem. Præterea, si à paucioribus aliquis, quam à duabus partibus, fuerit electus ad Apostolatus officium, niſi major concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur, & prædictæ pœnæ ſubjaceat, si humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum Canonicis Constitutionibus, & aliis Eccleſiaſticis præjudicium generetur, in quibus majoris & ſanioris partis debet ſententia prævalere: quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris poterit iudiciò diſſini. In Romana verò Eccleſia aliquid ſpeciale conſtituitur, quia non potest recurſus ad ſuperiorem haberi. *Concil. Lateran. 3. cap. 1. De elect. cap. Licet.*

27. Electio facta à non majori parte Capituli, sed à majori, respectu minoris, non valet.

Cumana Eccleſia, paſtoris ſolatio deſtituta, -- ſeptem de Canonicis, unus Abbatum, undecim Capellani, & novem Clerici in ejuſdem Eccleſiæ Archipreſbyterorum conveniunt: novem Canonicis, uno de Abbatibus, uno Capellano, & undecim Clericis, in ipſius Eccleſiæ Archidiaconum dirigentibus vota ſua. Cùm decem & octo fuerint Canonici, tres Abbates, viginti Clerici, & quatuordecim Capellani, neutram electionem comperimus ad majorem partem totius Capituli perveniſſe. -- Unde nos electiones ipſas, præſumptas etiam contra formam Concilii generalis, cum collatio in communi omiſſa fuerit, quæ poſt publicationem ſcrutinii fieri debuiffet, de Fratrum noſtrorum Conſilio ſententialiter duximus irritandas, electores hæc vice eligendi poteſtate privantes. *De electione & C. cap. Cumana.*

Invenimus, quòd illi, qui ſua in Thomam deſideria dirigebant, licet majorem partem facerent, partium comparatione minorum, non tamen ad majorem partem Capituli pervenerunt. Conſideravimus nihilominus, quòd poſt publicationem conſenſuum, & collationis tractatum, ad electionem nullus habitus eſt processus, quamvis deportationis ſolemnitas, etiam poſt appellationem legitimam, fuerit ſubſeuta, quam pro electione nec deceret, nec etiam expedit haberi. Unde, quod factum eſt de Thoma prædicto, caſſavimus, petitione conſentientium in Cancellarium non admiffa. *Ibidem. cap. Eccleſia vestra.*

28. Ele-

28. Electio facta à majori parte, cum contempto minoris, etiamſi unus sit contemptus, caſſatur.

Electionem autem Archipreſbyteri (quamvis laudabile teſtimonium perhibeat de ipſo) iustitiâ exigente caſſavimus: tum quia corpore dicti Episcopi nondum traditò ſepultura, habuerunt de ipſa electione tractatum, contra Canonicas Sanctiones: tum quia inventus eſt H. fuiſſe contemptus, licet unus ſolus exiſterit: cum plus in talibus conſueverit contemptus, licet unus, obſeſſe, quam multorum contradicchio in præſenti. *Ibidem. cap. Bona memoria. il. 2. §. Electionem.*

29. Si electio fiat de indigno à majori parte Capituli, & de digno à minori, tenet ſecunda.

Congregatò Nivernenſi Capitulo ad electionem futuri paſtoris, tredecim in Decanum, & octodecim (computatò procuratore cujuſdam abſentis) in Cantorem ipſius Eccleſiæ conveniunt, qui cum plures in unum, & pauciores in alium ſua deſideria direxiſſent, à parte ſua electus, exiſtit in paſtorem E. Nivernen. Poſtmodum credente parte decani, quòd alii plurimum deliquiſſent, eligendo perſonam ſcientiæ literalis expertam, propter quod illis, ſecundum ſtatuta Lateranenſis Concilii, ipſo jure eligendi poteſtate privatis, poteſtas eligendi ad eos exiſtit devoluta, decanum ipſum, qui in eum ſua vota direxerant, in ſuum Episcopum elegerunt, ad S. A. appellantes. -- Nos igitur mandamus, quatenus ſi dictus Cantor deſectum in litteratura non paritur, & aliis eſt idoneus ad regimen paſtorale: ipſius electionem procuret autoritate noſtra (infirmatâ reliquâ) confirmare. Alioquin (ipſius Cantoris electione irritâ nunciatâ) prænominatum Decanum (ſi nihil ei de Canonicis obſtitit ſtatutis) eadem autoritate præficias E. memoratæ. *Ibidem. cap. Congregatio.*

30. Electio majoris & ſanioris partis, est confirmanda. Ibidem. cap. Cùm dilectus. Vide, Compromiſſum. n. 3.

31. Electio ſecuta contemptis electoribus, id est, non vocatis, est nulla: sed potest convalidari, si contempti conſenſerint.

Quòd ſi eos vocatos non fuiſſe conſtituerit, ſed contemptos, infirmata erit penitus electio taliter celebrata, niſi poſtea propter bonum pacis curaverint conſentire. *Ibidem. cap. Quod ſicut.*

32. Etiamſi unus elector non vocetur, est nulla. De electione. cap. Bonæ memoria. il. 2. ſuprà. n. 28.

33. Electio prima non caſſatâ, nequit fieri ſecunda: & si fiat, est irrita.

Conſtitutò autem dictò H. pro ſua electione, & dilectò filio noſtro J. pro electione Archipreſbyteri coram nobis: Electionem ab ipſo H. poſt electionem Archipreſbyteri non caſſatam, licet de viro multa litteraturæ, honeſtæ vitæ, & claræ famæ, non tamen ſine multa temeritate præſumptam, cum de priori noſtrum deberet expectare iudicium, antequam procederet ad ſecundam, duximus irritandam, in pœnam interdicens eidem contradicchiois vocem, in primo conſenſu Capitulo permanente. *Ibidem.*

34. Electio, in qua fit exclusus aliquis elector, qui erat in poſſeſſione, est nulla.

Nec præmiſſi duo Canonici poterant ſic excludi, cum primus exiſteret in Canonicatûs poſſeſſione, vel quaſi, habendo ſtallum in choro, locum in Capitulo, legendo & cantando, ut Canonicus, & ad tractatus, ac electiones dignitatum, & perſonarum, quæ occurrerunt pro tempore faciendæ, tanquam Canonicus ſit vocatus, quamquam hæc vice fuerit cum proreſtatione admiffus. Secundus verò eſſet in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus, cum de toto Regno Franciæ vocentur abſentes, de conſuetudine Eccleſiæ Gallicanæ. Nos his plenius intellectis, de conſilio Fratrum noſtrorum præmiſſam electionem, in poteſtate contra formam Concilii attentatam, decernimus irritam & inane. *Ibidem. cap. In Geneſi. Tomus II.*

35. Electio fieri debet vocatis electoribus, etiam abſentibus.

Si verò utriuſque partis fuerit caſſata electio, vos (Fratribus omnibus, qui fuerint in provincia, convocatis) quòd majori & ſaniori parti eorum, ſuper prædictis, videritis complacere, per cenſuram Eccleſiaſticam faciatis firmiter obſervari. *Ibidem. cap. Coram dilecto.*

36. Electio ſecuta non venientibus vocatis, est valida.

Si autem Mitidenſis Episcopus, & Abbas Mellifontis, qui intereſſe debuerant, non contempti fuerunt, ſed ad electionem vocati, (ſi tamen ſine periculo poterint convocari) ſive nequiverint, ſive noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipſorum abſentia non potuit electionem impedire. *De Electione. cap. Quod ſicut.*

37. Electio facta ſecundum mandatum Apoſtolicum, si vocati noluerint venire, est valida.

Item, cum poſt appellationem emiſſam, Archidiaconus cum ſuis fautoribus chorum exiſſet, & vos illos, ut intereſſent electioni faciendæ, vobis cum ſollicitate revocare: (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos ſe feciſſe videntur: Propter quod electioni à vobis juxta formam mandati Apoſtolicæ concorditer celebratæ, de jure non poſſe contradicchio videbantur. *Ibidem. cap. Cùm nobis.*

38. Electio facta poſt appellationem, est valida, si fiat ſecundum formam appellationis, non contra eam. Alioquin caſſanda eſt.

Cùm appellatum fuiſſet, non ut nulla electio fieret, ſed ut fieret Canonica, ſi factum electionis canonicè fuerit ſubſeutum, non utique contra formam appellationis huiusmodi, ſed magis ſecundum eam videbatur eſſe processum: & ideo licet poſt appellationem, non tamen contra eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda. *Ibidem.*

Conſideravimus, quòd electio Joannis Frontini poſt appellationem ad nos interpoſitam, & contra tenorem privilegiorum E. veſtræ, fuerit celebrata; perpendimus etiam, quòd electio B. poſt illam qualemcumque electionem non caſſatam, nec non & poſt appellationem (per quam ad ſuum ſtatum omnia debent reduci) facta fuit. Quapropter utriuſque electionem omnino caſſamus, & vobis in aliam perſonam idoneam & honeſtam, conveniendi liberam tribuimus facultatem, ita quòd utrique prædictorum fama ſua non minus integrè conſervetur, & quòd in aliis EE. poſſint (ſi Deus dederit) promoveri. Vobis autem liceat, præter iſtam E. veſtræ ordinationem, in eorum alterum convenire. *Ibidem. cap. Conſideravimus.*

39. Electio ſtatim publicanda eſt.

Electiones quoque clandestinas reprobamus, ſtatuentes, ut quam citò electio fuerit celebrata, ſolemniter publicetur. *De electione. cap. Quia propter. §. Electiones. Concil. Lateran. 4. cap. 24.*

40. Electiones ſimoniacæ ſunt nullæ.

Super eo verò, quòd quærere voluiſti, ſi alicuius electione caſſatâ, idem ad alterius E. regimen electus fuerit, an ejus electio debeat confirmari? Hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quòd ſi prior electio, non vitio perſonæ, ſed modo electionis caſſatur, promotionem ejus in eadem etiam E. (niſi forte ſimoniacæ pravitate aliquid interceſſiſſe conſtituerit) non debet impedire. *Ibid. cap. Super eo.*

Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, provisiones, ſeu quaſvis alias diſpoſitiones, quas ſimoniacæ contigerit labe fieri, & quæ vitibus omnino careant, in EE. monaſteriis, dignitatibus, perſonatus, officiis Eccleſiaſticis, & quibusvis beneficiis, aut aliquo eorum, cuiquam jus nullatenus acquiratur, nec inde faciatur fructus ſuos. ſed ad illorum omnium, quæ precepit, reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus. *Extra. De ſimonia. cap. Cùm deſteſtabile.*

41. **Electio Abbatis, quomodo facienda.**
Si appellatur, per procuratorem agatur.
Interim nihil attentetur. Pœnæ benedictis, vel confirmantis.

Providâ consideratione generale Concilium Lugdunense concessit, ut ab appellationibus in iudicio, vel extra iudicium ad S. A. in electionum Episcoporum, & eorum Superiorum, negotiis interjectis, per quas ad Sedem ipsam eadem negotia deferuntur, partes (nullâ interveniente pravitate) recedere valeant, antequam ipsi S. A. appellationes eadem fuerint præsentatæ. Sed inferiores iudices, quorum est (appellatione cessante) negotiorum cognitio eorundem. Si in hoc pravitas intercesserit, ante omnia diligenter inquireant, & si eam intercessisse repererint, se non intromittant ullatenus de eisdem: sed præstant ipsi partibus peremptorium terminum competentem, quò cum actis, & munimentis suis Apostolico se conspectui repræsentent. Verum, cum nonnulli concessione huiusmodi abutentes, suam (inquisitione præfatâ omisâ) cognitionem in eisdem negotiis interponant, ad confirmandas electiones, & consecrandos electos temerè procedendo: Nos super hoc expressius providere volentes, confirmationes, & consecrationes huiusmodi, & quoscunque processum alios, quos inquisitione præmissâ non habita, contigerit de cætero in talibus negotiis attentare, decernimus, nullius penitus existere firmitatis, & confirmantes, & consecrantes eosdem (ut in eo, in quo peccaverint, puniantur) ab Episcoporum confirmatione, ac consecratione per annum continuam ipsò iure fore suspensos. *De Electione. in 6. cap. Provida. De electione. in 6. cap. Indemnitatibus. Vide, Abbatissa. tit. 1. n. 1.*

42. **Electioes simoniacæ revelandæ sunt, ab omni sciente, aliàs non possunt absolvi non revelantes, tam principales, quàm mediatores; isti enim revelandi sunt superiori.** *Extra. De Simonia cap. Cum detestabile. Infra.*

43. **Revelans Electionem simoniacam, esto sit principalis, obtinet impunitatem.**

Et ut huiusmodi labis contagio frequentius reprimitur, omnibus & singulis Ecclesiasticis, secularibusque personis, cujuscunque dignitatis, status, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ districtius injungimus, ut eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciverint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex dixerit committendum, per se, vel alios revelare, quantò citius non omitant. Pro revelatione huiusmodi, etiam si complices fuerint, non solam veniam à nobis, sed etiam gratiam consecuturi, si eorum iudicio participes tanti criminis, valeant cooperari. Quod si non fecerint, absolvi non valeant, donec prædicta revelent, & complices huiusmodi detecti ætius punientur. *Extra. De Simonia. cap. Cum detestabile.*

44. **Electio facta de tertio, lite pendente, non valet.**

Statuimus, ut si aliquibus apud S. A. vel alibi litigantibus super electionibus, de se in discordia celebratis, aliquem ipsorum mori, vel suo iuri renunciare, aut à prosecutione ipsius contigerit quoquomodo excludi: Ad electionem aliam (lite super electione superstitis electi pendente) nullatenus procedatur: aliàs attentata contra hoc electio ipsò iure viribus non subsistat. *Ut lite pendente. Sc. in 6. cap. 1.*

45. **Electio passiva Religiosi extra monasterium, sine licentia sui Superioris, non valet. Solus Superior dicitur licentiam absque conventu.**

Si Religiosus (cujus arbitrium non ex sua, cum velle vel nolle non habeat: Sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit, & cuius imperio se subiecit, voluntate dependet) electioni, de se ad prælationem aliquam extra suum monasterium, vel suam E. celebrata, sui Superioris, qui dare ipsam valet, non petita licentiâ, & obtentâ, præsumpserit consentire: Consen-

sus sic præstitus non teneat: Et in pœnam præsumptionis illius electio eadem, ipsò factò viribus vacuetur omnino. *De electione. Sc. in 6. cap. Si Religiosus.*

Et ut ordinationes Ecclesiarum ac Monasteriorum, in quibus tales electi existierint, celerius & facilius valeant expediri: decernimus, ut iisdem Superiores (suis irrequisitis conventibus) electis huiusmodi consentiendi & transeundi liberam dare valeant facultatem. *Ibidem. §. Quia verò.*

46. **Electio non cassatur per hoc, quò confirmatio cassetur.** *De electione. in 6. cap. Si confirmationem. Vide, Confirmationes legales. n. 5.*

47. **Electio, quæ fit, dum Papa reservat sibi institutionem aliquam, non est viciata, sed caret effectu.**

Si eò tempore, quò provisionem alicujus E. Cathedralis, ex quavis causa, dispositioni, seu ordinationi S. A. reservamus, inhinentes, ne ad electionem, vel provisionem faciendam in ea, quomodolibet procedatur: & decernentes, si secus super hoc à quoquam scienter, vel ignoranter, attentatum existierit, irritum & inane: jam ad electionem forsitan sit processum in ipsa: præsentem constitutionem sancimus, quòd licet reservatio, inhibitiò, & decretum huiusmodi non efficiant electionem, vel alia, quæ præcedunt; afficiunt tamen, ut effectu careant ea, quæ postmodum subsequuntur. *Ibidem. cap. Si eò tempore.*

48. **Electio succedente, seu in concordia, seu in discordia, indicendum est Electoribus, ut in tempore peremptorio, si volunt opponere, opponant.** *Ibidem. cap. fin. Vide, Confirmationes legales. n. 6.*

49. **Electio succedente in discordia, quomodo recurrendum sit ad Papam, & quis teneatur ad expensas.**

Ad hæc, ut diligens inquisitio super electionibus, & eligentibus, & electis, ac aliis præmissâ contingentibus plena informatio possit haberi. - De ipsis electoribus duæ personæ ad minus, super negotio ipso, ut de electis præmittitur, sufficienter instructæ, quando electionem concordem esse contigerit, infra idem tempus, per Capitulum, expensis bonorum, ad Prælatum ipsius E. de cuius Electione agitur, pertinentium, si sint discreta: alioquin communium, vel per ipsum Capitulum aliunde provisorum, si de ipsis discretis vel communibus tunc haberi non possint, ad omnia instructæ plenariè transmittantur. Si verò in discordia electio, vel electiones ipsæ processerint: tunc duæ personæ ad minus de parte qualibet, & (cum sint plures) vel de parte electi (cum electio una processerit) in necessariis & moderatis expensis electorum. Quas si electi exhibere contempserint, (nisi forsitan ipsos facultatum impotentia pro qualitate negotii excusaret) omni iure ipsi ex tali electione questio priventur. Et quando unicus est electus, cui aliquis, vel aliqui se opponunt, eo casu, tam opponens, quàm apponens huiusmodi, si duo tantum, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opponentibus, expensis ipsorum opponentium propriis pleni (ut dictum est) cum actis & munimentis instructæ compareant. *De electione. Sc. in 6. cap. Cupientes.*

50. **Electio fieri potest per compromissum.**

Cæterum, si per formam compromissi fuerit in electione processum, & electæ pars aliqua se opponat: Si minor ipse (ut in forma Scrutiniis statuitur) confirmetur electio, & eidem benedictio impendatur, partis ejusdem contradictione, vel exceptione, aut appellatione qualibet non obstante; sed per hoc denunciandis, vel accusandis eam postmodum sibi via minime sit præclusa: Si major ejus (donec de objectis, & aliis, ut in eadem forma Scrutiniis præmittitur, fuerit inquisitum) confirmatio, vel infirmitas differatur: sed interim (ut prædicitur) liberè administrat: Nisi forsitan pars opponentium existierit duplò major: tunc enim administrare ipsam nolimus, sed liti eventum potius expectare. *De*

De Electione in 6. cap. Indemnitatibus. §. Cæterum. Cujus tenetis præcedentia. Vide, Sub verbo Abbatissa. tit. 1. n. 1.

Sicut cum per formam Scrutiniis est ad electionem proceditur, & per unum pronuntianda, & facienda communis electio, secundum Canonica instituta; sic & per unum debet fieri, cum per formam proceditur compromissi: Quamvis in arbitris compromissariis lex humana innuat, quòd ab eis omnibus sit pronuntiatio facienda, alioquin à pluribus compromissariis facta simul electio, eò ipsò viribus non subsistat. *Ibidem. cap. Sicut cum. eodem tit. in Decret. cap. In causis. Vide, Compromissum. n. 2.*

51. **Electio per compromissarium, non possunt fieri per sortes.** *De sortilegiis. cap. Ecclesia. Vide, supra n. 22.*

52. **Electio per compromissarium valet, quando ab omnibus compromissariis pronuntiatur, aliàs non.** *De Electione. in 6. cap. Sicut cum. Vide, ubi supra n. 50.*

53. **Eligentes per compromissum re integrâ, id est, adhuc non inceptò tractatu, possunt retractare.** *De Electione. cap. In causis. Vide, supra n. 50.*

54. **Compromissarius non potest pronuntiare electum eum, in quem major pars Capituli non concurrat.** *De electione in 6. cap. Si cui. Vide, Compromissum. n. 15.*

55. **Electio concessâ compromissario, si hic non eligit intrâ tempus, ad Superiorem devolvitur potestas eligendi.** *Ibidem. cap. Si compromissarius. Vide, Ibid. n. 16.*

56. **Si compromissarius eligit indignum, & Electores non ratificant, sive id fecerit scienter, sive ignoranter, ad electores redit electio.** *Ibidem.*

57. **Compromissarius eligens indignum, (si non sit Episcopus) per triennium suspenditur ab Ecclesiasticis beneficiis, quæ habet in ea E. in qua fit electio.** *Ibidem. Vide, Compromissum & Compromissarius.*

58. **Ab Universitate compromissum fieri non potest in unum tantum, ut eligat, aliâ nulla est electio.**

Coram dilecto F. n. G. Sancti Theodori Diacono, Card. R. Monacho in Abbatem Monasterii sanctæ Floræ Aretinæ electo, & procuratori quorundam Monachorum, qui electioni se opponebant, ejusdem à nobis auditore concessò, proposuit R. prædictus, quòd corpore prædefuncti Abbatis nondum traditò sepultura, Monachi ejusdem loci, relicto ipsò corpore in E. & matutinali Officiò, quòd jam erat inceptum, omisso, in Abbatis curiam secedentes, eligendi potestatem in unum ex ipsis Monachis contulerunt, quibus demùm regressis in Ecclesiam, Abbas corpore jam sepultò, Monachus, in quem erat potestas eligendi collata, ipsum R. in Abbatem elegit: idemque & in Abbatis sede politus, recipiendi à quibusdam Monachis obedientiam, & accipiendo quædam de bonis Monasterii pro expensis, administrationi continuò se ingessit. Ipsò igitur preterito confirmati electionem huiusmodi, & procuratore prædictò è converso postulante illam, tanquam præsumptam illicitè, infirmam; nos his & aliis, quæ fuerunt coram ipso Card. proposta, per ejus fidelem relationem, pleniùs intellectis, electionem ipsam cassavimus iustitiâ exigente. *Honorius III. ex Cirone. De electione. cap. 4. Vide, Compromissum. Vide, Conferendi ius. Vide, Ecclesiâ vacante.*

59. **Electio facta à majori parte, turbata tamen à minori, non potest sedari per munera, aliàs est simoniaca.**

Tomus II.

Presbyter Cardinalis secretâ suâ nobis insinuatione monstravit, quòd cum fuisset ad Ecclesiam tuam regimen, de voluntate majoris & sanioris partis fratrum electus, quia paucis contradicentibus non valebas debitâ pace gaudere: Quidam amicus de conscientia tua & voluntate, perturbata tamen, ei, qui magister discordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exsolvit: & sic, quam priùs sustinebas, contradictio quievit. Nunc autem dubitas, quòd non sis simoniæ prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere. Quia igitur per jam dictum Cardinalem Apostolicæ Sedis consilium quaesivisti, præsentium tibi significatione monstramus, quòd multum tibi consulis, si administrationem prædictam celeriter & spontè dimittis, Evangelicè verbi memor existens: nil prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur. *Conc. Lateran. 3. In appendice. tit. De electione. cap. 4.*

60. **Electioes regularium circa discordiam & minoritatem numeri, ex Constitutione Bonifacij, intelliguntur de minoritate facti, non juris fictione.**

Quòd circa regularium electiones, super discordia & minoritate numeri, Bonifacianâ constitutione cavetur, de discordia & numeri minoritate, quæ in factis, non in fictione, vel juris affectu consistunt, debere intelligi, declaramus. *Clement. De electione. cap. Quòd circa.*

61. **Electio hæretici in Papam, vel Episcopum, est nulla.** *Vide, Hæreticorum multe inhabilitates.*

62. **Electio ministri Provincialis Ordinis Minorum, à Generali est confirmanda, si sibi videtur; potest eam infirmare, si eidem secundum Deum videbitur. Eâ infirmatâ, iterum fit electio à Capitulo.** *Clem. de verb. significat. Ex vi. in fine. Vide, Provinciales. n. 1.*

63. **Electio Ministrorum Provincialium Ordinis Minorum fieri debet à majori parte Capituli, & si ita fiat, est valida, non obstante, quòd alia pars contradicat.** *Ibidem.*

64. **Si electio Provincialis Ordinis Minorum non fiat intrâ tempus præfixitum, devolvitur ad Generalem.** *Ibidem. Vide, Regul. Reformatio. Vide, Regul. Superiores.*

65. **Electio Provincialium Ultramarinarum Ordinis Minorum, quomodo facienda.** *Ibidem.*

66. **Electiois causâ pendente coram Papa, non potest electio confirmari ab Ordinario.**
Si postquam ab electione in Cathedrali, vel Regulari E. celebrata, fuerit in scriptis ex causa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad S. A. appellatum, electionem ipsam per Ordinarium confirmari contingat, huiusmodi confirmatio, nisi priùs fuerit Canonice ab appellatione ipsa recessum, (cum sit ab eo, qui non potuit, de facto præsumpta) nullam obtinebit roboris firmitatem. *De electione. in 6. cap. Si postquam.*

67. **Electio de tertio non potest fieri, etiam si aliquis ex litigantibus moriatur.** *Ut lite pendente. in 6. cap. 1. Vide, supra n. 44.*

68. **In electione vota conditionalia, vel incerta, vel alternativa, nulla sunt, & ac si non essent.**

In electionibus & postulationibus, ac scrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa, vel incerta, penitus reprobamus. Statuentes, ut huiusmodi votis pro non adjectis habitis, ex puris consensibus celebretur electio, voce illorum, qui non purè consenserint, eâ vice in alios residente. *De elect. in 6. cap. In electionibus.*

Cum actus legitimi dies & conditiones abhorreant sanctione legali, & inter legitimos actus electio non potest cum celeberrimus habeatur, cum per eam inter eligentes

& electum spiritualis quaedam matrimonii foedera copulentur, atque reconcilientur in electionibus; seu postulationibus, vel scrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi Vota conditionalia, alternativa, & incerta, reprobamus, & prohibemus: Statuentes, ut hujusmodi votis pro non adjectis habitis, ex puris consensibus surgat electio. *Concil. General. Lugdunens. 1.*

- 69. Electio simoniaca cassanda est, etiam si electus nesciat. Vide, *Simonia.*
- 70. Electiones superiorum mulierum in conservatoriis, licet non sint moniales. Vide, *Moniales.*
- 71. Electionum negotia Romae tractantes, non privandi beneficiorum fructibus. *De electionibus. in 6. cap. Cum non deceat.* Vide, *Absens. tit. 2. n. 3.*
- 72. Electiones pro aliis Ecclesiis (excepta electione Papae) validae sunt, si fiant a majori parte Capituli. *De electione. cap. Licet. supra n. 26.*
- 73. Electione cassata, non ob defectum electi, hic potest iterum eligi. *De electione. cap. Super eo. supra n. 40.*
- 74. Electio cum maturitate confirmanda, & praesertim quando facta est in discordia. *De electione in 6. cap. fin.* Vide, *Confirmationes legales. n. 6.*
- 75. Electiones ad dignitates, praeposuras, &c. quae excedunt valorem 200. florenorum, confirmandae sunt a Papa. *Pius IV. constit. 86. Sanctissimus.*

II. Electio an, quando & quomodo potest impugnari, ei que opponi.

- 1. Electioni factae per duas partes opponi non potest, nisi in casu, quo electio de jure esset nulla.

Si quando contigerit, (duabus electionibus celebratis) partem alteram eligentium duplo majorem numero inveni: contra electores, qui partem reliquam sic excedunt, ad extenuationem zeli, meriti, vel auctoritatis ipsorum, reliquis vel electo ab eis, aliquid opponendi omnem praesentem decretum interdicimus facultatem. Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum redderet ipsi jure, id eis non intelligimus interdictum. *De electione. in 6. cap. Si quando.*
- 2. Electioni opponens, si non probet, est puniendus, & quomodo. Tenetur ad expensas, & si non probet, quod produxit, privatur beneficiis Ecclesiasticis per triennium; & si in eis se ingerit, privatur perpetuo. Nisi per causam probabilem excuserit a vitio calumniae.

Constitutionem F. R. Gregorii Papae, editam in Concilio Lugdunensi, ut si forte inter caetera, quae obijciuntur electo, aut postulato, seu alias promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem scientiae, vel alium personae defectum opponi contingat, de illo primitus cognoscatur: & si opponentem inventum fuerit destitui veritate, a causa illius prosecutione totaliter sit exclusus, & alias puniatur, ac si in objectorum probatione omnium defecisset. In illo, qui manifestum defectum in visu, auditu, & aliis corporis sensibus, nec non & in memoria, & etiam intellectu, opponit electo, locum habere: quo ad intentionem constitutionis ipsius manifestum & evidens idem supponere declaramus. *De verborum significatione. in 6. cap. Constitutionem.*
- 3. Electioni opponens, intra mensem tenetur arripere iter ad S. A. per se vel per pro-

curatorem. *De electione. in 6. cap. Statuimus. Vide, Appellare. tit. 4. n. 9. Et Concil. Lugdun. 1.*

- 4. Facta oppositione electioni si expectata parte per 20. dies post adventum alterius ad Papam, non compareret, procedatur etiam in absentia.
- 5. Electioni opponens in publico, cum juramento debet exponere, quae opponit appellando, alias non est appellatio. *Ibidem. cap. Ut circa.* Nisi aliquid de novo emergat, vel quod antea fuit ignoratum. *Ibidem. Vide, Appellare. tit. 4. n. 11. & 12.*
- 6. Opponentes jurare debent, quod quae opponunt, credunt esse vera, & posse probare.

Is qui contra electionis formam, vel electi personam aliquid obijciens, ad S. A. appellavit, corporali a se praestito juramento, quod illa, quae in appellatione sua expresserat, vel ea, quae de ipsis deberent sufficere, vera esse credebatur, & se posse probare, non est super objectis, vel expressis hujusmodi audiendus, cum non simpliciter, sicut tenebatur, juxta constitutionem F. R. Gregorii Papae X. Praedecessoris nostri, editam in Concilio generali Lugdunensi, juraverit, expressa eadem, seu objecta se credere vera esse, & se posse probare, sed indeterminate illa, vel ea, quae deberent sufficere de illis. *Ibidem. cap. Is qui contra.*
- 7. Electioni opponens ex defectu scientiae, non potest se retractare.

Ab eo, qui contra electum, vel postulatam, seu promovendam ad aliquam dignitatem, inter caetera quae obijcit, evidentem, notorium, seu manifestum scientiae, vel alium personae defectum opponit: ipsius defectus oppositio, vel ejus qualitas, nequeunt postea revocari: cum enim opponens (si quod de defectu oppositio hujusmodi, destitui veritate contingat) a prosecutione causae debeat omnino excludi & puniri, perinde, ac si in probatione omnium, quae obijcerat, defecisset: justum est, ut (postquam ad oppositionem eandem procedit) nequeat in praerudicium ejus, contra quem opposuit, ulterius penetrare. *Ibidem. cap. Ab eo.*
- 8. Si fiat oppositio de defectu evidenti electi, ut scientiae, &c. prius de hoc est cognoscendum, & si opponens deficiat, puniatur. *De verborum significatione. in 6. cap. Constitutionem. supra n. 2.*
- 9. Electioni quando potest opponere Procurator.

Non potest procurator ad agendum, vel defendendum, jurandumque de calumnia & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia, quae speciale mandatum exigunt; constitutus, (nisi aliud super hoc in mandatis habeat) opponere in personam electi, seu ejus, cui est provisio facienda, vel facta. crimina, vel defectus. Cum sub generalitate tali graviora non veniant, vel majora, quam in ipso procuratorio sint expressa. *Clementina. De procuratoribus. cap. Non potest.*
- 10. Electioni opponens per appellationem, &c. nisi in principio adducat defectum, crimina, &c. non est audiendus in progressu, etiam si juret, de novo illa scivisse. *Clementina. De electione. cap. Constitutionem. Vide, Appellare. tit. 12. n. 3.*
- 11. Oppositione facta per appellationem, electio quae sequitur, postea est cassanda. *De electione. cap. Consideravimus & cap. Cum post petitam. Vide, tit. praecedenti n. 24. & 38.*
- 12. Si vero facta appellatio, sequatur electio juxta formam appellationis, est valida. Sed non, si contra eam. *De electione. cap. Cum nobis. Vide, ibidem. n. 38.*

13. Oppositione facta electo, de jure eligentium, sufficit, si hic probet, quod erant in possessione.

Nos igitur rationibus utriusque partis auditis, dictum B. ab impetitione oeconomii vestri, super electione ac institutione de se facta, in E. sancti Salvatoris, absolvimus, & super his Praelato oeconomio silentium duximus imponendum: cum nobis constiterit, quod populus in quasi possessione praesentandi clericum existeret, quando ipsum Presbyterum ad illam elegit, & Ecclesia eadem spectat ad titulum sanctae Sulanne in spiritualibus pleno jure, salva quaestione super jure patronatus, intra Ecclesiam vestram, & populum saepe dictae Ecclesiae sancti Salvatoris. *De electione. cap. Querelam.*

14. Oppositione facta de electione Abbatissae, interim non attentetur confirmatio, neque benedictio; aliis confirmans, vel benedicens, suspenditur per annum a potestate. *De electione in 6. cap. Provida. Vide, tit. praeced. n. 41.*

15. Electio haeretici in Papam, vel Episcopum, est nulla. Vide, *Haereticorum inhabilitates. Vide, Electio Papae. Vide, Metus.*

Electores, Eligentes.

- 1. Eligentes scienter indignum, privantur jure eligendi in prima electione. Sed huic non subjacent poenae, nisi certent, ut electio eorum votis sequatur.

Et hi quidem, qui praesentorem elegerant, asserbant, quod illi, qui Decanum elegerant, eligendi erant potestate privati; pro illa maxime causa, quod hominem non legitime natum scienter eligere praesumpserunt. Unde secundum Lateranense Concilium: & eligendi hac vice perdiderant potestatem, & per triennium Ecclesiasticis beneficiis carere debebant. *De electione. cap. Cum Vinniensis.*

Perpetuo sanctionis oraculo declaramus, quod scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio praestitum, (nisi adeo in eo perstiterint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur) nequaquam eligendi potestate priventur: licet pro eo, quod indignum nominando scienter contra conscientias suas agunt, & divinam vindictam, & Apostolicam ultionem metum, quem qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare. *De electione in 6. cap. Perpetuo.*
- 2. Eligentes Episcopum indignum, per triennium suspenduntur a beneficiis, & interim sunt ineligibiles ad dignitatem aliquam.

Cum igitur talem scienter in Episcopum eligendo, (sicut ipse suo juramento firmavit) Ecclesiasticis beneficiis reddiderit se indignum, grave gerimus & molestum, quod Tholosan. Praepositum in Episcopum Conveniarum electo, idem Malsaron in Praepositum dicitur substitutus. Quocirca mandamus, quatenus eundem ab officio Praepositurae penitus amoveant, faciatque virum idoneum ad officium illud assumi. *De electione. cap. Per inquisitionem.*
- 3. Eligentes illegitimum scienter, inquam poenam incurrunt.

Innotuit nobis, quod Vigoriensi Ecclesiam destituta Pastore, Prior & Conventus ejusdem, Magistrum M. Archidiaconum Eboracen. in Episcopum elegerunt. Qui tandem spontanea tibi & secreta confessione monstravit, quod conscientia ejus aliquantisper ex natalibus esset laesa. Cujus electionem Capitulum petiit per S. A. confirmari, praesentato nobis electionis decreto, subscriptionibus eligentium roborato. -- (Sequentia vide sub verbo Antecessor, & sequitur.) Multa enim hoc casu dispensationem inducere videbantur, litterarum scientia, morum honestas, vitae virtus, & fana personae, multipliciter a quibusdam, etiam ex

fratribus nostris, (qui eum in scholis cognoverant) approbatae: faciebant etiam ad id non modicum, concursus Capituli Vigoriensis electio, petitio populi, assensus Principis, votum tuum, suffraganeorum suffragia & humilis devotio contentis, qui sponte ac humiliter suum maluit confiteri reatum, quam laesa conscientia thronum conscendere Pastoralementem. Habito ergo super hoc diligenti tractatu, intelligentes, Vigoriense Capitulum, eundem magistrum non humiliter postulasse, sed improvide potius elegisse, (cum ad obtinendum dispensationis beneficium procedendum fuisset, non per electionem inhibitam, sed per postulationem permissam) electionem, praedicti Canonis auctoritate cassatam, denunciamus irritam & inane, partentes non modicum Vigoriensi Capitulo, quod eis nec poenam intelligimus expressam in Canone superadicto, nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant; & quamvis post cassationem hujusmodi nobis fuerit supplicatum, ut dignaremur cum eo misericorditer dispensare: supplicationem hujusmodi, quae nomine Capituli non fiebat, (cum non ad postulandam dispensationem, sed ad petendam confirmationem fuerint nuncii destinati) ad praesens non duximus admittendam, decernentes irritum & inane, quidquid super ordinatione ipsius Episcopatus ante susceptionem litterarum nostrarum fuerit attentatum. Quod si Vigoriense Capitulum eundem magistrum, propter prerogativam meritorum ipsius, duxerit postulandum, postulationem apud S. A. praesentare procuret. *Ibidem. cap. Innotuit.*

- 4. Eligentes publicato scrutinio non possunt variare, sed compellendi sunt.

Publicato Scrutinio variare nequeunt electores, cum sit facienda collatio, & electio celebranda; Ad quod per Superiorem, si oportuerit, compellantur. *Ibidem. cap. Publicato.*
- 5. Electores non privantur potestate eligendi, praetereunte tempore, si impedita fuit electio, vel non habuerunt licentiam eligendi.

Sanè, ne quis forte causetur, Capitulum sancti Juliani, Lemovicensis Diocesis, jus eligendi Praepositum per decursum temporis amisisse; nolimus, quod tempus lapsum, ante concessam sibi eligendi licentiam, eis currat, cum constitutio, quae de hujusmodi lapsu temporis loquitur, contra negligentiam vitium fuerit promulgata, & hi dici nequeant negligentes, cum non possent eligere, praesertim, cum ex dilecti Filii nostri B. tituli S. Joannis & Pauli Presbyteri Card. mandato, nostram, vel ejus tenerentur licentiam postulare. *Honorius III. Ex Cirone de electione. cap. 2.*
- 6. Elector impuber, si non vocatur, non potest opponere de contemptu. *De electione in 6. cap. Ex eo. Vide, Canonici. tit. 2. n. 13.*
- 7. Electoribus impeditis, incipit computari tempus, ex quo non auferunt impedimentum.

His, quibus interdicitur, ut absque Superioris licentia eligere non praesumant, tempus statutum a Canone currit, ex quo in mora fuerint, licentiam hujusmodi postulandi. *De electione. cap. fin.*
- 8. Eligentes electioni consentientes, non possunt opponere, nisi nova causa existente.

Nulli licere decernimus, (postquam in Scrutinio nominaverit aliquem, & electio fuerit suscepta, vel postquam praestiterit electioni de ipso ab aliis celebratae consensum) illum super electione ipsa (nisi ex causis postea emergentibus) impugnare: vel nisi ei morum ipsius antea celata de novo pandatur improbitas, seu aliusque alterius latentis vitii, vel defectus, quae verisimiliter ignorare poterit, veritas reveletur. De hujusmodi autem ignorantia fidem faciat proprius juramentum. *De electione in 6. cap. Nulli.*

9. Eligere possunt omnes, qui sunt in possessione eligendi. *De electione. cap. Querelam. Vide, tit. preced. n. 13.*
10. Electores habentes jus eligendi, omnes vocandi sunt. *De electione. cap. Quod sicut. Vide, tit. 1. n. 31.*
11. Electores etiam absentes vocandi sunt ad electionem. *Ibidem. cap. Coram Dilecto. Vide, Absens. tit. 3. n. 1.*
12. Eligentes per compromissarium stare debent ei, quod facit compromissarius, & recipere electum ab eo, dummodo servaverit formam compromissi. *De electione. cap. Cum Dilectus. Vide, Compromissum, n. 3. Vide, Compromissarius.*
13. Eligentes per compromissarium possunt retractare, si res est integra, id est, quando non est incœptum tractari. *Ibidem. cap. In causis. Vide, Ibidem. n. 2.*
14. Elector absens, & impeditus, si jurat de hoc, & fidem facit, potest per procuratorem eligere. Sed uni de collegio, seu Capitulo tantum, potest id committere. *Concil. Lateran. 4. cap. 24. De electione. cap. Quia propter. §. Quia illud. Vide, tit. 1. n. 17.*
15. Elector potest constituere plures procuratores in solidum, & quomodo, & in qua circumstantia. Si unum facit procuratorem, hic non potest in scrutinio unum suum nomine, & alium nomine Domini eligere, nisi in mandatis habuerit à Domino, de eligenda persona determinata; quia tunc potest unum suum nomine, & alium nomine Domini eligere.
- Si quis iusto impedimento detentus, in electionis negotio nequeat commodè interesse, potest, nedum uni, (prout dicitur in Concilio generali) sed & pluribus committere vices suas: dum tamen eorum cuilibet det in solidum potestatem: & erit tunc melior conditio occupantis. Verum si ambo concurrant in simul, & postulent se admitti, audiri eos non expedit: quia possent vota sua dirigere in diversos, sicque res non haberet exitum; & quod ab eis hoc casu fieret, non valeret: Sed is admittatur dumtaxat, quem Capitulum, vel pars major elegerit; vel si concordare nequeant, is, qui primò in instrumento vel litteris procurationis extiterit nominatus. Si autem nullus ipsorum in solidum fuerit deputatus, tunc propter rationem eandem ipsorum aliquis non debet admitti. Sibi que imputer, qui sic eos constituit indiscretè. *De electione. in 6. cap. Si quis iusto.*
- Porro, cum unus est procurator simpliciter constitutus, si is unum suum, & alium Domini sui nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit: nisi de certa eligenda persona sibi Dominus dederit speciale mandatum: tunc enim in illam ejus, & in aliam suum nomine licitè poterit consentire. *Ibid. §. Porro.*
16. Elector habens jus eligendi, non potest se ipsum eligere. *De institutionibus. cap. fin. Vide, Conferendi jus n. 1.*
17. Elector licet procuratorem non inveniat, non potest per litteras dare votum in electione.
- Absens quoque (licet nullus de collegio velit esse procurator ejusdem, nec ipse, nolente Capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votum suum: quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secretè & sigillatim tantummodo exprimendum. *De electione in 6. cap. Si quis iusto. §. Absens.*

18. Elector, sine consensu Capituli, non potest aliquem extra Capitulum instituire procuratorem. *Ibid. & Concil. Lateran. 4. cap. 24. Vide, tit. 1. num. 17. Ibid. cap. Quia propter.*
19. Electores si supprimunt cassationem Papæ, privantur jure eligendi.
- Cumque plures eorum postulationem cassatam à nobis innovare denuò niterentur, quidam verò Episcopum Cameracen. in Archiepiscopum postulantem, tu intelligens eos, qui cassationem nostram quodammodo revocare volebant, eligendi privilegium amississe, quia concessa sibi ex A. S. benignitate abuterentur temerè potestate, ac ideò ad alios, licet pauciores numero, quantum tamen ad hoc pertinet consilio saniores, eligendi vel postulandi devolutam esse licentiam, prædictum Cameracen. ad eorum instantiam in pastorem auctoritate fretus Apostolicà, providisti. Nos igitur à sollicitudine Cameracen. E. ipsum reddimus absolutum, quod à te mandato nostro factum est, auctoritate Apostolicà confirmantes. *De postulatione Prælatorum. cap. Gratium.*
20. Si electores negligunt eligere intra tres menses Superiorem Ecclesiæ, sive sæcularis, sive regularis, Superior vicinior gubernat Ecclesiam. *De elect. & c. cap. Ne pro defectu. infra.*
- Statuimus, ut ultra tres menses Cathedralis, vel Regularis E. Prælati non vacet, infra quos (iusto impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant eà vice: ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur, devolvatur. Is verò, ad quem fuerit devoluta potestas, Deum præ oculis habens, non differat ultra tres menses, cum consilio Capituli sui, & aliorum virorum prudentium, viciatam E. de persona idonea, ipsius quidem E. vel alterius, si digna non reperiat in illa, canonicè ordinare, si Canonicam voluerit effugere ultionem. *De electione cap. Ne pro defectu. Ex Conc. Lateran. 4. cap. 23.*
21. Electores, qui in tanto tempore non eligunt, privantur eà vice potestate eligendi, & devolvitur electio ad vicinum Superiorem. *Ibid.*
22. Electores eligentes ex jussu sæcularis potestatis, per triennium suspenduntur à beneficio, & privantur potestate eligendi.
- Quisquis electioni de facta, per sæcularis potestatis abusus, consentire præsumpserit contra canonicam libertatem, & electionis commodò careat, & ineligibilis fiat, nec absque dispensatione possit ad aliquam eligi dignitatem. Qui verò electionem hujusmodi, quam ipso jure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officiis & beneficiis penitus per triennium suspendantur, eligendi tunc potestate privati. *Concil. Lateran. 4. cap. 25.*
23. Eligentes, cum promissione beneficii obtinendi ab electo, si convincuntur, deponantur, aliàs tenentur se purgare.
- De hoc, quòd Rex & Principes sui, à Bernardo quondam Certomeni Episcopo, pecuniam accepisse dicuntur, ut ejus electioni præstarent assensum, & quòd idem Episcopus Archidiacono Senien. beneficium certi redditus, & cuidam Clerico ante electionem suam Prioratum dicebat promississe, ut uterque eorum, Archidiaconus videlicet & Clericus, ejus electioni consentirent: hoc tunc paternitati duximus respondendum: Quòd si operis evidentia manifesta æstimatur, ita quòd notorium est, eundem Archidiaconum & Clericum, ob illam causam, tam iniquam & detestabilem promissam rem accepisse: aut si exinde confessi fuerint in iure, vel legitime possunt ab aliquibus convinci, ab Altaris ministerio sunt perpetuò deponendi. Si verò id manifestum non est, nec inde

con-

convicti, vel confessi fuerint, & tamen postea laborant infamià, eis Canonica purgatio debet indici: in qua si defecerint, tanquam tanti sceleris auctores sunt puniendi. Regem autem & Principes suos sollicitè monere debes, & diligenter inducere, ut si qua receperint à præfato Episcopo, ut ejus electioni præstarent assensum, Ecclesiæ Cerumeni sine diminutione restituant, cum ea sine gravi salutis suæ periculo retinere non possint. *Concil. Later. 3. in append. De simonia. cap. 13. Vide, Absens. Vide, Arbitri. Vide, Appellatio, que non tenet. Vide, Regular. Superiores & electiones.*

Electus, Eligendus, & Confirmandus.

1. Electus ad clamorem populi, non debet confirmari à superiore.
- Osius Episcopus dixit: si quis ita temerarius extiterit, ut talem excusationem afferens assereret, quòd litteras populi accepit, cum manifestum sit, potuisse plures eorum, qui sinceram fidem non habent, præmiò & mercede corrupti, ut clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur, omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem (nisi de hoc penituerit, talis accipiat: Si verò omnibus placet, statuice. Synodus respondit: Placet. *De elect. cap. Osius.*
2. Electus canonicè confirmari debet, sed prius de ejus vita est inquirendum, si sit incognitus.
- Confirmationem petentium desideria (nihil est, quòd electum impediatur) implentur; cuius vita vel actus, quia melius possunt, ubi est conversatus, cognosci, inquitantur ibidem. *Ibidem. cap. Postquam.*
3. Electus, absque confirmatione Superioris, non potest administrare officium, & c. in quo est electus: neque juvat consuetudo contraria, & si facit, privatur jure quæsito.
- Cum venerabilis F. noster Episcopus Holfiensis, & L. Sanctæ Crucis Presbyter Card. in partibus Germaniæ Legationis officio fungerentur, invenerunt Abbatem, de monasterio Hermon, quod ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere, nullò mediante ad monasterium Corbien. quod est etiam Romanæ E. speciale, proprià temeritate migrasse, licentià illud deserendi, vel confirmatione à nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habità, nec petitià, & infra: Postmodum autem Nuntii ejus ad defensionem ipsius generalem illius terræ consuetudinem allegarunt. Cum igitur hæc non tam consuetudo, quàm corruptela, merito sit censenda, quæ profectò sacris est Canonibus inimica, ipsam mandamus de cæterò non servari. *De consuetudine. cap. Cum venerabilis. De electione. cap. Nostri. Vide, Beneficium. tit. 9. n. 17.*
- Hæc generali constitutione sancimus, ut nullus de cæterò administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub œconomatùs, vel procurationis nomine, aut alio de novo quæsito colore, in spiritualibus, vel temporalibus, per se, vel per alium, pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illis se immiscere præsumat. Omnes illos, qui secus fecerint, jure (si quod eis per electionem quæsitum fuerit) decernentes eò ipso privatos. *De electione in 6. cap. Avaritia.*
4. Electi, qui immediatè subduntur Papæ, confirmationem petant à Papa, & si longè distant, interim gubernant. *De elect. cap. Nihil est. Vide, Confirmationes legales. n. 4.*
5. Electus, cujus electio fuit cassata, non ob ejus defectum, sed ob modum eligendi, potest iterum eligi. *De elect. cap. Super eo. Vide, tit. 1. n. 40.*
6. Eligendus semper est melior.
- Qualis enim edificatio erit discipuli, si se intelligat magistrò esse majorem; unde non solum Episcopi, Presbyteri & Diaconi debent magnoperè providere,

ut cunctum populum, cui præfident, conversatione, sermone, & scientià præcedant: verum etiam & inferior gradus, exorcistæ, lectores, æditui, Acolythi, & omnes omnino, qui domui Dei servant: quia vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse, quàm clericos. *8. q. 1. cap. Qualis enim. Concil. Coloniense 2. p. 1. cap. 9. Vide, Beneficia. tit. 6. n. 8.*

7. Electus renuntians electioni, non potest appellare de electione alterius.

Cum inter R. seniore, & R. Juniore, super Abbatia Schaphusen quæstio verteretur, b. m. Cælestinus prædecessor noster, prædictum R. seniore, sententiam cum instantia postulantem, ad componendum coëgit invitum: & sic Abbatia renuntians, & de manu ejus custodiam & Prioratum recepit ab eo, dum viveret, possidendo: cui ordinationi licet consentiret invitum, domum tamen reversus, adversariis compositionem ipsam volentibus observare, non potuit, quæ concessa sunt, obtinere. Nos attendentes, quòd ex consensu compositionis receptæ, jus (si quod sibi competierat) R. senior amiserat, ac per hoc nè monachi ad electionem procederent, de jure minimè appellare potuissent, cum, nisi quorum interest, audiri non soleant appellantes: appellationem illam dicimus legitimam non fuisse; unde per eam electio non potuit impediri. *De electione. cap. Cum inter.*

8. Electus non docens de ætate legitima, & sufficienti litteratura, non confirmatur, & nulla est ejus electio.

His igitur & aliis allegatis, quanquam contra personam illius, quem elegistis, nihil dictum fuerit, vel objectum; quia tamen juxta verbum Apostoli dicitur: Nemini citò manum imponas; debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenda fuerant, duximus ex officio nostro (sicut decuit) procedendum: Illius quoque litteraturæ, licet non eminentis, tamen convenientis electus existit, ut pro defectu scientiæ (sicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognoverunt) ab electione non deberet excludi: de legitima tamen ætate scire plenè non potuimus veritatem; quia cum à multis, cujus ætatis existeret, curaverimus indagare, à nemine unquam audivimus, quòd annum ætatis trigésimum indigisset. *Ibidem. cap. Cum nobis.*

9. Electus à majori parte Capituli, si est indignus, non confirmatur: & si cum eo est electus alius dignus à majori parte, confirmatur.

Dudum ad audientiam nostram quæstione perlatà, quòd vacante Præpositurà Colocen. E. in duo se vota eligentium divisissent. — Sed decisionem causæ ipsius iudicibus commisimus sub hac forma, ut vel si notorium esset, vel per ea, quæ jam dicta erant, constaret, quòd Præpositus sancti Gregorii, electionis tempore pateretur, vel in Ordinibus, vel scientià, vel in ætate defectum, qui cum juxta Canonum Sanctiones impediret ad hujusmodi officium promoveri, ei (non obstante ipsius absentia corporali) silentium imponentes Præposito SS. Apostolorum Præposituram adjudicarent eandem; alioquin (cum in eum non solum plures, sed duæ penè partes convenerint, & impedimentis cassantibus appareat, quòd eum bonè zelo elegerint) Præpositi SS. AA. electione cassatà, electionem confirmarent ipsius, & ei facerent, tanquam Præposito, responderi. *Ibidem. cap. Dudum ad audientiam.*

10. Electus per consensum adjutorii sæcularis, malè est electus, & est ineligibilis ad aliam etiam dignitatem. Si consensit, privatur beneficio.

Quisquis electioni de facta, per sæcularis potestatis abusus consentire præsumpserit: contra Canonicam libertatem, & electionis commodò careat, & ineligibilis fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat eligi dignitatem. Qui verò electionem hujusmodi, quam ipso jure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officiis & beneficiis penitus suspendantur per triennium, eligendi tunc potestate pri-

privati. *De electione. cap. Quisquis. Concil. Later. 4. cap. 25. Vide, tit. preced. n. 22.*

11. Electio confirmatio dari non potest exceptio. *De appellat. & recusat. cap. Constitutio. Vide, Appellare tit. 3. n. 11.*

12. Electio fieri potest oppositio scientiæ, vel personæ, & hoc ante omnia examinandum est.

Si forte inter cætera, quæ obijciuntur electo, aut postulato, seu aliis promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem scientiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, in discussione objectorum illum statim Ordinem incommutabiliter observandum: Ut promovendus super defectu ipso, ante omnia subjiciatur examini, cuius eventus examinandis aliis, aut dabit initium, aut negabit; Ceterum si præmissi examinis exitus, huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui, opposites omnino à prosecutione causæ, in qua talia objecterunt, excludimus, & perinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium, quæ obijcerant, defecissent. *De electione. in 6. cap. Si forte.*

13. Electio, vel eligendo opponens, debet observare constitutionem Gregorii X. *Uti Circa. Ibid. cap. Is qui contra. Vide, Electio quando & quomodo n. 6.*

14. Electus simoniacè, sed ignoranter, non potest per Episcopum dispensari in Prælatu, maximè verò in beneficio simplici.

Si aliquis electionem propter simoniam, eò ignorante, ac ratum non habente commissam, contigerit reprobari: cum eo super prælatione, ad quam taliter electus illà vice, non potest Episcopus dispensare: quamvis circa eum, qui ignoranter recipit simplex beneficium per simoniacam pravitate, post liberam resignationem, Episcopi dispensatio tolleretur. *De electione. cap. Si alicujus.*

15. Electus autem scienter, non potest ab eo dispensari. *De simonia. cap. Sicut tuis. infra.*

16. Electus non dicitur, nec est simoniacus, si eò prohibente, data est pecunia.

Quamvis autem secundum SS. Canonum instituta, etiam parvuli, qui cupiditate parentum EE. per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur. Quia tamen longè diversum est, non præbere consensum, & expressè aliquid prohibere; taliter duximus respondendum: quoniam ex eo, quod contra prohibitionem & voluntatem tuam (à qua postmodum minimè recessisti) aliquis, te penitus ignorante, promittit pecuniam, & exolvit, præsertim cum is nullà sit tibi sanguinitate conjunctus, nihil debet tibi ad poenam vel culpam (sicut credimus) imputari, nisi postea consenseris, pecuniam solvendo promissam, aut reddendo solutam: Alioquin contingeret, quod alicujus factum insidias inimico parantis, ei damnosum existeret, cui penitus displiceret, & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. Illos autem, qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt, in tantum constat esse culpabiles, quod si excessus eorum esset Ecclesiæ manifestus, (quæ non judicat de occultis) poenâ essent Canonica feriendi. *De simonia. cap. Sicut tuis. & cap. Si alicujus. supra.*

17. Electus (cum appellatur contra electionem) debet adire Romam, ibique manere, usque ad finem negotii.

Si verò electus, qui juxta constitutionem s. Nicolai Papæ III. prædecessoris nostri, ad dictam sedem venerat, pro electionis suæ negotio proseguendo, de Romana Curia sine licentiâ recesserit, antequam huiusmodi negotium sit finitum: ejus electio auctoritate constitutionis ipsius (quæ non solum ut quis veniat, sed etiam ex sua mente exigit, quod usque ad finem negotium proseguatur) eò ipsò viribus evacuetur omnino. Cum autem ab electionis confirmatione, vel factâ provisione per eum, ad quem propter inferiorum negligenti-

tiam fuerat devoluta, eligendi potestas, ad sedem appellatur eandem: constitutionem prædictam inveniendo, & mittendo, & aliis quæ perstringuntur, in ea convenit observari. *De electione. in 6. cap. Si postquam. Cujus initium & præcedentia. Vide, sub tit. 1. n. 66.*

18. Electus duas electiones non potest retinere, sed unam potest prosecui.

Ut quis duas electiones, de se in aliqua E. celebratas, prosecuatur insimul, & confirmationem petat ex eis, (cum non nisi ex una ipsarum valeat jus habere) rationi consonum non putamus. Etiam si se contentum esse velle altera, per quam suæ intentionis consequi possit effectum, in initio protestetur. Oportet ergo eum (nè cum ipsius Ecclesiæ, vel sui adversarii, si quem habet, discrimine in incerto vagetur) eligere, quam prosecui velit ex illis, & confirmationem petere tantummodo ex eadem. Regressum ad aliam, cui per electionem alterius renuntiavit, sibi quæ jus ex ea non competere profiteri videtur, nullatenus habiturum. *De electione. in 6. cap. Ut quis.*

19. Electus ad secundam Ecclesiam, tenetur relinquere primam, aliàs eligentes possunt non acceptare eum.

Cum non ignores, quod una Ecclesia unius debeat esse Sacerdotis. -- Nos attendentes, non esse conveniens, ut idem Presbyter locum habeat in duabus EE. mandamus, quatenus beneficiò, quod habet, facias manere contentum. Quod si forte Archiepiscopus & Clerici alterius E. in eum consenserint, eis nunc dissentientibus, cum ipsorum scandalo non debet locum in ipsa E. querere, vel habere. *De præbendis & dignitatibus. cap. Cum non ignores.*

20. Electus intra mensem debet consentire, aliàs privatur jure quæsito. *De elect. in 6. cap. Quam sit. Infra.*

21. Electus intra tres menses petat confirmationem, aliàs electio est nulla.

Statuimus, ut si quando fuerit electio in aliqua E. celebrata, electores electionem ipsam, quam citius commodè poterunt, electo præsentare, ac petere consensum ipsius procurent; Electus verò illum adhibere, infra mensem à tempore præsentationis huiusmodi teneatur. Quem si electus ipse ultra præstare distulerit, jure (si quod ei ex sua electione fuerat acquisitum) ex tunc se noverit, eò ipsò privatum: nisi forsitan ea sit personæ electæ conditio, ut electioni de se celebratæ, absque Superioris sui licentiâ, ex prohibitione; seu quavis provisione S. A. consentire non possit: quò casu idem electus, seu electores ipsius consentientiâ licentiam ab ejus Superiore, cum ea celeritate, quam Superioris ipsius præsentia, vel absentia permiserit, petere studeant, & habere. Alioquin si lapsò tempore, pro eisdem superioris præsentia, vel absentia, (ut præmittitur) moderando, huiusmodi licentiam eos nequaquam obtinere contingat: electores ex tunc ad electionem aham procedendi liberam habeant facultatem. Ceterum quivis electus, infra tres menses, post consensum electioni de se celebratæ præstitum, confirmationem electionis ipsius petere non omittat. Quod si, justò impedimentò cessante, infra huiusmodi trimestre tempus omiserit: Electio eadem eò ipsò viribus vacuetur. *De electione. in 6. cap. Quam sit.*

22. Electus in Papam, vel Episcopum, si sit hæreticus, nulliter est electus. Vide, *Hæreticorum multæ inhabilitates.*

23. Electioni consentiens, non potest contra electum excipere, nisi ex nova causa. *De Electione. in 6. cap. Nulli. Vide, in tit. preceden. n. 8.*

24. Electio moriente, vel electione cassatâ, (nisi fraus interveniat) eligentes habent integrum jus eligendi de novo.

Si electio ex eo non sortitur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat juri suo.

suo, aut forte diem claudat extremum, seu propter occultum ejus vitium irritatur: electores (qui jam fecerant quod spectabat ad ipsos, infra juris terminum eligendo) habebunt à dissensu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio nova esset, tempus integrum ad electionem aham celebrandam: dummodo nil fraudulenter egerint in præmissis. *De electione. in 6. cap. Si electio.*

25. Electio non consentiente, redit facultas ad eligentes. *Ibid. cap. Si compromissarius. Vide, Compromissum. n. 17.*

26. Electus in Curia, non potest discedere, nec ministrare sine litteris promotionis, neque potest percipere fructus, aut redditus, neque potest recipi in Ecclesia, ad quam est promotus, & poenæ recipientium. *Extra. de Electione. cap. 1. Vide, Curata beneficia. n. 3.*

27. Electio à majori parte consentiente, non potest ei opponi, nisi constet de impedimento canonico, ideoque appellatio non obstat.

Discretionem vestræ mandamus, quatenus cum constet, electionem de Præposito memorato, à majori & saniori parte capituli celebratam fuisse, publicatam etiam, & subscriptam, si dictus Præpositus eidem electioni consenserit, ut per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi conjugale vinculum spiritualiter sit contractum: nisi sufficienter sit ostensum, eundem morbo epileptico laborare, (super quo contra ipsum dicitur appellatum) vos non obstantem appellationis objecto, si qua ex aliis causis superius memoratis proponitur interposita, (cum eas frivolæ reputemus) electionem confirmetis ipsius; non obstante, quod post talem electionem à præfato Archiepiscopo proponitur esse factum, etiam si à partibus in eum fuerit compromissum: Cum electores à tali electione sic resilire nequiverint. Quod si electores illius non compromiserint in Archiepiscopum memoratum, etiam si dictus Præpositus nondum electioni de se factæ consenserit, eò tamen consentire volente, (dummodo à morbo sit immunis objecto) vos electioni ipsius nihilominus confirmetis. *De electione. cap. Cum inter Canonicos.*

28. Electus, si ei opponitur de jure eligentium, sufficit, si probet, quod erant in possessione. *De electione. cap. Cum querelam. Vide, tit. 2. n. 13.*

29. Electus duobus ad curam, præbendam, vel dignitatem, si compromittat in iudices, isti possunt pro bono pacis adjudicare dignitatem, & obligare personas ad dandum aliquem redditum alteri: hoc tamen non fiat ex partium conventionione, sed iudicum arbitrio. *De præbendis & dignitatibus. cap. nisi essent. Vide, beneficium tit. 2. n. 4.*

30. Electio opponens de scientiæ defectu, si deficit in probatione, habetur ut deficiens in omnibus, punitur, & non auditur. *De electione. in 6. cap. Si forte, & cap. Ab eo. supra n. 12. & sub tit. 2. n. 7.*

31. Electus indigens licentiâ superioris ad consentiendum, celeriter eam procuret, habitò respectu distantie. *Ibid. cap. Quam sit supra n. 21.*

32. Electi ad Ecclesias non Cathedrales, tenentur intra mensem consentire, & ex tunc iter arripiant ad sedem Apostolicam pro

confirmatione, & alia, quæ eis in hoc permittuntur. *De elect. in 6. cap. Cupientes. Vide, Confirmationes legales. n. 2.*

33. Electi non se præsentantes, vel comparentes intra tempus, per se, vel per alios, cui poenæ subjacent, & quid eos excuset.

Quòd si per 20. dies (post lapsum, ex qualitate locorum moderandi temporis) expectati, live eligentes, live opposites, venerint, live non: personaliter comparere, & suarum electionum confirmationem, vel prosecutionem, seu executionem petere (nullâ justâ causâ interveniente) contempserint: de qua infra prædictos 20. dies proposita, infra 15. dies post tempus huiusmodi, coram nobis, vel alio, seu aliis deputando, vel deputandis à nobis, si admittenda videbitur, (teneantur apud sedem ipsam facere plenam fidem: nisi vel infra eisdem 20. dies, seu prædictas 15. eò casu tantum, cum ad prædictam causam propositam, ut prædicatur, & admissam probandam concessi fuerint) talia, & tam verisimilia proponi contingeret, quæ iudiciò præsentis electos ipsos ab infra scripta poena merito excusarent: & propter quæ forsitan videretur, eidem ad prædictam comparitionem tempus prolixius indulgendum. Insuper etiam eò casu, quò ad personalem electorum comparationem excusandam, aliquam justam causam proponi contigerit, vel admitti: nisi tunc infra idem tempus, justò impedimentò cessante, per procuratorem ad præmissa omnia sufficienter instructum: & nihilominus ipsâ causâ cessante (ut præmittitur) se personaliter præsentaverint: electiones de ipsis factas, eò ipsò viribus vacantes: ipsos omni jure (si quod eis per electionem huiusmodi quæsitum esset), decernimus esse privatos. Electos verò, qui se sine actis, juribus, & munimentis suis, & processibus suis contingentibus, personaliter, vel per procuratorem (ut præmittitur) præsentaverint, eà volumus, ex contemptu constitutionis huiusmodi, eò casu poenâ percelli, ut pro exhibendis illis, alibi, quam apud sedem ipsam, (nisi ex justa causa) non possint dilationem aham obtinere. *De Electione. &c. in 6. cap. Cupientes.*

34. Electio opponens per appellationem, nisi in principio adducat defectum, crimina, &c. in progressu non est audiendus etiam si juret, de novo illa scivisse. *Clementina de Electione. cap. Constitutionem. Vide, prout tit. 2. n. 10.*

35. Eligi non potest illegitimus, & nulla est electio. Sed potest postulari. *De electione. cap. Innatus. Vide, tit. precedenti. n. 3.*

36. Eligentes eum, quam poenam incurrunt, si scienter faciant. *Ibidem.*

37. Electi Abbatis, si appelletur interim, non attentetur confirmatio & benedictio, aliàs irritæ sunt, & confirmans, per annum suspenditur à potestate confirmandi, & consecrandi. *De electione. in 6. cap. Provida. Vide, tit. 1. n. 41.*

38. Eligendus in Parochum, debet esse 25. annorum, & debet statuto tempore ordinari. *De electione. cap. Cum in cunctis. §. Inferiora. Vide, Cura animarum. n. 2. Vide, Parochus. Vide, Beneficiati. Vide, Ecclesiarum Rectores. Vide, Curati.*

39. Eligi non potest in Superiorem regularium, qui non est instructus in regula illius religionis. *Ibidem. cap. officii tui. Vide, Abbas. tit. 4. n. 1.*

40. Eligendus non potest simul postulari, & contra. *De postulat. in 6. cap. Perpetuo.* Vide, *tit. 1. n. 23.*
41. Electus non debet confirmari, si est indignus. *Concil. Lateran. 4. cap. 26.* Vide, *Confirmationes. n. 13.*
42. Eligendus nihil potest promittere, neque securitatem de hoc dare: nulla est promissio. Cum igitur huc filius noster, magnific. vir Leo, Prætor, venisset, reulit nobis de singulis, quæ ibi mota sunt, & quomodo vota propè totius civitatis in Elpidio Diacono concordarent. Unde quia de memorati viri testimonio, dubitare omninò non possumus, idcirco, sicut dictum est, Elpidium Diaconum ad nos facite properare, nec expecteris ulterius, ut admonitio ad eum nostra debeat destinari. Quem tamen hoc per vestram dilectionem in præsentis iustione, specialiter admonemus, nè cui se aliquid dare, vel daturum esse, promittat: sed neque de Ecclesiasticis præteritis causis, aliquam securitatem cuiquam audeat facere, sive promittere, aut quasi factus Episcopus, ea quæ direpta sunt, non repetat; sed apud eos, à quibus direpta sunt, permanere liberè patiat: sciens, quòd si tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino permittitur valere ipsa promissio, & cum iudicii nostri, quod de ipso habuimus, damno, pastoralis consecrationis Ordinem, promereri non poterit. *8. q. 3. cap. Talia.*
43. Episcopus unius Ecclesiæ, eligi non potest in alia, sed potest postulari & si fit electio, est nulla. Et si unanimiter vota vestra concurrerint, ad Surtin. Episcopum in E. vestra Archiepiscopum eligendum, cum suæ alligatus Ecclesiæ liberum non habeat sine nostra permissione volutum, electionem de ipso factam, tanquam contra Canones minùs licitè attentatam, de fratrum nostrorum Concilio diximus irritandam: cum eligi nullò jure poterit, sed potiùs postulari. *De postulatione Prælatorum. cap. Esi unanimiter.*
- Electi ad gloriam.**
- Electis omnia cooperantur ad bonum, etiam mala; & quomodo. Talibus Deus diligentibus, cum omnia cooperatur in bonum: usque adeò profus omnia, ut etiam si qui eorum deviant, & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum. *De penitentia. Dist. 2. cap. Talibus.*
- Electio Papæ.**
- Vide, *Papæ Electio.*
- Electio Episcoporum.**
- Vide, *Episcopi Electio.*
- Electio Parochorum.**
- Vide, *Parochus.*
- Electio Regularium.**
- Vide, *Regulares.*
- Electio Abbatissarum, &c.**
- Vide, *Moniales.*
- Electio aliorum.**
- Vide, *In suis locis & nominibus.*
- Eleemosyna.**
1. Eleemosynæ tres sunt species, id est, corporalis, quæ dantur corporalia: spiritualis, quæ dantur spiritualia, & delinquentes corrigere. Tria sunt genera Eleemosynarum: una corporalis, egentem dare, quicquid poteris: altera spiritualis,

- dimittere, à quo læsus fueris: Tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis. *Dist. 45. cap. Tria sunt genera.*
2. Eleemosyna cordis melior est, quàm eleemosyna pecuniæ. Duæ sunt Eleemosynæ, una cordis, altera pecuniæ. Eleemosyna cordis, est dimittere ei, à quo læsus est. Nam dare aliquid indigenti, aliquando quæris, & non habes: indulgeri peccanti, quantum volueris, redundat tibi. Eleemosyna cordis multò major est, quàm Eleemosyna corporis. Charitatis Eleemosyna sine substantia terrena sufficit sibi; Illa verò, quæ corporaliter datur, si non benignò corde tribuitur, omninò non sufficit. *Ibidem. cap. Duæ sunt.*
3. Eleemosyna pro Missis. Vide, *Missæ.* Vide, *Ecclesiarum oblationes.*
4. Eleemosyna fieri non potest, de pecunia simoniacè habita. Non est putanda Eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hæc intentione malè accipit, ut quasi benè dispense, gravatur potiùs, quàm juvatur. Unde etiam illud certum est, quia, etsi monasteria, aut Xenodochia, vel quid aliud, de pecunia, quæ pro sacris Ordinibus datur, construuntur, mercedi non proficit. Nè ergò sub obtentu Eleemosynæ, cum peccato studeamus aliquid accipere, aperte sacra scriptura nos prohibet, dicens: (Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.) Quidquid enim in Dei Sacrificio ex scelere offertur, Omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat. *1. q. 1. cap. Non est putanda. Greg. I. lib. 7. ep. 112.*
5. Eleemosyna à quibus, quibus, & de quibus faciendâ. Sed ais: quid injustum est, si cum aliena non invadam, proprio diligentius servo? -- Proprium nemo dicat, quod est commune; quod plus quam sufficeret, sumptum, etiam violenter obreantum est. Nunquid iniquus est Deus, ut nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia, ut tu quidem esses affluens, & abundans, aliis verò deesset, & egeret? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu verò susceptis Dei muneribus, etsi in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obrineas? Quis enim tam injustus, tam avidus, tam avarus, quàm qui multorum alimenta suum non usum, sed abundantiam, & delicias facit? Neque enim minus est criminis, habenti tollere, quàm cum possis & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptionis est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot te ergò scias invadere bona, quot possis prestare quod velis. *Dist. 47. cap. Sicut ii.*
6. Eleemosynæ peti possunt ab excommunicatis. Prædicatores quoque, qui penes excommunicatos, vel alios alienarum rerum detentatores, in prædicationibus & confessionibus quasi gerunt causam, vel curam eorum, ad quos res ipsæ spectare noscuntur, eleemosynas licitè possunt ab illis recipere, præsertim si alias non valeant in illo loco sustentationem habere. *De sententia excommunicationis. cap. Cum voluntate. §. Prædicatores.*
7. Eleemosyna fieri non potest de usuris. Nolite velle Eleemosynas facere de fenore, & usuris. *14. q. 5. cap. Nolite. & cap. Fortè aliquis.* Vide, *Drutes. n. 2.*
8. Eleemosynam dans fratribus mendicantibus, non est excommunicatus, sed multum meretur.

Con-

- Conferens Eleemosynam fratribus, est excommunicatus eò factò. *Articulus 20. Wigles. damnatus in Concilio Constantiensi.*
9. Eleemosyna fieri nequit de furtis, seu ablatis. Nemo, qui rapit, moriens, si habet unde reddat, salvatur. Si eos, quorum fuit, invenire non poterit, Ecclesiæ vel pauperibus tribuat. *14. q. 5. cap. Nemo qui.* Rapinam cinere non licet, nisi eâ intentione, ut cui est ablata, reddatur. *Ibidem. cap. Rapinam.* Qui habetis de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto bonus, qui bonum facis de malo, & cum caperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui convertuntur in bonum, tu autem remanes malus. Vide, *Ibidem. cap. Qui habetis.* Sed non idè debet Judex vendere iustum Judicium, aut testis, verum testimonium. Quia vendit advocatus iustum patrocinium, jurisperitus verum Consilium. -- Isti si vitam vitæ mutaverint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea, quæ hòc modò acquisierunt, tanquam sua, pauperibus largiuntur, quàm eis à quibus accepta sunt, tanquam aliena restituant. Qui verò contra jus societatis humanæ, furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, invasionibus abstulerit, reddenda potiùs, quàm donanda censemus, Zachæi Publicani Evangelicò exemplò. *Ibidem. cap. Non sanè. Gregorius I. lib. 7. Ex Reges. ep. 112.* Eos insuper, qui dicuntur illius sancti viri, & suorum, post mortem ejus spolia occupasse, si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, à pœna mortis ejus arbitramur esse immunes. Sed quæ occuparunt eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, si habent in facultatibus, unde possint ea reddere, & ipsi ex hoc moderata est penitentia injungenda: quia licet quædam ex his, quæ occupaverunt, facerentur se pauperibus erogasse, non tamen aliena; cum ipsa potuissent eis, quorum fuerint, restituere, debuerunt pauperibus erogare. *De homicidio voluntario. cap. Sicut. §. Eos insuper.*
10. Eleemosynæ quæ colliguntur pro carceratis Romæ, applicantur pro debitis eorum. *Pius V. constit. 100. Volumus.*
11. Eleemosyna indifferenter faciendâ pauperibus. Quid enim, si quæ sunt non viduæ, aut si qui non vidui, egent tamen ope propter pauperitatem, aut valedudinem infirmam, aut egent ad alendos filios? Oportet te prospicere omnibus, omnesque curare; qui enim dona afferunt, non ea ex tempore dant viduis, sed potiùs omnino conferunt, quæ voluntaria nominant, ut tu Episcopo, qui calamitosos noris, tanquam bonus dispensator dona illa optime dispertias, ac distribuas. -- Dicite, quibuscunque dona dispertitis, quis illa dederit, ut nominatim pro eo precentur: oportet enim omnibus hominibus benignè facere, sine studio scrutandi, hunc vel illum quicumque sit: Dominus enim ait: (omni petenti à te da, scilicet omni verè indigenti, sive amicus sit, sive inimicus, sive cognatus, sive alienus, sive uxorem non duxerit.) In universa enim scriptura hortatur Dominus, ut pauperibus suppeditemus. *Lib. 3. constit. Apostolicarum. cap. 4.*
12. Eleemosynæ profunt animabus purgatorii. *Concil. Florentinum. sess. ultima. in litteris unionis.* Vide, *in Bullario.* Vide, *Animæ.* Vide, *Purgatorium.*
13. Eleemosyna iungi potest pro penitentia contententi. *Concil. Cabilonen. 3. cap. 36.* Vide, *Contritio. n. 4.* *Tomus II.*

14. Eleemosyna cum hoc ordine danda, ut priùs magis egenti, deinde minùs egenti detur. Et magis ei, qui confunditur petere, quàm alteri: priùs bono, quàm malo. Verumtamen est in Eleemosyna faciendâ, quidam ordo discretionis observandus, quem nos plenitè exponere studiò nunc brevitatis omittimus. Sed quidnam hoc nomen signet, primitus indicemus: Eleemosyna quippè Græcè, Latine misericordia dicitur, & certè scriptum est: Miserere animæ tuæ placens Deo. Ergò primùm sibi debet homo præ cæteris Eleemosynam facere, siquidem omnem regulam benè agendi à se debet homo incipere, placens scilicet Deo per munditiâ mentis, & corporis, ac per hoc sibi tribuens illum panem vivum, qui de cælo descendit. Deinde vera Eleemosyna exhibenda est propinquis egestatem patientibus, sicut scriptum est: Carnem tuam nè despexeris. Nam & ipsa natura docet nos de hoc, & quod ipse propinquo meo non exhibuero, quando extraneus exhibebit? Deinde autem his maximè misericordia præstanda est, qui petere confunduntur. Sanè notandum est, quia sunt nonnulli, quibus nil conferri debet, sicut scriptum est: Da bono, & nè receperis peccatorem. Ecce rursùm: nè dederis impio. Et iterum: panem tuum, & vinum super sepulcrum iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Panem enim & vinum suum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia, pro eo quòd iniusti sunt, impendit; quæ verò indigenti, etiam peccatori, panem suum, non quia peccator, sed quia homo est, tribuit; nimirum non peccatorem, sed iustum nutrit, qui in illo non culpam, sed naturam diligit. Unde & nonnulli hujus mundi divites, cum fame crucientur Christi pauperes, effulis largitibus nutriunt histrones. *Nicolaus I. ad consula Bulgarorum. cap. 101.*
15. Eleemosynæ impiorum, quæ sunt Ecclesiis, non impendantur in cibos pauperum, sed in carbones, & ligna pro Ecclesiis. Si quæ verò necessitas aliquando contigerit, ut à quopiam impio argentum inviti accipiatis, impendite in ligna, & carbones, nè si inde vidua, aut pupillus aliquid acceperit, cogatur emere cibum, aut potum, quod minimè convenit: iustum namque est, quæ impii dant, igne consumi, & non ali inde pios. Hoc quoque lex cavet, cum id, quod ex serò sacrificio restat, *ἀθῶρον* vocat, & igne jubet consumi; non enim ista, quæ offeruntur, naturâ, sed propter animam eorum, qui dant, vitiosa sunt. *Lib. 4. Constit. Apostolicarum. cap. 9.*
16. Eleemosynæ relicta Parochis, non debent ab Episcopo usurpari, sed ita fiat, ut si Ecclesia Episcopi sit dives, omnia relicta Parochis, sint illarum; si verò sit pauper, pars earum illi danda. Hoc nobis iustum, & rationabile visum est, ut si Ecclesia civitatis ejus, cui præest Episcopus, ita est idonea, ut ipsa nullius indigeat, quicquid Parochiis fuerit derelictum, Clericis, qui in ipsis parochiis deserviunt, vel reparationibus EE. rationabiliter dispenseur. Si verò Episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit, Parochiis quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis, vel reparationibus EE. rationabiliter reservetur. Quod autem amplius fuerit, propter majores expensas Episcopus ad se debeat revocare, ita tamen, ut nihil de facultatibus ipsa, vel de ministeriis clericorum loci ipsius, licentiam habeat minuendi. *Concil. Carpentoracten. cap. unico.*

H

17. Eleemo-

17. Eleemosynarum, quæ sunt Ecclesiis, in quot partes ab Episcopo dividendæ.

Statuimus, in nostris Ecclesiis, vel Civitatibus hoc esse servandum, ut quicquid pecuniæ a fidelibus in E. fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conservatum, & fideliter Episcopo præsentetur: qualiter exinde tres partes fiant æquales, unam Episcopus habeat, & alteram Presbyteri & Diacones inibi deservientes consequantur, & inter se, ut dignitas & Ordo poposcerit, dividant; tertia verò Subdiaconibus & Clericis tribuatur, ut à primi clero, juxta quod in officio eos præcise esse intentos, ita singulis dispensetur. Similibus forma & de Parochianis Presbyteris in EE. illis à Deo creditis erit servanda. *Conc. Emeriten. cap. 14.*

18. Eleemosynas, à defunctis relictas Ecclesiis, retinentes, excludantur ab Ecclesia, donec reddant.

Clerici etiam, vel sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentò relictas, retinere perstitierint, aut id, quod ipsi donaverunt EE. vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut Synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, excludantur Ecclesiis. *Concil. Agathen. cap. 4. 13. q. 2. cap. Clerici vel sæculares. Eccl. Vide, Legata. Vide, Eccles. oblationes.*

19. Eleemosynam moderatam de bonis Ecclesiæ facere possunt Clerici. De testamento. cap. Ad hæc. Vide, Clerici. tit. 49. n. 4.

20. Eleemosyna fieri non potest de alienis. De homicidio voluntario. cap. Sicut. §. Eos in super. supra n. 9.

21. Eleemosynarum quæstos, non possunt eas quærere sine litteris Papæ, vel Episcopi.

Eleemosynarum quoque quæstos, quorum quidam se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti (visi Apostolicas, vel Diocesani litteras veras exhibeant) prohibemus. Et tunc præter id, quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere permittatur: formam verò, quam communitè talibus A. S. indulget, duximus exprimendam, ut secundum eam Diocesani Episcopi suas litteras moderentur. Ea siquidem talis est: Quoniam, &c. *De penit. & Remiss. cap. Cum ex eo.*

22. Non admittendi Eleemosynarum quæstos sine litteris Papæ.

Juxta Statuta Concilii generalis duximus prohibendum districte, ne quæstos aliqui (nisi Apostolicas, vel Diocesani Episcopi litteras exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur. (Cum solum ipsis competat, indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitativa postulare subsidia suppliciter ab eodem ullatenus ipsi populo prædicare, nec aliud exponere, quam quod in litteris continebitur supradictis. Litteras quoque Apostolicas Diocesani Episcopi (nè quid fraudis committi valeat per eandem) antequam admittant quæstos ipsos, examinent diligenter. *Clementia. de Penit. & Remiss. cap. fin.*

23. Eleemosynarum quæstosibus multa prohibentur, quia enormia multa committebant.

Ad hæc, cum aliqui ex hujusmodi quæstosibus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animatum, indulgentias populo, motu suo proprio, de facto concedant, super votis dispensent, à perjuris, homicidiis, & peccatis aliis sibi contentes absolvant, male ablata incerta (data sibi aliqua pecuniæ quantitas) remittant, tertiam aut quartam partem de penitentis injunctis relaxent, animas tres vel plures parentum, vel amicorum illorum, qui Eleemosynas eis conferunt, de purgatorio (utasserunt mendaciter) extrahant, & ad gaudia Paradisi perducant, benefactoribus locorum, quorum quæstos existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipsis eos à pœna & æculpa (ut eorum verbis utamur)

absolvant. Nos abusus hujusmodi, per quos censura vilescit Ecclesiastica, & clavium Ecclesiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodo aboleri volentes, ea per quoscunque quæstos fieri, vel attentari de cætero, districtius inhibemus: omnia & singula privilegia, si qua super præmissis, vel eorum aliquo, sint aliquibus locis, Ordinibus, vel personis quæstosum hujusmodi, quomodocunque concessa, (nè ipsorum prætextu sit eis materia, talia alterius præsumendi) auctoritate Apostolica, quantum ad præmissa, penitus revocantes. *Ibidem. §. Ad hæc.*

24. Eleemosynarum quæstos ab Episcopis puniantur, non obstantibus privilegiis.

Quæstos autem, qui deinceps in præmissis, vel aliquo præmissorum deliquerint, vel alias etiam quibuscunque suis privilegiis abuti fuerint, sic per locorum Episcopos puniri volumus, (nullò profus eisdem quæstosibus in hac parte privilegio suffragante) quod à suis temerariis ausibus, qui ubique (ut communis habet assertio) nimium excreverunt, pœna formidine propensius compellantur. *Ibidem. §. finali.*

25. Eleemosynarum quæstos sub falso nomine cruce signatorum, si sunt laici, excommunicantur, si Clerici, suspendantur ab officio & beneficio. De Privilegiis. cap. Tuarum. Vide, Confratres exemptorum. n. 2.

26. Eleemosynæ quæ petuntur pro hospitali alicujus loci Diocesis, non possunt applicari extra eam. Concil. Mediol. 1. p. 3. tit. De piorum locorum administratione. infra.

27. Quales debent esse eorum quæstos, & quid observare debeant in iis petendis. Ibidem.

28. Eleemosynæ petiæ, neque per Episcopum permittantur ad alium locum applicari.

Ut in illis hospitalibus & piis locis, te ipsa quæ debetur hospitalitas, & pia opera exerceantur, ut ea loca sint in illa Diocesi, in qua Eleemosyna petenda sit, neque ea ad utilitatem ejusmodi locorum alienæ Diocesis converteratur, ut qui peter, sit ejusdem Diocesis, sit bonæ existimationis. Non fuerit ex numero quæstosum, quos damnavit sancta Tridentina Synodus. Illud officium gratis, vel constituta certâ mercede præstet, nec ullò modò particeps sit Eleemosynarum. Ab Episcopo ejusdem Diocesis scriptam licentiam quotannis renovandam, impetrat; qui contra, quam hoc decretò sancitum est, petierit, ab Episcopo graviter puniatur. Cui etiam cura erit, ut quæ Eleemosynæ collectæ fuerint, verè in pium tantummodò eorum locorum usum, quorum nomine petiæ fuerint, conferantur. *Concil. Mediolan. 1. p. 3. tit. De piorum locorum administratione.*

29. Eleemosynæ, quæ à locis piis, & aliis fieri solent, Romæ applicentur pro medietate, promonialibus mendicantibus. Greg. XIII. Constit. 8. Deo sacris. Vide, Quæstos Eleemosynarum.

Elisabetha.

1. Sancta Elisabetha, Regis Hungariæ filia, canonizatur anno 1235. Gregor. IX. Constit. 11. Gloriosus.

2. Sancta Elisabetha, Regina Portugaliæ, fuit expressè professâ de Ordine S. Francisci. Urbanus VIII. Constit. 55. Cum fuerit.

3. Elisabetha, Regina Angliæ, eique adherentes, excommunicantur. Pius V. constit. 101. Regnare.

Emerere, Emens, Emptor.

1. Emi non possunt spiritualia, alioquin est simonia. 1. q. 1. cap. Quidquid. Vide, Baptismus. tit. 22. n. 2. Ex Concil. Toletano. 11. cap. 8.

2. Emere

2. Emere debent Episcopi nomine Ecclesiæ. 12. q. 4. cap. Sacerdotes. Vide, Bona temporalia. n. 11. Ibidem. cap. Presbyter. Vide, Ecclesiæ. tit. 74. n. 1.

3. Emendo rem pro aliquo tempore, ut restituat, si aliquid detur, fit usura.

Verum quia ambigitis, utrum pura sit & absoluta venditio, an præfatus contractus, pignus debet iudicari: Respondemus, quod qualiscunque fuerit intentio contractuum, & ex forma contractus, venditio non apparet conditionalis, sed pura, quamvis per conditionem possit resolvi: ex duobus tamen quæ in pacto fuerunt expressa, videlicet, quod fructus percepti deberent in solvenda pecunia numerari: & quod ultra summam receptam sexaginta solidi deberent persolvi, contra ipsam usuram præsumitur vehementer, præsertim cum usuras consueverit exercere. *De pignoribus cap. Illò vos.*

4. Emens minus, ut plus vendat, usuræ speciem committit.

Quicumque tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem, comparat annonam, vel vinum, V. G. de duobus denariis comparat modium unum, & servat, usque dum vendatur denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus. *14. q. 4. cap. Quicumque.*

5. Emens jus patronatûs, ut præsentet, debet eò privati.

Quia Clerici quidam advocatias EE. comparant: vel quocunque modò possunt, acquirunt, ut postmodum eorum filii, vel nepotes, ad eandem EE. præsententur: Præcipimus, ut id arctius inhibere procurent: Eisdem advocatibus taliter acquisitis appellatione postpositâ spoliando. *De jure patronatûs. cap. Qui Clerici.*

6. Emens contra jura, bonam fidem contractus habere non præsumitur.

Quia contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. *De regulis juris. in 6. regula 22.*

7. Empta per Prælatum ex emolumentis Ecclesiæ, sunt istius.

Inquirendum est, si quis Presbyterorum de redditibus E. vel oblationibus, vel votis fidelium, alienò nomine res comparavit, quia sicut nec suo, ita nec alienò nomine, Presbyter fraudem facere de facultatibus Ecclesiasticis debet. Quoniam hoc sacrilegium est, & par crimini Judæ furis, qui sacras oblationes asportabat, & furtabatur. *De peculio clericorum. cap. Inquirendum est.*

8. Emptæ re à Prælato nomine Ecclesiæ, instrumentum fit nomine istius.

Presbyter, cum Diocesim tenet, de eis, quæ superemerit, ad ipsas Ecclesiæ nomen scripturam faciat: aut ab ejus ordinatione discedat. *Ibidem. cap. Presbyter.*

Ut unusquisque Presbyter res, quas post dies consecrationis acquisierit, propriæ Ecclesiæ relinquat. *Ibidem. cap. Ut unusquisque. & cap. Investigandum. Vide, Bona temporalia. n. 3.*

9. Emptionis contractus infra medietatem justipretii est validus, sed venditor potest repetere justum petium.

Tandem Decanus in illius causæ cognitione processit, & cum ei (per testes) constitisset, quod prædicti frater sylvam minus dimidiâ justipretii comparasset, pronuntiavit venditionem non tenere: Et sylvam Belvacen. Ecclesiæ adjudicans, Canonicos in possessionem induxit. Quia verò in arbitrio emptoris est, si velit supplere justum pretium, aut venditionem rescindere, cum res minus dimidiâ justipretii comparatur, sententiam ipsam, tanquam juri contrariam, irritantes, possessionem Monachis judicavimus esse reddendam: salvâ questione Canonicis, super deceptione pretii, vel consensu Capituli in venditione non habito, & alia causâ rationabili, quam Canonici

contra Monachos duxerint proponendam. *De emptione & venditione. cap. Cum dilecti.*

10. Emptio vel venditio annui census, cum pacto retrovendendi, non est usurarius. Extra. De emptione & venditione. cap. Regimini. 1. & 2. Vide, Censur. n. 6. & sequens.

Emphyteusis, Emphyteuta.

1. Emphyteuta Ecclesiæ, quando potest vendere meliorationes.

Potuit Emphyteuta (Ecclesiâ primitus requisita, eique nunciato, quantum sibi ab illis offertur; si nolle se emere dixerit, vel à denunciationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum) meliorationes, & jus sibi competens, aliis vendere, qui ab emptione hujusmodi minimè prohibentur. *De loc. & cond. cap. Potuit.*

2. Emphyteuta non solutò canone per biennium, si moram non purgat, expelli potest.

Emphyteuta quoque secus præsumendo, vel cessando in solutione canonis per biennium, nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuerit, justè potest expelli: Non obstante, quod ei, ut canonem solveret, non existit nunciatum; cum in hoc casu dies statuta pro Domino interpellat. *Ibidem.*

3. Bona Ecclesiæ dari possunt in emphyteusim, cum licentia Papæ.

Ex parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut quasdam possessiones, Ecclesiæ tuæ in Emphyteusim perpetuam concedendi, ad vineas plantandas in eis, tibi licentiam concedere dignaremur: cum speres exinde proventus ipsius E. augmentandos. Nos itaque de tua discretionem plenam in Domino fiduciam obtinentes, Fr. t. licentiam concedimus postulatam, dummodo ad id Capituli tui consensus accedat. *Honorius III. ex Cirone. De locato & conduct. cap. 2.*

4. Emphyteuta, qui res Ecclesiæ in Emphyteusim habuit, non potest eis privati, nisi in casu, quod per tres annos non solvat, quod debet.

Hoc Canone sancitum est, ut possessiones in Emphyteusim datas ab E. non liceat Emphyteutam spoliare, prætextu non servari pacti. Verum si per tres annos continuos pensionem non solverit, liceat tunc Ecclesiæ vindicare suas possessiones, dummodò id fiat ordine judiciali coram competente iudice. Qui secus fecerit, cogatur ad restitutionem in integrum. Quod si noluerit parere, deponitur. *Concil. Constantinopolitanum. 4. cap. 20.*

Energumenus.

1. Energumeni in Ecclesia non possunt ministrare Altari, nisi postquam sunt liberati. Concil. Eliberitanum. cap. 29. Vide, Demoniaci. n. 1. Concil. Toletanum. 11. cap. 13. Vide, Arreptitius. n. 1.

2. Energumeni possunt tenere quasdam herbas & lapides, sed sine incantatione. 26. q. 7. cap. ultimo. Demonium. Ibidem. n. 3.

3. Energumeni in fine vitæ possunt baptizari.

Eos qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandam eis esse Communionem. Prohibendum etiam, nè lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant à Communionem. *Concilium Eliberitanum. cap. 37.*

4. Energumeni cum magno consilio possunt baptizari. Concil. Arauscanum 1. cap. 15. Vide, Baptismus. tit. 15. n. 22.

5. Energumeni fideles, in fine vitæ possunt accipere Eucharistiam.

Energumeni jam baptizati, si de purgatione sua curent, & se sollicitudini Clericorum tradant, monitisque obtemperant, omnimodè communicent; Sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incurfu dæmonum, quò infestantur, vel purgandi, quorum jam ostenditur vita purgator. *Ibidem. cap. 14.*

6. Energumeni possunt frequenter communicari, & sic muniti contra Diabolum. *Ibidem.*

7. Energumeni non possunt fieri Clerici, & qui erant, removendi sunt.

Energumeni non solum non assumendi sunt ad illum Ordinem Clericatus: Sed & illi, qui ordinati sunt, ab imposito officio sunt repellendi. *Ibidem. cap. 16. Ex post Concil. Arelaten. 3. cap. 2.*

8. Energumenis per Exorcistas ministrandus est victus quotidianus.

Energumenis in domo Dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas opportunè tempore ministratur. *Concil. Carthagen. 4. cap. 92.*

9. Energumenis non possunt ministrari Sacramenta, usque dum liberantur. *Concil. Tolentanum. 11. cap. 13. Vide, ubi supra. n. 1.*

10. Energumenorum munus.

Pavimenta domorum Dei, Energumeni verrant. *Concil. Carthagen. 4. cap. 92.*

11. Energumenorum oratio, facienda in Missa.

Deprecemur adhuc intentè pro ipsis: libera, & suscipere eos Deus tuâ potentia; inclinate Energumeni, & accipite benedictionem. Et Episcopus precetur illis, dicens: Qui forem ligasti, & omnia vasa ejus diripiisti, qui dedisti nobis potestatem, calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem potestatem inimicorum, qui dedisti nobis homicidam serpentem, vinculis confictum, sicut passerem pueris; quem omnia horrescunt, & contremiscunt, à facie potentia tua; qui ipsum è cælo in terram instar fulguris erumpere fecisti, non eruptione ad locum pertinente, sed honoris in dedecus mutatione; idque propter voluntariam mentis malitiam, cujus aspectus exiccabat abyssos, & minæ liquefaciunt montes, & veritas manet in sæculum, quem hymnis celebrant, & adorant Angeli: qui aspiciunt in terram, & fecis eam tremere, qui tangis montes & fumant. Qui minaris mari, & arefacis ipsum, & omnes fluvios eos devastas, cujus nubes pulvis pedum, qui ambulat super mare, tanquam super pavementum, unigenite Deus, magni Patris Fili, increpa malos Spiritus, & eripe opera manuum tuarum, ex actu alieni spiritus: quoniam tibi gloria & honor, & veneratio, & per te Patri tuo, in Sancto Spiritu, Amen. Et dicat Diaconus, exite energumeni, a post egressum eorum dicat: Orate: qui Baptismum petitis, omnes fideles intentè pro eis oremus, ut Dominus faciat eos dignos, ut baptizati in mortem Christi, cum ipso resurgant, &c. *Constit. Apostolicarum. lib. 3. cap. 7.*

12. Energumenis jussu Episcopi imponenda est manus, (id est, exorcisandi sunt) à Presbyteris vel aliis Presbyteris clericis.

De his verò baptizatis, qui postea à Dæmonio vitio aliquò, aut peccatò interveniente, corripuntur, quæsitivè dilectio tua, si à Presbytero, vel Diacono possint, aut debeant consignari, quòd hoc, nisi Episcopi præcipere non licet. Nam ei manus imponenda omninò non est, nisi Episcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Ut autem fiat, Episcopi est imperare, ut manus ei, vel à Presbytero, vel à cæteris Clericis imponatur; nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, ut longè constitutus energumenus ad Episcopum deducatur, cum si talis casus ei in itinere acciderit, nec perferri ad Episcopum, nec referri ad sua facile possit. *Innocentius I. ep. 1. cap. 6.*

13. Energumeni quotidie exorcizandi sunt.

Omnis die Exorcista Energumenis manus imponant. *De consecratione. Dist. 5. cap. Omnis die. Ex*

Conc. Carthag. 4. cap. 90. Vide, Dæmoniacus. Vide, Exorcizare. Vide, Exorcismus.

Epiphania.

1. In Epiphania annunciari debet in Ecclesiis solemnitas Paschæ.

Placuit itaque Deo proprio, ut sanctum Pascha secundum laterculum Victoris, ab omnibus Sacerdotibus unò tempore celebraretur. Quæ festivitas annis singulis, Epiphaniarum die, in E. populis denuncietur. De qua solemnitate quoties aliquid dubitatur, inquisita, vel agnita per Metropolitanos à S. A. sacra constitutio teneatur. *Concil. Arelaten. 4. cap. 1.*

2. In Epiphania annunciandum est principium Quadragesimæ.

Ut omnes Presbyteri ante Epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio Quadragesimæ nuntient, & in ipsa Epiphania ad populum indicent. *Conc. Antiochen. cap. 2.*

Epilepticus.

1. Epilepticus non potest eligi in Episcopum. De Electione. cap. Cum inter Canonicos. Vide, Electus. n. 27.

2. Epileptici non possunt inservire in Altari. Dist. 33. cap. Communiter. Vide, Altare. tit. 3. n. 3. Ibidem. cap. Clerici. & cap. usque. Vide, Arreptivus. n. 1.

Vide, Caducus morbus.

**Episcopalis dignitas & præmi-
nentia.**

1. Episcopalis dignitas à Deo est instituta.

Ab hac enim Sancta Sede, à SS. Apostolis tueri, defendi, & liberari, Episcopi jussi sunt, ut sicut eorum dispositione (ordinante Domino) primitus sunt constituti, sic cujus sanctæ Sedis (cujus dispositioni eorum causas & judicia servaverunt) protectione, futuris temporibus sint ab omnibus pervertitibus semper liberi. *Sixtus I. ep. 2. cap. 2.*

Sacerdotum, Fratres, Ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem, à Domino Apostolos esse electos & constitutos, & postea per diversas provincias ad prædicandum dispersos. Cum verò melius cõpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adjumentum septuaginta duos eligi præcepit discipulos. Episcopi verò, Domini Apostolorum: Presbyteri quoque, septuaginta duorum discipulorum locum tenent. *Anacletus ep. 3.*

Servos Dei nolite persequi, Episcopos nolite infamare, neque accusare, quia Deus eos suo judicio voluit reservari. *Ensebius ep. 2.*

2. Episcopalem dignitatem damnans, Dei ordinationem damnat.

Dei ordinationem accusat, in qua constituuntur, qui Episcopos accusat, vel damnat, dum minus spiritualia, quam terrena sectantur. Unde & Propheta ait: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. *Adrianus I. in decretis. cap. 1.*

3. Episcopalis dignitas est Ordo, unus ex Ecclesiasticis Gradibus, & est sacer.

Sed dicitis: Judicia Episcoporum non esse majora negotia, nec difficiliore causarum exitus judicamus. Qui, quantò gradus sunt præcipui, & in Ecclesia Christi sublimiores, tantò cum de horum statu, vel casu agitur, majora negotia, & difficiliore causarum exitus agitur, vel haberi creduntur. Ipsi quippe primi in Ecclesia, ipsi arundinem tenentes, metantur sanctam Jerusalem, ipsi fabrica Dei præfunt, ipsi speculatores Civitatis Dei sunt, ipsi arceres, ipsi pastores gregis Domini, ipsi columnæ Domus summi Regis existunt. -- An majora negotia metropolitanorum tantum esse fatemini? Sed audite rursus, qui de Episcopis sanctus asseverat Leo: Quibus, iniquis, est dignitas

com-

communis est, Ordo tamen generalis est, & reverà unus de septem Ecclesiæ gradibus est, Metropolitanorum scilicet, & reliquorum Episcoporum Ordo, &c. *Nicolans I. ep. 42.*

Omnium Sacerdotum tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis membris E. vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extrà Clericorum Ordinem constituitur, nunciatur societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentia puritatem, nec Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur. Ut & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quòd si in hoc Ordine, qui quartus est à capite, dignum est custodiri, quantum magis in primo, vel in secundo rectiorè servandum est, nè aut Leviticò ministeriò, aut presbyterali honore, aut Episcopali Excellentia quisquam idoneus astimeatur, qui se à voluptate uxoria, necdum transisse detegitur. *Dist. 32. cap. 1. Omnium. Leo I. ep. 84. cap. 3. & 4.*

4. Episcopalis dignitas, præ cæteris omnibus est honoranda.

Idcirco necessitas postulat, ut de hoc moneamus, quia iis, qui talia committunt. -- Quibus est fas, qui ludicrum & jocularè putant honorem Pontificalem, qui imitationem habet magni Pontificis, Jesu Christi, Regis nostri. -- Scitis enim planè, eos qui à nobis per orationem, & manuum impositionem, Episcopi, Presbyteri, & Diaconi nominati sunt, differentiam rerum declarare. -- Etenim si non esset aliqua lex posita, & aliquod discrimen Ordinum, satis erat, uno nomine affectos, omnia ista ministeria perficere. Verùm cum à Deo consequentiam rerum didicerimus, Episcopis quidem assignavimus, & attribuimus, quæ ad principatum Sacerdotii pertinent: Presbyteris verò, quæ ad Sacerdotium, deinde Diaconis, quæ ad ministrandum utriusque, ut purè & castè fiant, quæ ad religionem pertinent. *Lib. 8. Constitutionum Apostolicarum. cap. ultimo.*

Immobiles enim Dominus suos summos semper vult manere Prædicatores, & non à quibusdam tenerari, sed sibi liberè & quietè famulari. Unde & ipse ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei; & qui vos contristat, me contristat. -- Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit. Ita quoque & à plebibus, vel cæteris generaliter omnibus, sunt rimendi, & ferendi, atque venerandi pastores, & Prædicatores Ecclesiæ. *Pelagius II. ep. 2.*

5. Episcopalis potestas, est major Imperiali.

Potius est autem prerogativam Sacerdotii ex copotius intelligere, quòd dictum est, non à quolibet, sed à Deo, non Regi, sed Sacerdoti, non de Regia stirpe, sed de Sacerdotali prosapia descendenti; de Sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathor: Ecce constituit super gentes, & regna, ut evellat & dissipet, adificet & plantet. Præterea nolite debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cæli: luminare majus, ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti, utrumque magnum, sed alterum majus. Ad firmamentum igitur cæli, hoc est, universalis Ecclesiæ, fecit duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas; sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus, major est: quæ verò carnalibus, minor. Ut quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur. Hæc autem si prudenter attenderet Imperatoria Celsitudo, non faceret, aut permetteret, Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Ecclesiæ, juxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere: Cum alii Reges & Principes Archiepiscopis & Episcopis suis (sicut debent) reverenter assurgant, & eis juxta se venerabilem sedem assignent. *De majoritate & obedientia. cap. Solus.*

6. Episcopalis gradus à Christo per Petrum cœpit exordium.

Quamquam Rothaldum, venerabilem Episcopum, Sedem Apostolicam appellatam, Domini Sacerdotum

Tomus II.

tes, qui in Regno vestro Ecclesiæ sibi commissas gubernant, in contemptum B. Petri, Apostolorum Principis, per quem Apostolatus & Episcopatus in Christo cœpit exordium, cujusque, licet immeritò, agimus Episcopatum, privare nunquam debuerant, &c. *Nicolans I. ep. 40.*

7. Episcopalis gradus, est nomen officii, & idem est, ac super intendens.

Episcopus autem (ut quidam prudentium ait) nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque inde dictum, vel ductum vocabulum, quòd ille, qui præficitur, superintendebat, scilicet curam gerens subditorum. -- Ergo Episcopus latine superintendens, -- ut intelligat, non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Quòd verò per impositionem manuum à præcessoribus Dei Sacerdotibus Episcopi ordinantur, antiqua est institutio. Isaac autem Patriarcha sanctus, ponens manum suam super caput Jacob, benedixit ei: similiter & Jacob filiis suis benedictionem dedit. Sed & Moyles super caput Josue manum suam imponens, dedit ei spiritum virtutis, & ducatus in populo Israël: sic & superimpletor legis & Prophetatum D. N. J. C. per manuum impositionem Apostolos benedixit, sicut in Evangelio Luca scriptum est: & perduxit illos trans Bethaniam, & elevavit manus suas, & benedixit eos. *Concil. Aquisgranen. sub Ludovico Pio. cap. 9.*

Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quòd ille, qui efficitur Episcopus, superintendebat, scilicet curam gerens subditorum. ΣΥΝΕΙΝ enim Græcè, Latine intendere dicitur; Episcopi autem Græcè, Latine speculatores interpretantur, nam speculator est præpositus in Ecclesia dictus, eò quòd speculetur, & perspiciat populorum infra se positum mores & vitam. *Distinct. 21. cap. Cleros.*

8. Episcopi tenent locum Apostolorum in Ecclesia: Presbyteri verò, aliorum discipulorum.

Episcopus ergo vicem Apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinabat. *Clemens I. ep. 1. Anacletus ep. 2. Vide, Apostolus. n. 6. Dist. 68. cap. Quorum vices. Vide, Ibidem. n. 18. Dist. 21. cap. In novo. Vide, Ibidem. n. 11. Concil. Laceran. 5. sess. 11. Constit. Dum intrà. Vide, in Bullario. Concil. Trid. sess. 23. cap. 4.*

9. Episcopi sunt Doctores populorum.

Oportet Fratres, omnes Doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas animas, Episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portum salutis reducere. *Clemens I. ep. 4.*

10. Episcopi sunt Duces, Reges, Principes, Prophetæ, Mediatores, & Præcones Verbi DEI.

Vos estis vestris laicis Prophetæ, Principes, Duces, Reges, Mediatores Dei, & fidelium ejus, receptacula Verbi Dei, & Præcones ejus, cognitores scripturarum, & Deisoni, ac testificatores voluntatis ejus, qui delicta omnium portatis, & de omnibus rationem reddituri estis, &c. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 25.*

Qui Episcopus est, hic est minister Verbi, scientia custos, mediator Dei, & vestrum, in iis, quæ ad eum colendum pertinent: hic est magister pietatis, ac religionis: hic est, secundum Deum, pater vester, qui vos per aquam & Spiritum Sanctum in adoptionem regeneravit: hic Princeps & Dux vester: hic vester Rex & Præfectus: hic post Deum, terrenus Deus, qui honore vestro frui debet. De his enim & similibus ajebat Deus: Ego dixi, Dii estis, & filii Altissimi omnes, & Diis populi tui non detrahes. Episcopus igitur vobis prædeat, ut dignitate Dei cohonestatus: quæ Clerum sub potestate sua tenet, & toti populo præest. *Ibidem. cap. 26.*

11. Episcopi sunt summi Sacerdotes.

Electio quoque (ut supra memoratum est) summorum Sacerdotum, sibi Dominus reservavit, licet electio-

H 3

electionem eorum bonis Sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset. *Anacletus ep. 2. Dist. 79. cap. Electionem.*

12. Sunt columnæ Ecclesiæ.

Quam ob causam, Fratres, hortamur vos, monemus & flagitamus, ut à tramite Apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec à capite diffideatis, sed fidem & ordinem, quam Apostoli & Apostolici viri statuerunt, absque hæsitacione teneatis. Nam si columnæ alicujus magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minimè stabit; sic & vos, qui columnæ Ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta Ecclesiæ, quæ per vos regitur, tabesceat, & labetur. *Sixtus II. ep. 2.*

Similiter in jam præfixa Synodo est decretum, nè suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gratiosi, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales, qui omni careant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, nec à quibuscumque agitari. *Julius I. ep. 2. cap. 33.*

Et quamquam, fratres, hæc ita se habeant, non tamen non sunt consentiendi, sed reprobandi, qui Prælatos suos reprehendunt, vel accusant. Unde Canonica SS. PP. statuta, nè columnæ sanctæ Ecclesiæ vacillent, sequentes ac roborantes, omnes infames, cunctosque suspectos, vel inimicos, & eos, qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides, vita, & libertas nescitur, & qui non sunt bonæ conversationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione Episcoporum funditis submovemus. *Pelagius II. ep. 2.*

13. Sunt Throni DEI.

Quoties Episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iuste & canonicè recipi debeant, legitima in Synodo, suo in tempore congregata, ab omnibus canonicè audiat, qui sunt in provinciis, Episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur Episcopus: quia Sacerdotes ad sacrificandam vacare debent, non ad litigandum: Nec illi, qui Throni Dei vocantur, pravorum hominum insidiis turbari debent, sed liberè Christo Domino famulari. *Felix II. ep. 1. cap. 17.*

14. Sunt loca Dei tenentes in mundo.

Quid enim in præsentis sæculo Prophetâ gloriosius, Pontifice clarior, Rege sublimior? Omnis enim Pontifex sacro Chrismate perunctus, & in civitate constitutus, scripturis sacris eruditus, charus, & pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eique servare, & obediens ad salutem suam fideliter existere, scientes, quod siue honor, siue injuria, quæ ei defertur, in Christum redundat, & à Christo in Deum. *Clemens I. ep. 3.*

15. Sunt speculum omni populo.

Oportet enim de Deo quærentibus nobis spiritu rectitudinis mentis nostræ dinumerantes intentiones templum pacificè inhabitare in eum, propter Dominum, qui per Prophetam locutus est: Quærens, quare, & apud me habita; speculum enim dedit nos Deus populo suo, & oportet eos, qui à Deo sunt deputati, Sacerdotium adipisci, ita in humilitate gressum mentis ad invicem tendere, ut in melius adficientur hi, qui ad nos respiciunt, quam (quod dicere pudet) per nostram discordiam semitam pedum eorum concurrete. *Felix II. ep. 2.*

16. Sunt pastores populorum fidelium.

Si Domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, ut de nobis dicatur: Ego sum Pastor bonus, & agnosco oves meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ, & reliqua. Et iterum momento Dominicæ vocis imperio, quod beatissimus Apostolus Petrus, trinâ repetitione mysticæ sanctionis imbutur, ut Christi oves, qui Christum amat, diligenter & cum magna cura pascat. *Joannes III. ep. unct.*

17. Episcopus est Superior populi, hic est subditus.

Nec enim æquum est Episcopo, cum sis caput, ut caudam atendas, laicum dico seditiosum, idque in

alterius perniciem, sed Deum tantum; siquidem te oportet iis præesse, qui tibi subiecti sunt, non autem ipsos tibi; nam neque filius dominus patris est, secundum rationem ortus, neque servus Domini, secundum rationem potestatis, neque discipulus magistri, neque miles Regis, neque utique laicus Episcopi. De eo enim, quod non censent oportere, accedendo ad iniquos, simul cum doctrina Verbi Dei coinquinari, eorumque peccata participare. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 14.*

18. Episcoporum injuria Christum tangit.

Et ideo potius obediendi, diligendi, & summo-pere venerandi sunt, non detrahendi, vel lacerandi, aut ejiciendi, sed portandi & amandi, ipsò dicente Domino: (Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.) Ideò hæc vobis, & omnibus fidelibus, fratres, ut ad his vos caveatis, & posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam injuria Episcoporum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. *Evaristus ep. 2.*

Nam sicut leo rugiens circuit, quærens, quem devoret, sic diabolus non cessat circuire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in servitio Salvatoris, eique familiariores invenit: familiariores dico eos, quos sibi sacra, & in Ordine Apostolatûs constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis & oblationibus ea delent, atque consumunt, qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. (Multum enim, ut ait B. Jacobus Apostolus, valet deprecatio iusti assidua.) Qui enim vos persequitur, ipsum, cujus legatione fungimini, persequitur: quia sicut ipse Filius Dei Mediator fuit Dei & hominum, ita & vos ejus vice in Ecclesia ejus constituitis, ut inter Deum & homines legatione fungamini. Si quis autem legationem vestram impedit, non unius, sed multorum profectum averit; & sicut multis nocet, ita à multis arguendus est, & honorum societate arcedens. Et quia Dei causam impedit, & statum conturbat Ecclesiæ, ideòque ab ejus liminibus arceatur. *Alexander I. ep. 2.*

19. Episcopi jussu Domini constituti sunt.

Sixtus I. ep. 2. Vide, supra n. 1.

20. Episcoporum electionem Deus sibi reservavit.

Dist. 79. cap. ultimo. Electionem. Anacletus. ep. 2. supra n. 11.

21. Episcopus est major Presbytero, & divversus minister.

Sit solium Episcopi in medio positum, & ex utroque ejus latere sedent Presbyteri, & adient Diaconi succincti, & expediti sine multa veste, sunt enim similes nautis, &c. *Lib. 2. Constit. Apostolicarum. cap. 57.*

Quamquam secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus major Presbyterio sit, tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est. *2. q. 7. cap. Quamquam. Concil. Constantia. sess. ultima. in constit. Martini V. Leo X. in Bulla contra Lutherum. Constit. 40. Exurge. Vide, in Bullaria. Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. & Canone 7.*

22. Episcopus est Princeps Sacerdotum. Lib. 8. Constit. Apostolicarum. cap. ultimo. supra n. 4.

23. Episcopus est, ut Proreta in navi, Sacerdotes verò ut nautæ.

(Nam ut ait beatus Clemens, Antecessor noster) similis est omnis Ecclesiæ status navi magnæ, quæ per undosum pelagus divectis è locis, & Regionibus, viros portat, ad unam potentis Regni Urbem properare cupientes. Sit ergo navis author hujus, Dominus ipse Omnipotens Deus: Gubernator verò sit Christus: tum deinde Proreta officium Episcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi dispensatorum locum teneant. *Anacletus ep. 1.*

24. Ordo

24. Ordo Episcopalis quadripartitus.

Ordo Episcoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis. *Dist. 21. cap. Cleros.*

25. Episcopi ab Archiepiscopis, Primatibus & Patriarchis, non differunt in ordine. Leo IX. ep. 4. Vide, Archiepiscopus. tit. 2. n. 4.

26. Ex principio Ecclesiæ facta est hæc divisio.

Provincia autem, multò ante Christi adventum tempore divisa sunt, maximè ex parte, & postea ab Apostolis & beato Clemente, prædecessore nostro, ipsa divisio est renovata, & in capite provinciarum, ubi dudum primates legis sæculi erant, ac prima judiciaria potestas, ad quos qui per reliquas Civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permillum non erat, confugebant pro oppressionibus, vel iniustitiis suis, & ipsosque appellabant, quoties opus erat, ipsis quoque in civitatibus, vel locis nostris, Patriarchas, vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges Divina & Ecclesiastica, poni & esse jufferunt, ad quos Episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosque appellarent, & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alii. *Anacletus ep. 2. & 3. (In qua eadem servè repetuntur.)*

27. Episcopalis dignitas, est major regiâ.

Sed forte putant, quòd regia dignitas Episcopalem præcellat: Ex eorum principiis colligere possunt, quantum à se utraque differunt. Illam quidem superbia humana reperit, hanc divina pietas instituit: illa vanam gloriam incellanter captat, hæc ad cœlestem vitam temper aspirat. Et adfiscant, quid B. Anastasius P. Anastasio Imperatori de his dignitatibus scripserit, & quid B. Ambrosius in suo pastorali, inter has dignitates deereverit: Honor, inquit, & sublimitas Episcopalis, si Regum fulgore compares, & Principum Diademati, longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Hæc non ignorans Constantinus Magnus Imperator, non primum sessionis, sed ultimum inter Episcopos elegit locum; scivit enim, quia superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. *Greg. VII. Lib. 4. ep. 2.*

Quanta etiam sit Sacerdotii dignitas, quamque sublimitas Episcopalis, B. Ambrosius, D. scilicet eximius, vestram doceat magnitudinem, vestramque instruat prudentiam, in Pastorali suo sic ponens: Honor igitur, Fratres, & sublimitas Episcopalis, nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgore compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. *Idem. lib. 11. ep. 2. Guilelmo Regi Anglorum.*

28. Est major omni dignitate hujus mundi. Concil. Ravennat. 3. post Clementem V. cap. 6. Vide, Campana. n. 5.

29. Episcopi non subsunt Principibus sæculi, sed præfunt. De majoritate & obedientia. cap. Solita. supra n. 5.

30. Episcopi non debent personaliter servire Principibus sæcularibus, Regibus, &c. Concil. Trid. sess. 25. de reformatione. cap. 17.

31. Nec debent cedere locum illis, quia ipsi sunt Patres & Pastores eorum. Ibidem.

32. Non debent stare coram Principibus, si isti accumbunt, etiam si ab eis sumant partem, & cibum. Nec Missale dant osculandum.

Alienum est valde ab Episcopali dignitate, si Episcopi in consuetudine Principum se se deprimant, & abiciant. Nè igitur Principibus accumbentibus stent ipsi. Nè eò quidem nomine, quòd sumptò à Principibus cibo, Deo gratias agere debeant, neque inter Missam, pacem, aut Missale illis exosculandum præbeant. *Concil. Mediolanen. 1. p. 2. tit. de Dignitate ab Episcopo retinenda.*

33. Sunt intercessores apud Deum pro delictis populorum.

Nam quid Antistes ad Dominum, nisi pro delictis populi intercessor eligitur. *Greg. I. lib. 1. ep. 24.*

34. Episcopi memoria faciendâ in orationibus Ecclesiæ.

Ut in omnibus horis, diurnis & nocturnis, in principio, & in fine orationis, fiat cum devotione memoria Episcopi, & oretur pro salute ejus, & ut oratione ejus populus adjuvetur. Sabbathò autem & diebus Festis, quando sunt Sancta super Altare posita, Diaconus memoriâ faciat nominatim, primum Patriarchæ, deinde Archiepiscopi, Episcopi, Coepiscopi, Archiepresbyteri, Archidiaconi, quia isti sunt gubernatores Ecclesiæ, ideò nominandi sunt ad Altare in Ecclesiâ, quando quidem per eos omnia Ecclesiastica administrantur, & ipsi sunt in Ecclesiâ Superiores. Et qui contraxerit, sit excommunicatus. *Conc. Nicenum. 1. Ex Arabico. cap. 64.*

35. Episcopi sunt Christi Legati, Patres spirituales fidelium, Columnæ Ecclesiæ, fratres Coepiscopi Papæ.

Episcopi enim dicuntur sanctissimi, Christi Legati existunt, spirituales sunt Patres, nostrique Fratres & Coepiscopi, columnæ comprobantur Ecclesiæ: Quare gravem oporteret esse pœnam culpæ, violentis dignitatem tantæ præminentie adæquandam. *Clement. de Pœnit. cap. 1. §. Nec super.*

36. Episcopus commissi sunt à Deo populi, sicut oves pastori.

Sub privationis & excommunicationis pœnis inhibemus Sacerdotibus memoratis, quòd nullò modò præsumant in Ecclesiis, in quibus modò prædictò & per prædictos fuerint instituti, in spiritualibus ministrare, nisi prius ab Episcopo loci, prout jura volunt, eis cura commissâ fuerit animarum, de quibus idem Episcopus tenetur Christo reddere rationem, tanquam de ovibus sibi commissis. *Concil. Ravennaten. 4. sub Janne XXII. cap. 2.*

37. Episcopatus non comprehenditur inter beneficia, quæ provideri debent intra sex menses, dum vacant. De concessione præbendæ. cap. Dilectus filius magister. Vide, Beneficia. tit. 16. n. 7.

38. Episcopi data est cura animarum hominum.

Illud etiam ad exemplum reducendum est, quod in Ecclesiastica historia Constantinus Imperator Episcopis ait: Deus, inquit, constituit vos Sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de nobis quoque judicandi. Et ideò nos rectè à vobis judicamur, vos autem non potestis ab hominibus judicari. -- Ipsi enim, inquit, Sacerdotibus, propriè animarum curandarum sollicitudo commissa est, qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes, pro peccatis omnium, veluti pro suis, infatigabiliter supplicat Deo, ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis, & humiliati spiritus offerentes, quò placatur Deus, avertunt iram futuræ animadversionis à populo. *Concil. Aquisgran. 3. p. 4. cap. 5.*

39. Episcopi Hispaniarum, Affricæ, Galliarum, Siciliae, & Insularum adjacentium, jussu S. Petri facti sunt.

Quis enim nesciat, aut non advertat id, quod à Principe AA. Petro, Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc utque custoditur, ab omnibus debere servari, nec super induci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Affricam, atque Siciliam, Insulasque interjacentes, nullum instituisse Ecclesiâ, nisi eos, quos venerabilis A. Petrus, aut ejus successores, constituerint Sacerdotes? Aut legant, si in his Provinciis alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. *Innoc. I. ep. 1. in præmio.*

40. Episcopus est sponsus Ecclesiæ, ideò non debet eam relinquere.

Scimus namque, sicut & à Patribus accepimus, Christum esse caput, cuius & membra sumus; Ipse enim est Sponsus, & Ecclesia sponsa, cuius filii nos sumus, & ideo unum Patrem habemus Deum in Coelis. Sacerdotes verò vice Christi legatione funguntur in Ecclesia. Et sicut ei sua conjuncta est sponsa, id est, Ecclesia, sic Episcopi junguntur EE. unicuique pro portione sua. Et sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere, & castè custodire, & amare, atque prudenter regere: sic Episcopus & multò magis custodire, & amare, atque prudenter regere debet. & velut uxor, quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque diligere & amare; ita potius etiam Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, eumque diligere & amare ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter; & sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus E. suam, id est, ut illam dimitteret, ad quam sacratus est absque inevitabili necessitate, aut Apostolicâ, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causâ conjungat. Et sicut uxor non licet dimittere virum suum, ut alteri se (vivente eò) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: ita Ecclesiæ non licet dimittere Episcopum suum, aut ab eo se segregare, ut alterum (vivente eò) accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, alterum Episcopum (sub vivente) non accipiat, nè fornicationis aut adulterii crimen incurrat. *Evastus ep. 2. 7. 1. cap. Sicut vir.*

Cùm ergò fortius sit spirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin Omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, suo tantum iudicio reservaverit dissolvendum, qui dissolutionem etiam carnalis conjugii, quod est inter virum & feminam, suo tantum iudicio reservavit, præcipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non separet. Non enim humanâ, sed potius divinâ potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem autoritate R. P. (quem constat esse Vicarium Jesu Christi) Episcopus ab Ecclesia remouetur, & ideo tria hæc, quæ præmissimus, non tam constitutione Canonica, quam institutione Divinâ, soli sunt R. P. reservata. *De translatione Episcoporum. cap. Inter corporalia. Vide, Episcopi, quoad mutationem.*

41. Episcopi per peccatum mortale non perdunt dignitatem Episcopalem. *Conc. Constantien. contra art. 30. Joann. Hus. Vide, in Bullario. Vide, Peccans.*
42. De Episcopi licentia omnia faciendâ sunt in Ecclesia. Vide, *Minister.*
43. Episcopi existentes in peccato mortali, valde ordinant, & consecrant. *Concil. Constantien. contra art. 4. Wigleff. Vide, in Bullario.*
44. Episcopi in potestate ligandi & solvendi habent majorem potestatem, quam Presbyteri, etiam Curati. *Concil. Constantien. sess. ultima, in Constit. Martini V. Leo X. In constitutione contra Lutherum. 40. Exurge. Vide, in Bullario.*
45. Episcopi ad regendum populum, & lucrandas animas positi sunt.
- Verum, hujus tanti mali nos caput & causa sumus, qui ad regendum populum Prælati, & pro lucrandis animabus Episcopi vocati & constituti sumus. *Greg. VII. lib. 2. ep. 47.*
46. Episcopi licet pares sint meritis, differunt gradu dignitatis.

Puto, quod sine ulla sui contumelia Cyprianus Episcopus, Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad Martyrii coronam. Carterum magis vereri debeo, nè in Petrum contumeliosus existam. Quis

enim nescit, illum Apostolatus Principatum cullibet Episcopatu præferendum? Sed & si distat Cathedralium gratia, una tamen est Martyrum gloria. *2. q. 7. cap. Puro.*

47. Fidei & vitæ meritis, non divitiis, aut fastu, Episcopalis autoritas quæritur.

Episcopus vilem suppellectilem & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ autoritatem fide & vitæ meritis quærat. Hospitium quoque non longè ab E. habeat. *Dist. 41. cap. Episcopus. ex Conc. Carthag. 4. cap. 15.*

Clericus professionem suam & habitum & incessu prober, & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat. *Ibidem. cap. Clericus.*

48. Episcopus non fit major per hoc, quod Rex, vel Imperator incolit suam Civitatem.

Si certè de dignitate agitur Civitatum secundæ sedis & tertiæ, major est dignitas Sacerdotum, quam ejus Civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter Metropolitanorum jura censetur; nam quod dicitur regiæ Civitatis, alia potestas est Regni sæcularis, alia Ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim, quamvis parva Civitas, prærogativam præsentis regni non minuit, sic Imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. -- Postremò, si sibi de Imperatoris præsentia blandiuntur, & inde putant Constantinopolitanæ Civitatis Episcopi, potorem fieri posse personam, audiant Marcianum, ejusdem Principem Civitatis, posteaquam pro augmento Urbis ipsius Sacerdotis intercessor accedens. Contra regulas obtinere nihil potuit: S. m. Papam Leonem fumis laudibus profectum, quod Canonum regulas violari nullâ fuerit ratione permissum. Audiant Anatolium, ejusdem Sedis Antistitem, clericum potius Constantinopolitanum, quam se sentisse talia consentientem, atque in Apostolici Præsulis totum dicentem positum potestate. *Gelasius ep. 13.*

49. Episcoporum Ordo, ut majores in majoribus Civitatibus ponantur, est ex Apostolorum constitutione. *Clemens I. ep. 1. cap. 4. Vide, Archiepiscopus. tit. 1. n. 2.*

50. Episcoporum potestas. *Vide, Episcopi. jurisdictio. Et sub aliis titulis infra. Vide, Prælati. Vide, Superior. Vide, Episcopo à quibus, & quomodo obediendum. Vide, Ordinarius. Vide, Capitulum.*

I. Episcopi eligendi qualitates naturales, & quæ impediunt.

1. Episcopus, cæcus totaliter, aut mutus, fieri non potest: neque totaliter surdus, sed cæcus unò oculo, vel claudus potest fieri. Si quis vel oculo orbatas, vel femore oblatas, Episcopatu dignus sit, fiat; non enim corporis claudum eum polluit, sed anime inquinatio. *Conc. Quod dicitur Apostolorum. Canone 76.* Qui autem est surdus & cæcus, nè sit Episcopus; non ut pollutus, sed nè Ecclesiastica impediatur. *Ibidem. Canone 77.*

2. Habens maculam in oculo, non potest eligi sine dispensatione Papæ.

Tibi objectum est, quod in oculo maculam habeas, & quod Canonici filius sis: Attendentes prudentiam & honestatem tuam, & volentes te nomine gratiæ ac dilectionis prærogativâ gaudere, ven. f. n. Cantuar. Archiepiscopo A. S. Legato, dedimus in mandatis, ut pro eo, quod Canonici filius diceris fuisse, in promotione tua, ex multa dispensatione procedere non postponat; de macula verò, quam in oculo habere diceris, hoc prædicto Archiepiscopo mandavimus, ut secundum quod suffraganeorum suorum, & præsertim VV. nostrorum FF. Exoniensis & Vigorniensis Episcoporum examini visum fuerit, sic exequatur.

Tu

Tu verò eundem Archiepiscopum super his inquirere studeas, humiliter ac devotè, quia nos tibi ex magna dispensatione in hac parte curavimus sollicitè providere, ut personam tuam sincerâ charitate diligimus, & quantum secundum Deum possumus, libenter ad tuum intendimus commodum & honorem. *Conc. Lateranen. 3. in appendice. tit. de Electione. cap. 3.*

3. Illegitimus non potest eligi.

Cùm in cunctis SS. Ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis, sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda: multò fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam aliorum positus, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conversari. Eapropter, nè quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum: præsentem decretò statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigessimam ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus: Qui etiam vitâ & scientiâ commendabilis demonstreretur. *De Elect. cap. Cùm in cunctis. Concil. Lateran. 3. cap. 3.*

Veniens enim ad nos, sicut nôsti, Confrater noster Sanctus Arragonensis Episcopus, multa nobis de infirmitate corporis sui conquerens, deferendi Episcopatum à nobis suppliciter licentiam postulavit, quod eum morbo confectus, & penè consumptus, diutius competentis ministerio regere & custodire non possit. Atque ut facilius hoc impetraret, indicavit nobis de duobus Clericis, quorum alterum in Episcopatum eligi, tuam & sui ipsius voluntatem atque consilium fore nuntiavit: de quorum vita & conversatione eum interrogantes, alia omnia, præter quod de concubinis nati erant, bona satis & honesta accepimus. Et quia venerandi Canones ad Sacerdotii gradum tales proveli contradicunt, probare eos non satis cautum fore putavimus, nè quidquam à nobis, contrarium Sanctis Patribus, in exemplum & autoritatem posteris relinqueretur. Soler enim sanctæ & Apostolicæ Sedes plerique consideratâ ratione tolerare, sed nunquam in suis decretis & constitutionibus à concordia Canonica traditionis discedere. *Gregorius VII. lib. 2. ep. 50. Dist. 5. cap. Cenomanensium. Et cap. Quia simpliciter. Vide, Fili. tit. 5. n. 5. Conc. Trident. sess. 7. de Reformat. cap. 1. Et sess. 22. de Reformat. cap. 2. Vide, Illegitimus. Vide, Electio.*

4. Juvenes non possunt eligi in Episcopos, etiam si nobiles sint, & alias habeant bonas qualitates.

Misit ad nos quendam Juvenem, petentes, vobis à nobis illum ordinari Pontificem. Cui quidem petitioni, quoniam SS. Canones contradicunt, assensum præbere nequaquam potuimus. -- Quapropter ejusdem juvenis rogatu, assensuque sociorum ejus, Sancti Melai Abbate, Ivonem nomine, quem ad nos vestra legatione misistis, virum utique (ut vos benè nôstis) prudentem, bonum, ornatum moribus, omnique Religione dignum, vobis in Patrem & Archiepiscopum consecravimus. *Greg. VII. lib. 4. ep. 4.*

Non ignorare vos credimus, qualiter Dolensis clericus & populus ad nos direxit juvenem quendam, satis præclarum genere, ut audivimus, postulantes, ut eum illis in Episcopum ordinarem, cuius causam (sicut oportuit) examinantes, honestos quidem mores, pro modulo ætatis suæ, sed nondum satis maturos, aut instructos ad portandum Episcopale pondus in eo probavimus: Propter quod onerare eum tam gravi sarcinâ, nec sibi, nec nobis cautum fore pervidimus. *Ibidem. ep. 5.*

Pervenit enim ad aures nostras, te excommunicasse, & irrecoverabiliter deposuisse quendam juvenem, illum indignè appositum pro Episcopo: Quod quidem, si ita est, nobis multum placet, & præsentis autoritate confirmamus. *Ibidem. lib. 5. ep. 11.*

5. Bigamus non potest eligi: etiam qui ante Baptismum habuit primam uxorem, vel utramque. *28. q. 3. cap. Acutius. Vide, Bigamus. n. 11.*

6. Illiteratus non potest fieri Episcopus.

Sed etsi à servitio pii Principis nostri aliquis Clericorum venerit, ut alicui Civitati præponatur Episcopus, timore castè sollicitè examinetur; Primum, cuius vitæ sit: deinde cuius scientiæ: & vigore Ecclesiasticò sub oculis Omnipotentis Dei agat Metropolitanus, in hac parte Episcopi sicut Dei ministris adiutorium ferentibus, nè maculata vitæ, & pompis sæculi turbidus, & simoniacâ hæresi pollutus, humilibus & modestis membris Christi, Ecclesiæque ipsius, supponatur Episcopus. Nec præsumat illiteratum, & cupiditate nimia cæcaturum, redditurus facti sui rationem, populo Dei præficere. *Concil. Valentinum 3. cap. 7.*

Nulla ars, doceri præsumitur, nisi intentâ prius meditatione discatur: ab imperitis ergo pastorale magistratum, quâ temeritate suscipitur, quando ars artium regimen est animarum? -- Pastorum imperitia voce veritatis increpatur, cum per Prophetam dicitur: ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam. Quos rursus Dominus detestatur, dicens: Et tenentes legem, nesciunt me. *Concil. Aquisgranen. sub Ludovico Pio. cap. 14.*

Doctrina autem Sacerdotalis, secundum cuiusque qualitatem, omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, discreta, honesta, atque utilis, nec minus exemplum boni operis doctrinæ conveniens, in Sacerdotibus esse debet, ut quod ore doctrina profert, vitæ meritum iustæ operationis, verba Sacerdotis, omnibus delectabilia, faciat exequenda, vitamque probabilem commendat. *Concil. Aquisgranen. 3. p. 1. cap. 8. Conc. Trid. sess. 7. de Reformat. cap. 1. Dist. 36. cap. Illiteratos. Vide, Clerici. tit. 3. n. 34.*

Statuimus, nè in aliquo Apostolica & Canonica decreta violentur, & nè his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescit; & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed à summis volunt habere principium: cum valde iniquum sit, & absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis. *Dist. 61. cap. Statuimus.*

Neophytus prohibetur ordinari, nè extollatur in superbiam. Sed si non deest humilitas competens Sacerdotio, ubi causa non hæret, vitium non imputatur. Itaque ordinationem meam Occidentales Episcopi iudicò, Orientales etiam exemplò probantur. *Ibidem. cap. Neophytus. De Electione. cap. Cùm in cunctis. supra. n. 3.*

Unde cum sæpè contingat, quod Episcopi propter occupationes multiplices, vel in valetudines corporales, aut hostiles incursum, seu occasiones alias, (nè dicamus defectum scientiæ, quod in eis est reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas Dioceses, & diffusas: generali constitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas, vice ipsorum (cùm per se iidem nequiverint) sollicitè visitantes, eas verbò edificent & exemplò; quibus ipsi, cum indigerint, congruè necessaria subministrant, nè pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto, &c. *(Vide, Confessor. tit. 3. n. 1.)* Si quis autem hoc adimplere neglexerit, districtè subiaceat ultioni. *De officio Jud. Ordinarii. cap. Cartera. ex Conc. Lateran. 4. cap. 10. Concil. Trid. sess. 5. de Reformat. cap. 2. Et sess. 24. de Reformat. cap. 4.*

Quamvis multa proposita fuerint contra Episcopum Calinensem: Quia tamen confessus est coram nobis, se nunquam de Grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum, & per evidentiâ facti usque adeò de illiteratura & insufficientia sua constat, quod contra Deum esset & Canonicas sanctiones, tantum in Episcopo tolerare defectum, ipsum à Pontificali officii executione & ab administratione Calinensis Episcopatus duximus amovendum. *De astate & qualitate &c. cap. fn. Honorii III.*

7. Episcopus debet esse Doctor in Theologia, vel Jure Canonico, vel ab aliqua Academia

nia habeat testimonium idoneitatis; si sit regularis, habeat hoc testimonium à Superiore Religionis. *Concil. Trident. sess. 2. De reformat. cap. 2.* Si non est Doctor, sufficit habere testimonium, quod sit aptus ad docendum populum. *Greg. XIV. Constitutione 6. Onus.*

8. Episcopus illiteratus, est privandus Jurisdictione, & Episcopatu. *De etate & qualitate &c. cap. fin.* Vide, *Supra n. 6.*

9. Episcopus nequit fieri, qui non est 30. annorum. Quod si dispensatur, ad minus sit annorum 27. Si Papa dispensat in etate, saltè sit 27. annorum.

Presbyterum verò, vel Episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti etatem perveniat, & Diaconos ante 25. nullus Metropolitanorum ordinare presumat, nè per etatem (quod aliquoties evenit) aliqùd errore culpentur. *Concil. Agathen. cap. 17. Concil. Arelaten. 3. cap. 1. Vide, Diaconus. tit. 1. n. 4.*

In veteri lege, ab anno 25. Levitæ in Tabernaculo servire mandantur, cujus auctoritatem in Canonibus, & SS. Patres secuti sunt. Nos, & divina legis, & Conciliorum præcepti immemores, infantes & pueros Levitas facimus, ante legitimam etatem, & ante experientiam vitæ. Ideoque nè ulterius fiat à nobis, & divina legis, & Canonum admonemur sententis. Sed 25. annorum etatis Levitæ consecrentur; & triginta Presbyteri ordinentur, ita ut secundum præceptum Apostolicum probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes. *Concil. Toletanum 4. cap. 19. De Electione. cap. Cum in cunctis. supra n. 3. Dist. 77. cap. Episcopus. Vide, Diaconus. tit. 1. num. 4. Concil. Lateranen. 5. sess. 9. De reformat. Curia. cap. 1. Vide, in Bullario.*

Si quis triginta etatis suæ annos non impleverit, nullò modò Presbyter ordinetur, etiam si valdè sit dignus. *Dist. 78. cap. Si quis triginta.*

Nemo Presbyter consecratur, qui minor triginta annis sit: nemo Diaconus, vel Subdiaconus fiat, qui minor viginti quinque annis sit: nemo lectoribus connumeretur, qui minor 18. annis fuerit: nemo inter Diaconissas consecratur Sacrosanctæ Ecclesiæ, quæ minor quadraginta annis, vel ad secundum matrimonium pervenerit. *Ibidem. cap. Nemo.*

Presbyter ante triginta annorum etatem non ordinetur, quamvis sit probabilis vitæ, sed observet usque ad præfinitum tempus. Dominus enim noster Iesus Christus trigesimo annò baptizatus est, & tunc prædicavit. *Ibidem. cap. Presbyter.*

Si triginta annorum non reperiuntur, & necessitas exposcit, à viginti quinque annis & supra, Levitæ, & Sacerdotes ordinentur. *Ibidem. cap. Si triginta. Vide, Papa circa dispensationes.*

10. Qui Psalmos nescit, ordinari nequit Episcopus.

Sed nec Joannem Presbyterum psalmodum nescium, præsumptivum ordinare, quia hæc eum res minus sui profectò habere studium demonstrabat. *Greg. I. lib. 4. ep. 45.*

Si nihil est, quod ei canonicè possit obistere, requirendum quoque est, si in opere Dei studium habuit, vel psalmos novit, & si talis fuerit, eum ad nos cum testificationis suæ Epistola dirigat: si verò aliter fuerit, vestris nobis similiter epistolis indicat. *Ibidem. Lib. 8. ep. 34.*

Quamobrem decernimus, quemlibet quidem, qui ad Episcopalem gradum est provehendus, psalterium omninò nòsse, ut ex eo omnem quoque suum Clerum ita imitari moneat: à metropolitano autem bene examinari, an ad SS. Canones diligenter, ac cum perfectu-

tatione, non autem obiter, cursimque legendos, promptò paratòque sit animò, & sacrum etiam Evangelium, & librum divini Apostoli, omnemque divinam Scripturam, & in divinis præceptis versari, & populum docere. Nostræ enim Hierarchiæ substantiæ, sunt eloquia divinitus tradita, divinarum scilicet scripturarum, vera scientia, sicut & magnus ait Dionysius. Si quis autem dubius animi fuerit, & non lubenter hæc facere, & docere voluerit, non ordinetur: Propheticè enim dicit Deus: Tu repulisti scientiam, & ego te repellam, nè sis mihi Sacerdos. *Concil. Nicænum 2. cap. 2.*

11. Epilepticus non potest eligi in Episcopum. *De Elect. cap. Cum inter Canonicos. Vide, Electus. n. 27.*

12. Episcopus olim eligi debebat de Clero illius Ecclesiæ. Si in eo non adsint, de alienis eligantur.

Componentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas E. nisi fortè inter Clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad Episcopatum dignus (quod evenire non credimus) potuerit inveniri: provisurus ante omnia, nè ad hoc, cujuslibet conversationis, seu meritii laicæ personæ aspiratè præsumant, & tu periculum ordinationis tuæ, quod absit, incurras. *Greg. I. Lib. 7. ep. 89. Ex regest. Concil. Lateranen. 4. cap. 23. Vide, Electores. n. 20. Ibi. cap. Nè pro defectu.*

13. Uxoratus non potest fieri Episcopus, (in Ecclesia Latina) nisi uxor ingrediatur Religionem.

De Syracusanæ Urbis Antistite, optaveramus in ipso initio gloriæ vestræ desideriis obedire, nisi nos multiplex ratio, ipsius non paucis temporibus ordinationem differre sacerdotii coëgisset, ob hoc, quod vel personæ qualitas, (sicut & vos melius nòstis) vel superstes uxor, aut filii, (per quos Ecclesiastica solet periclitari substantia) nostros animos diutius ab ejus ordinatione suspenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integrò penè annò distulimus, opinantes, quòd in melius Syracusanorum provenire posset electio. Sed quia in voluntatis suæ proposito irrevocabiliter persistebant, & nullus est alius in eadem repertus E. nisi longioribus adhuc temporum differretur spatii, nè paulò amplius infanirent, (sicut filii nostri, magnifici viri, Prætoris testificatione didicimus) inter hujusmodi ambiguitates illud consultius judicavimus faciendum, ut congruè providentiâ causam, propter quam principalis constitutio habentem filios, & uxorem, ad Episcopatus Ordinem promoveri prohibet, salvâ dispositione consilii muniremus; qua de re summò studio ab eodem Syracusanæ Urbis Episcopo, priusquam à nobis contingeret ordinari, hujusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur, quantula esset, præsentis temporis habitâ rerum descriptione, substantiam, & nihil unquam per se, aut per filios & uxorem, sive quamlibet propinquam, aut domesticam, vel extraneam fortè personam, de rebus usurparet E. suæ dominio sociaret, nihil ultra id, quod modò descriptum est, filiis suis, vel hæredibus relicturus. *Dist. 28. cap. De Syracusanæ. Concil. Lateran. 3. in append. tit. De Conjugat. cap. 7. Vide, Conjuges. tit. 3. n. 4.*

14. Bigamus non potest fieri Episcopus, esto unam uxorem habuerit ante baptismum.

Unius uxoris virum, id est, monogamum post baptismum; si enim & ante conjugem habuit, quæ obierit, non ei imputatur, cui profusus novo homini nec supra, nec alia, quæ ante fuerunt, jam obstant.

Dist.

Dist. 26. cap. Unius. & 28. q. 3. cap. Acutus. Vide, Bigamus. n. 11. Ibi. 28. q. 3.

15. Neque filius Presbyteri. Potest cum dispensatione Papæ.

Audivimus etiam Rothomagensem Archiepiscopum Sacerdotis filium esse. Quod si verum deprehenditur, noveris promotioni illius nos assensum nequam tribuere. *Greg. VII. Lib. 7. ep. 1. Concil. Lat. 3. in append. tit. De Electione. cap. 3. Vide, supra. n. 2.*

16. Ignobiles eligi possunt in Episcopos.

Neque verò te pigeat, aut pudeat, extraneum fortè, vel humilis sanguinis virum, dummodo idoneus sit, ad Ecclesiæ tuæ regimen, quod propriè bonos exoptat, adscire; cum Romana Respublica (ut paganorum tempore) sic & sub Christianitatis titulus, inde maximè (Deò favente) excreverit, quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quam animi & corporis virtutes perpendendas adjudicavit. *Gregor. VII. Lib. 9. ep. 2.*

17. Episcopi mores considerandi, non locus, aut genus, quia ubi illis, non ab istis nobilitatur.

Nos qui præsumus, non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus: nec Urbium claritate, sed fidei puritate. *Dist. 40. cap. Nos qui præsumus.*

Non loca, vel Ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed ei nos merita bona jungunt, aut mala disjungunt. *Ibidem. cap. Non loca.*

18. Notitia de vita, etate, scientia, &c. Episcopi eligendi, capiatur à Legato Papæ, vel Ordinario, eoque absente à viciniorum quorum fides, fideliter & gratis danda est. *Concil. Trid. sess. 22. de Reformat. cap. 2.*

19. Invasor Ecclesiæ non potest esse Episcopus. *Joannes VIII. ep. 223. Vide, Ecclesia. tit. 40. n. 16.*

II. Episcopi eligendi qualitates morales, seu requisita, & quæ impediunt.

1. Episcopi eligendi qualitates multæ.

Placuit huic sancto Concilio, ut unusquisque, qui ad Ecclesiasticos gradus est ascensus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui adnotatione promittat, ut fidem Catholicam, sincerâ cordis devotione custodiens, justè, & piè vivere debeat, & in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat; atque ut debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam, præminentibus sibi, unusquisque dependat, juxta illud B. Leonis Papæ edictum: (qui se fecit aliquibus esse præpositum, non molestè ferat, aliquem sibi esse Prælatum; sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.) Pœna etiam juxta Ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab iis, qui transgressores fuerint, per solvenda est. *Dist. 23. cap. Quamquam.*

2. Episcopus fieri nequit recenter baptizatus.

Quoniam plura, aut per necessitatem, aut aliàs cogentibus hominibus adversus Ecclesiasticam facta sunt regulam, ut homines, ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & instructos brevi tempore, mox ad lavacrum spirituale perducerent, simulque ut baptizati sunt, ad Episcopatum, vel ad Presbyterium promoverent: optimè placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tempore opus est ei, qui Cathesifatur, & post baptismum probatione quam plurimâ. Manifesta est enim Apostolica Scriptura, quæ dicit: Non Neophytum, nè in superbiam elatus, in judicium incidat, & in laqueum Diaboli. *Concil. Nicænum 1. cap. 2. & Dist. 48. cap. Quoniam multa. Dist. 61. cap. Neophytus. Vide, tit. preced. n. 6.*

3. Episcopus eligi potest etiam ignobilis. *Gregorius VII. lib. 9. epist. 2. Vide, supra n. 16.*

4. Episcopus fieri nequit bigamus. *Vide, Ibi. n. 14.*

5. Datus ut intercessor in populo, ad faciendam electionem, non potest eligi in Episcopum.

Item constitutum est, ut nulli intercessori licitum sit, Cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis, vel seditionibus retinere, sed dare operam, ut intra annum eisdem Episcopum provideat. Quòd si neglexerit, annò exemptò interventor alius tribuatur. *Concil. Africanum. cap. 41.*

6. Episcopus eligendus, debet esse sobrius, hospitalis, promptus, pudicus, &c. doctus, & cruditus. Non acceptator personarum. Non deditus cibus delicatis, nec multum infumens. Incorruptus, non se flectens ad munera. Edificans bonò exemplo. Non promptus ad puniendum, sed hortator ad corrigendum. Irreprehensibilis. Non imperiosus, spernens alios.

Sit igitur sobrius, pudicus, modestus, constans, sedatus, non vinolentus, non percussor, sed æquus, non pugnax, non avarus, non Neophytus, nè superbiâ elatus, in judicium, & laqueum Diaboli incidat, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur. Talem verò esse oportet Episcopum, qui unam uxorem duxerit, quæ uni tantum nupsit: qui domui suæ rectè præfuerit. Sic enim probandus est, cum in gradu Episcopi per ordinationem collocatur, an sit pudicus, fidelis, & modestus: an uxorem habeat pudicam & fidelem, aut habuerit; an liberos piè educando, & monitis Domini erudiendo provexerit. *Lib. 2. Constit. AA. cap. 2.*

Excutiatur igitur, an in iis, quæ ad usum hominum, atque vitam pertinent, omni vitio vacet; scriptum est enim: (inspicite, an sit macula, & vitium corporis in eo, qui eligitur ad sacerdotium.) Ergo sit etiam non iracundus; ait enim sapientia: Iracundia etiam prudentes perdit. Sit deinde misericors, non sumptuosus in parva; sit charitatis studiosus; ait enim Dominus: (in hoc cognoscent omnes, quòd mei estis Discipuli, si diligatis invicem.) Sit promptus ad imperiendum: benevolus viduis, hospitalis, promptus ad ministrandum, facilis ad subeundas vexationes: nihil habeat, in quo erubescat; non ignoret, quisnam dignior sit sublevatione. *Ibidem. cap. 3.*

Nè sit autem Episcopus acceptator personarum, neque plùs quam par est, divitem revereatur, aut ei blandiatur, nè vè pauperem despiciat, aut opprimat. -- Sit contentus commodò cibo & potu, qui sufficiat, ut possit sobrius esse ad monendum imperitos. Nè sit multus in infumendo, nè voluptuarius, nè delicatus, nè deditus ecceis suavisibus, sit malorum tolerans, magnâ patientiâ in monendo, multa didicerit, meditetur de libris Domini, & studeat eis. *Ibid. cap. 5.*

Sit igitur eruditus, usû sermonis exercitatus, etate inclinante. *Ibidem. cap. 1.*

Cavete igitur, nè si personas accipiatis, hæc vox Domini in vos cadat: Cavete, nè ullos in justè condemnationis, & improbos defendatis. *Ibidem. cap. 4. 2.*

Debet enim Episcopus non solùm innocens esse, offensionemque vitare, sed etiam non esse personarum acceptator, eos qui delinquant, leni animò castigans. Qui si non bene conscius sibi sit, facilè is quidem in gratiam personæ, turpi quopiam quaestu, & munere corruptus, parcat ei, qui scelus commisit, & in laqueum Diaboli. *Concil. Nicænum 1. cap. 2. & Dist. 48. cap. Quoniam multa. Dist. 61. cap. Neophytus. Vide, tit. preced. n. 6.*

Oportet

Oportet igitur vos, eos, qui hæc auditis, qui deliquerunt, hortari, & ad poenitentiam impellere, ac bonâ spe esse facere, neque suspicari deberis, quasi participes eorum, quæ ipsi commiserunt, efficiamini, quod eos diligatis. -- Oportet autem Episcopo non negligere populi delicta, neque quos peccasse poeniter, avertere; nè tanquam rudis & inexercitatus, gregem ovium Christi perdas, & mactes, & nomen ejus novum, quod populo ejus impositum est, dedecores. *Ibid. cap. 15.*

Si verò Episcopus ipse offensionem aliis concitaret, quomodo aggredietur ad inquirendam injuriam alterius, aut ad increpandum aliquem, si aut ipse, aut Diaconi, propter personarum acceptionem, aut munera accepta, non sunt sibi benè conscii. -- Dicent enim ei, quod est in Evangelio scriptum: (Quid vides festucam in oculo Fratris tui, trabem verò in oculo tuo non consideras?) Sit ergo Episcopo unâ cum Diaconis suis metus, nè quid tale audiat, id est, nè præbeat occasionem. *Ibid. cap. 17.*

Medice ergo Ecclesiæ Domini adhibe medicinam, cuique agrotantium convenientem; omnibus modis cura, sana, factos sanos reddere Ecclesiæ, pascere gregem, non per vim, neque imperiosè, cum ludibrio, & despectu, quasi dominatum teneas, sed tanquam bonus pastor in sinum, ac complexum agnos congrega, & gravidas hortare. *Ibid. c. 20.*

7. Nequit eligi, qui non est instructus in Ecclesiasticis disciplinis.

Qui Ecclesiasticis disciplinis per Ordinem non est imbutus, & temporum approbatione, Divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ Sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo, ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatorum ejus careant eò Ordine, quem sine Ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. *Zosimus Ep. 1. cap. 1. & dist. 36. cap. Qui Ecclesiasticis.*

8. Episcopus à moribus nobilitatus, non à genere, aut loco. Vide, viz. præcedenti. num. 17.

9. Nequit eligi aliquis repente ex Laico: Licet aliquando Ecclesia id toleravit.

Sacerdotale officium, vestris in partibus, in tantam, (sicut didicimus) ambitionem perductum est, ut Sacerdotes subito, quod grave nimis est, ex Laicis ordinentur. *Dist. 61. cap. Sacerdotale.*

In Sacerdotibus eligendis curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis. Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiæ. *Ibid. cap. In Sacerdotibus.*

Non negamus, esse in Laicis DEO placitos mores: Sed milites suos probatos sibi quarunt instituta fidelium. Discere prius quisque debet, antequam doceat, & exemplum Religiosæ conversationis de se potius aliis præstare, quam sumere. Emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. -- nec tantum de Laicis consecrari inhibemus: sed nec de poenitentibus quidem, quisquam ad hujusmodi gradum profanus temeratur aspiret. Satis illi postulanti sit venia, quâ conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis enim, quem paulò ante vidit jacentem, veneretur Antistitem? Præferens memorandi criminis labem, non habet lucidam Sacerdotii dignitatem. *Ibid. cap. Non negamus.*

Miserum est, eum Magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit; eum summum fieri Sacerdotem, qui nunquam in ullo gradu, subsecutus fuit Sacerdoti. *Ib. cap. Miserum est.*

Miramur tantum. -- Ut indignis quibusque, & longè extrâ Sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio Ecclesiæ crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere; Nec præ-

stare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præfidentium, salus est subditorum, & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. -- Ubi est illa Beati Pauli Apostoli, per Spiritum DEI emissa præceptio, -- dicens: Manus citò nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis? Quid est citò manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est, communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? *Ibid. cap. Miramur.*

Exigunt eam, ut non solum in tales Præsules, sed etiam in ordinaros, eorum ultio competens profecturatur, &c. Illos ergo, quorum profectio, hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex Laicis ad officium Episcopale delecti sunt, locum suum tenere permitimus, non præjudicantes A.S. statutis, nec BB. PP. regulas solventes: Quia remissio peccati, non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliquâ ratione concedi, fas erit amplius impune committi, nè, quod ad tempus piâ lenitate concessimus, justâ posthac ultione plectamur. *1. quæstion. 7. cap. Exigunt.*

Maximum quoque, ex Laico, licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & à Spiritu Schismaticæ pravitate alienus, ab Episcopali, quam quoquò modò adeptus est, non repellamus dignitate, itâ ut & ipsò libellò ad nos directò Catholicum se esse manifestet. *Ibid. cap. Maximum.*

Ut ambitionem, veluti quandam malorum omnium procreatricem convellamus: Phorium contra jus, falsæ præcipiti temeritate, velut atrocem lupum in gregem Christi insipientem, Orbemque terrarum perturbatione complentem, nunquam antea Episcopum fuisse, neque nunc ullâ ratione esse, justò judicio declaramus. Ab illo verò creati, in eo Sacerdotii gradu, in quo prius fuerant, permaneant. Episcopis verò ab illis factis, dignitatem, & præfecturam abrogamus. Præfectis verò Monasteriorum præfecturam abrogamus. Licet enim universorum Deus: Quoniam tu scientiam repulisti, & ego te repellam, nè Sacerdoti fungaris mihi. *Concil. Constantinopolitana. Oecumen. 8. can. 4.*

Canon est, qui dicit, non oportere quenkam ex Neophyto, sive Neophytus sit in Christiana fide, sive in ordine Clericorum, Episcopum creari, nè, ut Paulus ait: incidat in iudicium, & laqueos Diaboli. Huic ergo convenienter dicimus, neminem ex ordine Senatorio, & politico, nuper, eò dumtaxat sine, & animò, in Clericum, aut Monachum attonsum, ut Episcopi, aut Patriarchæ dignitatem assequatur, honoris gradum oportere conscendere; etiam si in unoquoque gradu Sacerdotii longiori tempore versatus, se se E. probasset. Neque enim pietatis, sed ambitionis, & honoris causâ tonsus est. Quin immò talem etiam à sacris arcemus, si per vim Regiam ad eum honorem pervenit. *Ibid. Can. 5.*

Prioribus ergo Canonibus concordantes, dehinimus, neminem de senatoria dignitate, vel mundana conversatione nuper tonsum, sub intentione, vel expectatione Pontificatus, vel Patriarchatus honoris, Clericum, aut Monachum, ad hujusmodi scandere gradum, licet per singulos Ordines Divini Sacerdotii, plurimum temporis fecisse probetur. Neque enim propter timorem, vel amorem DEI, aut per expectationem transcendendi viam virtutum, sed ob amorem gloriæ, ac principatus, tonsus hujusmodi reperitur. Magis autem coercemus hujusmodi, si Imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si verò quis per nullam suspicionem prædictæ concupiscentiæ & expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quod est circa Christum JESUM, abrenuncians mundo, Clericus,

Clericus, aut Monachus, & omnem gradum Ecclesiasticum transiens, per definita nunc tempora, irreprehensibilis inventus exstiterit, & probatus, itâ ut in gradu lectoris, annum compleat, in Subdiaconi verò duos, sitque Diaconus tribus, Presbyter quatuor annis: benè placuit Sanctæ & universali Synodo, eligi hunc, atque admitti. Circa hos autem, qui religiosè morati in ordine Clericorum, & Monachorum, digni iudicati sunt Pontificatu pariter, & honore, prædictum tempus abbreviamus, nimirum secundum quod Episcoporum Prælati probarint, qui per tempora fuerint. *Ibid. in fragm. can. 5.*

Optus Episcopus dicitur: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetur, si forte aut dives, aut scholasticus, de foro, aut de administratione, Episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi antè & lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt utique prolixum tempus, probari, quâ fide sit, quâve modestiâ, quâ gravitate & verecundiâ. Et si dignus fuerit probatus, Divinò Sacerdoti illustretur, quia conveniens non est, nec ratio, nec disciplina patitur, ut tementè, vel leviter ordinetur, aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui Neophytus est; maxime cum magister gentium B. Apostolus, ne hoc fieret, denunciasset & prohibuisse videatur: sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Universi dixerunt: placere sibi hæc. *Concil. Sardicense. cap. 13.*

10. Talis Laicus ordinatus Episcopus, non est Episcopus.

Petis misericordiam, & non scribis, quomodo sit exhibenda, neque cui, seculari videlicet, vel Sacerdoti. Si enim secularem dixeris, veniâ dignus is erit, tanquam à seculari dignitate adeptus. Si verò Sacerdotem dicas, non adhibes mentem, quod dignitatem præbere non potuit, qui dignitatem non habebat. Nihil potuit dare Photius, præter damnationem, quam habuit per impositionem oblique manus, & damnationem præbuit, quomodo dignitates potuit accipere, qui particeps factus est condemnato? Quoniam pro ordinato misericordiam obtinere petis, animadvertite, quod ordinatorum potius foves. *Formosus Epist. 1. Concil. Constantinopolitana. c. 4. supra.*

Photius, vir forensis, Curialis, Neophytus, invalor, atque aduiter, necnon & anathemate condemnatus existens, nihil habuit, nihil dedit; nisi forte damnationem habuit, se sequentibus propinaverit; Photiò certe præfidente, auctore dictum est ab anathematizatis, consecratus non solum non accepit Spiritum Sanctum, sed & quod antè habuit, flamen, auferatur ab eo. -- Quia tamen veraciter dictum est, eorum magis damnationi procul dubio congruit, qui ab anathematizato & damnato Photio per impositionem manus, non lucrum, sed vulnus in capite susceperunt. *Adrianus 1. Epist. 4.*

Piissimus ac Sanctissimus Papa dixit: Quid censetis de Sicone, Episcopo à nobis dudum consecrato, qui in nostro Patriarchatu, Leonem, Curialem & Neophytum, atque perjurum, nostrum jam Ostiarium, Lectorem, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum, atque subito Presbyterum ordinavit, eumque sine ulla approbatione, contra cuncta SS. PP. statuta, in nostra Ap. S. consecrare non formidavit? Sanctum Concilium respondit, deponatur ipse, qui ordinavit, & qui ab eo est ordinatus. -- Piissimus ac Sanctissimus Papa dixit: Quid ergo de illo Curiali, & Neophyto, perjuro atque invalore nostro Sedis censetis? Sanctum Concilium respondit: Omnino damnatur, ut nullus deinceps Curialium, aut Neophytorum, aut Judicum, aut publicè poenitentium, ad summum Ecclesiæ gradum aspirare præsumat. *Concil. Romanum 4. sub Joanne XII. Vide, Sacerdos summus. Vide, Laicorum prohibita.*

11. Nequit eligi, qui in aliis gradibus inferioribus, non est exercitatus, ut in Ordinibus, vel nunquam fuit ordinatus.

Tomus 11.

Monachos quoque, quos tamen motum gravitas, & vitæ ac fidei institutio sancta commendat, Clericorum officiis aggregari, & optamus, & volumus: ita, ut, qui intrâ trigessimum ætatis annum sunt digni, in minoribus per gradus singulos, crescente tempore, promoveantur Ordinibus; & sic ad Diaconatus, vel Presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant. Nec statim saltu ad Episcopatus culmen ascendant; nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita. *Siricus Ep. 1. cap. 13. 16. q. 1. c. Monachos.*

Quam enim miserum est, eum Magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit: eum summum fieri Sacerdotem, qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit Sacerdoti? -- Perdimus profectò nos ipsi, non inquam, Sanctimoniam reverentiam, qui quali vilissimum aliquid, summos efficiamus Sacerdotes, ut jam incipiat, quasi noxium aliquid publicis interlocutionibus condemnari. *Innocentius 1. ep. 12. dist. 61. cap. Miserum. Zozimus, Ep. 1. cap. 1. Dist. 36. cap. Quæ Ecclesiasticis. supra. num. 7.*

Photius, qui ex Schismaticorum, & se à Sanctæ Communionis participatione avertentium parte esse dignoscitur, & ex seculari administratione, atque militia, & ex foro, subito tonsuratus, à Gregorio Syracusano, dudum Episcopo, à Synodo damnato, & ab Apostolica Sede convicto, Episcopus ordinatus est. -- Non per ostium, quod Christus est, sed aliunde ex adverso in ovile Dominicum, more futis atque latronis ingrediens, ac si violentus, rapax & scelestus aduiter, irrupit. *Nicolaus Ep. 10.*

Illud nos statuente, vobis & omnibus servare mandamus, ut ad Ordines Ecclesiasticos sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur; id est, si quis Episcopus esse meretur, sit primùm Ostiarius, deinde Lector, postea Exorcista. Inde sacerus Acolythus, demùm verò Subdiaconus, deinde Diaconus, & postea Presbyter, & exindè, si mereatur, Episcopus ordinetur. *Dist. 77. cap. 1.*

Ordinatos verò quosdam, fratres charissimi, Episcopos, qui nullis Ecclesiasticis Ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta, hujus usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus, cum ad Episcopatum his gradibus, quibus frequentissimè cautum est, debeat perveniri, ut minoribus initiati officiis, ad majora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit. *Dist. 59. cap. Ordinatos. Concil. Sardicense. cap. 13. supra. numerò 9.*

12. Eligi nequit, qui non est saltè in Subdiaconus.

Ut nullus Laicus, Clericus, vel saltè autem Subdiaconus, in Episcopum eligatur. *Concil. Charamon. cap. 5.*

Nullus in Episcopum eligatur, nisi in sacris Ordinibus religiosè vivens fuerit inventus. SS. autem Ordines, dicimus Diaconatum, & Presbyteratum. Hos siquidem solos primitiva legitur habuisse Ecclesiæ Subdiaconos verò, quia & ipsi altaribus ministrant, opportunitate exigente concedimus, si tamen spectatæ sint Religionis, & scientiæ. Quod ipsum non sine R. P. vel Metropolitanæ licentia fieri permitimus. *Distinctione 60. capit. Nullus in Episcopum.*

13. Ante sex menses saltè in sic ordinatus in Sacris. Concilium Tridentinum sess. 22. de Reformat. cap. 2.

14. Non potest eligi, qui id procurat pecuniâ, aut precibus.

Nullus itaque per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in Laica conversatione culperetur, quis dubitat, quod religiosus, & DEO servientibus incuriat opprobrium? Si quis Episcopatum desiderat, datâ pecuniâ, potentes personas minime suffragarices adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum Clericos, vel Cives subscribere adhibito cuiuslibet generis timore compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. *Symmachus Ep. 5. c. 6.*

Ad Casaresm. Concil. Tolot. 4. cap. 19. & distinctione 51. cap. Qui in aliquo. Vide, Cerrales. num. 1.

Ut si quilibet Presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter, apud sacularium seniores, nulla precatone, vel aliquo xenio Ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans antea existit, sed neque capellam, sine consensu Episcopi. Quod si fecerit, definitam sententiam sibi prolatam, suscipiat, sicut de Episcopo Canonica decrevit auctoritas, ut si per ambitionem majorem civitatem appetierit, & illam perdat, quam tenuit, & illam nequaquam obtineat, quam usurpare tentavit. *Concil. Nanneten. 1. capit. 16.*

Nulla ergo sit in hac electione venalitas, ne dum premia appetunt, virtutem discretionis amittant, & illum dignum ad hoc esse arbitrentur officium, qui non meritis, sed datione placuerit. Specialiter enim, & absolute cognoscant, quia non solum indignus est Sacerdotio, sed & aliis profecto culpis erit obnoxius, quisquis Dei donum pretii presumpserit venalitate mercari. Non itaque largus premiis, sed dignus meritis eligatur, nam & electum, & eligentes par poena respiciet, si Sacerdotis sinceritatem mente Sacriliga violare tentaverint. *Gregorius I. lib. 4. Ep. 23.*

15. Nequit eligi, qui est exosus populo. Et intrans populis invitis, perpetuo privandus est.

Nullus invitis detur Episcopus. Cleri, Plebis, & Ordinis consensus, ad desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Ecclesia, si de civitate ipsius Clericis, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus (quod evenire non credimus) poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis E.E. merito praeferantur. Habet unusquisque Clericorum suae fructuum militiae in E. in qua suam per omnia officia transigit aetatem. In aliena stipendia minime alter obrepat: nec alii debitam, alter sibi audeat vendicare mercedem. *Celestinus I. ep. 2. cap. 5. Distinctione 61. cap. Nullus invitis.*

Studii vestri sit etiam, alium, qui aptus sit, providere, ut si forte Petrus, quem a vobis electum asseritis, huic Ordini non videatur idoneus, sit, in quem se vestra declinare possit electio. Nam grave Cleri illius erit opprobrium, ut si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere. *Dist. 61. cap. Studii.*

Et ideo dilectio tua ad praedictam Ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus Clerum, Plebemque ejusdem Ecclesiae, admonere festinet, ut remotus studio, uno eodemque consensu, talem sibi praeficiendum expectant Sacerdotem, qui tanto ministerio dignus valeat reperiri, & a venerandis Canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuae testimonio literarum, ad nos faciendus occurrat. *Ibidem. cap. Obvium. Et dist. 61. cap. Cleri, plebis, supra ex Celestino.*

Si forte (quod nec reprehensibile, nec irreligiosum judicamus) vota eligentium in duas se dividerint partes; Metropolitanum iudicio is alteri praeferatur, qui majoribus & studiis juvatur, & meritis, tantum ut nullus invitis & non potentibus ordinetur, ne civitas Episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit. *Dist. 63. cap. ult.*

Item (sicut antiqui CC. decreverunt) nullus invitis detur Episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum, ad consensum faciendum, cives, aut Clerici (quod dici nefas est) inclinentur. Quod si factum fuerit, ipse Episcopus, qui magis per violentiam, quam per decretum legitimum ordinatur, ab adepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur. *Concilium Aurelianense 5. cap. 11.*

Nullus, Civibus invitis, ordinetur Episcopus, nisi quem populi & Clericorum electio plenissima quaerit voluntate, non Principis Imperio; neque per quamlibet conditionem, contra Metropolis voluntatem & Episcoporum Comprovincialium ingeratur. *Concil. Paris. 3. c. 8.*

Quod si per ordinationem regiam honoris istius culmen pervadere aliquis nimia temeritate praesumpserit, a Comprovincialibus loci ipsius Episcopus recipi nullatenus mereatur. *Ibidem.*

Episcopatum ergo desiderans, electione Clericorum, vel civium consensu, etiam Metropolitanum ejusdem Provinciae Pontifex ordinetur. Non Patrocinia potentum adhibeat. Non calliditate subdola, ad conscribendum decretum, alios hortetur premiis, alios timore compellat. Quod si quis fecerit, Ecclesiae, cui indignus praesse cupit, communione privabitur. *Concilium Arvernense cap. 2.*

Si quis Episcopus ordinatus per contentionem populari, aut pro aliqua ratione, & non pro sua culpa, in Parochiam, quae ei fuerit data, non ierit: hunc oportet honorem Sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus Ecclesiae, in quam convenit, nihil sibi praesumat. Sustineat autem, quid de eo sanctum Concilium iudicare voluerit. *Concil. Lucense 2. capit. 10.*

16. Non est eligendus ille, de quo non constat, quod per multum tempus fuerit continens.

Joannem Diaconum, qui ab altera parte electus est, parvulam habere filiam, ex quorundam relatione cognovimus. Unde si rationem voluissent attendere, nec alii eum eligere, nec ipse debuisset consentire. Nam quae praesumptione ad Episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam, filiola teste, convincitur non habere. *Gregorius I. lib. 8. Epist. 40. & distinctione 28. capit. Primumquam.*

17. De Clero proprio eligendus erat olim Episcopus. Et si in eo non aderat, ex externis erat eligendus.

Enim verò, si in Ecclesia illa, neque de Presbyteris, vel Diaconis, neque de reliquo Clero huiusmodi inveniri poterit, de alia sibi Ecclesia talem ordinandum eligere festinent Antistitem, qui vigilantia sollicitudine in exterioribus eorum utilitatibus, & Sacerdotali adhortatione, animabus valeat, DEO miserante, utilis reperiri. *Gregorius I. lib. 11. ex regest. Epist. 14.*

Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas Ecclesia, nisi forte inter Clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad Episcopatum dignus, quod evenire non credimus, poterit invenire. *Ibidem. Ep. 16. Concil. Lateranen. 4. cap. 23. Vide, Electores. numero 12.*

18. Eligi non potest infamis: publicus poenitens: baptizatus in haeresi: rebaptizatus: haereticus: castratus a semetipso: bigamus: servus: laicus: miles: ignotus: neophytus: Curiae saeculari obligatus: minor triginta annorum: male promotus: pretio petens eligi: a Praedecessore electus; isti omnes, si eligantur, officio sunt privandi.

Apostolus Paulus, quando elegit ordinandos, vel Presbyteros, vel Diaconos, & quicumque ordinandus est ad Praeposituram Ecclesiae, non ait: (Si quis sine peccato est) hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur. Sed ait: (Si quis sine crimine est) sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cetera huiusmodi. Crimen autem est peccatum grave, accusatione & damnatione dignissimum. *Dist. 81. cap. Apostolus. Concil. Toletanum 4. cap. 19. dist. 51. cap. Qui in aliquo. supra num. 14. distinctione 6. cap. Non negamus. supra num. 9.*

19. Debet habere bonum testimonium bonarum personarum, de sua probitate.

Ut igitur excludatur deinceps omnis nefanda suspicio, aut casus, & ne detur ultra saecularibus obreptandi locus, oportet Episcopos testimonium probabilem personarum in conclavi suo habere, ut & Deo placeant per conscientiam puram, & Ecclesiae per optimam famam. *Concil. Toletan. 4. cap. 22.*

Epi-

Episcopum non oportet praeter iudicium Metropolitanorum, & finitimorum Episcoporum, constitui ad E. Principatum, nec eligantur, nisi hi, quos multo ante nota probabilisque vita commendat: & nihilominus, si in sermone fidei & recta operatione per suam conversationem fuerint probati. *Distinctione 61. cap. Episcopum.*

20. Debet esse docibilis, ut alios possit docere.

Oportet eum, qui docet & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere: debet ergo ipse praecipue apprime esse eruditus, & doctus, irreprehensibilis, maturus, inopavimus, &c. *Clem. I. ep. 1. c. 4.*

Qui Episcopum ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si super suis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum DEUM esse confirmans. *Distinctione 25. cap. Qui Episcopus. & Concilium Carthagin. 4. capit. 1.*

21. Debet esse hospitalis, aliàs non fiat.

Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de praefato Archidiacono dictum est, quia nunquam amicus domum eius ingressus est, si ita senex est, ut ad regendum non possit assurgere, &c. *Dist. 85. c. unico.*

Fratrem nostrum, Marianum Episcopum, verbis, quibus vales, excita, quia obdormisse eum suspicor. Dic ergo ei, ut cum loco, mutet & mentem. Non sibi credat solam electionem & orationem sufficere, ut remotus studeat sedere, & de manu minimè fructificare. Sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: quia si haec non habet, vacuum Episcopi nomen tenet. *Distinctione 86. c. Fratrem.*

22. Concubinam habens, vel qui habuit, non potest eligi.

Habuisse te concubinam, manifesta veritate comprobamus, de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuae conscientiae eligimus committendum. Quia de re, si in sacro Ordine constitutus, eius te permixtione esse reolis maculatum, Sacerdotii honore depositò ad ministrandum nullò modo praesumas accedere, sciturus in animae tuae periculo te ministrare, & DEO nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius in eo, quò es Ordine, celans veritatem permanere volueris. *Dist. 33. c. Habuisse.*

23. Neque ambitiosi talis dignitatis.

Ergo praecipue in Ordinatione solliciti, & ad Sacros Ordines, nisi provectiores aetate, & mundos opere, nullatenus admittatis, ne forte semper esse desinant, quod immaturè esse festinant. Eorum enim, qui in sacro sunt Ordine collocandi, prius vitam, moresque discite: & ut dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potentia, aut supplicatio, quarumlibet subreperit personarum. Ante omnia autem, vos cautos esse oportet, ut nulla proveniat in Ordinatione venalitas, ne, quod absit, & ordinatis, & ordinantibus, periculum majus imminuat. Si quando igitur de his tractare necesse est, graves, expertosque viros, consiliis vestris adhibere participes, & cum eis communi de hoc deliberatione, pensate. *1. quæst. 1. cap. Estote. Ibidem. cap. Nullus itaque. Vide, Ambiens. num. 2.*

24. Nequit eligi, qui vacat diurnis stipendiis. Distinctione 36. cap. Qui Ecclesiasticis. supra num. 7.

25. Neque publicè poenitentiat. Dist. 61. c. Non negamus. supra, n. 9. Tomus 11.

26. Neque criminofus capitaliter.

Sed, quia Opportunus mihi in moribus suis, in Psalmodia studio, in amore orationis valde laudatur, & religiosam vitam omnimodò agere dicitur; hunc volumus, ut F. v. ad se faciat venire, & de anima sua admoneat, quatenus in bonis studiis crescat, & si nulla ei crimina, quae per legis sacra regulam, morte mulcanda sunt, obviant, tunc hortandus est, ut vel Monachus, vel à vobis Subdiaconus fiat, & post aliquantum temporis, si Deo placuerit, ipse ad Pastorem curam debet promoveri. *Dist. 61. cap. Bene novit. Distinctione 81. capit. Apostolus. supra. numero 18.*

27. Neque ambientes Episcopatum, sed potiùs fugientes.

In Scripturis vestris, vos magnoperè requiem quassisse narratis, sed per hoc ad Pastorem sollicitudinem, vos congruè venisse, ostenditis, quia sicut locus regimini, desiderantibus negandus est, ita fugientibus, offerendus; Et sicut scriptum est: (Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à DEO, tanquam Aaron.) --- Quies itaque nobis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum lucro, aliquando postponenda. *8. q. 1. c. In Scripturis. Conc. Arvernen. c. 2. supra. n. 15.*

Ut nullum Episcopatum premiis, aut comparatione liceat adipisci, sed cum voluntate Regis, iuxta electionem Cleri, aut Plebis, sicut in antiquis Canonibus continetur scriptum, consensu Cleri, aut Plebis, à Metropolitanò, vel quem vice sua miserit, cum Comprovincialibus Pontifex consecratur. Quod si quis hanc regulam huius sanctae Constitutionis per coemptionem excefferit, eum, qui per premia ordinatus fuerit, statim removendum. *Concil. Aurelianense. 5. cap. 10.*

28. Neque, qui per favorem illum procurat. Ibid.

29. Neque, qui vult esse, ut praesit, non ut praesit.

Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere vult, quid sit Episcopatus, quia nomen est operis, non honoris; Graecum est enim, atque inde ductum vocabulum, quòd ille, qui praeficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens. Eius quippe super, ex utroque verò, intentio est. Ergò Episcopos, si velimus latine, Superintendentes possumus dicere: ut intelligat non se esse Episcopum, qui praesit dilexerit, non prodesse. *8. q. 1. cap. Qui Episcopatum.*

30. Neque malis moribus praedictus. Dist. 23. cap. Qui Episcopus. supra num. 20. De electione &c. cap. Cum in cunctis. Vide, tit. 1. num. 3.

31. Neque, qui virginem stupravit.

Tantis Daniel gravatus testimoniis, tantà facinororum accusatione pulsatus, Sacrarum, ut dicitur, virginum, pollutus incestu, Episcopus asseritur ordinatus. --- Facilius est, ut hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit Ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui convicto sociabitur, qui sibi eum creditè largiendo Pontificium sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis talis ordinaverit, ostendit. *Dist. 81. cap. Tantis.*

32. Episcopus ficti non potest, qui non potest esse Sacerdos. De excessibus Prelatorum. capit. Ex litteris. Vide, Clerici. tit. 24. num. 14.

33. Neque qui curis saecularibus, aut militiae vacavit.

Ut tales videlicet ad Ecclesiasticum Ordinem permitterentur accedere, quales Apostolica Auctoritas jubet, non quales dico, vel eos, qui singulò militiae saecularis adstricti, olim gloriati sunt, qui posteaquam pompà saeculari exultaverunt, aut negotiis Reipub. optaverunt militare, aut mundi curam tractare, adhibita sibi quorundam manu, & proximorum favore stipati, hi frequenter ingeruntur auribus meis.

ut Episcopi esse possint, qui per traditionem, & Evangelicam disciplinam esse non possunt. *Siricium ep. 3. c. 1.*

34. Neque personæ ignotæ, sed notæ, & dignæ.

Quam illicitum sit illud, estimari non potest, ut transeuntes, sive simulent, sive sint Monachi, quod se appellent, quorum nec vitam possumus scire, nec baptismum, quorum fidem incognitam habemus, nec probatam: nolunt sumptibus adjuvare, sed statim, aut Diaconos facere, aut Presbyteros ordinare festinent, aut, quod est gravius, Episcopos constituere, non formident. *Idem Ibidem. c. 2.*

35. Neque intrusus aliò vivente.

Novatianus Episcopus non est, qui Cornelio Episcopo in Ecclesia à sedecim Coepiscopis factò, adulter, atque extraneus Episcopus fieri, à desertoribus per ambitum nititur, &c. *7. q. 1. cap. Novatianus.*

Non autem tantum hoc scribimus gratulandum, quod Episcopatum Augustinus acceperit, sed quod hanc, DEI gratiâ, curam meruerit Africanæ Ecclesiæ, ut verba cælestia Augustini ore perciperent, qui ad majorem Dominici muneris gratiam novò more provectus, ita consecratus est, ut non succederet in Cathedra Episcopo, sed accederet. Nam incoluim Valerid, Hipponensis Ecclesiæ Episcopò, Coepiscopos Augustinus est. *Ibidem. cap. Non autem.*

36. Non potest eligi, qui sine dispensatione Papæ, habet plura beneficia. *De electione. cap. Dudum Ecclesia. Vide, Beneficium. tit. 12. num. 14.*

37. Neque illegitimus. *De electione &c. capit. Cum in cunctis. Vide, tit. 1. num. 3.*

38. Neque in vasor Ecclesiæ. *Joannes VIII. Ep. 223. Vide, Ecclesia. tit. 40. num. 16.*

39. Neque Presbyter, qui habuit filios. *Concil. Toletanum 1. cap. 1. Vide, Diaconi. tit. 9. num. 2.*

40. Regulares eligi possunt in Episcopos, & jam facti, liberi sunt à jure regulæ.

Statutum est, & rationabiliter secundum Sanctos Patres, à Synodo confirmatum, ut Monachus, quem Canonica electio, à jugo regulæ monasticæ professionis absolvit, & sacra ordinatio de monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres Paternam sibi hæreditatem, postea jure vendicandi potestatem habeat: sed quidquid acquisierat, vel habere visus fuerat, Monasterio relinquat, & Abbatis sui, qui fuerat secundum regulam S. Benedicti, arbitrio. Postquam enim Episcopus ordinatur ad Altare, ad quod sanctificatur, & titulatur, secundum Sacros Canones, quod acquirere poterit, restituat. *18. q. 1. c. 1. Statutum est.*

Cum rationi non congruat, ut homines disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem Monasteriis socientur. Prohibemus, ne religiosus aliquis in Abbatem, vel Prælaturam alterius Religionis, vel habitus de cætero eligatur. Quod si secus actum extiterit, sit eò ipsò irritum & inane. Per hoc autem, quin Religiosus in Episcopum secularis, vel cujuslibet Regularis E. licite possit eligi, non intendimus prohibere. *Clementina de Electione. &c. capit. 1.*

41. Episcopum malum DEUS aliquando præesse permittit, ob subditorum peccata.

Audacter fortassis aliquid dicimus, tamen quod scriptum est, dicimus. Non semper Princeps populi, & Ecclesiæ Judex per DEI arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini, dantur nobis Principes secundum cor nostrum, & hoc tibi de Scripturis probabo. Audi namque, quod Dominus dixit: (Fecerunt sibi Regem, & non per me, Principem, & non per consilium meum.) Et hoc dictum videtur de Saul illo, quem utique Dominus ipse elegerat, & Regem fieri jusserat; sed quoniam

non secundum voluntatem DEI, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in Ecclesiis fieri, quod pro meritis populi, aut in verbo & opere potens à DEO tribuitur rector Ecclesiæ, aut malignum faciat populus in conspectu Domini. Talis Ecclesiæ Judex datur, sub quo famem & sitim populus patiatur, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi Verbum Domini. *8. q. 1. c. Audacter.*

42. Episcopatum ambientes, magna damna inferunt Ecclesiæ.

Ex qua re agitur, ut ipsi quoque, qui SS. Ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emittitur, satagant congregare. Hinc fit etiam, ut infantes & pauperes à sacris Ordinibus prohibiti, despectique, resiliant; & dum innocentia pauperis displicet, dubium non est, quod præmium illic delicta commendent; quia ubi aurum placet, ibi & vitium; Hinc igitur non solum in ordinarios & ordinari animam lethale vulnus infligitur, verum etiam Excellentia vestra regnum, vestrorum Episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus juvari debebat, prægravatur. Si enim is dignus in Sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur, restat, ut nihil sibi ad honores Ecclesiasticos gravitas, nil defendat industria, sed totum auri profanus amor obrineat; & dum vitia remunerantur honore, in locum ulcoris, is, qui foras fuit ulcusculendus, adducitur, atque hinc Sacerdotes non proficere, sed perire potius judicantur. Vulneratò namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut quomodo populorum orationis clypeo tueatur, qui jaculis se hostilibus feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cujus gravi peste radix infecta est? Major ergo metuenda est locis illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui DEI in se magis iracundiam provocant, quam per semetipsos populis placere debuerant. Audivimus autem, quia Ecclesiarum prædia tributa non præbeant, & magnâ super hoc admiratione suspendimur, si ab eis illicita quarantur accipi, quibus etiam licita relaxantur. Nec hoc quoque malum sollicitudo nostra patitur negligenter omittre, quod quidam instinctu gloriæ inanis illecti, ex Laico repente habitu, Sacerdotii honorem arripiunt, & (quod dicere pudet, & grave tacere est) regendi Rectores, & qui docendi sunt, doctores nec erubescunt fieri, nec metuunt. Ducatum animarum impudenter assumunt, quibus via omnis ignota ductoris est, & quod vel ipsi gradiantur, ignari sunt. Quod, quam pravum, quamve sit temerarium, seculari etiam ordine & disciplinâ monstratur. Nam dum Dux exercitus non nisi labore & sollicitudine expertus eligitur, quales animarum duces esse debeant, qui ad Episcopatus culmen immaturâ cupiunt festinatione conscendere, hujus saltem rei comparatione considerent, & aggredi repente in expertos labores abstineant, ne cæca honoris ambitio & ipsis in peccatum sit, & aliis pestifera erroris semina jaceat: quippe qui non didicerunt, quod ipsi doceant. *Greg. I. Lib. 7. ex regest. ep. 116.*

43. Eligi aliquis non potest in Episcopum, nisi omnes de domo sua sint Christiani. *Concil. Carthagen. 3. cap. 18. Vide, Diaconus. tit. 1. num. 6.*

Vide, Laicorum inhabilitas. Vide, Beneficia, quibus conferenda. Vide, Beneficiorum incapaces. Vide, Electio. Vide, Eligendus.

III. Episcopi à quibus, & quomodo olim electi fuerunt, & nunc eliguntur.

1. Episcopi semper consensu Papæ ubique fuerunt ordinati. Etiam in Oriente, per Vicarium Papæ creabantur.

Salonitanæ verò civitatis Episcopus, me ac Responsali meo nesciente, ordinatus est, & facta res est, quæ sub nullis anterioribus Principibus evenit. Quod ego audiens, ad eundem prævaricatorem, qui inordinatè ordinatus est, protinus misi, ut omnino Missarum solemniam celebrare, nullò modò præsumeret, nisi prius à serenissimis Dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi jussissent, quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. Et contemptò me, atque despectò, in audaciam quorundam secularium hominum, quibus denudatâ suâ E. præmia multa præbere dicitur, nunc usque Missas facere præsumit, atque ad me venire, secundum jussionem dominorum, noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in ordinatione sua me, vel Responsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me autore fuisset ordinatus. *Gregorius I. lib. 4. Epist. 34. In medio. & dist. 63. c. Salonitane.*

DEI verò Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam vastant, quam nos edificare properantes in Spiritu Sancto, ad majorem ejus stabilitatem convenienter statimus, in præsentem præcipere, secundum potestatem nobis à Domino in gratia datam per Sanctum Petrum AA. Principem, Joanni dilecto f. n. Episcopo Philadelphienis Civitatis, ut locum nostrum in omnibus Ecclesiasticis articulis, in partibus Orientis suppleat, & creet in omnibus civitatibus, quæ Antiochena Sedi, quæque Hierosolymitana Sacerdotaliter subsint Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, nè sicut dixit Propheta, deficiat à commestione oves eò, quod non sint boves in præsepibus, id est, fideles, & orthodoxi populi, quod Catholica Ecclesiæ Episcopos non habeant, qui spirituales ipsi cibum excolant, & præbeant, per aptam rerum convenientium doctrinam, atque institutionem. *Martinus I. ep. 11.*

Porrò scias, quia relatum est nobis, quod, quicunque ad Episcopatum in Regno tuo provehendus est, non nisi faventem tibi permittas eligi. Idcirco Apostolicâ autoritate sub Divini iudicii obtestatione injungimus tibi, ut in Treverensi Urbe, & in Agrippina Colonia, nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc nostro Apostolatui fiat. *Dist. 63. cap. Porrò. Vide, Papa circa Episcopos.*

2. Episcopus olim sine licentia Metropolitanis, non eligebatur, nec ordinabatur. Et non poterat se gerere pro Episcopo, si aliter eligebatur.

Ut Episcopi, judicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum, qui circumcirca sunt, provchatur ad Ecclesiasticam potestatem. Hi videlicet, qui plurimò tempore probantur, tam verbo fidei, quam rectæ conversationis exemplo. *Concilium Laodicenum cap. 12. & distinctione 24. cap. Episcopi.*

Illud autem generaliter clarum est, quod, si quis præter sententiam Metropolitanis, fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus diffinivit Episcopum esse non oportere. *Conc. Nicæ. 1. c. 6. & Conc. Arclat. 2. c. 6.*

Episcopus præter Synodum, & præsentiam Metropolitanis, nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram posito, melius quidem est, ut omnes simul adfint ejusdem provincie Sacerdotes, quos Metropolitanus Episcopus advocare debet: & si quidem omnes occurrerint, optimè: quod si difficile fuerit, saltem plures adesse omnino convenit, aut certè scriptis ejusdem sententiæ comprobari, & ita sub plurimorum, vel præsentia, vel decreto ordinatione celebratur. Quod si secus contra definita factum fuerit, nullas ordinationis vires habeat. Si verò juxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum. *Conc. Antiochenum cap. 19.*

Ab universis Episcopis dictum est: Placet omnibus, ut in consilio Primatis cujuslibet Provincie, tam faci-

1. Episcopi semper consensu Papæ ubique fuerunt ordinati. Etiam in Oriente, per Vicarium Papæ creabantur.

Salonitanæ verò civitatis Episcopus, me ac Responsali meo nesciente, ordinatus est, & facta res est, quæ sub nullis anterioribus Principibus evenit. Quod ego audiens, ad eundem prævaricatorem, qui inordinatè ordinatus est, protinus misi, ut omnino Missarum solemniam celebrare, nullò modò præsumeret, nisi prius à serenissimis Dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi jussissent, quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. Et contemptò me, atque despectò, in audaciam quorundam secularium hominum, quibus denudatâ suâ E. præmia multa præbere dicitur, nunc usque Missas facere præsumit, atque ad me venire, secundum jussionem dominorum, noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in ordinatione sua me, vel Responsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me autore fuisset ordinatus. *Gregorius I. lib. 4. Epist. 34. In medio. & dist. 63. c. Salonitane.*

DEI verò Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam vastant, quam nos edificare properantes in Spiritu Sancto, ad majorem ejus stabilitatem convenienter statimus, in præsentem præcipere, secundum potestatem nobis à Domino in gratia datam per Sanctum Petrum AA. Principem, Joanni dilecto f. n. Episcopo Philadelphienis Civitatis, ut locum nostrum in omnibus Ecclesiasticis articulis, in partibus Orientis suppleat, & creet in omnibus civitatibus, quæ Antiochena Sedi, quæque Hierosolymitana Sacerdotaliter subsint Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, nè sicut dixit Propheta, deficiat à commestione oves eò, quod non sint boves in præsepibus, id est, fideles, & orthodoxi populi, quod Catholica Ecclesiæ Episcopos non habeant, qui spirituales ipsi cibum excolant, & præbeant, per aptam rerum convenientium doctrinam, atque institutionem. *Martinus I. ep. 11.*

Porrò scias, quia relatum est nobis, quod, quicunque ad Episcopatum in Regno tuo provehendus est, non nisi faventem tibi permittas eligi. Idcirco Apostolicâ autoritate sub Divini iudicii obtestatione injungimus tibi, ut in Treverensi Urbe, & in Agrippina Colonia, nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc nostro Apostolatui fiat. *Dist. 63. cap. Porrò. Vide, Papa circa Episcopos.*

2. Episcopus olim sine licentia Metropolitanis, non eligebatur, nec ordinabatur. Et non poterat se gerere pro Episcopo, si aliter eligebatur.

Ut Episcopi, judicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum, qui circumcirca sunt, provchatur ad Ecclesiasticam potestatem. Hi videlicet, qui plurimò tempore probantur, tam verbo fidei, quam rectæ conversationis exemplo. *Concilium Laodicenum cap. 12. & distinctione 24. cap. Episcopi.*

Illud autem generaliter clarum est, quod, si quis præter sententiam Metropolitanis, fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus diffinivit Episcopum esse non oportere. *Conc. Nicæ. 1. c. 6. & Conc. Arclat. 2. c. 6.*

Episcopus præter Synodum, & præsentiam Metropolitanis, nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram posito, melius quidem est, ut omnes simul adfint ejusdem provincie Sacerdotes, quos Metropolitanus Episcopus advocare debet: & si quidem omnes occurrerint, optimè: quod si difficile fuerit, saltem plures adesse omnino convenit, aut certè scriptis ejusdem sententiæ comprobari, & ita sub plurimorum, vel præsentia, vel decreto ordinatione celebratur. Quod si secus contra definita factum fuerit, nullas ordinationis vires habeat. Si verò juxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum. *Conc. Antiochenum cap. 19.*

Ab universis Episcopis dictum est: Placet omnibus, ut in consilio Primatis cujuslibet Provincie, tam faci-

lè nemo præsumat, licet cum multis Episcopis, in quocunque loco, sine ejus, (ut dictum est) præcepto, Episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres Episcopi in quocunque loco sint, cum Primatis præcepto ordinare debeant Episcopum. *Concil. Carthagen. 2. cap. 12. & distinct. 65. capit. Placet omnibus.*

Ut extra conscientiam Metropolitanis Episcopi, nullus audeat ordinare Episcopum. Integrum enim est judicium, quod plurimorum sententia confirmatur. Nec unus Episcopus ordinare præsumat Episcopum, ne furtivum præstitum beneficium videatur. Hoc enim & à Synodo Nicæna constitutum est, atque definitum. *Innocentius I. epist. 2. cap. 1.*

Hoc autem primum juxta eorundem Patrum regulas volumus custodiri, ut nullus præter notitiam, atque consensum fratris Afcani, Metropolitanis, aliquatenus consecratur Antistes: quia hoc & vetus ordo tenet, hoc 310. & 8. SS. PP. definitivè Authoritas, cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resulcatur. *Hilarius ep. 2. c. 1.*

3. Electiones Episcoporum olim regulariter ad Clericos Cathedralium pertinebant.

Et secundum Statuta Canonica electiones Episcoporum ad Cathedralium Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscuntur; nisi alibi secus obtineat de consuetudine speciali. *De causa possessionis &c. c. Cum Ecclesia. in fine.*

4. Electio Episcoporum olim à Clero fiebat, præsentem populo.

Defunctò igitur Laurentiò, E. Mediolanensis Episcopò, suâ nobis relatione Clarus innovit, in electione de filii nostri Constantini, Diaconi sui, unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid, quod ad cautelam pertinet, omittamus, hujus idcirco præcepti autoritate suffulsum, Genuam te proficisci necesse est; & quia multum illic Mediolanensium, coacti barbaricâ feritate, consistunt, eorum te voluntates oportet, convocatis eis, in commune perferuari. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate determinat, siquidem in prædicto filio nostro Constantino, omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum à propriis Episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostræ autoritatis assensu, solatiante & auxiliante Dominò, facias consecrari, quatenus hujusmodi servatâ consuetudine, & A. S. proprium vigorem retineat, & à se concessa aliis sua jura non minuat. *Dist. 63. cap. Quanto.*

Plebs Diortensis datâ nobis petitione delevit, diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Ac sicut asseritur, is qui à vobis jam probatus dicitur, à paucis & tenuibus putatur electus, cum ad vos pertineat, universos assiduâ admonitione compellere, ut omnes in unum, quem dignum Sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione, consentiant, & ideo, fratres charissimi, diversos ex omnibus sæpè dicti loci Parochiis, Presbyteros, Diaconos, & universam turbam, vos oportet sæpius convocare, quatenus non, prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus, sibi quarant, solâ Divinitatis attentione, personam, quam nulla contrarietas à constitutis possit revocare præscriptis. *Ibidem. cap. Plebs.*

Vetuntamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi sollicitudinem, ut convocato Clero, & populo, talis ibi eligatur per DEI misericordiam, cui SS. non obviant Canones. Sacerdotum quippe est electio, & fidelis populi consensus adhibendus; quia docendus est populus, non sequendus. *Ibidem. capit. Nôsse.*

Episcopos per Æmiliam non consecres, nisi post electionem Cleri, & populi. *Ibidem. capit. Episcopus.*

Litteras charitatis tuæ suscepimus, quibus significas, Latinum, Diaconum tnum, ad Episcopatum Ecclesiæ Marcellianensis, à Clero, & omnibus, qui illic conveniunt, postulari. Sed nunc & hoc dicimus, ut, si eum omnes eligunt, & vis eum concedere, gratum nobis esse cognosce. *Ibidem. capit. Litteras.*

Metropolitanò defunctò, cum in loco ejus alius fuerit subrogandus provincialis Episcopi ad civitatem

tem Metropolitam, convenire debebant, ut omnium Clericorum atque civium voluntate discussa, ex Presbyteris ejusdem E. vel Diaconis optimus ordinaretur. *Ibid. c. Metropolitanus.*

5. Episcopus per Clerum olim eligebatur. A Clero & Comprovincialibus Episcopis fiebat.

Si quis Episcopus de quacunque civitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi à Comprovincialibus Clero, & civibus suis alterius habeatur electio, sin aliter, hujusmodi ordinatio irrita habeatur. *Conc. Cabil. 2. cap. 20.*

Promotiones & consecrationes Episcoporum, concordans prioribus Conciliis, electione, ac decreto Episcoporum, Collegii fieri, sancta hæc & universalis Synodus definit & statuit, atque jure promulgat, neminem Laicorum Principum, vel Potentatum, semet inferere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitanæ, aut cujuslibet Episcopi: nè videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio, vel contentio, præsertim cum nullam in talibus potestatem, quenquam potestativorum, vel cæterorum Laicorum, habere conveniat, sed potius silere & attendere sibi, usque quò regulariter à Collegio E. suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si verò quis Laicorum, ad concertandum, vel cooperandum, ab Ecclesia invitatur, liceat hujusmodi cum reverentia, si forte voluerit, obtemperare. Quisquis autem secularium Principum & potentum, vel alterius dignitatis Laicus, adversus communem, ac consonantem, atque Canonicam electionem Ecclesiastici Ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat, & consentiat in hoc, quod Ecclesia de electione & ordinatione proprii Præsulis se velle monstraverit. *Conc. Constantinop. 4. Can. 22. & dist. 63. c. Nullus.*

6. Et si vitiatur, devolvitur ad Papam.

Quoties defuncto Pastore alicujus E. alius est canonice subrogandus, instantiâ visitatoris Episcopi, qui ei ab Apostolica, vel Metropolitana Sede directus est, & Clerus & populus, remota omni seculari ambitione, timore, atque gratiâ, Apostolica Sedis, vel Metropolitanæ sui consensu, Pastorem sibi secundum DEUM eligat. Quòd si corruptus aliquò vitio aliter agere præsumpserit, electionis perperam factæ, omni fructu carebit, & de cætero nullam electionis potestatem habebit; electionis verò potestas omnis in deliberatione S. A. sive Metropolitanæ sui consistat. Si enim is, ad quem consecratio pertinet, non ritè consecrando, teste Beatò Leone, gratiam Benedictionis amittit, consequenter is, qui ad pravam electionem declinaverit, eligendi potestate privatur. *Concilium Romanum 7. sub Gregorio VII.*

7. Episcopo electo, olim Imperator assentiebat.

Levis sagacitatis vestra apicibus, qui defunctò E. Reatinæ Antistite, Clerum & plebem ejusdem E. elegisse sibi futurum Antistitem nobisque consecrandum, vestro studio directum esse, nè ipsa E. diu sine proprio constet Pastore, fatebantur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipsam electam unanimitate & Canonice ipsius Ecclesiæ electione, ut mandastis, tam citissime ordinare onisimus, quòd Imperialem nobis, ut mos est, absolutionis minimè detulit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum est nobis, idèò voluntati vestra in hoc parere distulimus, ne Augustalis animus durissimè hoc quocunque modo perciperet; sed scientes, Ecclesiam DEI sine proprio diu Pastore non debere consistere, gloriæ vestrae mandamus, quoniam aliter nos agere non debuimus, ut vestra solertia Imperiali, ut præca consuetudo dicitur, percepta licentiâ, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, Imperatori directâ Epistolâ, tunc voluntati vestrae de hoc parebimus, eundemque electum Dominò adjuvante consecrabimus, quod, charissime filii, molestè nullò modò suspicias. *Dist. 63. cap. Levis.*

8. Episcopus olim eligebatur de Clero illius Ecclesiæ. Greg. I. lib. 7. ex regest. ep. 89. Vide, tit. 1. n. 12.

9. Episcopus olim per Provinciæ Episcopos eligendus erat.

Oportet enim eum, qui est promovendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi, quemadmodum à SS. PP. Nicææ decretum est in Canone, qui dicit: Episcopum oportet, maxime quidem ab omnibus, qui sunt in Provincia constituti; si autem hoc difficile fuerit, vel propter urgentem necessitatem, vel propter viam longitudo, tres omnino eorundem convenientes, us quoque, qui absint, simul suffragium ferentibus per litteras, tunc facere electionem, eorum quæ à se fiunt, confirmationem dare unicuique Metropolitanano. *Concil. Nicænum. 2. cap. 3. & Conc. Nicænum. 1. c. 4.*

10. Episcopi electio, quomodo olim per Clerum facienda. Concil. Lateranense. 4. cap. 24. Vide, Electio. tit. 1. n. 1. & cap. Quia propter, de Electione.

11. Episcopi electio ab absente fieri potest per procuratorem, & quomodo. Vide, Ibid. n. 17.

12. Episcopi electio, quomodo facienda olim.

Episcopus, dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti, subscriptionibus omnium roborati, & electionis tuæ testimoniò litterarum, ad nos sacrandus occurrat. *Dist. 61. c. Episcopus.*

13. In Episcopi electione attendi debet utilitas communis, non propria.

Ut in hac suscipiendi Antistitis causa, nullus vestrum neglectâ utilitate communi, suo lucrò prospiciat, nè si quicquam propria commoda appetit, frivola æstimatione fallatur: quia nec liberò iudiciò præferendam sibi personam examinat, mens, quam cupiditas ligat. *8. q. 2. cap. Dilectissimi.*

14. Electioni Episcopi factæ non officit, quòd duo, vel tres non consenserint.

Sanè, si communi omnium consensu rationabiliter probatò secundum Ecclesiasticam regulam duo, vel tres animositate ducti, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia Sacerdotum. *Dist. 65. cap. Sanè.*

Si autem secundum Canones ordinatio Episcopi fuerit facta, & aliquis eum malicia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat. *Ibid. cap. Non debet.*

Si verò etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui, propter proprias, & domesticas similitates, his contemptis, sententia de ea obtineat plurimorum. *Ibidem. cap. Episcopus.*

15. Electio Episcopi facienda non est, ante diem tertium à morte Episcopi.

Nullus Pontifice Romano vivente, aut Episcopò civitatis suæ, præsumat loqui, aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis ejus, adunatò Clerò, & filius E. & tunc electio fiat. *Distinctione 79. capit. Nullus. il. 2.*

16. Electio Episcopi non facienda ex favore, sed ex iudicio. 8. q. 1. cap. Nec novum. Vide, Electio. tit. 1. n. 5.

17. Electione comprobatur Episcopus.

Illud inferendum est adversum eos, qui de Episcopatu intumescunt, & putant, se non dispensationem Christi, sed Imperium consecutos; quia non statim omnibus his meliores sint, quicunque Episcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quòd ipsi electi sunt, se magis existiment comprobatos; sed intelligant, propterea quosdam à Sacerdotio remotos: quia eos vitia liberorum impediunt, &c. *8. q. 1. cap. Illud inferendum.*

18. Electio Episcopi non facienda per favores, neque per munera. 8. q. 2. cap. Illud quidem. Vide, Electio. tit. 1. n. 5.

19. Episcopi olim, cum consilio etiam Religiosorum, eligendi erant in quibusdam locis.

Sub Anathematis vinculo interdicimus, nè Canonici de Sede Episcopi, ab electione Episcoporum excludant religiosissimos viros, sed eorum consiliò honesta & idonea persona in Episcopum eligatur. Quòd si exclusi ejusdem Religiosi electio fuerit celebrata, quòd absque assensu eorum, & conniventia factum fuerit, irritum habeatur, & vacuum. *Dist. 63. cap. Obventibus.*

20. Electio Episcopi fieri non potest per laicos, & est irrita.

Nullus laicorum Principum, vel potentum, &c. *Dist. 63. cap. Nullus Laicorum. & cap. Adrianus. in Concil. Constantinop. Vide, supra n. 5.*

Talem itaque in Pontificali constituite Sede, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincerè nostra capita submittemus, & ejus monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessariò, velut curantis medicamenta suscipiamus. Hæc cum dixisset Imperator, petiit Synodus, ut magis ipse decerneret sapiens, & pius existens. At ille: Super vos est, inquit, talis electio, vos enim gratiâ divinâ potiri, & illò splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc Sacerdotes egressi de Episcopali Sede tractabant. *Ibidem. cap. Valentinianus.*

Omnis electio Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, à Principibus facta, irrita maneat, secundum regulam, quæ dicit: (Si quis Episcopus secularibus potestatis usus, Ecclesiam per ipsos obtinuerit, deponatur, segregentur ab E. omnes, qui illi communicant.) *Ibidem. cap. Omnis. Concil. Lateran. 4. cap. 25. Vide, Electores. n. 22.*

21. Et qui illi consentit, nulliter est electus, & inhabilis impostèrum.

Apostolicis & Synodicis Canonibus, promotiones & consecrationes Episcoporum, ex potentatù & præceptione Principum factas, penitus interdicentibus, concordantes definimus, & sententiam nos quoque proferimus, ut si quis Episcopus, per versutiam & Tyrannidem Principum, hujusmodi dignitatis consecrationem receperit, deponatur omnimodè, utpotè, qui ex voluntate carnalis sensus, ut ex hominibus, & per homines DEI donum possidere voluit, vel consentit. *In fragment. synd. 8. Occumen. cap. 12.*

22. Electio Episcopi, non facta à Catholicis, est irrita.

Nos in hominem, qui non à Catholicis eligitur, nullâ præbimus ratione consensum, nec si alicujus præsumptionis usurpatione factus fuerit, in locum, vel Ordinem illum Sacerdotis suscipimus. *9. qu. 1. cap. Nos in hominem. Ex Greg. I. lib. 8. epist. 65.*

23. Electio Episcopi, facta ab excommunicatis, est nulla. De electione. cap. Illa quotidiana. Vide, Excommunicati. tit. 1. n. 16.

24. Electionem Episcoporum DEUS sibi reservavit, licet Sacerdotibus eam concesserit. Anacletus ep. 2. distin. 79. capit. Electionem. Vide, Episcopalis dignitas. num. 11.

25. Episcoporum electiones aliquando in præsentia Imperatoris Papa fieri concessit. Calixtus II. constitutione. Ego Calixtus.

26. Episcoporum electiones, factæ ex vi Principum, sunt nullæ.

Omnem electionem, quæ fit à Magistratibus, Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, irritam manere, ex Canone dicente: Si quis Episcopus secularibus magistratibus usus, per eos E. obtinuerit, deponatur, & segregetur, & omnes, qui cum eo communicant. *Concil. Nicænum. 2. c. 5.*

Si per ordinationem Regiam honoris istius culmen pervadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, à Comprovincialibus loci ipsius Episcopis recipi nullatenus mereatur, quem indebitè ordinatum cognoscunt. Si quis de Comprovincialibus recipere eum contra interdicta præsumpserit, sit à fratribus omnibus

segregatus, & ab ipsorum omnium charitate remotus. *Dist. 63. c. Si per ordinat.*

Non est permittendum turbis, electionem eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium promovendi. *Ibid. cap. Non est permittendum. & cap. Valentinianus. & c. Omnis. supra num. 20.*

27. Sic eligentes per triennium ab officio & beneficio suspenduntur, & privantur potestate eligendi. Concilium Later. 4. cap. 25. Vide, Electores. num. 22.

28. Episcopi olim à plebibus expectabantur.

Nulla ratio limit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expectati, nec à Provincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio consecrati. *Dist. 62. c. Nulla ratio.*

29. Episcoporum electiones populi debent subsequi, non præire.

Docendus est populus, non sequendus; nosque, si nesciunt, eos, quid liceat, quidque non liceat, commovere, non his consensum præbere debemus. *Ib. c. Docendus.*

30. Episcopi nunc quomodo in multis regnis & provinciis eligantur à Papa, per nominationem faciendam, à DD. illorum regnorum, &c. & quomodo Papa eligat, si illi non nominant, vel si moriantur Episcopi in Curia. Concil. Later. 5. sess. 11. constitutione 2. Vide, in Bullario.

31. In Episcopi electionibus olim Principis attendebatur voluntas.

Quia igitur suscepta FF. & Coepiscoporum nostrorum relatio, ad locum vos Sacerdotii, totius Concilii unitò consensu, & serenissimi Principis voluntate declarat acceriri, gratias Omnipotenti DEO Creatori nostro magna cum exultatione retulimus, &c. *Dist. 63. cap. Quia igitur.*

Principali devotissimorum militum, qui illic in civitate Centumcellensi consistunt, relatione ad nos directâ, sacram insinuant, se clementissimi Principis impetrâsse, quæ eis Presbyterum, Diaconum & Subdiaconum fieri debere præcepit. *Ib. c. Principali.*

Reatina E. quæ per tot temporum spatia Pastoralibus curis destituta consistit, dignum est, ut Brachii amplitudinis vestra sublevetur, ac gubernationis regimine protegatur. Unde salutationis alloquii præmissò, vestram mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono, humili Diacono, eandem Ecclesiam ad regendum concedere dignemini, ut vestra licentiâ acceptâ, ibidem eum, DEO adjuvante, consecrare valeamus Episcopum. Sin autem in prædicta E. nolueritis, ut præficiatur Episcopus, Tusulanam E. quæ viduata existit, illi vestra serenitas dignetur concedere, ut consecratus à nostro Præsulatu, DEO Omnipotenti, vestroque Imperio grates peragere valeat. *Ibid. c. Reatina.*

Placuit omnibus Pontificibus, Hispaniæ, atque Galliciæ, ut salvo privilegio uniuscujusque Provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscunque regalis potestas elegerit, & jam dicti Toletani Episcopi iudicium dignos esse probaverit, in quibuslibet Provinciis, & in præcedentium Sedibus præficere Præsules, & decedentibus Episcopis, eligere successores. Sic tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra trium mensium spatium proprii Metropolitanæ præsentiam visurus, accedat. *Ibid. c. Cùm longe.*

32. Episcopus unius Ecclesiæ non potest eligi in alia, sed potest postulari; & si fiat electio, est nulla. De postul. Prælatorum. c. Est unanimiter. ex Honorio III. Vide, Electus. n. ult.

33. Eligi semper debet melior. 8. qu. 1. c. Qualis enim. Vide, Electus. num. 6.

34. Episcopus, non per respectum ad divitias, sed ad merita eligendus. *Distinctione 41. c. Episc. & c. Clericus. Vide, Episcopalis. n. 47.*
35. Eligendus, nihil promittat dare eligentibus, neque securitatem de hoc facere potest, & nulla est promissio. *8. qu. 3. cap. Talia. Vide, Electus. num. 42. Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. de Simonia. cap. 13. Vide, Electores. num. 23.*
36. Eligi procurans per pecuniam, est Simoniacus. *1. qu. 6. cap. Ego autem. Vide, Electio. tit. 1. num. 4. Ibidem. cap. Sicut is. Vide, Ambiens. Greg. I. lib. 4. ep. 23. Vide, tit. 2. n. 14.*
37. Electionem Episcopi impediens, sunt excommunicandi, Quapropter precipimus vobis, ut suggeratis filio nostro Lothario, glorioso Regi, & ei, ut nullum E. Cameracensi præjudicium inferat, summopere studere curetis: quatenus jam factò Hilduino submotò, ex se eligendi (juxta SS. Canones) Episcopum, Clero & plebi ipsius E. licentiam tribuat. Nam si hanc nostram præceptionem Apostolicam contempseritis, scitote, vos, pro inobedientia, & pro consilii pestiferi veneno, quo jam factum Regem sæpè inficitis, à nostra Communione penitus submovendos. *Nicolaus I. ep. 63.*
38. Papa sæpè insinuat eligendos. F. r. edocti sumus epistola, in persona Odeatini de electione Episcopatus, aliquos consensisse; quem, quoniam nos non concedimus, in ejus non debent immorari persona, sed habitatoribus ejusdem civitatis edicto, ut si in eadem E. dignum ad hoc opus invenerint, in ipsius cuncti electione declinent. Alioquin præsentium tibi portitor, personam, de qua ei diximus, indicabit, in cuius debeat fieri electione decretum. Vos etenim in ejusdem visitatione E. estote solertes, atque solliciti, ut & res ejus illibata serventur, & utilitates, vobis disponentibus, more solito peragantur. *Greg. I. lib. 1. ep. 55. & 56.*
- His itaque curis, ac dante desolationis vestrae causâ stimulante, misimus ad vos fratrem nostrum, videlicet Leodegarium Wapicentem Episcopum, quatenus eum illius consilio, aut talem personam, secundum DEUM eligatis, quam Vicarius noster Hugo, Diensis Episcopus, literis suis nobis commendet; aut si apud vos (quod non credimus) tanto regimini digna inveniri persona non potest, in manu fratris nostri Leodegarii, Wapicentis Episcopi, firmetis, vos illum suscipere in pastorem, quem consecraturus, & honore pallii insignitum, vobis ex parte Sancti Petri miserimus. Cogitare enim debetis, quoniam secundum electionem gratiæ DEI, de numero ovium Christi estis, & nequaquam securè vivetis, nisi qui ejus vice vobis præsit, & contra incursum callidi insidiatoris assidua circumspicione, auxiliante DEO, vos muniat, habeatis. *Gregorius VII. lib. 6. ep. 21.*
39. Multos Episcopos deputat Papa ad instantiam & petitionem Imperatorum & Regum. Nobis Dominus Imperator, & Imperatrix, per suas epistolas direxerunt, ut Colanum, in Reatina Ecclesia, quæ Pastoris officio per longa jam tempora destituta videbatur, Episcopum facere deberemus, sicut & fecimus. *Dist. 63. cap. Nobis Dominus. cap. Reatina. Vide, cap. Lectis. supra. num. 7. & 31.*
40. Electionum Episcopaliū causæ devolvuntur ad Papam. *De electione. in 6. capit. Quamvis. Vide, Electio. tit. 1. numero 9.*
41. Episcopi à Papa assumpti sunt veri Episcopi, contrarium dicens, est anathema. *Concil. Trident. sess. 23. Can. 8.*

42. Electio Episcopi intrâ tres menses (olim) faciendâ erat per Clerum. *Concil. Vornat. 1. cap. 76. Vide, Eccles. tit. 60. n. 1.*
43. Episcopatum recusantes, hortandi & orandi sunt, ut acceptent, si probi sunt. Ad te tunc monasterii prædicti Abbatem, quem litterarum scientiâ præditum, vitæ & morum honestate decoratum, --- diximus oculis mentis nostræ. & infra. Tolle igitur DEI jugum, tam leve collis humilium, quam suave, ac dilectione pascendum suscipe gregem ejus, super quem noctis vigiliis dilectus, sollicitusque custodi, ut liber non pateat aditus invalori. *Extra. de præbendis. cap. Ad consilium.*
44. Episcopo depositò alius est eligendus. *Greg. VII. lib. 4. episc. 14. & 15. & lib. 8. ep. 17. & 20. Vide, Deposito. tit. 3. num. 6.*
45. Episcopus legitime non datur, quando contra leges DEI datur. Difficile est, ut bonò peragantur exitu, quæ malò sunt inchoata principio. Non verò, in cuiusquam persona præmittendum est, inquit: Quòd institutis generalibus legis continetur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra Divinæ legis præcepta collatus. *Adrianus II. ep. 3.*
46. Episcopus quomodo promovendus olim, in Consistorio. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. in Bulla de reformat. Curie. cap. 1. Vide, in Bullario.*
47. Papa suâ autoritate assumere, seu potest creare Episcopos in Ecclesiis. Qui dicit, tales Episcopos non esse legitime factos, est anathema. *Concilium Tridentinum. sess. 23. Canone 8.*
48. Episcopi electio diligenter discutatur, quia ulterius non debet à populis judicari. Penfantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem nobis Divina gratia prætulit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbere; id est, talem eligere, cui semper debeatis obedire; judicari namque à vobis ultra, non debet semel Prælati, sed tantò nunc subtiliter judicandus est, quantò postmodum judicandus non est. Consecrato autem vobis, DEO Authore, Pastori, totâ vos mente committite, atque in illo Omnipotenti Domino, qui vobis hunc prætulit, deservite. *Gregorius I. lib. 2. Ex reg. epistolâ 29.*
49. Episcopi promotio nunc sic faciendâ: Episcopo mortuò, qui jus habent in electione, vel præsentatione, studeant promovere digniores meritis, qui legitime sint nati, ætate, doctrinâ, probitate, &c. præditi sint, inquisitio & examen horum fit per Metropolitanum, & redigitur in forma instrumenti, & ad Romanum Pontificem approbanda mittitur, ut provideat. *Concilium Trident. sess. 24. De reformatione capite 1.*
50. Informationes & processus de promovendo ad Episcopatum, & de statu Ecclesiæ, sumi debent per Cardinalem, qui relaturus est in Consistorio, & per alios tres Cardinales, qui ea debent subscribere, &c. *Ibidem. Relatione factâ in Consistorio, differatur judicium in aliud Consistorium; Si Pape sic videbitur expedire. Ibidem. cap. 1.*
51. Postea per Gregorium XIV. Constitutione 6. Onus stabilitum est, quomodo faciendâ sit promotio. *§. 10.*

IV. Episcopus non receptus à populo

1. Si Episcopus non recipitur à populo, interim se gerere debet ut Sacerdotem. Si quis ordinatus Episcopus, pro contentione populi, aut pro aliqua ratione, non pro sua culpa, in Parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit, hunc oportet honorem Sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus Ecclesiæ, in quâ venit, nihil sibi præsumat sustineat autem, quòd de eo Sanctum Concilium judicare voluerit. *Dist. 92. c. Si quis ordinatus.*
- Si quis Episcopus ordinatus ad Parochiam, cujus est electus, minime accesserit, non suo vitio, sed quòd eum, aut populus veret, aut propter aliam causam, non tamen ejus vitio perpetrata, hic & honoris sit, & ministerii particeps, dummodo rebus Ecclesiæ, ubi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat, quem etiam observare convenit, quidquid Synodus perfecta provincie judicando decreverit. *Ibid. cap. Si quis Episcopus. Ex Concilio Antioch. cap. 18.*
2. Talis non receptus, non sit molestus aliis. Si qui Episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa Parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare Parochias, & vim Præsulibus earum inferre. seditiones adversus eos excitando: hos abjici placuit. Quòd si voluerint in Presbyterii Ordine, ubi prius fuerant, ut Presbyteri residere, non abjiciantur à propria dignitate; si autem seditiones commovent, ibidem constitutis Episcopis, Presbyterii quoque honor talibus auferatur, hantque damnatione notabiles. *Ibid. cap. Si quis Episcopi.*
- V. Episcopatus à Laico non accipiendus.
1. Episcopatus de manu laici non potest accipi. Talis accipiens excommunicatur. Depo-
nendus est. Cùm Dioscorus junior manus impositionem accepisset, recesserunt multitudines populorum, dicentes: Quia nisi fecerimus quòd Sanctorum continent Apostolorum Canones, fiat, non recipietur Episcopus: Principes enim inthronizaverant eum. *16. q. 7. cap. Sane Thessalonicense.*
- Si quis Clericus, Abbas, vel Monachus per laicos EE. obtinerit, secundum SS. AA. Canones & Antiocheni Concilii capitulum, excommunicationi subjaceat. *Ibid. cap. Si quis Clericus.*
- Constitutiones SS. Canonum sequentes statuimus, ut quicumque Clericorum ab hac hora in antea, investituram E. vel Ecclesiasticam dignitatem de manu laica acceperit, & ipse, & quicquid manus imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & communionem privetur. *Ibidem. cap. Constitutiones.*
- Nullus laicorum Ecclesias, vel Ecclesiarum bona occupet, vel disponat. Qui verò secus egerit, juxta B. Alexandri capitulum ab E. liminibus arceatur. *Ibidem. cap. Nullus laicorum.*
- Sicut Domini vestimentum seissum non est, sed de eo sortiti sunt, ita nec E. scindi debet; Quia in unitate tota consistit. In potestatem ergo proprii Episcopi EE. reducuntur, & ab ipso (sicut SS. Canonibus cautum est) ordinantur. Alioquin & EE. ipsæ & Clerici earundem Divinis destituantur officiis. *Ibid. cap. Sicut Domini. cap. Si quis deinceps. Vide, Abbas. tit. 2. n. 3. cap. Quoniam. cap. Si quis Episcopus. Et cap. Per laicos. Vide, Ecclesia. tit. 22. n. 2. & 9.*
- VI. Episcopi ordinandi examen, quale & à quo faciendum.
1. Episcopus ordinandus, per Metropolitanum erat olim examinandus. *Dist. 24. cap. Episcopi. Vide, tit. 3. n. 2. Ex Concilio Laodicensi. cap. 12.*
2. Examinandus de fide, & moribus, prudentia

- & scientia. *Concil. Carthaginense. 4. cap. 1. Vide, tit. 2. n. 20. cap. Qui Episcopus.*
3. Examinari debet de multis, & præcipue de Canonum observantia. *Concil. Nicæn. 2. cap. 2. Vide, tit. 1. n. 10.*
4. Circa quæ alia sit examinandus. *Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. De examine. Infra.*
5. Examen Episcopi promovendi, fiat per tres Theologos, & tres Canonistas. Cùm examen de aliquo ad Episcopatum provincie nostræ promovendo, faciendum erit, Episcopus, in cujus Diocesi majorem ejus anni partem versatus fuerit, mandato à summo Pontifice acceptò, ex quinque probatis, & doctis ac juratis, omnique exceptione majoribus testibus, de ejus fide, vita & moribus cognoscat, in hunc modum: An sit bonæ existimationis. An hæresis nomine, aut schismatis suspectus sit. An Hæreticorum libros legerit, habeatve. An cum Hæreticis versatus fuerit, aut eis aliquo modo favorit. An statuto Ecclesiæ tempore confiteatur, & Eucharistiam sumat, ac Missæ intersit. An sacris Ordinibus sit initiatus, & quàm pridem. An sit criminofus, vel vitio aut infamia notatus. An cum aliquo inimicitias gerat capitales, præsertim in loco Episcopatus. An filios habeat non legitimos, & cujus ætatis, & quot. An familiam suam prudenter & Catholicè regat. An bigamus sit. An excommunicatus aut suspensus. An Apostata. An ei publica penitentia imposita fuerit. An aliquando insanierit, aut à Dæmone vexatus fuerit. De natalibus verò, ætate, gradu & corporis habitu, à duobus vel tribus testibus fide dignis, vel ex instrumentis publicis hoc modo cognoscat: An legitimum matrimonio natus sit. An Hæretici filius nepotus sit. An trigessimum annum confecerit. An in Universitate studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentius in sacra Theologia, vel jure Canonico merito sit promotus, aut publico alicujus Academiae testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Et si regularis fuerit, an à Superioribus suæ Religionis similem fidem habeat. An aliquo vitio, vel insigni deformitate corporis, & in qua parte laboret. An comitiali morbo teneretur. An doctrina autem, sic periculum faciat: Adhibitis tribus Theologiæ, totidemque juris Pontificii peritis, quos, si ibi non fuerint, ex vicinioribus locis accersat, promovendum undecunque evocatum interroget. Quid differat inter Sacramenta veteris & novæ Legis. Quot sint Ecclesiæ Sacramenta, & quomodo singula nominentur. *Conc. Mediolanen. 1. p. 2. tit. De examine. &c.*
6. Cui demandatur examen, si promovendus sit extra curiam, secus in curia. *Greg. XIV. Constit. Onus.*
- VII. Episcopi electi confirmatio.
1. Episcopi olim à Metropolitanis erant confirmandi. *Conc. Nicæn. 1. c. 4. Vide, 2. 3. n. 9.*
2. Electus, si est indignus, non debet confirmari. *Concil. Lateran. 4. cap. 26. Vide, Confirmationes legales. n. 13. Sed cassanda est talis electio.*
- Antiqua & nota sacrae institutionis est regula, non ab hominibus, sed ab J. C. Deo & Domino nostro, plenissimâ suæ sapientiæ consideratione & veritatis diffinitione sancita, ipsò dicente in Evangelio: qui intrat per ostium, pastor est ovium: qui autem non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, fur est & latro. Quapropter --- ut ad regendum populum Dei, in unaquaque E. exigente tempore, talis & eò ordine eligatur Episcopus, qui juxta veritatis sententiam non fur & latro dici debeat, sed nomen & officium Pastoris habere dignus existat. --- Sed illud solummodò quaerimus, quòd & omnium salus postulat, & necessitas, ut in ordinatione Episcoporum secundum communem SS. PP. intelligentiam & approbationem primò omnium Evangelica & Canonica servetur au-

aucltoritas --- Misimus ad vos hos legatos nostros, harum litterarum portatores, ut causam undique diligenter inquirent, & si eum, quem vos elegisse dicitis, vitâ, moribus & scientiâ ad apicem tantæ dignitatis idoneum, & regulariter assignatum esse perspexerint, electionem vestram (sicut iustum est) nostrâ vice confirmant. Sin autem in eo aliquid contrarium & dignum reprehensione, quod minus ad Episcopale regimen pervenire debeat, invenerint, amoris illi talem studeatis eligere personam, quæ tanto honori & officio congruat, & quam nostrâ per eosdem legatos representata auctoritas approbare & confirmare debeat. Illud enim scitote, quod si legalem & Canonicam electionem vos fecisse cognoverimus, omnia vobis & E. vestrâ, quæ Apostolica debet & valet auctoritas, cum omni charitate prædicia exhibebimus: & si quis aliter ad Sedem illam aspirare præsumpserit, procul dubio non solum contra eum, sed etiam contra omnes fautores suos, gladium Sancti Petri, & Apostolicæ animadversionis jaculum, districte vibratum esse emissum, sentiet. *Gregorius VII. lib. 5. ep. 5.*

3. **Episcopi ubi electi, à Papa sunt confirmandi;** Per se, vel per alium, postquam electus, debet se Papæ præsentare. Etiam in Oriente, per Vicarium Papæ confirmabantur.

Mox ergo dilectio tua ad suprâ dictam Catinensem Ecclesiam pergat, & hominem de Clero, qui nec uxorem habeat, nec filios, nec crimen aliquod Canonibus inimicum, eligi, cum auxilio DEI, compellat atque suadeat: & statim eam ad urbem Romam cum decreto & testificatione relationis tuæ transmittit. *Distinctione 61. cap. Catinensis. Greg. I. lib. 4. epist. 34. in medio. Vide, suprâ tit. 3. n. 1. Concil. Lateranense. 4. cap. 26. Vide, Confirmationes legales. num. 14. Martinus I. epist. 11. Vide, suprâ. tit. 3. numerò 1.*

4. **Episcopi electi extra Italiam, in eotempore, in quo expectatur consummatio, possunt gubernare in spiritualibus & temporalibus.** *Concilium Lateranense 4. cap. 16. Vide, Confirmationes legales. n. 4.*

5. **Alii verò in Italia non possunt.** *Vide, Eleus.*

6. **Episcopi electi ad EE. Cathedralis, intrâ menssem debent acceptare, & ex tunc ad S. A. iter arripere pro confirmatione.** *De electione. in 6. cap. Cupientes. Vide, Confirmat. n. 2.*

7. **Episcopus ante confirmationem non potest conferre beneficia, & irrita est collatio.** *De electione, & c. cap. 2. Nosti. Vide, Beneficia. tit. 9. n. 17.*

8. **Episcopus, non confirmatus à Papa, non potest disponere de rebus E. neque institutiones, ut Archidiaconi, vel aliorum facere, & si faciat, sunt nullæ.**

Nosti sicut vir prudens & sapiens, quomodo dilectus filius noster, G. dictus Lincolnensis Electus committendi honores, vel præbendam, & aliâs disponendi de rebus Ecclesiæ, cum sua nondum sit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Inde est, quod f. t. &c. quatenus eidem dicto electo ex nostra parte, non differas arctius inhibere, nè Archidiaconatum alicui conferre præsumat; vel si jam concessit, ei auctoritate nostrâ præcipias, ut concessionem suam, omni contradictione & appellatione cessante, studeat revocare; quod si distulerit, tu eandem concessionem appellationis remotò remedio, auctoritate nostrâ non differas revocare. *Concilium Lateranense 3. in appendice. tit. De elect. cap. 1.*

9. **Episcopus electus ab hæreticis, non confirmatur, nec à Papa.** *Gregorius I. lib. 8. epist. 65. & 9. q. 1. cap. Nos in hominem. Vide, tit. 3. num. 2. Vide, Confirmatio.*

VIII. Episcopi consecratio, seu ordinatio, à quo, quando, & ubi fit, ac quomodo.

1. **Ab Episcopis provinciæ debet ordinari, & ubi non conveniant, ab Episcopis Provinciæ vicinæ. Ab Episcopis omnibus provinciæ debebat ordinari, vel saltè à tribus.**

Osus Episcopus dixit: Si contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, unum fortè remanere Episcopum; ille verò per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi convenerint, Episcopi vicinæ provinciæ debent illum prius convenire Episcopum, qui in ea provincia moratur, & ostendere, quod populi sibi petant rectorem, & hoc iustum esse, ut & ipse veniat, & cum ipso ordinent Episcopum. Quod si conventus litteris tacerit, & dissimulaverit, nihilque rescripserit, satisfaciendum esse populis, ut conveniant ex vicina provincia Episcopi, & ordinent Episcopum. *Concil. Sardinense c. 5. & Conc. Nicæn. 1. c. 4. Vide, tit. 3. n. 9.*

2. **Episcopus à duobus vel tribus debet consecrari, seu ordinari. Sed alii Comprovinciales consentiant. Prius 12. vel 10. erant necessarii. Nunquam ab uno. Ab uno non potest.**

Episcopus à duobus, vel tribus ordinetur. *Concil. A. A. cap. 1. Concilium Nicænense. cap. 4. suprâ.*

Nullus Episcopus, sive Metropolitanus permittit, nec Episcopus Metropolitanus, sine tribus Episcopis Comprovincialibus præsumat Episcopum ordinare, ita ut alii Comprovinciales Episcopis admoneantur, ut se suo responsò consensisse significent. Quod si inter partes aliquas nata fuerit dubitatio, majori numero Metropolitanus in electione consentiat. *Concil. Arelaten. 2. cap. 5.*

Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, ut quia proximè FF. nostri, Numidia duo Episcopi, ordinare præsumpserunt Pontificem, non nisi à duodecim censatis celebrari Episcoporum ordinationes. Aurelius Episcopus dixit: Forma antiqua servabitur, ut non minus, quam tres sufficiant, qui fuerint à Metropolitanò directi, ad Episcopum ordinandum. Propterea, quia in Tripuli fortè & in Arguze interjacere videntur barbæ gentes; nam in Tripuli (ut asseritur) Episcopi sunt quinque tantummodò, & possunt fortè de ipso numero, vel duo necessitate aliqua occupari; difficile est enim, ut de quolibet numero omnes possint occurrere. -- Nunquid nam frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multò minus advocare Episcopos? Sed facile est mihi duos adungere meæ parvitatî vicinos. Quapropter cernit mecum charitas vestra, hoc ipsum observari non posse. *Conc. Affric. cap. 16.*

Jubemus autem, ut à tribus Episcopis ordinetur, & ut minimum à duobus, ita ut ab uno constitui non possit. Testimonium enim duorum & trium firmitus est & certum. Item jubemus, ut Presbyter & Diaconus, ac reliqui Clerici, ab uno Episcopo ordinentur: & ut neque Presbyter, neque Diaconus reliquos Clericos ex Laicis ordinent, sed tantummodò Presbyter quidem doceat, offerat, baptizet, benedicat populo; Diaconus verò ministrat Episcopo & Presbyteris, id est, agat Diaconum; reliqua verò ne faciat. *Lib. 3. constit. Apostolicarum. cap. ult.*

Ego Simon Cananæus constituo, à quot Episcopis debeat ordinari Episcopus, scilicet: à duobus, aut tribus Episcopis; sin verò aliquis ab uno Episcopo ordinatus fuerit, tum is, qui ordinatus est, tum is, qui eum ordinavit, deponatur. Quod si necessitas coegerit, ab uno ordinarî, quod propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum. *Ibid. lib. 8. cap. 27.*

Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolicâ ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebrandæ. Qui simul convenientes, scitum

nium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum SS. Evangelis, quæ prædicantur sunt, imponentes, Dominicâ die, horâ tertiâ orantes, sacratâ unctione, exemplò Prophetarum & Regum, capitæ eorum, (more Apostolorum & Moysis) ungentes, quia omnis sanctificatio constat in Spiritu Sancto, cujus virtus invisibilis sancto Christum est permixta, & hoc ritu solemnè celebrent Ordinationem. Quod si simul omnes convenire minime potuerint, assensum tamen suis precibus præbeant, ut ab ipsâ ordinatione animò non desint. Porro & Hierosolymitanum primus Archi-Episcopus B. Jacobus, qui Justus dicebatur, & secundum carnem Domini nuncupatus est frater, à Petro, Jacobo & Joanne AA. est ordinatus, successoribus videlicet, dantibus formam eorum, ut non minus, quam à tribus Episcopis reliquifque omnibus assensum præbentibus, ullatenus Episcopus ordinetur, & communi voto ordinatione celebretur. *Anacletus Ep. 2. c. 1. Dist. 64. c. 1. Ordinationes. Distinctione 66. cap. Porro Hierosolymitarum.*

Nè unus Episcopus Episcopum ordinare præsumat, propter arrogantiam, nè futurum beneficium præstitum violatur. Hoc enim in Synodo Nicæna constat esse definitum. *Sirius ep. 4. c. 2.*

Episcopum oportet maximè quidem ab omni Concilio constitui; Sed si hoc, aut pro necessitate, aut pro longinquitate iunctis, difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur, & omnium presentium vel absentium subscriptiones teneantur, & sic postea ordinatio fiat. Hujus autem rei potestas in omni Provincia ad Metropolitanum pertinet Episcopum. *Concilium Lucen. 2. cap. 2. distinctione 64. cap. Episcopi. Concilium Tolosanum 4. cap. 19. Vide, Curiales. numerò 1.*

Tria obstant, quibus eorum (id est, Cor-Episcoporum) cassatur actio, vel institutio: Unum, quod ab uno Episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio à Canonibus discordat, qui per manus Episcoporum eos institui jubent. *Damasus ep. 5.*

Comprovinciales Episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus, à tribus, iussu Archi-Episcopi, consecrari possunt Episcopis. *Dist. 64. cap. Comprovinciales.*

Itaque ordinationem, quam Canones irritam definiunt, nos quoque vacuandam esse censuimus in qua, prætermisâ trium presentia, nec expertis Comprovincialibus litteris, Metropolitanus quoque voluntate neglectâ, profus nihil, quod Episcopum faceret, ostensum est. *Concil. Regiense. c. 1.*

At quoties Episcopum consecraveris, duo vel tres conveniant tecum Episcopi, ut DEO sit gratum, quod geatur, & eis convenientibus ipsique presentibus consecres. *Gregorius III. ep. 1.*

3. **Ab uno non potest consecrari, sed à septem, vel saltè à tribus.**

De his, qui usurpant sibi, quod soli debeant Episcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem Episcopis. Si tamen non potuerint septem, sine tribus fratibus non audeant ordinare. *Concilium Arelaten. 1. cap. 21.*

4. **Episcopus à tribus non ordinatus, non est Episcopus.**

Omnia quoque maxima Concilia affirmant, eum non esse Episcopum, qui minus, quam à tribus Episcopis auctoritate etiam Metropolitanâ, fuerit factus Episcopus. *Joannes III. ep. un.*

5. **Quod faciendâ sit à tribus, est de institutione Domini.**

Scimus enim B. Jacobum &c. à Petro, Jacobo, Joanne AA. Hierosolymorum Episcopum esse ordinatum. Si autem non minus, quam à tribus AA. tantus vir fuit ordinatus Episcopus, patet profectò, eos formam, instituentem Dominò tradidisse, non à minus, quam à tribus Episcopis, Episcopum ordinari debere. *Anicet. in ep. Decret.*

6. **Ab uno consecrari non potest.**

Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopum inveniris, ordinare Episcopum, non aliter, nisi sine Episcopis, potest. Nam quando de Galliis Episcopi venient, illi in ordinationem Episco-

pi testes tibi assistent; Sed fraternitatem tuam, ita volumus in Anglia Episcopos ordinare, ut ipsi sibi Episcopi longò intervallò minime disjungantur: quatenus nulla sit necessitas, ut in ordinatione alicujus Episcopi convenire non possint. Pastorum quoque aliquorum presentia valde est utilis, ut facillimè debeant convenire. Cum igitur DEO Auctore, ita fuerint Episcopi, etiam in propinquis sibi locis ordinati, per omnia Episcoporum ordinatio non sine aggregatis tribus vel quatuor Episcopis fieri non debet, &c. *Greg. I. lib. 12. ep. 31. cap. 8.*

Pervenit ad aures nostras, quod Africa, quæ pars Mundi esse dicitur, quæque etiam antiquitus, vigente ibi Christianitate, maximò Episcoporum numero regeretur, ad tantum periculum pervenerit, ut in ordinando Episcopo tres non habeat Episcopos. -- Consultimus vobis, videlicet, tibi & illi, cui nuper manum imposuimus, ut aliquam personam secundum constitutionem SS. PP. eligatis, nobisque eam litteris vestris sultam mittatis, quatenus ipsò DEO cooperante, à nobis ordinato, vobisque remisso, necessitati EE. ut Sancti Canones præcipiunt, Episcoporum ordinationibus succurrere valeatis, & ut Christiana gens quotidie gaudeat atque proficiat pastoralis regimine, & labor, qui supra vires vos opprimit, levior sit ex sociorum necessaria administratione. *Gregor. VII. lib. 3. ep. 19.*

7. **A tribus faciendâ cum Metropolitanò Provinciæ.**

Ne Episcopi sine Metropolitanis permittit, nec Metropolitanus sine tribus vel duobus Episcopis Comprovincialibus præsumat Episcopum ordinare, ita ut alii Episcopi Comprovinciales admoneantur epistolâ, ut se suo responsò significent consensisse. Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit, majori numero Metropolitanus consentiat. *De tempor. ordinatio. c. Nè Episcopi.*

8. **Ad consecrationem Episcopi non requiritur consensus sæcularis Magistratûs.** *Conc. Trid. sess. 23. c. 4. & Canone 7.*

9. **Olim non poterant ordinari, seu consecrari, sine consensu Metropolitanî. Aliâs non habendus pro Episcopo, (id est, quoad exercitium.)**

Charitatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres, sive per Dardaniam, sive per quamque contiguam provinciam constituti, qui vos sub Metropolitanis vestris esse meministis, & ab eisdem substituti decedentis, sicut vetus consuetudo deposuit, unanimiter statuatîs Antistes, & vicistim si Metropolitanus, humana conditionis forte decesserit à Comprovincialibus Episcopis, sicut forma transmittit, sacrari modis omnibus censatis; nec quemquam sibi, quod vobis antiquâ dispensatione concessum est, patiamini vendicare; quatenus & inter ipsas adversantium voluntatum procillas veterum regulas nullatenus custodire cessetis, sicut persecutionum tempore diversarum PP. nostros constanter fecisse, non dubium est. *Dist. 64. c. Quia Per ambitionem. Concil. Antiochenum cap. 19. Concil. Arelaten. 2. cap. 6. Innocentius I. ep. 2. cap. 1. Hilarius Ep. 2. cap. 1. Vide, tit. 3. n. 2. Concilium Lucense 2. cap. 3. Idem. ac cap. Episcopum. dist. 64. sup. num. 2.*

De Metropolitanorum verò ordinationibus id placuit, ut Metropolitanus, à Metropolitanò, omnibus (si fieri potest) presentibus Comprovincialibus ordinetur, ita ut ipsi Metropolitanus ordinandi privilegium maneat, quem ordinationis consuetudo requirit. Ipse tamen Metropolitanus à Comprovincialibus Episcopis, (sicut decreta S. A. continent) cum consensu Cleri vel civium eligatur; quia æquum est, sicut ipsa S. A. dixit, ut, qui præponendus est omnibus, ab omnibus eligatur. De Comprovincialibus verò ordinandis cum consensu Metropolitanî, Cleri & civium juxta priorum Canonum statuta, voluntas & electio requiratur. *Concil. Arelaten. 3. cap. 3. dist. 64. cap. Extra conscientiam. ex Innoc. I. ep. 2. c. 1. dist. eadem c. Illud. ex Concil. Nicæn. 1. cap. fin. dist. 65. cap. Placet omnibus.*

ex Concil. Carthagen. 2. cap. 12. Vide, *tit. 3. num. 2. De temporibus ord. c. Nō Episcopi. Vide, supra. num. 7. Vide, Ordinatio. Vide, Ordinare Episcopos. Vide, Consecratio Episcopi.*

10. In libro octavo constitutionum Apostolicarum, cap. 27. habetur: quod, si necessitas urgeat, unus possit ordinare, sed prius habitō decretō commissionis aliorum. Idem ex Anacleto ep. 2. & dist. 64. cap. Ordinationes. Sed non fuit in usu; à tribus enim ordinatur. *Textus citatos, Vide, supra. n. 2.*

11. Episcopum indignum consecrantes, carcant deinceps illā potestate consecrandi.

Si qui Episcopi talem consecraverint Sacerdotem, qualem non liceat, etiam si aliquod damnum proprii honoris evelerint, ordinationis tamen jus ulterius non habebunt, nec illi unquam Sacramento intereunt, quod neglectō Divinō iudiciō immeritō præstiterunt. *1. questio. 1. & 25. qu. 2. cap. Si qui Episcopi.*

12. Episcopi consecrati ab Apostolis, qui fuerunt.

De Episcopis verò, quia à nobis, dum viximus, ordinati sunt, certiores vos facimus, hos esse: Jacobum Hierosolymitanum, fratrem Domini, & huic post mortem successisse Simeonem, Cleophae filium, & huic rursus tertium Judam, Jacobi filium, deinde Zachaeum, qui antea fuerat Publicanus, primum Episcopum Caesareæ, Palestinae. Huic successisse Cornelium, & huic rursus tertium Episcopum Theophilum, Evodiam Episcopum Antiochia, à me Petro ordinatum, cui successit Ignatius, à Paulo ordinatus. Anianum Alexandria Episcopum, quem primum Marcus Evangelista ordinavit, huic successisse Abilium, à Luca Evangelista ordinatum. Linum, Claudia filium, Ecclesiae Romanorum Episcopum, primum à Paulo ordinatum. Post mortem verò Lini, Clementem, quem ego Petrus secundum ordinavi; Thimotheum, Ephesi Episcopum, à Paulo ordinatum, cui successit Joannes, à me Joanne ordinatus. Aristonem, primum Episcopum Smyrnae, huius post mortem successorem fuisse Strateam, Loidis filium; cui successit tertius Episcopus, alter Ariston, Gaslum Pergami Episcopum & Demetrium Philadelphiae, quem ego Paulus ordinavi. Lucium, Episcopum Cenchrensem, Titum Cretæ, Dionysium Atheniensem, Marthonem Episcopum Tripolitani, in Phœnicia, Archippum Episcopum Laodiceensem, in Phrygia, Philemonem Episcopum Colossensem, Onezimum, qui fuit servus Philemonis, Episcopum Berecensem, in Macedonia; Crescentem, Episcopum Ecclesiarum Gallitæ, Aquilam & Nicetam, Episcopos Paræcianum Asiae, Crispum Ecclesiae Aeginensis. Hi sunt, quos Paræcis Domini præfecimus. *Lib. 7. constit. Apostolicarum. cap. 46.*

13. Episcopi ubique semper cum consensu Patrum fuerunt ordinati, seu consecrati. *Gregorius I. lib. 4. ep. 34. in medio. Dist. 63. cap. Porro. In Oriente per Vicarium Patrum. Martinus I. ep. 11. Vide, tit. 3. num. 1.*

14. Episcopus consecrari non potest, absque licentia Sedis Apostolicæ.

Ut extra conscientiam S. A. hoc est, Primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententia consequatur. *Siricius ep. 4. cap. 1. Quanto A. S. DEO Authore cunctis prælatis constat E. tantō inter multiplices curas & illa nos valdè sollicitat, ubi ad consecrandum Antistitem nostrum expectatur arbitrium. Greg. I. lib. 2. ex reg. ep. 30.*

15. Episcopis concessa est à Papa facultas, consecrandi alios Episcopos, ob absentiam & distantiam Patrum. Et hoc semper ex antiquo fuit in praxi.

Nempè is mos antiquus fuit, ut, quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum

illis fuerat ordinari, ipsi invicem Mediolanensis & Aquileensis ordinare Episcopi debuissent; ita tamen, ut in ea civitate, in qua erat ordinandus Episcopus, alterius Civitatis Pontifex occurrere debuisset, ut & ordinandi electio à præfenti ordinatore, ex consensu universalis, cui præficiendus erat, Ecclesiae melius ac facilius potuisset agnosci, & in sua, qui ad Episcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur Ecclesia. *24. q. 1. cap. Pendenda.*

16. Episcopi promoti tenentur intrā tres menses petere consecrationem, etiam si Cardinales sint; quod si hoc omiserint facere, intrā tres menses tenentur ad fructuum perceptorum restitutionem. Et si intrā alios tres sequentes menses omiserint, ipsō jure sint privati Ecclesiis.

Placuit sanctæ Synodo, intrā tres menses fieri ordinationes Episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit, tempus ordinationis amplius prolati. Si autem quis Episcoporum hæc non observaverit, ipsum debere Ecclesiasticae condemnationi subjacere, redditus verò ejusdem viduatae E. integros reservari apud æconomum ejusdem E. placuit. *Dist. 75. cap. Quoniam. Concil. Chalcedon. cap. 25. & Conc. Vornat. 1. cap. 76.*

Placuit, ut quisquis Metropolitanus ultra tres menses consecrationis suæ, ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum ad A. S. non miserit, commissā sibi careat dignitate, sitque Metropolitanis aliis licentia, post secundam & tertiam communionem, viduatis EE. cum Consilio R. P. ordinando Episcopos, subvenire. Si verò consecrandi Episcopi negligentia provenerit, ut intrā tres menses E. viduata consistat, communionem privetur, quousque, aut locū cedat, aut se consecrandum offerre non differat. Quod si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduata E. neque ibi, neque alibi consecrationis donum percipiat. Imò Metropolitanus sui iudiciō cedat. *Dist. 100. cap. 1. Quoniam quidam. Concil. Trid. sess. 7. De reformatione. cap. 9. & sess. 23. De reformatione. cap. 2.*

17. Si concedatur prorogatio, non extendatur ultra sex menses. *Concil. Tridentinum sess. 7. Ubi supra.*

18. Consecratio Episcopi, facta ab excommunicatis, reprobatum ut illicita.

Quam rem nos consecrationem dicere nullō modō possumus, quæ ab excommunicatis est hominibus celebrata. *Greg. I. lib. 3. ep. 20.*

19. Episcopus semel consecratus non potest iterum consecrari. *Dist. 68. cap. Sicut semel. Vide, Baptismus. tit. 5. n. 2.*

20. Episcopus invitus non potest consecrari. Sic consecrans per annum suspendatur ab officio.

Denuntiamus autem, quod si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu Episcopum, seu Presbyterum, seu Diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis Ecclesiae, vel Amilientis noveris auferendas. *Dist. 74. cap. Ubi.*

Episcopus, qui invitum aut reclamantem præsumpserit ordinare annuali poenitentiae subditus, Missas facere non præsumat. *Ibidem cap. Episcopus.*

Gesta, quæ nobis in Concilii vestri sancta secretatio direxistis, in quibus Archidiaconus Honoratus addicitur, plena esse cognovimus semine jurgiorum: cum unō eodemque tempore una persona nolens, ad Sacerdotii Ordinem provehitur, quæ tanquam immerita à Diaconatus officio removeretur. Et sicut iustum est, ut nemo crescere compellatur invitus, ita censendum puro similiter, nè quisquam insons ab Ordinis sui ministerio deiciatur injuste. *Ibidem cap. Gestu. Dist. 63. cap. ultimo. Vide, tit. 2. n. 15.*

21. Episcopi, dum consecrantur inter Missarum solemnias, non possunt aliquem ordinare.

Cum solus Romanus Pontifex (qui ante hymnum Angelicum consecratur, & postmodum ipse Missarum solemnias incipit, & perficit consecratus) in die consecrationis suæ valeat Ordines celebrare. Ceteri verò, qui inter Epistolam & Evangelium consecrantur, quia consecrati concelebrant principaliter celebranti, nè dividatur mysterium unitatis, non debent tunc Ordines celebrare. *De Electione. cap. Quod sicut. 5. Super eo.*

22. Episcopi consecratio facienda est in die Dominico.

Nōs igitur 12. AA. Domini, qui unā sumus, has vobis constitutiones de omni Ecclesiastica forma indicimus, præfente Paulō, vase electionis, & Coapostolō nostro, & Jacobō Episcopō, ac reliquis Presbyteris, & septem Diaconis. Ego igitur primus Petrus, dico ordinandum esse Episcopum, ut omnes pariter antea constitutus, scilicet de quo in nulla re sit querela, & qui sit à cuncto populo, ex optimis quibusque electus. Quō nominatō & placente, populus in unum congregatus, unā cum Presbyteris, atque Episcopis præsentibus die Dominico consentiat. *Lib. 8. constit. Apost. c. 4. Concil. Tolet. 4. cap. 19. Vide, Curialis. n. 1. Dist. 71. c. 1. Illud quoque. Vide, Clerici. tit. 4. n. 1. Dist. 75. cap. Quod à Patribus. Vide, Diaconus. tit. 1. n. 17.*

23. Consecratio Episcopi, fit cum unctione Chrismatis. *Clemens I. ep. 3. Vide, Episcopalis. n. 14. Anacleto ep. 2. cap. 1. Vide, supra. n. 2. De sacra unctione. cap. unico. Vide, Chrisma. tit. 9. n. 4. In fronte & manibus ungitur, & quare. Ib.*

Vide, Consecratio Episcoporum.

24. Consecrari non potest Episcopus, si ei aliqua obijciuntur, nisi discussis causis contradictionum.

Sed & illud est statuendum, ut quando ad eligendum Episcopum convenimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres Episcopi jam, sed postulerent ad numerum supradictorum (si haberi possunt) duo, vel tres, & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primò personæ contradicentium: postremò etiam illa, quæ obijciuntur, pertractentur, & cum purgatus fuerit, in conspectu publico ita demum ordinetur. *Concil. Africanum. cap. 17.*

25. Episcopi consecratio facienda in civitate sua, si est Metropolitanus: si alii, in loco constituto à Metropolitanano. *Concil. Toletanum. 4. cap. 19. Vide, ut supra n. 2.*

26. Fieri potest in Ecclesia, cujus est Episcopus.

Id etiam regulariter esse perspeximus decernendum, ut Episcopus in Civitate, in qua per decretum eligitur, ordinandus, in sua E. cui præfaturus est, consecratur. Sanè, si subito necessitas temporis hoc implere non patitur, licet melius esset in sua E. fieri, tamen ut sub præfentia Metropolitanani, aut certè, ut ejus auctoritate intrā provinciam omnino à comprovincialibus ordinetur. *Concil. Aurelianen. 4. cap. 5.*

27. Si consecratio fiat extra Romanam curiam, fit in Ecclesia, ad quam quis fuit promotus, aut in provincia, si id commodè fieri poterit. *Concil. Trid. sess. 23. De reformatione. cap. 2.*

28. Episcopus consecrari non potest, nisi omnes de domo sua sint Christiani. *Concil. Carthagen. 3. cap. 18. Vide, Diaconi. tit. 1. num. 6.*

29. Episcopi plures simul possunt consecrari. *De consecratione Ecclesiarum. cap. Cum sis. Vide, Altare. tit. 1. n. 13.*

Tomus II.

30. Quibus cæremoniis facienda est consecratio Episcopi.

Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Evangeliorum Codicem super caput & verticem ejus, & unō super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant. *Conc. Carthag. 4. cap. 2. & Dist. 23. cap. Episcopus.*

Qui verò inter reliquos Princeps Episcopus est, petentur Presbyteros & populum, an ipse sit, quem præfere petunt, & illis annuentibus, rursus percontetur, an tribuant ei omnes testimonium, quod dignus sit hōc magnō & illustri munere præfidenti, an quæ ad pietatem erga DEUM pertinent, rectè peregerit, an jura adversus homines servavit, an domum suam, resque domesticas bene administraverit, & an vita ei per omnia honestè & laudatè acta fuerit. Cum verò omnes simul, non secundum opinionem præjudicatam, sed secundum veritatem testificati fuerint, talem esse eum, tanquam in conspectu Judicis Dei, & Christi, præfente etiam Spiritu Sanctō, atque omnibus Sanctis & administratoris Spiritibus, rursus tertio interrogent, utrum sit ministeriō dignus, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, & cum tertio annuerint, & dignum illi assensu fuerint, petatur ab omnibus, ut præbeant signum assensūs, & libenter præbentes, audiantur, ac silentiō factō unis ex primis Episcopis, unā cum duobus aliis, stans propè altare, reliquis Episcopis & Presbyteris tacitè precationem facientibus, & Diaconis apertā Evangelia super caput ejus, qui ordinatur, tenentibus, in hunc modum precetur: Hæc Domine, DEUS Omnipotens, &c. *Lib. 8. constit. Apostolicarum. cap. 4. Anacleto ep. 2. Vide, supra. n. 2.*

31. Ex Episcopi consecratione nihil accipiendum, neque pro chartis, seu bullis, neque pro pallio, aut pastello, seu quovis alio titulo, nisi post eam consecratis gratiā aliquid offerat.

Antiquam Patrum regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituit. Neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit, appellatione pastelli; quia enim ordinandō Episcopo Pontifex manum imponit, Evangelicam verò lectionem minister legit, confirmationis autem ejus epistolam Notarius scribit: sicut Pontificem non decet manum, quam imponit, vendere, ita Minister, vel Notarius, non debet in ordinatione ejus vocem suam, vel calamus venundare. Pro ordinatione verò, vel pallio, seu chartis, atque pastello, eundem, qui ordinandus, vel ordinatus est, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus, si quis hinc aliquid cominodi appellatione exigere, vel deferre forte præsumpserit, in districto DEI Omnipotentis examine reatu subiacebit. Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas & pallium; aliquid cuilibet ex Clero, gratiā tantummodo causā dare voluerit, hoc accipi nullō modō prohibemus; quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit. *Greg. I. lib. 4. ep. 44. Vide, Consecratio Episcoporum.*

IX. Episcopi in quibus locis instituendi.

1. Episcopi in villis non constituantur, sed in civitatibus.

Quōd non oporteat in villulis, vel in agris, Episcopos constitui, sed visitatores. Verumtamen jam pridem constituti, nihil faciant præter conscientiam Episcopi Civitatis, similiter & Presbyteri præter consilium Episcopi nihil agant. *Concil. Laodiceen. cap. 57. Dist. 8. cap. Non debere.*

Licentia verò danda non est ordinandi Episcopum, aut in vicō aliquo, aut in modica Civitate, cui sufficit

K

unus

unus Presbyter. Quia non est necesse, ibi Episcopum fieri, nè vilescat nomen Episcopi, & auctoritas. Non debent illi ex alia provincia invitari facere Episcopum, nisi aut in his Civitatibus, quæ Episcopos habuerunt, aut si qua talis, aut tam populosa est Civitas, quæ meretur Episcopum. Si hoc omnibus placet: Synodus respondit: Placet. *Concil. Sardicense cap. 6.*

Tunc hæc in ordinem constituta perfecta sunt: In primis ex epistola Pauli, Tiro discipulo, ut Episcopos per Civitates constituere debeat, præcipientis. Item ex Concilio Nicæno, titulo octavo, ubi inter cætera præcipitur, ut in civitate una non videantur duo Episcopi esse. Item ex Concilio Laodiceno titulo 17. Ubi dicit: Non oportet in vicis & in villulis Episcopos ordinari, &c. Item ex Conc. Africæ 2. tit. 5. Ubi Felix Episcopus Selempselitanus dixit: Etiam si hoc placet, Sanctitati vestre insinuo, ut Dioceses, quæ nunquam habuerunt Episcopos, non habeant, & Diocesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium Episcopum. - His ergo fortissimis regulis effectum pii operis apponentes, in communi definitione elegimus, ut in loco villulæ supradictæ, deinceps Sedes Episcopalis non remaneat, neque Episcopus illic ultra constituendus existat. - Jam verò de cætero generale ponentes edictum: Si quis contra hæc Canonum interdicta venire conatus fuerit, ut in locis illis Episcopum eligat fieri, ubi Episcopus nunquam fuit, anathema sit in conspectu DEI Omnipotentis, & insuper tam ordinator, quam ordinatus, gradum sui Ordinis perdat, quia non solum antiquorum PP. decreta, sed & Apostolica aulus est convellere instituta. *Concil. Toletanum. 12. cap. 4.*

Petisti, ut per auctoritatem nostræ Sedis, Episcopales ibidem Sedes firmentur. Sed tua sancta Fraternitas pertractet maturè, & subtili consideratione discernat, si expediat, aut si loca, vel populorum turbæ talia esse probantur, ut Episcopos habere mereantur. Memineris enim, quid in SS. Canonibus præcipimus observare, ut minime in villulas, vel in modicas civitates Episcopos ordinemus, ne vilescat nomen Episcopi. *Zacharias epist. 1.*

Episcopi autem non in castellis, aut modicis civitatibus debent constitui, sed Presbyteri per Castella & modicas Civitates atque villas debent ab Episcopis ordinari & poni, singuli tamen per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab uno, sed à pluribus debet Episcopos ordinari, & (ut dictum est) non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen Episcopi, aut alicubi, sed ad honorabilem Urbem titulandus & denominandus est. Presbyter verò ad quemcumque locum vel E. in eo constitutum est præficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ duraturus. Amplius quam isti duo Ordines Sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec AA. docuerunt. *Anacletus ep. 3. cap. 2. Dist. 80. cap. Episcopi.*

Illud sanè, quod ad Sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus Canonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis, nec in quibuslibet castellis, & ubi antè non fuerunt, Episcopi consecrentur. Cum ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, Presbyterorum cura sufficiat: Episcopalia autem gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præsidere, ne quod SS. PP. divinitus inspirata decreta, venerunt viculis & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipiis, tribuatur Sacerdotale fastigium. *Dist. 80. cap. Illud.*

2. Episcopatus in locis insignibus erigatur.

Episcopalia gubernacula, non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus præsidere oportet, nè honor, cui debent excellentiora committi, sui numero vitæ vilescat. *De privilegiis. cap. 1.*

3. Episcopatus non multum debeat distare.

Et. t. ita volumus in Anglia Episcopos ordinare, ut ipsi sibi Episcopi longè intervallò minime disjungantur, quatenus nulla sit necessitas, ut in ordinatone alicujus Episcopi convenire non possint. Nam

Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus, vel quatuor Episcopis, fieri non debet. *Dist. 80. cap. Fraternitatem.*

X. Episcopus novus, quomodo instituendus in loco, in quo nunquam fuit.

1. Episcopus novus in terra Diocesis alterius fieri non debet, nisi consentiente Diocesanò. Requiritur consensus Concil. Provinc. & Primatis.

Felix Episcopus Selempselitanus dixit: Etiam si hoc placet sanctitati vestre, insinuo, ut Dioceses, quæ nunquam Episcopos habuerunt, non habeant, & illa Diocesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Et si, accedente tempore, crescente fide, DEI populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, ejus videlicet voluntate, in cuius potestate est Diocesis constituta, habeat Episcopum, - ab universis Episcopis dictum est: Placet. *Concil. Carthaginen. 2. cap. 5.*

Epigonius Episcopus dixit: Multis in Conciliis hoc statutum est à cæteri sacerdotali, ut plebes, quæ in Diocesis ab Episcopis retinentur, quæ Episcopum nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus Episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, Episcopos. - Hoc dico, non debere accipere Rectorem eam plebem, quæ in Diocesi semper subjacuit, nec unquam proprium Episcopum habuit. *Concil. Carthaginen. 3. cap. 42. Et Concil. Africanum. cap. 20.*

Placuit & illud, ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plenario uniuscujusque provincie, & Primatis, atque consensu ejus, ad cuius Diocesim eadem E. pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant. *Concil. Africanum. cap. 65.*

2. Episcopatum de novo volens in sua Regione, tenetur providere de dote sufficiente.

Si quis in agro suo, aut habet, aut postulat habere Diocesim, primum & terras ei deputat sufficienter, & Clericos, qui ibidem sua officia implent, ut sacris locis reverentia condigna tribuatur. *Concil. Aurelianen. 4. cap. 33.*

3. Episcopus novus in loco, in quo nunquam fuit, per Papam potest fieri.

Requisisti, si liceat in vobis Patriarcham ordinari Sed de hoc nil diffinitivè respondere possumus, priusquam legati nostri, quos vobiscum misimus, reversi fuerint, & nobis, quæ inter vos multitudo sit, & unanimitas Christianorum, renuncient. Nam interim Episcopum habitote, & cum incremento Divinæ gratiæ Christianitas ibi fuerit dilatata, & Episcopi, per singulas EE. ordinati, tunc eligendus est inter eos unus, qui si non Patriarcha, certè Archiepiscopus appellandus sit, &c. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum. cap. 72.*

4. Episcopatus novi per Papam eriguntur.

Innotuit nobis Sanctissimus & Reverendissimus Fr. & Coepiscopus noster, Bonifacius, nuper decrevisse & ordinasse in Germaniæ partibus Episcopales Sedes, ubi præest vestra dilectio, & provinciam in tres divisisse parochias. - Flagitavit autem à nobis pro suis syllabis, jam dictus Sanctissimus Vir, per Apostolicam auctoritatem vestras confirmare Sedes. - Confirmamus, atque solidas permanere vestras Episcopales Sedes sancimus, interdicens ipsius Principis AA. auctoritate, à præsentibus omnibus, & in futuras generationes, ut nullus audeat contra eandem vestram venire ordinationem, quæ (dignante DEO) ex nostra præceptione in vobis facta est; & hoc interdicens, ut nullus audeat juxta Sanctorum Canonum traditionem, ex alio Episcopatu ibidem translari, aut ordinare Episcopum, post vestram de hoc faculo evocationem, nisi is, qui Apostolicæ nostræ Sedis in illis partibus præsentaverit vicem. Sed nec

unus

unus alterius parochias invadere, aut Ecclesias subtrahere præsumatis. Nam (quod non credimus) si quis ille fuerit, qui contra hanc nostram præceptionem temerariò aulè venire tentaverit, sciat se aternò DEI judicìo anathematis vinculo esse innotatum. Si quis verò Apostolica servaverit præcepta, & Normam rectæ & orthodoxæ fidei fuerit affectus, benedictionis gratiam consequatur. De cætero petimus Divinam clementiam, ut confirmet & corroboret hoc, quod operatus est Dominus in vobis. *Zacharias ep. 2.*

5. Episcopi de novo ordinandi, ubi fideles novi adsunt.

Præcipimus, ut juxta SS. Canonum statuta, ubi multitudine excrevit fidelium, ut vigore Apostolica Sedis debeas ordinare Episcopos: pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas Episcopatus. *16. q. 1. cap. Præcipimus ut juxta.*

XI. Episcopi plures in una Civitate.

1. In una Civitate esse non possunt plures Episcopi.

Hi verò, qui ab istis veniunt, (id est, Novatianis) si forte Episcopus fuerit, habeat Presbyterii dignitatem: nisi forte placeat Catholico Episcopo, concedere ei etiam Episcopalis nominis honorem. Si verò non placuerit, inveniat ei locum, ut sit in Parochia Corepiscopus, aut Presbyter, ut in Civitate una non videantur duo Episcopi esse, & ille omnimodè in Clero permanere videatur. *Concil. Nicænum 1. cap. 8. Et Concil. Toletanum 2. cap. 4.*

Cum autem dixit Coepiscopus, profectò Villanum voluit intelligi Episcopum. Et si Villanus? Quid agit in Civitate, cum in una Civitate duo omnino prohibeantur esse Episcopi. *Damasus ep. 5.*

Ut duo in una civitate penitus uno tempore nec ordinentur, nec habeantur Episcopi, ne res Ecclesiæ sævè divisione debeant partiiri. *Concil. Cabilonen. 2. cap. 4.*

Prohibemus autem omnino, ne una eademque Civitas, five Diocesis, diversos Pontifices habeat, tanquam unum corpus diversa capita, quasi monstrum; sed si propter prædictas causas urgens necessitas postulerit, Pontifex loci Catholicum Præsulem, nationibus illis conformem, providà deliberatione constituat sibi Vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens & subiectus. Unde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussurum. Et si nec sic respicerit, ab omni Ecclesiastico ministerio deponatur, adhibito, si necesse fuerit, brachiò facultati ad tantam insolentiam compescendam. *Concil. Lateranen. 4. cap. 9.*

2. Si duo Episcopi consecrentur pro una Civitate, nullus eorum est Episcopus, sed fiat nova electio.

Si duo forte contra fas, temeritate concertantium, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus Sacerdotem, sed illum solum in S. A. permanurum, quem ex numero Clericorum novà ordinatione diurnum judicium, & universalitatis consensus elegerit. *Dist. 79. cap. Si duo.*

XII. Episcopus, quomodo ponendus in possessione.

Cum Archiepiscopus Episcopum ordinaverit, oportet, ut mittat Episcopum cum eo, qui illum introducat in civitatem, & in Ecclesiam, & faciat sedere primò die in Throno, & postquam tribus mensibus in civitate sua resederit, debet Archiepiscopus, cum venerit, salutare eum, & committere Archi-Papæ, id est, Archipresbytero, & Archidiacono, ut eum in statutis Episcopatus examinet, & si repererit didicisse eum omnia perfectè, confirmabitur in Episcopatu, & in statutis ejus. Sic etiam facere debent Patriarchæ suis Archiepiscopis, & qui contra dixerit, Synodus eum excommunicat. *Concil. Nicænum 1. Ex Arabico. c. 71.*

Tomus II.

XIII. Episcopus consecratus curam tenetur suscipere animarum, quid si non.

1. Episcopus consecratus tenetur Ecclesiæ suæ curam suscipere, aliàs per superiorem puniendus. Sed excusatur, quando per ipsum non stat.

Si quis Episcopus non susceperit curam populi, sibi commissam, hic communionem privetur, quoad usque consentiat obedientiam commendans; similiter autem Presbyter, & Diaconus. Si verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat Episcopus, Clerici verò civitatis communionem priventur, eò, quòd eruditores inobedientis populi non fuerunt. *Concilium Apostolorum. cap. 37.*

Si quis Episcopus per manus impositionem Episcopatum acceperit, & præse populò constitutus, ministerium subire neglexerit, nec acquirerit ire ad E. sibi commissam, hunc oportet communionem privati, donec susceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreverit ejusdem provincie Synodus Sacerdotum. *Concil. Antiochenum. cap. 17. Et dist. 92. c. Si quis Episcopus. Ibidem. cap. 18. Vide, tit. 4. num. 1.*

2. Privandus est honore, si recusat ire, excommunicandus.

Si quis Episcopus ab Episcopo ordinatus, noluerit agere Sacerdotium, neque consenserit in sibi commissam E. ambulare, istum talem excommunicari oportet. Quòd si coactus consenserit, S. Concilium, quod placet, de eodem terminet. *Concilium Lucense 2. capit. 11.*

Si quis Episcopus ordinatus fuerit, & non vult ipsam Parochiam suscipere, in qua nominatus est, sed alibi vult ordinari, & vim facit, ac seditiones concitat contra eos, qui illum ordinarunt, hunc ab honore oportet removeri. Si autem in pristino honore Presbyterii vult stare, non vetetur, ut gradum, quem habuit, retineat. Quòd si reluctatus fuerit, etiam ab honore Presbyterii deponatur. *Ibidem. cap. 12. Et Dist. 92. cap. Si quis Episcopus per manus. supra.*

XIV. Episcopus non consecratus, non exercet officium.

Episcopus non consecratus, licet confirmatus, non potest exercere ea, quæ sunt Ordinis. *De electione. cap. Transmissam. Vide, Confirmationes legales. num. 1.*

XV. Episcopi Jurisdictio & Jura, in sua Diocesi.

1. Episcopi jura in sua Diocesi, quæ sunt.

Nos autem inspectis probationibus, & quæ ab utraque parte fuere proposita, intellectis, decrevimus, ut in Ecclesiis, seu capellis tuæ Diocesis, ad monasterium ipsum spectantibus, habeas Canonicam obedientiam, subjectionem & reverentiam, Institutionem & destitutionem, correctionem & reformationem, ac censuram Ecclesiasticam, jurisdictionem quoque causarum omnium, ad forum Ecclesiasticum de jure spectantium, penitentias, & sacrorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipienda, collationem, Synodum, & Synodatici, seu Cathedratici nomine duos solidos, quartam decimationem, & mortuariorum, visitationem quoque annuam, ita quòd cum ad eas visitandas accesserit, non amplius procuracionis nomine requiras ab eis, nisi quantum (pensatis facultatibus earundem) moderatè poterunt exhibere, ne plus cæteris capellis ejusdem Diocesis, in procuracionibus onerentur. Tu autem his juribus in præfatis Ecclesiis contentus existens, non amplius ab eis exigas, præter moderatum auxilium, quod juxta formam Lateranensis Concilii, si manifesta & rationabilis causa extiterit, cum charitate postulandum, K 2

licet

ficut ab aliis EE. ejusdem Diocesis, pro necessitate temporis sustinemus. *De off. Jud. ord. cap. Conquerente.*

2. Episcopus loci delicti judicare potest Clericum alienum, sed Episcopus domicili, vel beneficii, exequitur privationem beneficii, &c. Si hæc interveniat. *De foro competenti. cap. Postulati. Vide, Beneficium tit. 48. n. 1.*

3. Episcopus in omnes personas suæ Diocesis, etiam Laicos, & Principes, cujuscunque conditionis, habet jurisdictionem in spiritualibus. Etiam super Imperatores & Reges.

Quapropter obsecro vos: --- Jam nominatum Regem frequentius adatis, & tam ex autoritate DEI, quam etiam ex nostri Apostolatus injuncta vobis præceptione, quousque si non obederit, hanc, quam nunc habet is adulteram mulierem projiciens, finitivam, permansivamque demus super eam sententiam, & exhortari eum, & admonere omnino, torpore, ac metu repulsò, curctis. *Nicolaus I. in appendice epist. 11. De majoritate & obedientia. c. Solita. Concil. Aquisgran. 3. parte 4. c. 5. Vide, Episcopalis. n. 5. & 38.*

Licet enim Sacerdotes, modernò tempore propter imminentes perturbaciones, in multis sint negligentes, non sunt tamen vituperandi, nec despiciendi, sed propter illum, cujus ministerium gerunt, audiendi, & congruò honore venerandi. Post Apostolos enim, ad ipsos hæc Domini sententia dirigitur: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Quapropter attendendum est, quòd Sacerdotum Christi spretio ad injuriam Christi pertinet, & cujus vicem & ministerium gerunt. *Conc. Aquisg. loc. cit. c. 7.*

Qui Divinà gratiâ Episcopalem sortiuntur dignitatem, ordinem cælestis Hierarchie referunt in terris. Quare meritò sancimus, ut digno in honore tam à Principibus, quam à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque, ut Principibus, vel viris militari dignitate præditis, obviam longissimè procedant ab eorum Ecclesiis, nec à multis equisve descendant in occursum, aut timidè abjectèque ante genua procident, velut adoraturi. Imò verò non accedant ad mensas secularium Principum, sed cum omni modestia, quæ spiritalem deceat dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cui vèctigal, vèctigal: cui honorem, honorem: dummodo Principes & pii Imperatores agnoscant sibi æquales Episcopos, ut liberè audeant reprehendere, increpareque, & Principes, & cæteros, qui militari honore fruuntur, si quid peccaverint. Si quis verò Episcopus, post hanc sanctionem, suam dehonestaverit dignitatem, cadens ab honore sibi per Canones debito, vixeritque abjectè secundum veterem & agrestem consuetudinem, amoveatur per annum, & Princeps, qui in causa fuerit, excommunicetur per biennium. *In fragmentis Synodi 8. Oecumenicæ. & est Concil. Constantinop. 4. cap. 14.*

Secundùm SS. Statuta PP. in hoc Sancto præjudicamus Concilio: ut nullus Comes, nullusque omnino secularis, diebus Dominicis, vel Sanctorum in festis, seu Quadragesimæ, aut jejuniorum, placitum habere, sed nec populum illò præsumat coercere. --- Ideo nobis, qui DEI gregis curam accepimus pastoralis, summopere curandum & prohibendum est, ne nostrà delicta agente, præfatis diebus illis placitum habere, & populum nobis commissum, à servitio DEI nostri audeat impedire. Præterea sancimus & præcipimus, ut nullus Comes aliquem poenitentem ad placitum ire compellat, nec ipse veniat, ne fortè, dum jejunare & orare, atque pro salute suæ animæ debet invigilare, vaniloquiis & contentione cogatur laborare. *Concilium Triburiense 1. cap. 35. Vide, Episcopi potestas.*

4. Episcopus, quando solus potest convocare Capitulum. Vide, *Capitulum.*

5. Episcopus, & ejus Vicarius, habet potestatem excommunicandi suos subditos, aggravandi poenas, ponendi interdictionem, suspendendi à beneficio, ab officio, & ab ingressu Ecclesiæ etiam sæculares. *Concil. Constantiense. sess. ult. in const. Martin. V. Vide, in Bullario.*

6. Potest remove Clericos, ab alieno in sua Diocesi institutos. *De Clericis peregrinis. cap. ult. ex Honorio III. Vide, Clerici. tit. 38. n. 2.*

7. Episcopus turbato non potest in sua jurisdictione à Legato Papæ. Vide, *Legatus.*

8. Episcopi habent potestatem judicandi omnes delinquentes in sua Diocesi, (in causis spiritualibus.)

Quocirca stude Episcopo, ut mundus purusque sis, locum tuum, dignitatemque tuam actionibus declara, utpote, qui exemplar DEI apud homines repræsentas, præsidendo omnibus hominibus, Sacerdotibus, Regibus, Magistratibus, Parentibus, filiis, & pariter cunctis subiectis, ac sic quidem in E. sede, sermonem faciens, ut qui potestatem habeas judicandi eos, qui peccaverunt; quoniam vobis Episcopis dictum est: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælo. *Lib. 2. constit. Apostol. c. 11.*

Tu ergo Episcopo sic judica, ut DEUS. Domini enim est judicium. Itaque primùm potestate fretus, reum condemna: deinde cum misericordia ac commiseratione & susceptione allice, promissâ ei salute, si mores mutet, & peccatorum poeniteat; poenitentem verò castigando recipe, memor Domini, cum dixit, gaudium esse in cælo super uno peccatore poenitentem agente. *Ibidem. cap. 13.*

Atqui solis Sacerdotibus judicandi potestas commendata est; quia dictum est eis: Justum judicium judicare. Et rursus: Estote probi trapezitæ, vobis namque non est concedita hujusmodi potestas. Imò contra, iis, qui extra dignitatem & gradum judicis aut magistri sunt, dictum est: (Nolite judicare, & non judicabimini.) *Ibidem. cap. 36.*

Episcopum tamen rectè oportet judicare, sicut scriptum est: Justum judicium judicate; & aliàs: Quid verò ex vobis ipsis, quod justum est, non judicatis? *Ibidem. cap. 37.*

Si verò fratres habuerint aliquid aliud adversus alium, (quod Deus avertat) indidem intelligere debetis, qui præpositi estis, quòd qui hujusmodi sunt, non faciunt opus fratrum in Domino, sed potius hostiliter dissidentium. *Ibid. cap. 46.*

Facta subditorum judicantur à nobis, nostra autem à DEO. *Anthemus epist. un. & 9. quest. 3. cap. Facta subditorum.*

9. Episcopo commissi sunt populi, ut oves pastori. *Concilium Ravennat. 4. sub Joanne XXII. cap. 2. Vide, Episcopalis. num. 36.*

10. Possunt & debent punire maleficos.

Vir sanctissimus Maximilianus, Coepiscopus noster, Ecclesiam DEI pravis hominibus purgare desiderans, laudabiliter erga Ecclesiasticorum vitam, sicut nôstris, sollicitus fuit, qui dum eorum actus vigilanter curâ Pastoralis intenderet, maleficiò, quod vulgò Canterma dicitur, quosdam didicit maculatos. --- Sed quia peccatis nostris facientibus, morte præventus, crimen ipsum ulcisci non valuit, necesse est, ut dilectio tua cum omni hoc subtilitate indagare festinet, atque in eos, secundum immanitatem facinoris, studeat vindicare, --- ut impleas, quod scriptum est: Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Si ergo hoc zelò dilectio tua accenditur in eos, qui DEUM dereliquerunt, & contra eum maleficiis aliquid egerunt, poena monstratur, &c. *Greg. I. lib. 12. ep. 13.*

11. Epi-

11. Episcopus solus potest judicare eos, qui non sunt de Capitulo, atque dignitates, salvis privilegiis, si quæ sunt, pro studiis Universitatum. *Concil. Tridentinum. sess. 25. de reformat. cap. 6.*

12. Episcopus in Diocesi potest inquirere crimina, & punire, & potest in hoc uti brachiò sæculari.

Habeant igitur Episcopi singularum urbium in suis Diocesis liberam potestatem, adulteria & scelera inquirere, ulcisci & judicare, secundum quod Canones censent, absque impedimento alienius; & cum opus fuerit, publicum convocent auxilium, non ad præjudicandum, sed potius ad ea, quæ DEO sunt placita, prosequendum. *De officio jud. ord. c. Perniciosa. Ex Concil. Rom. sub Joanne IX.*

13. Sine Episcopi licentia, nihil in Ecclesia agatur. *Clemens I. ep. 3. 16. qu. 1. cap. Cunctis. Vide, Baptismus. tit. 2. n. 11.*

14. In omnibus Ecclesiasticis petenda est Episcopi licentia.

Similiter & reliqui populi, majores scilicet ac minores, per ejus licentiam, quicquid agendum est, agant; nec sine ejus permittu à Parochia abcedant, vel in ea adventantes morari præsumant. Anima verò eorum ei creditur fuisse. Ideo omnia ejus consiliò agere debent, & eò inconsultò nihil. *Clemens I. Ibidem.*

15. Episcopus solus, & alii de ejus licentia, judicare possunt causas Rectorum Ecclesiæ, & aliorum Clericorum.

Statuimus &c. quòd nullus Abbas, Prior, Præpositus, Archi-Presbyter, seu alius Prælati, inferior Episcopò, contra Rectores, seu Clericos EE. subjectarum, eisdem inquisitionem formare, accusationem admittere, vel ad privationem procedere quocumque modo præsumant. Decernentes irritum & inane, quicquid contra hoc statutum per talem fuerit attentatum, nisi de speciali privilegio, vel consuetudine, legitime præscripta, eis hoc competere dignoscatur. Ordo namque Ecclesiasticus consuetudine, si Pontificalis jurisdictione non servaretur. *Concilium Ravennat. 4. sub Joanne XXII. cap. 13.*

16. Episcopus in Diocesi, in necessitate, potest imponere jejunium & orationes, quod non possunt Domini, vel alii Laici.

Nôsse vos velle asservatis, si liceat omnibus vestris præcipere tempore siccitatis ad pluviam postulandam, jejunium & orationem facere, vobis quidem hoc agere licet, quoniam jejunium & oratio magnæ virtutes sunt, & ad has jugiter faciendas, vestra multum valet hortatio. Sed congruentius est, si hæc per Episcoporum dispositionem fiant; ipsi namque sunt, qui ligandi solvendique potestatem accipiunt, ad horum vocem, populi DEI castra moventur & requiescunt, sine his, tanquam sine capite fore videmini, & quasi oves errantes, & non habentes pastorem, inceditis. *Nicolaus I. ad consulta Bulgaror. c. 56.*

Cumque Deo auxiliante ad propria veneritis, jejunium indicite, litaniam celebrate, rogantes & obsecrantes pium & misericordem Dominum, ut furorem mitiget, iram à populo avertat, pacem tribuat, Schismata & seditiones comprimat, discordiam auferat, retroacta peccata tergat, & miserando aboleat, quatenus indultis omnibus delictis, misericordiam rogantibus largiatur, & ad protectionem & exaltationem sanctæ suæ E. spiritualium filium nostrum, excellentissimum scilicet Imperatorem Lambertum conservet, & superbarum gentium illi colla subiciat, suâ potenti dextera, J. C. D. N. *Concil. Ravennat. 1. in fine.*

17. Potest revocare concessionem factas ab Antecessore, si sint factæ contra Canones. *De rebus Ecclesiasticis non alienandis. cap. 2. ex Honorio III. Vide, Concessio. n. 6. Tomus II.*

18. Non potest judicare Parochianum alterius Episcopi.

Scriptum est in lege: (Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet, sed manus spicas conterere & manducare.) Falcem ergo iudicii mittere non potes in eam (legem, quæ alteri videtur esse commissa, sed per effectum boni operis, frumenta Dominica victorum suorum paleis exspolia, & in Ecclesiæ corpus monendo, & persuadendo, quasi mandando, converte. *6. qu. 3. cap. 1. Scriptum est.*

19. Sed prædatorem judicare potest, licet hic subditus alterius.

Placuit pro communi utilitate, & instanti necessitate, ut nullus Episcoporum graviter ferat, si ejus Parochianum, pro prædationis causa, alter Episcopus excommunicaverit. *Ibidem. c. Placuit.*

20. Episcopus habet jurisdictionem in omnibus Presbyteros, & Clericos, qui sunt in Diocesi. Et omnes punire potest, cum delinquant, carcerare, & facere carcerare suos Clericos.

Ut omnes Presbyteri, qui in Parochia sunt, sub potestate Episcopi esse debeant, & de eorum Ordine, nullus Presbyter præsumat in illa Parochia baptizare, nec Missas celebrare, sine iussione Episcopi, in cujus Parochia est, & omnes Presbyteri ad Concilium Episcopi sui conveniant, & si hoc, quod superius comprehensum est, facere contempserint, secundum Canonicam institutionem judicentur, tam ipsi, quam defensorum eorum. *Concilium Veronense. cap. 8.*

Decrevimus quoque, ut juxta SS. Canones unusquisque Presbyter in Parochia habitans, subiectus sit illi Episcopo, in cujus Parochia habitat, & semper in quadragesima rationem, & Ordinem Missarum ipsi Episcopo reddat, & ostendat, & quandoctinque jura Canonico Episcopo circumit ad confirmandos populos, semper Presbyter paratus sit, ad suscipiendum Episcopum cum collectione, & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet, & in Cena Domini novum Christma accipiat ab Episcopo, & ut Episcopus testis sit castitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius. *Conc. Ravennat. cap. 7. & seqq. Concil. Romanum sub Sylvestro cap. 7. Vide, Obedientia n. 1. Concilium Trident. sess. 6. de reformatione. cap. 3. De sententia excommunicationis. in 6. c. Si Clericos. Vide, Clerici tit. 36. num. 12.*

21. Episcopo maledicens, ab eo potest puniri. Qui Clericus Episcopo, vel alii superiori cujuscunque generis, quem revereri & colere debet, maledixerit, Episcopus in eum ex SS. Canonibus animadvertat. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. De dignitate ab Episcopo retinenda.*

22. Episcopus judicat crimen adulterii. *Concil. Romanum. sub Joanne IX. Idem ac cap. Perniciosa. supra num. 12.*

23. Episcopus potest visitare, corrigere, & punire toties, quoties Cathedralia Capitula, & alia non obstante consuetudine contrariâ, exemptione, &c. *Concil. Trid. sess. 6. De reformat. cap. 4.*

24. Episcopus debet judicare Clericorum suorum causas omnes. *Greg. I. lib. 9. ex reg. Ep. 32. Vide, Clerici. tit. 36. n. 2. Concil. Trid. sessione 6. de reformatione cap. 3.*

25. Episcopus non potest absolvere, nisi in propria Diocesi. Vide, *Absolvere. Vide, Judicare.*

26. Episcopus habet jurisdictionem in Capellanis Regios, non viventes intrâ septa domus Regiæ, sic etiam in Protonotarios, honorarios, Acolitos, Comites Palatinos, & alios, qui in curia resident, ratione be-

K 3

nc-

- neficiorum. *Conc. Trident. sess. 24. de reformatione. cap. 11.*
27. Habet etiam jurisdictionem in familiares Cardinalium, ob beneficia. *Ibidem.*
28. Episcopi jurisdicatio per Papam defendenda, & custodienda. *11. q. 1. c. Pervenit. Ex Gregorio I. ubi supra. n. 24.*
29. Episcopus quid potest circa ultimas voluntates. Vide, *Dispositio. Vide, Heres.*
30. Episcopus potest corrigere Clerum, Capitulum, & Canonicos.
- Irrefragabili Constitutione sancimus, ut EE. Prælati ad corrigendum subditorum excessus, maxime Clericorum, & reformandos mores, prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Ut autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus excefferint observandam. Excessus tamen Canonicorum Cathedralis E. qui consueverunt corrigi per Capitulum, per ipsum in illis EE. (quæ talem hæcenus consuetudinem habuerunt) ad commonitionem, vel jurisdictionem Episcopi corrigantur, infra terminum competentem, ab eo præfigendum, alioquin ex tunc Episcopus DEUM habens præ oculis, ipsos, ut animarum cura requirit, per censuram Ecclesiasticam corrigere non postponat. *De offic. jud. ord. cap. Irrefragabili.*
- Eisdem Episcopis districtè injungimus, quatenus sic circa correctionem Clericorum hujusmodi vigilantè intendant, & diligenter sui officii debitum exequantur, quod & iidem Clerici metu pænæ à suis arceantur insolentis, & alii eorum exemplò perterriti proflire ad similia meritò pertineant. *Clement. eod. iii. cap. 7.*
- Ut unusquisque Episcoporum potestatem habeat in sua parochia, tam de clero, quam de regularibus, vel secularibus, ad corrigendum, & emendandum, secundum Ordinem Canonicum spiritalem, ut sic vivant, qualiter DEO placere possint. *Concil. Vernen. cap. 3.*
31. Episcopus, ut Papæ delegatus, potest omnes subditos corrigere, reformare, &c. alia facere, quæ pro subditorum emendatione ac utilitate Diocesis sunt necessaria, & in his non potest impediri, inhiberi, &c. & non obstat appellatio ad Papam interposita, sed procedere debet in opere, quod incepit. *Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 10.*
32. Potest procedere in causa, quando delegatus Papæ non procedit. *De offic. jud. Ord. cap. Significavit. Vide, Delegatus. tit. 2. n. 25.*
33. Potest judicare causas miserabilium personarum, & compellere exemptos (si non habent iudices) ad solvenda debita. *Concil. Trident. sess. 7. De reformatione. cap. 14.*
34. Episcopus potest cogere vendentes, ut æqualiter omnibus vendant.
- Placuit, ut Presbyteri plebes suas admoneant, ut & ipsi hospitales sint, & non charius vendant transmittibus, quam in mercato vendere possunt. Alioquin ad Presbyterum transientes hoc referant, ut illius jussu cum humanitate sibi vendant. *De emptione & venditione. cap. 1.*
35. Episcopus potest cogere hæredes ad executionem testamenti, si elapsò annò non fuerint executi mentem testatoris.
- Pervenit ad nos S. de hac luce migrante supernæ voluntatis elogio, monasterium præcepisse fundari, cujus desiderium à T. Religiosa famina, ejus hærede,

- protrahitur: quamobrem te hortamur, ut eam commoneas, quatenus infra annum monasterium, quod justum est, debeat ordinare, & cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere. Quod si infra prædictum tempus, sive in loco, quod constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari, tecum implere neglexerit, tunc per te ædificetur, & omnia per te loco ipsi sine diminutione qualibet assignentur. Sic enim secundum piissimas leges, dilatas defunctorum pias voluntates, Episcopali decens est studio adimpleri. *De testamentis. cap. Nos quidem.*
36. Potest omnia interdicere hæredi, non solvendi legatum.
- Si hæredes jussa testatoris non adimpleverint, ab Episcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta est, Canonice interdicatur, cum fructibus & cæteris emolumentis, ut vota defuncti adimpleantur. *Ibidem. cap. Si hæredes. Ex Conc. Lateran. 3. in append. tit. de Sepulturis. cap. 5.*
37. Episcopus noviter factus, exigere potest rationes ab œconomo, & Vicario capitulari, etiam si fuerint absoluti à Capitulo. *Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 16.*
38. Episcopus habet potestatem ligandi & solvendi omnes in sua Diocesi.
- Prædicatores sancti, &c. horum profectò nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent, solvendi atque ligandi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed grave pondus istius est honoris. *Concil. Aquisgranen. sub Ludov. Pio. cap. 37. Aquisgranen. 3. parte 4. cap. 5. § 7. Vide, uti supra n. 3.*
- Concedimus universis Episcopis nostræ Provinciæ sacro approbante Concilio, ut à sententiis & censuris impræsentibus nostris constitutionibus latis & promulgatis, singuli eorum in suis Diocesis satisfactio debita præcedenti possint & valeant innodatos absolvere, idque nos in nostra Diocesi modò prædictò facere valeamus. *Concil. Toleran. 22. cap. 27.*
39. Potest absolvere impuberes, percutientes Clericos, mulieres, & impotentes accedere Romam. *De sententia excommunicata. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 44. n. 10. Vide, Absolutio.*
40. Potest absolvere per se, vel per suum Vicarium, ad id deputandum, ab omnibus casibus occultis Papæ reservatis, in sua Diocesi, & suis subditos. *Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 6. Etiam ab hæresi occulta. Extra Diocesim non potest ligare subditum. De constit. in 6. cap. fin. Ut animarum. Vide, Delinquentes. n. 6.*
41. Episcopus est executor omnium dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos factarum. *Concil. Trident. sess. 22. De reformat. cap. 8.*
42. Episcopus debet curare, ut in monasteriis, tam virorum, quam mulierum, regula observetur.
- Ut monasteria tam virorum, quam puellarum, secundum ordinem regulariter vivant, & si hoc facere contempserint, Episcopus, in cujus Parochia esse videntur, hoc emendare debet; quòd si non potuerit hoc emendare, illi, quem Metropolitanum constituimus, hæc innoteat, & ipse hoc emendari faciat. *Concil. Vernen. cap. 5. Concil. Trident. sess. 25. De reformat. cap. 5. Vide, Episcopus circa regulares.*
43. Ad Episcopum pertinet probare miracula, aliàs non prædicentur, item reliquias, & hæc omnia cum consilio Theologorum. Et si dubium aliquod grave accidat,

- exspectet Metropolitanam sententiam, quicum consilio Episcoporum desinat. *Concil. Trident. sess. 25. In decret. de Invocat. & Veneratione. &c.*
- Vide, *Miracula. Vide, Reliquiæ.*
44. Episcopus habet jurisdictionem in omnia loca pia Diocesis, ut Ecclesias, Hospitalia, &c. Si non sint exempta.
- Quòd si Abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitimam se poterit præscriptione tueri, licet probet, sic ante prædictas sententias appellasse, nihilominus tamen Monasterium judicetur Auriem. Ecclesiæ subiacere, in cujus est Diocesi fundatum. Similiter eò in probatione appellationis deficiente, si vobis constitit de exemptione, vel legitima præscriptione, tam Abbatem, quam monasterium, ab impetitione Episcopi absolvaris. *De religiosis domibus. cap. Cum dilectus.*
- De Xenodochiis, & aliis similibus locis, per solitudinem Episcoporum, in quorum Diocesi existunt, ad eandem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur. *Ibidem. cap. De Xenodochiis. Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 11.*
45. Habet etiam jurisdictionem in omnes servientes hospitalibus, locis piis, &c. *Conc. Tridentinum. Ibidem.*
46. Episcopus non perdit jura, si aliqua E. unitur Ecclesiæ alterius Diocesis. *De Religiosis domibus. cap. Quia monasterium. Vide, Ecclesia. tit. 27. n. 7.*
48. Potest compellere Parochum diffamatum ad se purgandum, nisi appellaverit.
- Quia nos tua fraternitas consulerè voluit, utrum Episcopus parochianum suum ad purgationem cogere possit? Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si de aliquo crimine publicè laborat infamia, accusatore & testibus deficientibus, ad purgationem est per ipsum Episcopum compellendus. Nisi forte super ipso ad superiorem judicem duxerit appellandum. Sanè si appellaverit, ejus parebit iudicio, ad cuius examen causam voluerit per appellationem transferre. *De purgatione Canonica. cap. Nos inter.*
49. Episcopus in visitatione, & extra, potest, quoties est opus, procedere in causis criminalibus omnium Clericorum secularium, etiam exemptorum, ut Delegatus Papæ, non obstante quolibet privilegio. *Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 4.*
50. Episcopus potest suspendere quoscunque Clericos, ordinatos in Sacris sine litteris dimissoriis, vel sine examine, si ab eo reperti sint inidonei, & hoc arbitrio suo, & ad tempus. *Concil. Tridentinum. sess. 14. de reformat. cap. 3.*
51. Episcopus quomodo potest procedere contra eos, qui se tuerunt cum litteris conservatoriis. *Conc. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 5.*
52. Episcopus habens potestatem puniendi Clericos, non subditos, non potest in hoc

- procedere, nisi cum licentia Episcopi proprii Clericorum, aliàs nullus est processus. *Concilium Trident. Ibid. c. 8.*
53. Episcopus, ut delegatus Papæ, potest aliquando perpetuò unire beneficia, sive curata, sive non curata, ob paupertatem Curatorum, & alios casus jure permittis, sive reservata, sive aliter affecta, absque tamen præjudicio obtinentium illa. *Concilium Trident. sess. 21. De reformat. c. 5.*
54. Episcopus, ut delegatus Papæ, potest Notarios à quocunque factos, sive à Rege, sive ab Imperatore, &c. examinare, & quos non reperit idoneos, repellere. *Concilium Trident. sess. 22. de reformat. c. 10.*
55. Potest Notarios, delinquentes in causis spiritualibus, suspendere ab officio, vel perpetuò, vel ad tempus. *Ibidem. cap. 10. Vide, Episcopus, quoad visitationem.*
56. Episcopus ante confirmationem, quando potest exercere jurisdictionem. Vide, *Episcopi electi confirmatio. Vide, Electus.*
57. Episcopo subdantur omnia monasteria suæ Diocesis, quæ non sunt exempta. *De Religiosis domibus. capit. Cum dilectus. supra. num. 44.*
48. Episcopus inhibet judici seculari, nè admittat excommunicatos. Vide, *Excommunicati sunt inhabiles.*
59. Episcopus sit contentus suis iuribus, & quæ sunt hæc. *De offic. jud. ord. c. Conquerente. Vide, supra. n. 1.*
60. In omni loco suæ Diocesis, non exempto, potest sedere pro Tribunali, & jus dicere. *De offic. judicis. ordin. in 6. cap. Cum Episcopus. infra.*
61. Episcopus de quolibet loco, non exempto, potest personas Ecclesiasticas, si opus sit, capere, & carcerare.
- Cum Episcopus in tota Diocesi jurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius Diocesis non exempto, per se, vel per alium possit pro Tribunali sedere, causas ad Ecclesiasticum forum spectantes, audire, personas Ecclesiasticas (cum earum excessus exegerint) capere, ac carceri deputare, nec non & cætera, quæ ad ipsius spectant officium, liberè exercere. *De offic. jud. ord. in 6. cap. Cum Episcopus.*
62. Episcopalis jurisdicatio non potest committi pro pretio, & sic faciens, perdit potestatem committendi officium.
- Quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecunie quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent, præsentem decretò statuimus, ut qui de cætero id præsumpserit, officio suo priveretur, & Episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat. *Concil. Later. 3. cap. 15. Concil. Colonien. 3. tit. De officiorum, &c. cap. 3. Vide, Ecclesia. tit. 44. n. 3.*
- XVI. Episcopus quoad Diocesim alienam.
1. Episcopus in aliena Diocesi nullum actum juridicum potest facere, & omnis talis est irritus, exceptà Ordinatione, quæ valida est, sed illicita, & impeditur executio Ordinis.
- Non invitati Episcopi ultra Diocesim accedere non debent, super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque

disponendis Ecclesiasticis causis, servata regulâ, quæ supra scripta est, de unaquaque Diœcesi. Manifestum namque est, quod per singulas qualisque provincias Provincialis Synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea, quæ sunt in Nicæa definita. *Concilium Constantinopolitanum 1. c. 3. & 9. q. 2. c. Non invitari.*

Felix Episcopus Byzaceniensis dixit: Nullus debet collegæ suo facere injuriam. Multi enim transgrediuntur sua, & usurpant aliena, ipsis invidis. Gratus Episcopus dixit: Avaritiæ cupiditatem radicem omnium malorum esse, nemo est, qui dubitet. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines usurpet, aut transgredat Episcopium collegam suum, aut usurpet alterius plebes, sine ejus potuit, quia in de cætera mala omnia generantur. Universi dixerunt: Placet, placet. *Concil. Carthagenense 1. cap. 10.*

Roboranda est Ecclesiastica disciplina, ne quicumque Episcoporum, alterius Plebes, vel Diœcesim, suâ importunitate pulsare debeat. Qui hoc facere tentaverit, quemadmodum coercendus est? Genesius Episcopus dixit: & Lex Sancta prohibet, & ipsa veritas definit, non debere quenquam aliena concupiscere. Proinde quid etiam vobis omnibus placeat, propriâ voce signate. Ab universis Episcopis dictum est: Placet secundum Divinæ legis, & Sancti Evangelii auctoritatem, ut nemo nostrum alienos limites transgrediatur. *Concil. Carthagenense 2. capit. 11.*

Placuit, ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in Diœcesi suam collegam. *Concilium Carthagenense 3. capit. 20.*

Epigonius Episcopus dixit: In multis CC. hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est, à vestra providentia, beatissimi Fratres, ut Clericum alienum nullus sibi præcipiat Episcopus, præter ejus arbitrium, cujus fuerit Clericus. --- Numidius Episcopus dixit: Si non postulata, neque consultata dignatione id videretur fecisse Julianus, judicamus omnes, iniquè factum, atque indignè: Quapropter nisi idem Julianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eundem Clericum (quem fuerat ausus ordinare) revocaverit tuæ Plebi, contra statuta Concilii faciens, contumaciæ suæ, separatus à nobis, excipiet judicium. *Concil. Africanum c. 21.*

Si quis Episcopus, non per scripta Metropolitanæ Episcopi, aut qui cum eo sunt, rogatus, de alia provincia in aliam venerit, sed præsumptivè intruens ad ordinationem & constitutionem Clericorum, qui ad illum non pertinent, importunus existat, vacua sint, & inania omnia, quæ ab eo fuerint constituta. Ipse autem dignâ inprecatione excommunicetur, & alienetur à Sancto Concilio. *Concilium Lucense 2. c. 7. Concilium Moguntinum 3. cap. 14. Vide, Clerici tit. 36. n. 3. Concilium Ravennate 2. sub Clemente V. c. 24. Vide, Ibidem tit. 4. n. 1.*

Nullus Episcopus alterius Parochianum præsumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare: quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & judicatio; quoniam censemus, nullum alterius judicis, nisi sui, sententiâ teneri. Namque eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit. Ista enim deinceps vobis tenenda, & fratres vicissim adjuvare mandamus. *Sixtus II. ep. 2. cap. 3. & Conc. Mogunt. 3. cap. 14.*

Nemo quoque alterius terminos usurpet, nec alterius Parochianum judicare, aut excommunicare præsumat, quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit; quoniam nullus alterius judicis, nisi sui, sententiâ tenebitur, aut damnabitur. Unde & Dominus loquitur, dicens: (Nè transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.) *Celestus I. ep. 2. c. 3. & 9. q. 2. cap. Nullus alterius.*

Nullus Primas, nullus Metropolitanus, nullusque reliquorum Episcoporum alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat, (quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est Parochia) super cujusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cujus juris esse dignoscitur, aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut ju-

dicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, damnabitur, & non solum illi, sed cooperatores, atque consentientes; quia sicut Ordinatio, ita & eis judicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter judicabit? Nullatenus procul dubio judicabit, aut judicare poterit. *Ibidem. cap. Nullus Primas.*

Placuit, ut deinceps nulli Sacerdotum liceat, quemlibet commissum alteri Sacerdoti, recipere ad penitentiam sine ejus consensu, cui prius se commisit, nisi per ignorantiam illius, cui penitens prius confessus est; qui verò contra hæc statuta facere præsumpserit, gradus sui periculo subjacebit. *Ibidem. cap. Placuit. 9. q. 3. cap. Per singulos. 1. 2. ex Concil. Antiochense cap. 9. Vide, Archiepiscopus tit. 2. num. 3. Ibidem. cap. Archiepiscopus. & cap. Si autem. Vide, Metropolitanus num. 14. & cap. Nullus Primas. Vide, Archiepiscopus. tit. 3. num. 11.*

Nullus Episcopus alterius Parochianum judicare præsumat: nam qui cum ordinare non potuit, nec judicare potest. *De Parochiis cap. Nullus Episcopus.*

2. Episcopus pulsus à Sede, potest in aliena Diœcesi jus dicere. Vide, *Episcopus solitarius.*

3. Non potest judicare subditum alterius Episcopi. 6. q. 3. cap. 1. Vide, *tit. præced. num. 18.*

4. Episcopus invadens alienam Diœcesim, est deponendus.

Si quis Episcopus vacans, in Ecclesiam vacantem profiliat, sedemque pervadat, absque Concilio, hic abjiciatur necesse est, &c. si cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum verò Concilium illud est, ubi interfuerit Metropolitanus Antiochensis. *Concilium Antiochenum capit. 16. & Lucense. 2. c. 8. Et dist. 92. cap. Si quis Episcopus vacans.*

Ne Parochiam cujuslibet Episcopi, alterius civitatis Episcopus, Canonum temerario invadat, & Vesana cupiditatis facibus inflammatus, suis quoque modo non contentus, rapiat alienam. *Conc. Arvernen. cap. 9.*

5. Non potest in aliena Diœcesi ordinare, sine licentia proprii. Vide, *Episcopus quoad ordinationes.*

6. Non potest instituere Clericos in aliena Diœcesi. *Honorius III. ex Civone de Clericis peregrinis cap. 1. Vide, Clerici titulo 38. n. 2. Ibi. cap. fin. Eiusdem tit.*

7. Nec potest exercere Pontificalia in Diœcesi alterius, sine hujus licentia, sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium ipso facto. *Conc. Trid. sess. 6. de reform. cap. 5.*

Cum nemo debeat falcem in alterius messem mittere, nec alterius Pastoris gregem, seu subditos concitare, statuimus, & perpetuâ stabilitate firmamus, quod nullus Episcopus in alterius Diœcesi aliquam jurisdictionem exerceat, vel utatur Pontificalibus, nisi de licentia Ordinarii loci. *Concil. Ravennate. 2. sub Clem. V. cap. 24.*

8. Non potest in Diœcesi alterius absolvere, neque ligare, excommunicare, &c. 9. quæst. 2. cap. Nullus alterius. cap. Nullus Primas. c. Placuit. &c. & qu. 3. per totum. Vide, n. 1. De constit. in 6. cap. Ut animarum. Vide, *tit. præcedenti n. 40.*

9. Episcopus recipiens alienos Clericos, excommunicandus est. *Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 16. Vide, Clerici tit. 38. num. 4.*

10. Usurpans jurisdictionem alterius, excommunicandus est.

De

De Episcopis & Presbyteris vagantibus, qui Parochias non habent, nec scimus ordinationem eorum, qualiter fuit, placuit juxta instituta Sanctorum Patrum, ut in alterius Parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant, sine iussione Episcopi, in cujus Parochia sunt, & si hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur, interim, quod ad Synodum exinde venerit, & ibidem secundum Canonicam institutionem accipiant sententiam, nisi tantum pro causa itineris. Et si ullus Clericus, aut Laicus, talem Episcopum, aut Presbyterum defensaverit, sine commatu Episcopi, cujus Parochia est, excommunicetur, usque ad emendationem. *Concilium Formationense 1. cap. 62. Concilium Vernense. cap. 13.*

De Præsumptibus etiam placuit observari, ut si quis Episcopus in jus fratris sui, suam comatus fuerit inferere potestatem, ut aut Diœceses alienas, transgrediendo terminos, aut patribus constitutos, pervadat, aut Clericos ab aliis ordinatos, vel Sanctimonialia promovere præsumat, ab universorum Fratrum, & Confacerdotum suorum communione, & alienum efficiendum non dubitet; quia Apostolus docente, cognoscimus, nulla nos Confratritio inordinatè ambulantis, & non secundum traditionem à Patribus constitutam, posse habere participationem. *Conc. Thronense. 1. c. 9.*

11. Non potest dedicare Ecclesiam alterius Diœcesis, & si faciat, Episcopus proprius, potest eam reformare. *Gregorius I. lib. 11. ep. 21. Vide, Ecclesia. tit. 30. num. 8. Vide, Episcopus, quoad ordinationes. Vide, Episcopus, à quibus, & quomodo obediendum. Vide, Ordinarius. Vide, Judicare.*

XVII. Episcopi Jurisdictio in causis hæreticorum & suspectorum.

1. Episcopus potest, & debet procedere, in causis hæresis. *Urbanus IV. constitutione 2. Licet. §. 3.*

2. Episcopus negligens, persequi hæreticos, à vicinis Episcopis (olim) poterat conveniri, & si intra sex menses non exquebatur, erat excommunicandus.

Si in Matricibus Cathedralibus, Episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur à vicinis Episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die, quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, non eos ad unitatem Catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur Episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo: eos communicasse, quos (eò sciente) non communicasse constitit, etiam Episcopatum amittat. *Concilium Milevitanum. cap. 25. Et Concilium Africanum capit. 90. & 91.*

3. Episcopus negligens persequi hæreticos, est privandus, & alius in locum ejus ponendus.

Si quis Episcopus super expurgando de sua Diœcesi hæreticæ pravitate fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indicibus apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituitur idoneus, qui velit, & possit hæreticam confundere pravitate. *De hæreticis cap. Excommunicamus §. finali. & Concilium Lateranense 4. capit. 3.*

4. Idem de Episcopis negligentibus agere contra veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium, vel arborum, &c. Nec non contra eos descendentis.

Manifestissimè liquet, quod hostis humani generis, ut Apostolus narrat, per mundum rugiens curat, quærens, quem devoret; nam diversò tergiversationis suæ astu, quamplurimos insipientium decipiens, suis eos decipulis irretire non cessat. --- Illi diversis suadelis decepti, cultores idolorum efficiuntur veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium, vel arborum, auguratores quoque, seu præcantatores, multaque alia, quæ longum est narrare, &c. Decernimus, ut omnes Episcopi, seu Presbyteri, vel hi, qui judicandis causarum negotiis præsumunt, solerti curâ invigilent, & in cujuscumque loco præmissa sacrilegia, vel quælibet alia, quæ Divinâ lege prohibentur, vel SS. PP. cohibent instituta, venerantes quoque, aut facientes repererint, cujuscumque sint generis, aut conditionis, statim secundum prædictarum sententiarum seriem emendare, & extirpare, non differant. --- Quod si forsitan Episcopus, aut Presbyter, seu etiam Judex, ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum, ac probatissimum cujuspiam sacrilegii facinus prænosens, hoc ardenti votò emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus, anni unius spatium erit sub penitentia constitutus. --- Si qui verò pro talium defensione obstiterint Sacerdotibus, aut Judicibus, ut ea nec emendent, ut debent, nec extirpent, ut concedet, & non potius cum eis exquiritores, ultores, seu extirpatores tanti criminis existiterint, sint anathema in conspectu Individuæ Trinitatis. *Concil. Tolet. 16. c. 2.*

5. Episcopus ab Ecclesia hæreticos non abscondens, ne alios fideles inficiant, sit in fide suspectus, & particeps in delicto.

Cum igitur fidei tuæ sinceritas Catholica, nobis, ut oportuit, DEO propitiò, sit reâritudine declarata, magnâ nimis admiratione suspendimur, ut eos, quos bene credere, & rectè sentire cognoscis, frustra quorundam scandalizari vitiò patiatis, ut aliorum culpâ fraternitatis tuæ susceperis opinio. Nam quomodo sine erroris suspitione sit, qui patientiam præstat errantibus? Aut quam de se estimationem præbeat, si ea, quæ fervor fidei postulat, apertâ purgati satisfactione non prævidet? Et --- proinde iterum fraternâ charitate commoneo, ut summâ hoc vigilantia perscrutari, & summo, quæ scripsimus, servare studio debeatis, nè rectam fidem, quam geritis, dubiam aliorum consortio faciatis. Nam qui non corrigit refecanda, committit. Itaque magnâ vobis sollicitudine, magnâ omnino provisione pensandum est, ut nec aliis eorum persona scandalum, nec vobis opinio sit nociva. *Gregorius I. lib. 7. ex reg. ep. 6.*

6. Non potest facere legatum hæretico, & pœna.

Ut Episcopi, vel Clerici in eos, qui Catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum, rerum suarum aliquid conferant. *Concilium Carthagenense 3. cap. 13.*

Item constitutum est, ut si quis Episcopus hæreses extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut Paganos, Ecclesie præstulerit, saltem post mortem, anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter DEI Sacerdotes nullò modò recitetur. Nec excusari possit, si intestatus defecerit, qui utique debuit, factus Episcopus, rei suæ ordinationem, congruam suæ professioni, nequaquam differre. *Concilium Africanum cap. 48. De Hæreticis. cap. Si quis Episcopus.*

7. Episcopus potest inquirere contra hæreticos, & processum formare contra eos, idemque potest facere Capitulum, sede vacante.

Universos, qui de Sacramento Corporis & Sanguinis D. N. J. C. vel de Baptismate, seu de peccatorum confessione, Matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis Sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta R. E. prædicat, & observat, & generaliter quoscumque eadem R. E. vel singuli Episcopi per Diœceses suas, cum consilio Clericorum, vel Clericis ipsi, sede vacante, cum consilio (si oportuerit) viciniorum Episcoporum, hæreticos judicaverint, vinculo

culò perpetuò anathematis innodamus, præsentibus nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque manifestè fuerint in hæresi deprehensi, si Clericus est, vel cuiuslibet Religionis obumbratione fuscatur, Ecclesiastici Ordinis prærogativâ nodetur, & sic omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiasticò, sæcularis relinquatur arbitrio potestatis animadversione debitâ puniendus, nisi continuò post deprehensionem erroris, ad fidei Catholicæ unitatem spontè recurrere, & errorem suum, ad arbitrium Episcopi regionis, publicè confenserit abjurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abjuratâ hæresi & satisfactione exhibitâ, factim ad fidem confugerit orthodoxam, sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem, &c. Si qui verò fuerint, qui à lege Diocesana jurisdictionis exempti, soli subiaceant S. A. potestati, nihilominus in iis, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant iudicium, & eis in hac parte, tanquam à S. A. delegatis (non obstantibus libertatis suæ privilegiis) obsequantur. *De hæreticis. cap. Ad abolendam.*

8. In his causis est iudex ordinarius, & potest infuper delegari à Papa. *De Hæreticis in 6. cap. Per hoc. infra.*

9. Episcopus conjunctim & disjunctim ab Inquisitore potest procedere in causa hæresis. *Ibid.*

10. Episcopo nihil derogatur, nullumque fit præjudicium per hoc, quòd Papa instituit Inquisitores. *Ibidem.*

11. Episcopus simul cum Inquisitore sententiat in causis hæresis, & si non conveniant, remittunt ad Papam. Si vult in sententiando deferre Inquisitori, & è contra, possunt. *Ibidem.*

12. Episcopus in causa hæresis debet procedere, sicut præcipiunt jura & Apostolica sanctiones.

Per hoc, quòd negotium hæreticæ pravitatis alicui vel aliquibus ab A. S. generaliter in aliqua provincia, civitate, vel Diocesi delegatur, Diocesani Episcopi, quin & ipsi autoritate ordinariâ, vel delegatâ (si habent) in eodem procedere valeant, nolimus derogari. Verùm ut dictum inquisitionis negotium efficacius, melius, utiliusque procedat, concedimus, quòd per Episcopos ipsos, & per inquisitores de facto eodem inquiri valeat, communiter, vel divisim; & si divisim processerint, teneantur sibi invicem communicare processus, ut per hoc possit melius veritas inveniri, & nisi hoc casu inquisitores in sententiâ approbatione Diocesani, vel è contra, duxerint deferendum, per utrosque simul sententiâ proferatur, in qua ferenda, si non conveniant, per utrosque negotium sufficienter instructum, ad S. A. remittatur. Sive autem ordinariâ, sive delegatâ Episcopi potestate procedant, illum in procedendo modum observent, quem inquisitores possunt & debent per jura communia, vel per speciales concessionem, seu ordinationem S. A. observare. *De hæreticis. in 6. cap. Per hoc.*

13. Episcopo procedente in causâ hæresis, omnes tenentur obedire, iudices, Domini temporales, Magistratus, &c.

Universos sæculi potestates & Dominos temporales, ac provinciarum, terrarum, Civitatum, aliorumque locorum Rectores, quibuscunque dignitatibus vel officiis, aut nominibus censentur, requirimus, & monemus, ut sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei Diocesani Episcopi, & Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, à Sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, pateant, & intendant, in hæreticorum credentium, fautorum, receptorum & defensorum ipsorum investigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti, & ut præfatas personas pestiferas, in potesta-

tem, seu carcerem Episcoporum, aut Inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi, vel aliqui ex eis mandaverint, infra eorumdem dominorum potestatem, vel Rectorum districtum ducant, vel duci faciant sine mora: ubi per viros Catholicos à præfatis Episcopis, seu Inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos, sub arcta & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per E. iudicium terminetur. Ut quæ de hæresi à Diocesano Episcopo, vel Inquisitore, seu Inquisitoribus condemnatos, præfati potestates, Domini temporales, sive rectores, vel eorum Officiales, seu nuntii, sibi relictos statim recipiant, indilate animadversione debitâ puniendos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus prædictorum nequitæ filiorum, cum tam secundum ordinationem prædecessorum nostrorum, quam secundum legem Imperialem appellationis & proclamationis beneficium expressè sit hæreticis & credentibus, ac eorum receptoribus, fautoribus & defensoribus interdictum. *De hæreticis. in 6. cap. Ut inquisitionis Officium.*

14. Episcopi & Inquisitores tunc divisim agere intelliguntur, quando utrique agunt, sed separatim, & tunc debent communicare processus. Hoc tamen non nisi in fine.

Nos autem de Fratrum nostrorum Consilio intellegendi Diocesanos & inquisitores tum demum divisim procedere, cum hi & illi separatim, non quando Episcopi tantum, vel Inquisitores tantum procedunt, Consultationi vestræ breviter respondemus, quòd quando utrique procedunt se junctim, sibi debent in fine tantum, dum nil restat agendum, nisi quòd solum sententiâ promulgetur, communicare processus. *Extra. de hæreticis. cap. Ex eo.*

15. Episcopi suis expensis debent inquirere in causis hæreticorum, & processibus, nec possunt petere partem expensarum ab Inquisitoribus.

Verùm, quia nonnulli Diocesani partem partis proventuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatæ, propter expensas, quas dum inquirunt, in sæpè dicto negotio faciunt, à vobis exigere moluntur, hoc tanquam juri absolum (cum Ordinarii sint, idèque officium tale, quòd eis incumbit, propriis eos oportet explere stipendiis) fieri penitus prohibemus. Rationem autem iidem Diocesani proventuum, obventionum, ex inquisitionis officio à vobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine, vel mandato contrariis, non exposcant. Sed eam Camera nostræ, vel alii, cui nos, vel successores nostri RR. PP. mandavimus reddendam, reddatis, quæ generaliter observare jubemus. *Ibidem.*

Unum sanè casum excipimus, si alter commodè non possit procedere, nisi alterius actus visis. Ex hac enim causa semel tantum (ut fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. *Ibidem.*

16. Episcopi in causis hæresis non possunt procedere contra Inquisitores, nec è contra. *De hæreticis. in 6. cap. finali. Vide, Accusator. tit. 7.*

17. Episcopi, quid possunt sine Inquisitoribus.

Propter quòd ad DEI gloriam & augmentum ejusdem fidei, ut negotium inquisitionis hujusmodi eo prosperetur feliciter, quò deinceps ejusdem labis indagatio solemnitus, diligentius & cautius peragetur. Iptum tam per Diocesanos Episcopos, quam per Inquisitores à S. A. deputatos, &c. decernimus exerceri; sic quòd quilibet de prædictis, sine alio citare possit, & arrestare, sive capere, ac tunc custodia mancipare, ponendo etiam in compedibus, vel mancis ferreis, si ei vitium fuerit faciendum, super quo ipsius conscientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro hujusmodi negotio secundum DEUM & justitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri, sive arcto, qui magis ad poenam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut In-

quisitor sine Episcopo Diocesano, aut ejus Officiali, vel Episcopali Sede vacante, Capituli super hoc delegato: si sui ad invicem copiam habere valeat, intra octo dierum spatium, postquam se invicem requisierint, non valebit. Et si secus præsumptum fuerit, nullum sit, & irritum ipsò jure. Verùm si Episcopus, vel ejus Capituli S. V. Delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorumdem, propter præmissa nequeat, aut nolit personaliter convenire: Possit Episcopus, vel ejus seu Capituli S. V. delegatus inquisitori, & inquisitor Episcopo, vel ejus delegato, seu sede vacante illi, qui ad hoc per Capitulum fuerit deputatus, super illis committere vires suas, vel suam significare per litteras consilium & consensum. *Clement. De hæreticis. cap. 1. §. Propter.*

18. Habent carcerem communem cum Inquisitore, duo ponendi custodes, unus ab Episcopo, alius ab Inquisitore, & duæ isti habeant claves. *Ibidem. §. Sanè. Vide, Carcer. n. 1.*

19. Episcopus faciens hæreticos hæredes, excommunicatur. Etiam post mortem talis declarandus. *Concil. Africanum. cap. 48. supra. num. 6.*

20. Episcopo procedenti in causis hæresis, omnes, etiam Principes temporales, tenentur obedire. *De hæreticis. in 6. cap. Ut inquisitionis officium. supra. n. 13.*

21. Episcopus tenetur visitare terras, suspectas de hæreticis. *Vide, Hæretici persequendi. Alioquin est privandus. Ibidem.*

XVIII. Episcopus quoad sua munera & officia.

1. Episcopi officia sunt benedicere, ordinare, offerre, manum imponere. Item consecrare Ecclesias, Altaria, Virgines, Chrismata conficere, confirmare, & ordinare: quæ aliis Presbyteris non conveniunt.

Episcopus benedicat, & non benedicatur, manum imponit, ordinat, offert, benedictionem ab Episcopo accipit: à Presbytero autem non accipit, deponit omnem Clericum, qui dignus sit, ut deponatur, præter Episcopum. Episcopus enim solus Episcopum deponere non potest. *Lib. 8. Constit. Apostolicarum. cap. 28. Concil. Hispanen. 2. cap. 7. Vide, Altare. tit. 1. n. 4. post Concil. Toleranum. 8. cap. 7. Dist. 25. cap. Perleth. Vide, Altare. tit. 1. n. 4.*

Impositio manuum est officium, per quòd intrant, qui Ecclesiarum gubernaculis admoventur. -- Hujus januæ vigilantissimi custodes fuerunt Apostoli Christi, & quotquot ipsis successerunt Apostolici Episcopi. In primis verò Divinus Paulus, qui dilectissimis discipulis, Timotheo ac Tito, ejusmodi custodiæ formulam ex professo præscribit. *Concil. Coloniense. 2. p. 1. cap. 1. Vide, Confirmatio. Vide, Consecratio. &c. Vide, Ordinatio.*

2. Episcopus per seipsum debet sua munera exercere, non per Corepiscopum, sive substitutum. *Damasus ep. 5. Vide, Corepiscopus. n. 1.*

3. Episcopus solus potest confirmare cum Chrismate in fronte. *Eusebius episk. 5. & De consecrat. Dist. 5. cap. Novissimè. Vide, Confirm. tit. 1. n. 1. & 7. De consecrat. Dist. 5. cap. Manus quoque. & cap. Ut jejuni. Johannes III. episk. unica. Vide, Chrisma. tit. 4. n. 1. Dist. 25. cap. Perleth. Vide, Altare. tit. 1. n. 4. Conc. Colon. 2. & c. sup. n. 1. Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. & Can. 7.*

4. Episcopus confirmans, vel baptizans, debet esse jejunos. *De consecratione. Dist. 5. cap. Ut jejuni. Vide, ut supra.*

6. Episcopus debet confessiones fidelium audire, & prædicare, & visitare, quòd si hoc per se facere non possit, per alios debet facere. *De officio Jud. Ordin. cap. Inter cætera. Vide, tit. 1. n. 6.*

6. Episcopi munus præcipuum est, prædicare in Dominicis & Festis. Tenentur id exequi per se, vel per alium. Tempore verò Quadragesimæ, vel Adventus, quotidie, vel ter in hebdomada (saltem). *Concil. Trident. sess. 5. De reform. c. 2. & sess. 24. de ref. c. 4.*

7. Episcopo contradicente, nullus, neque Regularis prædicare possunt. *Ibidem.*

8. Episcopus potest Extremam Unctionem ministrare.

Illud, quòd in B. Apost. Jacobi epistola est scriptum: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros, &c. Quòd non est dubium de fidelibus ægotantibus accipi, vel intelligi debere, qui sanctò oleo Chrismatis perungi possunt, quòd ab Episcopo confectum, non solum Sacerdotibus, sed omnibus, ut Christianis, licet, in suo, aut suorum necessitate ad unguendum. -- Cæterum, si Episcopus, aut potest, aut dignum ducit, aliquos à se visitandos; & benedicere, & tangere Chrismate, sine cunctatione potest, ejus est, ipsum Chrismata conficere. Nam penitentibus istud fundi non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur concedi? *Concil. Vornat. 1. cap. 72. Dist. 95. cap. Illud superfluum. ex Innocent. I. ep. 1. c. 8. Vide, Extrema Unctio.*

9. Episcopi munus est, Ordines conferre.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum; de manu verò Archidiaconi urceolum cum aqua, manule & manuregium. *Conc. Carthagin. 4. cap. 5. & Dist. 25. cap. Subdiaconus. Idem. cap. 6. Vide, Acolytus. n. 1. idem. cap. 7. Vide, Exorcista. n. 1. idem. cap. 8. Vide, Lector. n. 3. idem. cap. 9. Vide, Ostiarius. n. 1. lib. 8. Constit. A. A. cap. 28. & Conc. Colon. 2. part. 1. cap. 1. Vide, supra n. 1. Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. Vide, Ordinatio.*

10. Episcopi munus est, invigilare, nè in Diocesi adsint hæretici, contra eos inquirere, &c.

Statuimus & præcipimus, ut ad tollendas hæreses, quæ magis ac magis (quò dolentes referimus) pullulant, Diocesani juxta sacrum generale Concilium, aut per se, aut Archidiaconos, seu alias honestas personas, bis in anno, aut sæpius, si ita res postulaverit, parochiam, in qua fama fuerit, hæreticos habitare, circummeant. Et ibi tres aut plures boni testimonii viros, vel etiam ubi opus fuerit, totam viciniam jurate compellant. Si quos ibidem hæreticos, vel aliqua occulta conventicula celebrantes, vel à communi conversatione fidelium dissidentes, sciverint; & quos sciverint, Episcopis, seu eorum Officialibus indicare. Qui verò ex his juramentis religionem, obstinatione damnabili respuentes jurare forte noluerint, hoc ipsò tanquam suspecti de hæresi reputentur, & contra eos, tanquam hæreticorum fautores, procedatur. Qui autem sic indicati fuerint, nisi se ab abjecto crimine purgaverint, vel si post purgationem in pristinam lapsi fuerint perfidiam, canonicè puniantur. *Concil. Senonen. tit. Diocesani. cap. 32. Vide, Episcopus in causa hæresis.*

11. Ad Episcopum spectat, approbare miracula, aliàs non prædicentur. Item approbare reliquias, quæ facere debet cum consilio Theologorum; & si dubium grave accedat, expectetur sententiâ Metropolitanæ, qui cum consilio Episcoporum definit.

- Concil. Tridentinum. sess. 25. In decreto. De invocatione, &c.*
12. Episcopi munus est iudicare causas omnes Ecclesiasticas & spirituales, omnium fidelium suæ Diocesis, exceptis exemptis, nisi in aliquibus, ut delegati Papæ. Vide, *Episcopi Jurisdictio. Vide, Episcopus quoad regulares & alios titulos.*
13. Pro exercitio suorum munerum, ut Ordinatione, Chrismate, Consecratione Ecclesiarum, &c. nihil potest accipere. Placuit, ut de Ordinatione Clericorum Episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis, donante DEO, accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia DEI & impositio marium veniuntur, quia antiqua definitio Patrum ita de Ecclesiasticis Ordinationibus statuit, dicens: Anathema sit danti & accipienti: propterea, quia aliquanti multis sceleribus obnoxii, sancto indignè ministrantes Altari, non hoc testimonio honorum actuum, sed profusione munerum obtinent: Oportet ergo, non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonia Clericos ordinare. *Concil. Bracarense. 2. cap. 3. Idem. cap. 5. Vide, Consecratio. tit. 2. n. 8.*

XIX. Episcopus quoad Ordinationes faciendas, ubi, circa quos, & sine pretio.

1. Episcopus in sua tantum Diocesi, & non in alia, potest Ordines conferre, sine licentia alterius Episcopi. Ex præfatis Conciliis, multi dicunt esse irritam talem Ordinationem. (Sed intelligitur quoad exercitium.) Episcopum non audeat extra terminos proprios Ordinationes facere in civitatibus & villis, quæ illi nullo jure subiectæ sunt; Si verò convictus fuerit hoc fecisse, præter eorum conscientiam, qui civitates & villas detinent, & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati. *Concil. quoad dicitur Apostolorum. cap. 36.*
- Nullus Episcopus ex alia Provincia audeat aliam transgredi, & ad promotionem ministerii aliquos in EE. ordinare, licet consensum audeatur præbere nonnulli, nisi literis tam Metropolitanis, quam cæterorum, qui cum eo sunt, Episcoporum, rogatus adveniat, & sic ad actionem Ordinationis accedat. Si verò nullo vocante inordinatò more deproperet super aliquibus Ordinationibus, & Ecclesiasticis negotiis, ad eum non pertinentibus, componendis, irrita quidem, quæ ab eo geruntur, existant; ipse verò incompotenti motus sui & irrationabilis audaciæ subeat ultionem, ex hoc jam damnatus à Sancto Concilio. *Concil. Antiochenum. cap. 13.*
- Episcopus alienam Civitatem, quæ non est illi subiecta, non audeat, nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, super Ordinationem cuiusquam, nec constituat Presbyteros, aut Diaconos, alteri subiectos Episcopo, nisi forte cum consilio & voluntate Regionis Episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita sit ejus Ordinatio, & ipse coërceatur à Synodo. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit. *Idem. cap. 22. Concil. Constantinopolitanum. 1. cap. 3. Vide, tit. 16. n. 1. Concil. Vernense. cap. 13. & Concil. Formatiense. 1. cap. 62. Vide, tit. 16. n. 10. Concil. Carthagenense. 1. cap. 10. Carthagenense. 2. cap. 11. Carthagenense. 3. cap. 20. Vide, tit. 16. num. 1.*
- Item placuit, ut si quis de alterius monasterio reperit, vel ad Clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio Majorem ministerii constituere, Episcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communione se-junctus, suæ tantum plebis communione contentus sit, & ille neque Clericus, neque Præpositus perseveret. *Concil. Carthagenense. 5. cap. 13. Concil. Africanum. cap. 41. Concil. Ravennanense. sub Clem. V. cap. 24. & Concil. Augustinum. 3. cap. 14. Vide, tit. 16. num. 1.*

- Nullus alterius terminos usurpet, nec alterius Parochiam iudicare, vel ordinare, aut excommunicare præsumat, quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires illas habebit. Quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententiâ tenebitur, aut damnabitur. Unde & Dominus loquitur, dicens: (Nè transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.) 9. q. 2. cap. Nullus alterius. cap. Episcopum. Idem ac Antiocheni. 22.
- Episcopi, qui extra Diocesim sunt, ad Ecclesias, quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant, & permisceant Ecclesias. *Ibidem. cap. Episcopi. cap. Non invitati. cap. Nullus Primus. & cap. Placuit. Vide, tit. 16. n. 1.*
- Lugdunensis Parochiæ Clericos, quos contra statuta Canonum ab alterius Parochiæ Episcopis ordinatos, literarum tuarum significatione monstrasti, cum gradum suorum honore recipere Religionis tute prudentia poterit, si eos aliis canonicè, & sine pravitate aliqua ordinatos constituerit; si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ prospereris promereri. -- Quos igitur recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, in-junctâ eis satisfactionis gratiâ, propter Ecclesiam, quam offenderunt, congruâ penitentia misericordis intuitu in suo quemque honore recipias, salvâ in omnibus Sanctorum Canonum disciplina. *Ibidem. cap. Lugdunen. 9. q. 3. per totum. Vide, tit. 16. num. 1. Vide, Ordinatio. Vide, Ordo.*
- Nec usurpationis locus alicui Sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Si concessis sibi contentus unusquisque limitibus, alter in alterius provincia nihil præsumat. *Celestinus ep. 2. cap. 4. Sixtus I. ep. 2. Calixtus I. ep. 2. Vide, tit. 16. n. 1.*
2. Episcopus non potest ordinare subditos alterius Episcopi, nisi cum commendatitio illius, aliâs irrita est ordinatio, id est, impeditur exercitium ordinati, (sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium.) Epigonius Episcopus dixit, in multis EE. hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est vestra providentiâ FF. charissimi, ut Clericum alienum nullus sibi præcipiat Episcopus, præter ejus arbitrium, cuius fuerit Clericus, &c. *Concil. Carthagenense. 3. cap. 44. Conc. Antiochen. cap. 22. supra. Conc. Carthagenense. 3. cap. 21. Vide, Dimissoria. n. 1. Concil. Africanum. cap. 21. Vide, tit. 16. n. 1. Idem cap. 47. & Carthagenense. 5. c. 13. supra.*
- Ut de aliena Ecclesia ordinare Clericum nullus usurpet. *Siricius ep. 4. cap. 6. Sixtus II. ep. 2. Vide, tit. 16. num. 1. Innocentius I. ep. 2. cap. 1. Idem ac cap. De aliena. distinctione 71. cap. De aliena. ex Innocentio I. ep. 2. cap. 1. Vide, Clerici tit. 4. num. 1. Adrianus in decreto. cap. 18. & Concilium Augustinum. 3. c. 14. Vide, ibid. tit. 36. num. 3.*
- Ut unusquisque Episcoporum Parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis Presbyter ab alterius Parochiâ, in suam commigrans, officium celebrare præsumat, sine literis commendatitiis, sicut olim multis in locis actum esse, repertum est. *Concilium Turronense. 3. cap. 13. Concilium Formatiense. cap. 62. uti supra.*
- In Nicæno, Sancto & universali Concilio continetur propter multam perturbationem, &c. (Vide, Clerici. tit. 51. num. 1.) in Chalcedonensi cap. 20. Clericos in Ecclesia ministrantes, &c. (Vide, Clerici. tit. 4. n. 1.) Item in Synodo Sardicensi, cap. 18. Ut nulli liceat. (Vide, ibid.) In Africano, cap. 21. Ut Clericum alienum, &c. (Vide, supra. tit. 16. num. 1.) Item in decretis Papæ Leonis: Alienum Clericum, invitò Episcopò ipsius, nemo suscipiat, nemo scilicet, nisi ex placito charitatis id inter dantem, accipientemque convenit. Quibus constitutis Sanctorum Canonum operam dantes, & vestigiis Patrum inhaerentes, hoc secundum præfixos SS. Canones statumimus, & justum esse decernimus. *Concilium Triburienense. 1. cap. 28. Distinct. 71. cap. Clericos. Vide, Clerici. tit. 4. n. 1.*
- Si quis ausus fuerit, aliquem, qui ad alterum pertinet, in sua Ecclesia ordinare, cum non habeat consen-

- sum illius Episcopi, à quo recessit Clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio. *Dist. 71. cap. Si quis ausus fuerit. Ibid. cap. 1. Illud quoque. cap. 2. De aliena. & c. 4. Clericos. Vide, Clerici. tit. 4. num. 1. ib. cap. 3. Si quis ausus fuerit. supra. Ibid. cap. Fratritatem. infra n. 3. Ibid. cap. Primatus. ex Conc. Carthagen. 1. cap. 5. cap. 7. Extraneco. ex Concil. Chalcedon. cap. 13. cap. 8. Hortamur. & cap. ultimo. Nullum. Vide, Clerici. tit. 38. num. 2. & 10. Conc. Trident. sess. 6. de reformat. c. 5.*
3. De Papæ licentia, potest Clericus unius Diocesis, ordinari in alia. F. t. à nobis petiisse recolimus, ut Gratianum Ecclesie Beneficentiam Diaconum tuæ concederemus Ecclesie ordinandum, & quoniam nec Episcopum, cui oblectum dare, nec propriam habet Ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quò suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam non prævidimus differendam, idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessariò duximus concedendum habitu licentiam Diaconum illum nostrâ interveniente autoritate Ecclesie tuæ, DEO propitiò constituere Cardinalem. *Dist. 71. c. Fratritatem. ex Gregor. I. libr. 5. ep. 11.*
4. Episcopus ordinans contra formam Canonum, suspenditur à Communione. Nullus penitentem, nullus Bigamum, nullus viduarum maritos, in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc jam propè omnium Canonum instituta contineant, tamen nè cuiquam Sacerdotum supplicantium (sicut jam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat, necesse fuit, ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini Sacerdotes imponere. Et ideo, quicunque ab hac die contra ea, quæ superius sunt comprehensa, Clericum ordinare præsumpserit, ab ea die, quâ ei potuerit hoc probari, annò integrò Missas facere non præsumat. *Distinct. 55. cap. Nullus.*
5. Episcopus potest ordinare subditum alterius, si est familiaris suus, dummodo per triennium ei inservierit. Sed tenetur eidem conferre beneficium. Si quis aliquis consistentem Clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet, nec eum sine consultatione ejus Episcopi, cum quo ante habitavit, ordinare præsumat, quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit. *Concilium Aransense. 1. cap. 8.*
6. Episcopus, ex commissione ordinans in Diocesi alterius, si ordinat non habentem beneficium, tenetur providere illum de victu, donec per eum, vel alium provideatur de beneficio. Si Episcopus, cui nullis personis expressis in genere commissi, ut vice tuâ ordines in tua Diocesi, celebraret, ad Sacros Ordines promoverit quempiam, titulum non habentem, ei (cum in culpa fuerit taliter ordinando eundem) tenebitur vitæ necessaria ministrare, donec sibi per eum, vel alium, de competentis beneficio sit provisum. Si verò certas commissi eidem ordinare personas, tu (qui prævidere hoc casu, an haberet titulum, debuisti) taliter ordinato ad prædicta, donec per te beneficiatus fuerit, obligatus existis. Eis autem, quibus à Diocesanis datur licentia, ut possint, à quo voluerint Episcopo, ad omnes Sacros Ordines promoveri, non qui ordinant, sed qui tribunt licentiam, (cum eam dare non debeant, titulum non habent) ad præmissa, si titulum non habeant, obligantur. *De præbendis in 6. cap. Si Episcopus.*
7. Episcopus titularis non potest prætextu privilegiorum, aut continuæ familiaritatis, ordinare alterius subditum, non ad majores Ordines, nec ad minores, nec ad primam consuram, nec in loco exempto, nec in monasterio: sub pœna, ipsi suspensionis à Pontificalibus per annum, ordi-

- natis verò ab exercitio Ordinum, arbitriò Episcopi proprii. *Concilium Tridentinum. sessione 14. de reformat. c. 2.*
8. Episcopus usurpans hanc jurisdictionem circa Ordinationes, quomodo puniatur. Vide, *Episcopi Jurisdictio. Excommunicandus. Concilium Carthagenense 5. cap. 13. Concilium Vernense. capit. 13. ubi supra n. 1.*
9. Episcopus non potest ordinare servum alterius invitò Dominò, & si ordinat scienter Dominò invitò, & in sacris, hic remanet in Ordine, Episcopus verò tenetur satisfacere Domino pro illo. Si Episcopus id nesciebat, & alii supplicaverunt, ut ordinaret talem servum, isti tenentur facis facere. Si servus absente, vel nesciente Dominò suo, Episcopo tamen sciente, quòd servus sit, Diaconus, aut Presbyter fuerit ordinatus, ipso in Clericatus officio permanente, Episcopus eum Dominò duplici satisfactione compenset. Si verò Episcopus eum servum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari, simili redditioni teneantur obnoxii. *Concilium Aurelianense 1. capit. 10. Concilium Formatiense cap. 40. distinctione 54. cap. Si servus.*
10. Episcopus ordinans aliquem sine titulo, tenetur illum providere de beneficio. Si ordinatus pro quo scribimus, idoneus habeatur, & Ecclesiasticò beneficio non indignus, ei ab Ordinatore, vel successore ipsius competens beneficium tribuatur, cum si tecum de jure agere vellemus, te possemus merito ad provisionem eorum compellere, quos à te, vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eò præsertim, quòd ad obtinendum Ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad Ordines suscepisti, unde graviter sustinere non debes, sed nobis potius devotè inclinare teneris, si illos examinari per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad provisionem eorum compellere te velimus. *De atate & qualitate, &c. cap. Accepimus.*
11. Ordinans aliquem in Sacris, sine titulo, tenetur providere de victu, donec de beneficio provideat. Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit, tandiu ei necessaria subministrat, donec in aliqua E. ei convenientia stipendia militiæ Clericis assignet: nisi talis ordinatus, de sua, vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere. *De præbendis &c. c. Episcopus.*
12. Episcopus non potest ordinare Religiosos, iovicis eorum superioribus. Pariter autem custodiendum est, ut invitò Abbate, ad ordinanda alia monasteria, aut ad Ordines Sacros, vel Clericatus officium, tolli exinde Monachi non debeant. *Concilium Romanum 3. Sub Gregoria I. cap. 3.*
13. Episcopi existentes in partibus infidelium, non possunt ordinare in aliena Diocesi, & promoti suspenduntur ab exercitio Ordinum. *Concilium Tridentinum session. 14. de reformat. c. 2.*
14. Episcopus non potest ordinare inter Missarum solemnias, in quibus ipse consecratur. *De elec. cap. Quod sicut. §. Super eo. Vide, tit. 8. n. 21.*
15. Episcopus cum consensu Cleri, aut populi testimonio ordinare debet in Ecclesia Cathedrali, præsentibus Canonicis. Potest etiam ordinare in alia digniori Ecclesia.

Ut Episcopus sine consilio Clericorum suorum Clericos non ordinet, ita ut civium convenientiam & testimonium quarat. *Concilium Carthaginense 4. capit. 22. Concilium Tridentinum. sess. 23. de reformat. cap. 8.*

16. Episcopus per se ipsum debet ordinare suos Clericos. *Concil. Tridentin. sess. 23. De reformat. c. 3.*

17. Si verò Episcopi sunt impediti, & dimittunt eos ad alios, ut ordinent, prius examinent, & postea dimittant. *Ibidem. c. 3. & 8.*

18. Episcopus celebraturus Ordinationes, feriâ quartâ præcedenti, vel aliâ tempore, vocet ordinandos, & per probos viros faciat eos examinari de vita, moribus & scientia. *Ib. c. 7.*

19. Examinatores sine Sacerdotes prudentes, periti & exercitati in Ecclesiasticis. *Ib.*

20. Episcopi Itali non possunt ordinare Ultramontanos, nisi certis requisitis. *Vide, Itali. Vide, Ordinare. Vide, Ordinatio.*

21. Episcopus pro Ordinationibus nihil accipiat.

Ne quis Episcopus, de quibuslibet causis, vel Episcoporum Ordinationibus, cæterorumque Clericorum, aliqui præsumat accipere, quia Sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi. *Concilium Aurelianense 2. cap. 3. Concilium Bracarense 2. cap. 3. Vide, tit. præced. n. 13. Concil. Trident. sess. 21. De reformat. c. 1.*

22. Neque à Notariis aliquid possunt accipere, ratione Ordinationum, & contraria consuetudo abrogata est. *Ibidem.*

Vide, Ordinatio, per omnes tit.

XX. Episcopi potestas in res Ecclesiæ, & quomodo potest disponere de illis.

1. Episcopus habet potestatem in omnes res Ecclesiæ. *Concilium quod dicitur Apostolorum. cap. 41. Vide, Ecclesia. tit. 3. num. 1.*

2. Episcopus debet pecunias & bona Ecclesiæ dispensare pro Ecclesia, Clericis & pauperibus; & si ipse indiget, prius pro se potest de eis accipere.

Sancimus, omnibus Episcopis curam Laicorum inire, ut si quos in fide Christi invenerint, nimio affectu diligant; & insuper informamus, ut si aliqua ab ipsis accipiant dona, statim in quatuor dividant partes, ita, ut prima pars secundum AA. præcepta titularum, necnon cæmeteriorum restaurationibus diligenter attribuantur: secunda Clericis: tertia cunctis pauperibus: quarta verò advenis. *Post Concil. Toletanum. 1. cap. 3. Concilium, quod dicitur Apostolorum. cap. 41. V. ubi supra. 12. qu. 1. cap. Episcopus Ecclesiasticarum. ex Concil. Antiochen. c. 25. Vide, Bona temporalia. num. 7.*

Oportet igitur, ut & vos Fratres Sacrificia vestra, id est, oblationes, Episcopo, utpote Pontifici, aut per vos ipsi, aut per Diaconos offeratis; imò Primitias quoque, & decimas, & quæ spontè offeruntur; is enim probè novit afflictos, & cuique tribuit, ut congruè, ne quis eodem die, aut eadem hebdomadâ bis, aut sæpius accipiat, aliàs verò nihil penitus; æquius enim est iis suppeditare, qui reverè magis inopiâ premuntur, quam iis, qui premi existimantur. *Lib. 2. constitutionum Apostol. c. 27.*

3. De rebus Ecclesiæ cum Cleri consilio debet disponere.

Quia igitur non decet prudentiam tuam, in negotiis tibi commissis Ecclesiæ, consilium Fratrum tuo-

rum postponere, cum quibus unum corpus existere comprobatis. F. t. per Apostolica scripta mandamus, quatenus in concessionibus, confirmationibus, & aliis ejusdem Ecclesiæ negotiis, FF. tuos requiras, & cum eorum consilio, vel sanioris partis eadem negotia peragas & pertractes. *Conc. Lateran. 3. p. 50. c. 19.*

4. Cum circumspectione dispensare debet res Ecclesiæ.

Episcopi quidem maximam curam & sollicitudinem circa Papæ res habeant, & res Ecclesiasticas EE. collatas, cautâ circumspectione dispensent, quasi DEI ministri, non quasi turpis lucrî scætores, illisque ita utantur, non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis. *Concilium Turonense 3. c. 10.*

Licet sit Episcopis præsentibus Presbyteris & Diaconibus, de thesauro E. familiæ & pauperibus ejusdem E. secundum Canonicam institutionem, juxta quod indigerint, erogare. *Ib. c. 11.*

5. Episcopi uti debent rebus Ecclesiæ, non tanquam propriis, sed tanquam commendatis. *Concilium Cabilon. 3. cap. 6. Vide, Clerici. tit. 54. n. 1.*

6. Non potest Episcopus donare consanguineis res Ecclesiæ, & pœnæ.

Episcopus res sui juris, quas autante Episcopatum, aut certè in Episcopatu, hæreditariâ successione acquisivit, secundum auctoritatem Canonicam quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Postquam autem Episcopus factus est, quæcunque res de facultatibus E. aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in E. cui præest, jura deveniant. *Concil. Parisense. 6. lib. 1. c. 16. Concilium Antiochenum. c. 25. supra. num. 2. Concilium Trid. sess. 25. De reformat. c. 1.*

7. Neque de illis potest ditare suos familiares. *Tridentinum locò citatò.*

8. Episcopus debet inter bona Ecclesiæ computare, quæ sibi dantur & relinquuntur à devotis.

Pontifices verò, quibus in summo Sacerdotio constituti, ab extraneis duntaxat aliquid aut cum Ecclesia, aut sequestratum, aut dimititur, aut donatur, quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis offerre probatis, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiæ, inter facultates Ecclesiæ computabunt; quia justum est, ut sicut Sacerdos habet, quod E. dimissum est, ita & E. habeat, quod relinquitur Sacerdoti. Sanè quidquid per fideicommissum, aut Sacerdoti, aut E. fortasse dimititur, cuicumque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesiæ computare aut retinere non poterit. *Concil. Agathen. cap. 6.*

9. Episcopus potest concedere res Ecclesiæ, ut eis benè utantur. Quòd si malè utantur, potest eos privare concessis. *Concilium Emerit. cap. 13. Vide, Beneficia. tit. 22. num. 3.*

10. Episcopus successor non potest revocare donationem factam ab antecessore. *Ibid. cap. 21. Vide, Ecclesia. tit. 39. cap. 19.*

11. Episcopus olim tertiam partem oblatorum, &c. à Parochiis poterat accipere.

Benè disposuit Divina gratia, quidquid unquamque E. à fidelibus collatum est, habeat. Præcis quippe Canonibus erat decretum, ut Episcopus de Parochitania EE. tertiam sequeretur, cui sua plenissimè sufficere possunt. Placuit huic sancto Concilio, ut nullus provincie Lusitanie Episcopus, sententiæ hujus terminum excedat, nec à qualibet Parochitana Ecclesia tertiam auferre præsumat, sed quidquid exinde consequi poterat, totum in reparationem ipsarum Basilicarum proficiat. *Conc. Emeriten. cap. 16.*

12. Epi-

12. Episcopus cum Clero in necessitatibus potest de bonis E. subvenire communitati populorum. *Concil. Lateran. 3. cap. 19. Vide, Clerici. tit. 27. n. 3. Ibi. cap. Non minus. Concil. Lateran. 4. cap. 46. Ibidem. num. 1.*

13. Episcopus potest ex omnibus fructibus & provocibus dignitatum, personatum, & aliorum in Cathedralibus, vel collegiatis existentium sumere tertiam partem, & assignare, in distributiones dividendas iis, qui Clero intersunt. *Concil. Trid. sess. 22. De reformat. cap. 3.*

Vide, Clerici quoad redditus. Vide, Ecclesiæ eorumque bona. Vide, Ecclesiæ redditus.

XXI. Episcopi obligationes.

1. Episcopus consecratus tenetur præsentare se Metropolitanò.

Si quis in Metropolitana Civitate non fuerit Episcopus ordinatus, postquam susceperit benedictione per Metropolitanum literas honorem fuerit Episcopi adeptus: id optimum esse decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se Metropolitanum sui repræsentent aspectibus, ut ab illo monitis Ecclesiasticis instructus plenius, quod observare debeat, recognoscat. Quòd si forte implere hoc neglexerit, in Synodo increpatus à fratribus corrigatur. Et si forte infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis litteris Metropolitanò indicare procuret. *Dist. 65. cap. Si quis. Ex Concil. Tarraconen. cap. 5.*

2. Episcopus tenetur docere populos Verbum DEI, tenetur docere doctrinam fidei.

Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, ut opportunè & sine intermissione doceas Verbum DEI, per quod salutem consequi possint. - Docibiles ergo, qui perfectè docti non sunt ad hæc peragenda, oportet omnes esse, & ut ipsi docti sint, & alios prudenter instruere & perfectè possint docere, juxta Danielem Prophetam, qui ait: (Populus autem sciens DEUM suum obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plures.) Omnes docibiles, ut jam dictum est, qui docti sint, esse oportet; sed Sacerdotes doctiores cæteris populis necesse fore docebat Christus, dicens: quia (si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.) *Clemens I. ep. 1. c. 4.*

Quapropter pastoralis Oracis est, infatigabiliter revocare, quidquid ad correctionem populorum, imò magis filiorum spiritualium (quantum est fas intelligere) cognoverit pertinere, & non (quod ablit) cum suo periculo alienæ spei, per solam negligentiam facere detrimentum, sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est providere tractatu. *Idem. ep. 2.*

Sit multus in lectione, ut Scripturas accuratè interpretetur: Evangelium, ut Prophetis & Legi consonet: Legem & Prophetas, ut Evangelio; aut enim Dominus: (Scrutamini Scripturas; quia ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.) Et iterum: De me enim scripsit Moyses. Aut omnia sit Episcopus bonus divisor, qui legem & Denterosam distinguat, & demostret, quid sit lex fidelium, & quid vincula infidelium, ne quis sub vinculis ruat. Habeat igitur curam verbi Episcopo, ut possit omnia secundum verbum interpretari, ac multa doctrinâ populorum tum copiosè nutrias, & illustratione legis illumines: Accendite enim vobis (ait Dominus) lumen cognitionis, dum tempus est. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 5.*

3. Tenetur incumbere custodiæ fidei, utque ea conservetur in sua Dicecesi.

Prima & maxima pastorum cura versari debet in iis, quæ ad fidem Catholicam, quam sancta Romana Ecclesia colit & docet, & sine qua impossibile est placere

Tomus II.

DEO, integrè inviolatèque conservandam pertinent. *Concil. Mediolanen. 1. tit. De profess. fidei.*

4. Tenetur super omnes laborare in Ecclesia.

Episcopus tanquam Proreta vigilanter & sollicitè Gubernatoris verba custodiat Christi, Salvator Dominus Gubernator Ecclesiæ suæ diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac jussis credat & obediat omnis Ecclesia. - Verumtamen scitote cuncti, quòd supra omnes vos laboret Episcopus, quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille verò & suum, & singulorum. *Clemens I. ep. 1. cap. 4.*

5. Tenetur bonò exemplo ædificare populum.

Hujusmodi autem Episcopus, tum dignitatem suam, tum Ecclesiam DEI, Ecclesiam dico suæ pœciæ violavit. Est itaque hic iniquus DEO, & sanctis hominibus, utpote author scandali, multis novis Christianis ac Catechumenis, insuper adolescentibus, tum maribus, tum feminis, quem manet illud vè, & illa mola asinaria de collo pendens, & profundum illud, in quo est, qui pœnas debet. Cum enim eum, qui eis præest, talem esse sentient, propter iniquitatem judicij neglecti, eveniet, ut secum ambigant, & eodem usâ morbò, cogantur cum eo perire, ut cum Hieroboam populus, & cum Core socii & adjuutores. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 10.*

6. Tenetur curare, ut in Parochiis pueri doceantur de doctrina Christiana, & compellant Parochos per censuras, ut hoc exequantur. *Concil. Trid. sess. 14. De reformat. cap. 4.*

7. Episcopus punire debet Clericos, Sacram quotidie non audientes. *Conc. Tolet. 1. cap. 5. Vide, Clericus. tit. 18. num. 10.*

8. Tenetur diligere subditos, ut filios, cum omni charitate eos corrigere, ac reducere ad bonum.

Similiter Episcopus tanquam filios diligit laicos, prosequens eos studio charitatis, & fovens tanquam ova ad acquirendum pullos, aut tanquam pullos sine eos complectens ad acquirendum gallinas; omnes monens, omnes increpans acerbè, quicumque increpatione acerbâ indigent, sed non feriens, premens ut reverentur, non ut evertantur, monens ut convertat, increpans ut corrigat, & in viam rectam reducat. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 20.*

9. Tenetur omni annò Confirmationis Sacramentum ministrare, aliàs puniendus est. *Post Concil. Toletanum. 1. In fragmentis. cap. 2. Vide, infra. n. 45.*

10. Tenetur habere curam pauperum.

Durum enim est, & procul à Sacerdotis officio, & personam positam sub necessitate negligere, & studio congregandi, indecenter inhare pecuniis. *Gregorius I. Lib. 4. ep. 26. Vide, Episcopus circa pauperes.*

11. Tenetur benignè se gerere cum Imperatore.

Primò omnium admonimus generalitèr cunctos, qui nostro Conventu interfutere, ut obedientes sint Domino excellentissimo Imperatori nostro, & fidem, quam ei promissam habent, inviolabiliter conservare studeant. Orationes quoque assiduas intentè fundere, pro ejus stabilitate ac incolunitate, omnes se velle secundum nostram admonitionem unanimiter professi sunt, ut misericordia Divina longiori ævò illius manufactudinem conservare dignetur. *Concil. Turon. 3. cap. 1.*

12. Tenetur vacare studio sacræ Scripturæ, Sacrorum Canonum, & doctrinis Sanctorum Patrum. Tenetur scire Canones & Statuta Apostolica, & artem prædicandi.

Ut omnes Episcopi studiosè operam Divinæ denectioni. Sanctum Evangelium & epistolas B. Pauli A. non solum crebrè lætent, sed etiam, quantum

L 2

possint, memoriz studeant commendare. Sanctorum Patrum opuscula, super eadem exposita, devotè frequentent, similiter & de cæteris libris Canonicis faciant. *Ibidem. cap. 2.*

Summos itaque Sacerdotes inexcusabiliter nôsse oportet, ut ex veteris novique Testamenti scriptis, quæ vera sunt, saluticæ omnium proficua, proferre doctè sciant, videlicet, quantum divina gratia cõsultus adspirare cuique dignatur. Quia neminem in hac incertitudine positum, assequi omnia posse certum est, quousque illò perveniatur, ubi erit DEUS omnia in omnibus. *Concil. Aquisgranen. 2. p. 2. cap. 2.*

Convenit insuper Sacerdotali ministerio scire formam Evangelicam, documenta Apostolica, Canonum instituta, normam regulæ pastoralis, à Sanctissimo Pontifice Gregorio edita, nè juxta eundem SS. virum ab imperitis, quod abis, pastorale magisterium aliquã temeritate usurpetur, aut vilescat. *Ibidem. cap. 4.*

Sic denique ignorari non licet, quanta debet esse diversitas, atque discretio in arte prædicationis, prout in libro pastoralis digestum habetur, ita inquitente Sanctò Gregoriò: Ut enim ante nos longè reverendæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas adstringit. Sæpè namque aliis officium, quæ aliis profunt. Ideoque Rector sciro debet discretionis personatum, quæ in eodem libro, à plenius scire volentibus, inveniri possunt. *Ibidem. cap. 6.*

13. Tenentur cum benignitate tractare iudices, honorare sic Comites, & alios Dominos temporales.

Comitibus, Judicibus, reliquòque populo expedit, ut suis sint Episcopis consentientes, & obediens, propter DEI amorem, suiq; gradus honorem, & semper ab eis utile quaerant consilium, illorumque salubria non spernant monita, sed intentà cordis aure audiant. Similiter verò & Episcopi prædictas personas humiliter suscipiant, honorificèque erga eos in omnibus agant, & sic se se mutuis studeant sublevare consolationibus. *Concil. Turonen. 3. cap. 33.*

14. Tenetur curare, ut in EE. Parochialibus, vel baptismalibus, tot adsint Sacerdotes, quoc necessarij pro administratione Sacramentorum. Concil. Tridentin. sess. 21. De reformat. cap. 4.

15. Episcopus tenetur recuperare loca, & res pertinentes ad suam Cathedram, & ad id est cogendus per superiorem.

Item placuit, ut quicumque negligunt loca, ad suam Cathedram pertinentia, in Catholicam unitatem lucrati, conveniantur à diligentibus vicinis Episcopis, ut id agere non moventur. Quòd si intrà sex menses à die conventionis non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant: ita sanè, ut si ille, ad quem pertinuisset videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis impunè, ut ibi sint, & suam diligentiam fuisse præventam, ut eò modò eju cura sollicitior videretur, cum hoc iudices Episcopi cognoverint, suæ Cathedræ loca restituant. *Concil. Mellevitanum. cap. 24. Et Concil. Affricanum. cap. 88.*

16. Episcopus tenetur compellere ad residenciam omnes beneficiatos, qui ad eam tenentur. Si qui verò habent privilegia de non residendo, Episcopus, ut delegatus Papæ curet substitui Vicarium idoneum, cum congrua portione fructuum beneficii. Concil. Irid. sess. 6. De reformat. c. 2.

17. Tenetur deputare Vicarium in loco, in quo non potest residere beneficiatus, cum congrua portione, non obstante privilegiò, &c. Concilium Irid. sess. 7. De reformat. cap. 5.

18. Tenentur Episcopi prædicare populo, in idiomate, quod ab hoc potest intelligi. Assidue tenentur prædicare.

Visum est unanimiter nostræ, ut quilibet Episcopus habeat hominibus, continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur: id est, de fide Catholica, prout capere possunt, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum: De resurrectione quoque futura, & ultimo iudicio, & quibus opetibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. *Concil. Turonen. 3. cap. 17.*

Sint subditis norma vivendi, ita videlicet, ut & verbis & exemplis populo ad æternam Patriam pergenti, ducatum præbeant, ut vita eorum & doctrina nequaquam discordent, sed quæ dicunt, faciant, & quæ faciunt, docere studeant, & prædicatione affliduã plebem admoneant, & falce justitiæ à credentium mentibus viciorum spinas eradicent, & Verbi DEI semine, agros mentis eorum ad fecunditatem perducant. *Concil. Cabilon. 3. c. 2.*

19. Tenentur monere Judices, & Principes, ne pauperes opprimantur.

Admonendi sunt Domini subditorum, ut circa suos piè & misericorditer agant, nec eos quilibet injustà occasione condemnent: non vi opprimant: non illorum substantias injustè tollant, nec ipsa debita, quæ à subditis reddenda sunt, impiè ac crudeliter exigantur. *Concil. Turonen. 3. c. 49.*

20. Tenentur monere iudices, ne admittant falsos testes.

Summopere admonendi sunt Comites, & Judices, ne viles & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere: quoniam multi sunt, qui pejerare pro nihilo ducunt, in tantum, prout pro unius diei fatietate, aut pro quolibet parvo pretio ad juramentum conducti possunt, animasque suas perjurio perdere minime formident. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quòd non solum illi, qui pejerant, sed etiam, qui perjuris consentiunt, simili plecendi sunt damnatione. *Ibid. c. 34.*

21. Tenentur scholas constituere, in quibus Christiani erudiantur.

Oportet etiam, ut sicut Divus Imperator Carolus, &c. præcepit, scholas constituant, in quibus & literaria solertia, disciplinæ & Sacræ Scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur à Domino: Vos estis sal terræ. Et qui condimentum plebibus esse valeant, & quorum doctrina, non solum diversis hæresibus, verum etiam Antichristi monitis, & ipsi Antichristo resistatur, ut merito de illis in laude Ecclesiæ dicatur: Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. *Concil. Cabilon. 3. c. 3.*

Ut de scholis, tam Divinæ, quam humanæ literaturæ, necnon & Ecclesiasticæ Cantilenæ, juxta exemplum prædecessorum nostrorum aliquid inter nos tractetur, & si potest fieri, statuatur atque ordinetur, quia ex hujus studii longa intermissione plerumque Ecclesiarum DEI loca, & ignorantia fideli, & totius scientiæ inopia invaluit. *Concil. Valent. 3. c. 18. Vide, Schola. Vide, Magister scholæ.*

22. Tenentur resistere Principibus, turbatoribus Ecclesiæ. Gelasius consil. 5. Valde mirati. §. 27. & seq. multa exempla. Ibidem.

23. Tenentur resistere Regi tyranno populorum, & supponere Regnum interdicto.

Quarum rerum Rex vester, qui non Rex, sed Tyrannus dicendus est, suadente diabolo caput & causa est, qui omnem ætatem suam flagitiis & facinoribus polluit, & suscepta regni gubernacula miser & infelix inutiliter gerens, subiectum sibi populum non solum nimis soluto ad scelera Imperiò relaxavit, sed ad omnia, quæ dici & agi nefas est, operum & studiorum suorum exemplis incitavit. -- Quòd quia ju-

judicium superni Judicis effugere nullatenus credendum est, rogamus vos, & ex vera charitate monemus, ut caveatis vobis, nè Prophetica super vos maledictio veniat, quæ dicitur: Maledictus homo, qui prohibet gladium suum à sanguine; hoc est, (sicut ipsi bene intelligunt) qui verbum prædicationis à carnalium hominum retinet increpatione. Vos etenim fratres, etiam in culpa estis, qui dum perditissimis factis ejus, Sacerdotali vigore non resistitis, procul diabolo nequitiam illius consentiendo fovetis. Proinde, (quod inviti, ac gementes dicimus) multum timemus, ut non pastorum, sed mercenariorum sententiam accipiatis, qui videntes lupum sub oculis vestris, gregem Dominicum lacerantem, fugitis, dum quasi canes non valentes latrare, sub silentio vos absconditis. -- Nam si prohibere eum à delictis, contra jus & reverentiam promissæ sibi fidelitatis esse putatis, longè vos fallit opinio, quoniam hoc omni ratione confirmare possumus, multò fideliorum esse, qui alium de naufragio animæ suæ, vel invidiam, retrahit, quam qui in peccatorum gurgite, nocivò consensu, eum deperire permittit. De timore verò vanum est dicere, quoniam vobis ad defendendam justitiam conjunctis, & constanter accinctis, tanta virtus foret, ut & illum fidei correctione, sine omni vestro periculo, à consuetâ malefaciendi libidine possitis avertere, & vestras pariter animas liberare, quamquam, etsi timor, ac periculum mortis immineret, vos tamen à libertate vestri Sacerdotalis officii desistere non oporteret. Unde rogamus vos, & Apostolicâ auctoritate monemus, ut in unum congregati, patriæ, famæ vestræ, atque salutis consulatis, & communi consilio, ac conjunctissimis animis Regem alloquentes, de sua eum & regni confusione atque periculo commoneatis. -- Quòd si vos audire noluerit, & abjectò timore DEI, contra Regium decus, contra suam & populi salutem, in duritia cordis sui perstiterit, Apostolicæ animadversionis gladium nequam eum diutius effugere possit, quasi ex ore nostro sibi notificare. Propter quod & Apostolicâ auctoritate commoti atque constructi, Matrem vestram S. R. & A. E. debitâ fide & obedientiâ imitamini, & ab ejus vos obsequio atque communionem penitus separantes, per universam Franciam omne Divinum Officium publicè celebrari interdicit. Quòd si ne hujusmodi districtione voluerit respicere, nulli clam aut dubium esse volumus, quin & modis omnibus regnum Franciæ, de ejus occupatione, adjuvante DEO, tentemus eripere. Sanè si in hoc tanto, tantumque necessario negotio, tepidos vos esse cognoverimus, non jam amplius dubitantes, quin vestra fiducia fultus, incorrigibilis perduret, vos ipsos, sicut socios & complices scelerum ejus, Episcopali privatos officio, pari vindictâ jaculo feriemus. *Gregorius VII. lib. 2. Epist. 5.*

24. Debet esse, ut medicus omnium.

Ipsam autem, qui præest cæteris, oportet medici vicem agere, & non feræ bestiæ furore commoveri. *Clementis I. ep. 1. c. 1. Nicolaus I. ep. 10. Vide, infra. num. 56.*

25. Tenentur dare subditis cibum corporalem & spiritualem.

Non igitur erunt Prælati excusabiles & immunes à periculis apud Dominum, cui pro sibi commissis rationes sunt reddituri, si eis carnalia solummodo, & non spiritualia fideliter subministraverint, cum de manu eorum sanguinem eorum, si perierint, sit exacturus. *Concilium Parisiense 6. lib. 1. cap. 24.*

26. Tenentur explicare populis usum & vim Sacramentorum. Concilium Irid. sess. 24. De reformat. cap. 7.

27. Tenetur corrigere peccantes, & non potest connivere.

Quis enim, aut tolerare possit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam ut durum arbitrium, convenientiam præbere peccantibus, ita impium iudicio manum negare convertis. *Innoc. ep. 25.*

Tomus II.

28. Episcopus post consecrationem tenetur in manu Metropolitanani profiteri, se castè & sobriè victurum.

Cæterus ergo nostræ unanimiter hoc inferendum esse curavit, ut tempore, quò Metropolitanus in Ecclesia DEI fuerit ordinatus Episcopus, placitum in nomine suorum comprovincialium Episcoporum faciat: ut castè, sobriè rectèque vivat. Similiter & quando consecrati Episcopi in Ecclesiis, quibus præesse poterint, fuerint ordinati, placitum faciant, in nomine Episcopi sui Metropolitanani, ut castè, rectè & sobriè vivant. Quòd si juxta Canonicam sententiam per voluntatem Metropolitanani, atque informationis ejus epistolam, per Regiam iussionem ab alio Metropolitanano aliqui fuerint ordinati, tempore, quò ad Metropolitanum suum, post suam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere. Quòd si distulerint, tamdiu, quisquis ille est, excommunicatum se esse noverit, quamdiu impleat ordinem bonæ institutionis. *Concil. Emeriten. cap. 4.*

29. Semper habere debet secum Presbyteros & Diaconos.

Propter tales FF. hortamur vos, sicut & in hac S. Ecclesia constitutum habemus, ut semper testes vobiscum, Sacerdotes & Diaconos habeatis. Et licet conscientia sufficere possit propria, tamen propter malevolos, juxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum, ab his, qui foris sunt. Quoniam & in Sancta Sede constitutum habemus, ut duo Presbyteri, vel tres Diaconi, in omni loco Episcopum non deserant, propter testimonium Ecclesiasticum. *Lucius I. in ep. Decret. 8. de consecrat. Dist. 1. c. sub omni.*

30. Tenetur cum Diaconis vivere.

Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus, septem Angeli Ecclesiarum; hi sunt septem candelabra aurea, hi voces tonitruorum. -- Levitæ inferunt oblationes in Altari: Levitæ componunt mensam Domini: Levitæ cum Sacerdotibus, dum Sacramenta benedicunt, assistunt: Levitæ ante Sacerdotes orant. -- Sufficit huic Ordini, tantum per Dominum fuisse concessum, ut non solum Sacerdos in templo totum agere & implere videatur. -- Qui Ecclesiæ DEI præest, debet ita in omnibus servare justitiam, ut sibi hoc tantum vindicet, quod sui juris esse cognoscat; aliena non rapiat, aliena non contingat, æqualem se cæteris faciat, & sicut sine iis in ministerio non vivit, ita in dispensatione non vivat. *Distinct. 95. cap. Diaconi.*

Episcopus conjugem ut sororem habeat; & ita S. gubernatione gubernet domum omnem, tam Ecclesiasticam, quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaquã ratione confurgat; & licet (DEO propitiò) Clericorum suorum testimonio castus vivat, qui cum illo, tam in cella, quam ubicunq; fuerit, secum habitent, eumque Presbyteri, & Diaconi, vel deinceps Clericorum turba juniorum (DEO adjutore) conservent: sic tamen propter Zelotem DEUM nostrum, tam longè absint mansionis propinquitate divisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam Clericorum servitute nutriuntur, famularum propinquã contagione polluantur. *Concil. Turonen. 2. cap. 13.*

31. Tenetur diligere Ecclesiam, ut vir uxorem. Evaristus ep. 2. 7. qu. 1. c. Sicut vir. Vide, Episcopalis. n. 40.

32. Tenetur se gerere ut Collegam, non ut Dominum Presbyterorum.

Episcopus in quolibet loco sedeat, stare Presbyterorum non patitur. *Distinctione 95. cap. Episcopus in quolibet. 8. Conc. Carthagin. 4. cap. 34.* Episcopus in Ecclesia, & in consessu Presbyterorum, sublimior sedeat, intrà domum verò, collegam se Presbyterorum esse cognoscat. *Ibid. c. Episcopus in Ecclesia.*

33. Episcopi tenentur alere Clericos in necessitate, aliàs deponantur.

Si quis Episcopus, vel Presbyter, cum sit aliquis ex Clericis egenus, ea, quae sunt necessaria, ei non sup-
pediter, segregetur; sin autem perseveret, deponatur, ut qui fratrem suum interfecerit. *Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 58.*

34. Dum ipsi sedent, non permittant ut Presbyter stet. *Concil. Carthagen. 4. c. 34. sup. num. 32.*

35. Tenentur intra sex menses manifestare, quae in Conciliis sunt decreta, sub poena excommunicationis per duos menses. *Dist. 18. cap. Decernimus. Vide, Concilia. tit. 14. n. 4.*

36. Cum magna cura tenentur pascere fideles. Si Domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, ut de nobis dicatur: Ego sum Pastor bonus, & agnosco oves meas; & iterum monente Dominicae vocis imperio, quod Beatissimus Apostolus Petrus trinâ repetitione mysticae Sanctionis imbuitur, ut Christi oves, qui Christum amat, diligenter & cum magna cura pascat. - - - Quoniam omnis negligenter pascens toties commendatum sibi Dominicum gregem, convincitur, summum non amare Pastorem, nec ejus velle discipulum fieri, cujus exempla negligit imitari. Nam gratia proflus major acquiritur, si de commissionibus lucrum offerat Domino sollicitudo Pastoris. Nam & Beatum Jacob, qui pro uxore diu servierat, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum. - - - Die noctique æstu urebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si igitur sic laborat & vigilat, qui pascit oves Laban, quanto labore, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oves DEI. *Joannes III. ep. unica.*

37. Tenentur procurare pacem inter se, & inter populos. Praecipimus, ut Episcopi ad solum DEUM, & salutem populi habentes respectum, omni repeditare semora, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium & auxilium praebant, neque hoc alicujus amore vel odio praetermittant. Quod si quis in DEI opere repidus inventus fuerit, damnium propriae dignitatis incurrat. *Dist. 90. c. Praecipimus.*
Studendum est Episcopis, ut dissidentes fratres, sive Clericos, sive Laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium cohortentur. *Concilium Carthagen. 4. capite 26.*
Horum igitur & similibus discordantium fratrum oblationes, juxta antiqui Canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantibus, id speciali definitione praecipimus, ut eos ante reconciliatio vera innectat, quam ullus eorum accedere ad Altare Domini audeat, vel gratiam communionis Sanctae percipiat. *Post Epistolam 3. Bonifacii cap. 5.*

38. Tenentur scire secularia negotia. Petrus Diaconus, quem a vobis electum asseritis, (omni) ut dicitur simplex est, & nostis, quia talis hoc tempore in regimini debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subditorum utilitate & cautela sciat esse sollicitus. *Distinctione 39. cap. Petrus Diaconus.*

39. Tenentur superare bonitatem subditorum, in vita & moribus. Nec sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentiis, vel quorumlibet inductorum, fide, vel actibus adaequemur, quibus sacris litteris unica est credendi pariter & vivendi regula praescripta. *8. qu. 1. cap. Nec sufficere.*

40. Tenentur defendere Sacerdotes, & repellere injustitias. *Fabianus epist. 2. caus. 3. qu. 1. cap. Deus ergo.*
Vide, *Calumniator. num. 10.*

41. Tenentur defendere & patrocinari, quos

suscipiunt sub tutela. *Dist. 87. cap. Irregulariosum. Vide, Ecclesia. tit. 51. num. 13.*

42. Tenentur scire librum Pastoralem Divi Gregorii. Nulli Episcopo liceat Canones, aut librum Pastoralem, à Beato Gregorio Papa editum, si fieri potest, ignorare, in quibus se debet unusquisque, quasi in quodam speculo, assidue considerare. *Concil. Turonen. 3. c. 3.*

43. Tenentur providere de Ministris, secundum linguas & nationes diversas. Quoniam in plerisque partibus, intra eandem civitatem atque Diocesim, permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus & mores: districte praecipimus, ut Pontifices hujusmodi civitatum, sive Diocesum, provideant viros idoneos, qui secundum diversitates rituum & linguarum, Divina Officia illis celebrent, & Ecclesiastica Sacramenta illis ministrant, instruendo eos verbo pariter & exemplo. *De offic. Judicis Ord. c. Quoniam. & Conc. Lat. 4. c. 9.*

44. Tenentur per se, saltem in majoribus festis, Confessiones audire. Statuimus etiam, &c. ut Praelati singuli Eleemosynarios honestos habeant, & ut ipsi Praelati sint, juxta Apostolum, hospitalis, & ut horis competentibus ad pauperes audiendos, & justitiam exhibendam, in publico praesentiam suam exhibere procurent, & in personis propriis confessionibus audiendis interdum intersint, & poenitentis injungendis, ipsi etiam per confesores discretos civitates proprias obeant, & in EE. suis Cathedralibus residere procurent, ut aliquibus majoribus festis, & saltem in aliqua parte per se, prout animae suae salutis magis viderint expedire. *Concil. Oxoniense 1. c. 1.*

45. Si Episcopus non potest praedicare, & audire confessiones, ac visitare: tenetur de aliis providere, qui id faciant. Saltem in Dominica debet praedicare. Per se, vel per alium, si est impeditus, tenetur praedicare. In Quadragesima verò, & Adventu, quotidie, aut ter in hebdomada, per se, vel per alium. Ut Episcopi Canonicas Scripturas & sancta dogmata jugi meditatione discutiant, & Presbyteris ac Clericis suis, subtilius tractando & disserendo, occultos SS. litterarum thesauros aperiant, populis verò juxta ipsorum capacitatem, Dominicis & Festis diebus, Verbum praedicationis impendere non negligant. Quod si quis deinceps ab hac observatione, & ab his, quae superius sunt statuta, subtraxerit, tanquam proprii defector officii, Divinis legibus subiacebit. *Concilium Regiaticum. capit. 5.*
De officio praedicationis, si forte Episcopus non fuerit in domo sua, aut infirmus est, aut alia aliqua causa exigente, non valuerit, nunquam tamen desit diebus Dominicis, aut festivitibus, qui Verbum DEI praedicet, juxta quod intelligere vulgus possit. *Concil. Moguntiacum. c. 25.*
Ut Episcopi diligentius operam dent, lectionisque Divinae incumbant, id est: Canonice libris, & opusculis Patrum, & Verbum DEI omnibus praedicent. *Concil. Remen. c. 14.*
Ut Episcopi sermones & homilias SS. Patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguae praedicare studeant. *Ibid. c. 15.*
Relata est coram Sancta Synodo querimonia plebium, quod sint quidam Episcopi, nolentes ad praedicandum vel ad confirmandum suas per annum paracias circumire, qui tamen exigunt, ut mansiones, quibus in protectione uti debuerant, aliquid pretio redimant, qui parere debebant: quae duplex infamia, negligentiae & avaritiae, Sanctae Synodo magno fuit horrore. Statuerunt itaque, ne quis ultra exerceat illud cupiditatis ingenium, & ut sollicitiores sint Episcopi de

de suis gregibus visitandis. *Post Conc. Tolet. 1. in fragmentis. cap. 2. 10. q. 1. cap. Relata.*
Ut unusquisque nostrum, sive per se, sive per alium, vel aliquos ex ministris Ecclesiae fideliter doctos, ita verbum praedicationis, tam in urbe, quam foris in plebibus exhibeat, ut omnino eis admonitio & exhortatio salutaris deesse non possit. Quia ubi verbum DEI fidelibus non ministratur, quid aliud, quam vita animae subtrahitur? *Concilium Valentinum 3. cap. 16. de offic. jud. ord. cap. Inter cetera. Concilium Lateranense 4. cap. 10. Vide, tit. 1. num. 5. Concil. Tridentinum sessione 5. De reformatione. cap. 2. & sessione 24. De reformatione. cap. 4.*

46. Tenentur charitativè tractare Religiosos. Ceterum universos EE. Praelatos, cujuscunque praesentiae, status, vel dignitatis existant, ac Sacerdotes Parochiales, & curatos, sive Rectores praedictos, praesentium tenore rogamus, & hortamur attentè, nihilominusque eis districte praecipiendo mandamus; quatenus pro Divina & Apostolica Sedis reverentia praedictos Ordines, & professores eorum, habentes affectu benevolò commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros, aut asperos, sed porius favorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales, studeant se exhibere: sic eos in praedicationis officio, & propositionibus verbi DEI, ac in omnibus aliis supra dictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum suorum participes, promptè benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant, ut proinde illis aeternae beatitudinis praemium augeatur, & animarum salutis incrementa felicia procurentur. *Extra. de sepulturis. cap. Super Cathedraliam.*

47. Episcopi omnes promovendi, tenentur in primo Concilio Provinciali acceptare decreta Concilii Tridentini, jurare obedientiam & fidelitatem Romano Pontifici, & damnare haereses, damnatas ab aliis Conciliis. *Concil. Tridentin. sess. 25. De reformatione. cap. 2.*

48. Tenentur Clerum corrigere. *Clement. de off. Jud. Ord. c. 1. Vide, tit. 15. numero 30.*

49. Tenentur punire maleficos. *Gregorius I. libr. 12. epistol. 13. Vide, ibidem. numero 10.*

50. Tenentur curare, ne in Ecclesiis fiant clamores, confabulationes, judicia, nundinae, &c. *De immunitate Ecclesiae in 6. cap. Decret. Vide, Ecclesia. tit. 33. num. 1. & tit. 47. num. 31.*

51. Tenentur habitare cum Clericis. *Concil. Turon. 2. cap. 13. supra. n. 30.*

52. Tenentur invigilare, ne quis plura beneficia curata, dignitates, vel personatus obtineat, sub poena suspensionis ab ingressu Ecclesiae, ipsò factò, & quid agere debent cum habitibus. Omnibus & singulis ordinariis in virtute Sanctae obedientiae, & sub poena suspensionis ab ingressu Ecclesiae, quam eos (si in exequendis subsequentiis negligentes fuerint) incurere volumus ipsò factò: districte praecipimus, & mandamus, ut sub certa & formidabili poena, eorum arbitrio intelligenda, subditis suis plures dignitates & personatus, aut EE. quibus cura inminere animarum, aut dignitates, vel personatus, cum alio beneficio, cui cura similis stranne, obtinentibus, injungere debeant, quod dispensationes, autoritate quarum hujusmodi EE. personatus, vel dignitates, obtinent, (si quas habent) nec non & titulos EE. dignitatum, vel personatum eorumdem, intra tempus, pro facti qualitate, ipsorum Ordinariorum moderandum arbitrio, Ordinariis ipsis, vel iis, quem, vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent: De processibus habendis super his exhibitis propositis, & productis reddituri absque mora

dispendio, per scripta publica conficienda super his Sedem Apostolicam certiore. *Extra. de offic. jud. ord. cap. 2.*

53. Tenentur impedire, ne Laici exigant aliquid à Clericis, aliàs consentiens, excommunicatur ipsò factò, & poenam depositionis incurrit. *Concil. Lateranense 5. sess. 9. in Bulla de ref. Curiae. cap. 3.*

54. Tenentur celebrare Synodum omni annò, Concilium Sabinense. cap. 2. (qui omittit.) Suspenditur ab ingressu Ecclesiae, donec in Synodo se purget. *Ibidem. Vide, Concilium tit. 6. n. 2. Vide, Episcopus. quoad Concilia.*

55. In mensa faciunt legere Sacram Scripturam. In mensa verò Praelatorum omnimoda servetur honestas, & Sacrae Scripturae legantur, ita videlicet ut fauces sumant cibum, & aures esuriant verbum Dei. *Concil. Toletanum 22. cap. 5.*

56. Tenentur resistere omni potenti, inique agenti. Clamar AA. Princeps: Obedire oportet DEO magis, quam hominibus; & Coapostolus ejus Paulus: Qui resistit, inquit, potestati, DEI ordinationi resistit. Judicate ergo, cui potius obediendum sit, DEO, aut hominibus? Judicate, cui potius resistendum sit, potestati, quam in Petro DEUS Omnipotens ordinavit, quamque super cunctas Ecclesias extulit, an ordinationi Gregorii Siracusan. *Et circa finem:* Contuemini ergo & futura, imò urgentia mala conspicietis, Medici estis, imminentes morbos per praecedentia signa praevidere. Episcopi estis, exurgens in Ecclesia Christi horrendum exitum perspicite. Speculatores estis, in altam mentis arcem conscendite, & in gregem Dominicum, feram pessimam intruere cupientem, à longè contemplamini. Quasi tuba exaltate vocem vestram, & annunciate populo DEI scelera eorum. Super montem excelsum, id est, altitudinem virtutum ascendite. Qui evangelizatis Sion, stete in fortitudine: potestates hujus saeculi ex adverso ascendite, & murum pro domo DEI opponite, ac quibuslibet potestatibus inique agentibus contraite: sicque fiet, ut nec sicut canes inuti, de taciturnitate argui valeatis, nec de talenti occultatione districtam Domino rationem reddere compellamini. *Nicolaus I. epist. 10.*

57. Tenentur exequi sententias latas à delegatis Papae. *Concil. Lateranense 3. in appendice. de potest. jud. deleg. cap. 10. Vide, Delegatus. tit. 3. num. 42.*

58. Episcopi in Synodo tenentur tractare de observantia Canonum, & de reformatione. *Concilium Sabinense cap. 2. Vide, Concilia tit. 6. num. 2.*

59. Tenentur saepe celebrare, saltem in festis solemnibus, diebus Adventus, & Quadragesimae. Exhortamur igitur eos in Domino, & monemus, ut moram trahentes apud Cathedrales Ecclesias, congruenter ibidem Missas celebrent in praecipuis saltem solemnitatibus, & diebus Dominicis, in Quadragesima & Adventu. *Concilium Londinens. 2. c. 23.*

60. Etiam in Dominicis & Festis. Cum Pontifices, ut inquit Apostolus, ex hominibus assumpti, pro hominibus constituantur in iis, quae sunt ad DEUM, ut offerant dona & Sacrificia pro peccatis, Episcopus Dominicis, & reliquis festis diebus, nisi jure impediatur, Missam celebret. *Concil. Mediolanen. 1. part. 2. tit. de frequenti Divini Sacrificii oblatione.*

61. Tenentur Missas publicè celebrare, & non in capella, nisi ex necessitate. Possunt per viam Altari portatili uti, & saepe, ac singulis diebus celebrare, si opus sit.

Missas in solemnitatibus majoribus, in suis EE. juxta SS. PP. statuta, & nunquam secretè in Capellis suis celebrent, nisi causâ legitimâ & necessariâ fuerint impediti. Altaria viatica secum portare faciant, in quibus singulis diebus, coram se honestè & devotè Missam faciant celebrari. Horas Canonicas cum suis Clericis attentè recitent, & in EE. suis Cathedralibus Divina Officia solemniter celebrent, nisi legitimè fuerint impediti. *Concil. Sabinen. cap. 7.*

Statuimus, ut non tantum Dominicis diebus, & præcipuis festivitibus Episcopi Missas celebrent, sed cum possibile fuerit, quotidiana quoque Sacrificia frequentent, nec fastidiant privatim, primum pro se, deinde pro Confacerdotibus, pro Regibus, & cunctis Ecclesiæ DEI Rectoribus, proque his, qui se orationibus ipsorum peculiariter commiserunt, & maxime pro pauperibus preces fundere, & Omnipotenti DEO hostias offerre, comitante piâ compunctione, & sacrae devotionis affectu, quod magis occultè sacrificantibus convenit, ut ipse quoque Sacerdos hostia viva fiat, & sacrificium DEO, spiritui contribulato. *Concil. Regiavivianum. cap. 2.*

62. Tenentur recitare Officium devotè, & diurnis & nocturnis horis, quantum possunt interesse. *Concil. Lateran. 4. cap. 17. infra.*

63. Tenentur dicere Officium in choro cum Clericis, nisi legitimè impediatur.

Dolentes referimus, quod non solum quidam Minores Clerici, verum etiam aliqui EE. Prælati, circa commensationes superfluas, & confabulationes illicitas, ut de aliis taceamus, ferè medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquunt, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrentes undique continuatâ synopâ matutinum. Sunt & alii, qui Missarum celebrant solemnità, vix quater in anno, & quod deterius est, interesse contemunt. Et si quando, dum hæc celebrantur, interfunt, chori silentium fugientes, intendunt externis colloquutionibus Laicorum: Dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad Divina. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiæ, ut Divinum Officium, diurnum pariter & nocturnum, quantum eis DEUS dederit, studiosè celebrent, pariter & devotè. *Concil. Later. 4. cap. 17. Concil. Sabinen. 7. supra. n. 64.*

64. Tenentur corrigere populos benignè, deinde severe, &c. *Concil. Trid. sess. 13. De reformat. cap. 1.*

65. Tenentur docere noviter ordinatos de suis officiis, de ministerio Sacramentorum, &c. Nec non materias & formas Sacramentorum.

Statuimus, quod quilibet Episcopus in sua Diocesi informare debeat Sacerdotes & ministros, novos maxime, vel à scientibus expertis faciat informari in suis officiis, & ministeriis, & Ecclesiasticis Sacramentis, & ipsorum collatione, seu dispensatione, scilicet in catechizando, baptizando, conficiendo Corpus & sanguinem JESU Christi, & quæ sunt consecrationis verba, seu consecrationis, & confitentis, seu penitentis absolvendo, & formam & modum absolutionis, & Divinis aliis. *Concil. Ravennaten. 2. sub Clem. 7. cap. 9.*

66. Tenentur honorare omnes Clericos.

Esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe. Sed Episcopi Sacerdotes se esse noverint, non dominos, honorent Clericos, quasi Clericos, ut & ipsi à Clericis, quasi Episcopis, honor deferatur. Scitum est illud Oratoris Domitii: Cur ego te, inquit, habeam ut Principem, cum tu me non habeas Senatoren? Quod Aaron & filios ejus, hoc Episcopum & Presbyteros esse noverimus. *Dist. 95. cap. Esto subiectus.*

67. Tenentur curare, ut hospitalia omnia administrarentur, etiam si administratores sine personæ exemptæ. *Concil. Trid. sess. 7. De reformat. cap. 15.*

68. Tenentur audientias dare horis competentibus, & justitiam administrare. *Concilium Oxoniense. cap. 1. supra num. 44.*

69. Tenentur curam habere de Parochiis, nè ab aliis usurpentur.

Omnibus verò Episcopis id instituitur esse servandum, ut Parochiam suam benè custodiant, nec à quolibet fratre eam usurpare permittant. Quibus si tricenalis numerus per voluntatem, aut negligentiam occurrerit, nullò modò reddenda erit. *Concil. Emeriten. cap. 8.*

70. Tenentur contra incestuosos invigilare, eosque punire, expellendo ab Ecclesia, & utendo brachiò sæculari.

Ut Episcopi incestuosos punire & investigare studeant, omninò decrevimus. Qui si punire noluerint, de Ecclesia expellantur, donec ad penitentiam revertantur. Quòd si Sacerdotum noluerint admonitionibus autem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, oportet eos per sæcularis potentis disciplinam à tam prava consuetudine coerceri. *Concil. Vormatien. 1. cap. 79.*

71. Die Dominicò tenentur interesse Ecclesiæ, nisi sint infirmi.

Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ, cui proximus fuerit, Die Dominicò deesse non debet. *Concil. Aurelianen. 1. cap. 33. De consecratione. Dist. 3. cap. Episcopus si infirmitate.*

72. Tenentur invigilare, nè redditus hospitalium, leprosariorum, &c. usurpentur, sive à fundatoribus, sive ab aliis, etiam exemptis.

Sancimus, ut hi, ad quos id de jure, vel statuto in ipsorum fundatione locorum apposita, aut ex consuetudine præscripta legitimè, vel privilegìo S. A. pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare, ac occupata, deperdita & alienata indebitè in statum reduci debitum faciant, & ad ipsarum miserabilium personarum receptionem & sustentationem debitam, juxta facultates & proventus locorum ipsorum, Rectores prædictos compellere non omittant. *Clementina de Religiosis domibus. cap. Quia contingit.*

73. Episcopus promotus in curia, tenetur visitare omnes Cardinales, quam primum. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. In Bulla. De reformat. Curie. cap. 1. Vide, in Bullario Leo X. constit. 7. Superne.*

74. Episcopus causas tenetur coram Clericis audire.

Ut Episcopus nullius causam audiat, absque præsentia Clericorum suorum: Alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum præsentia confirmetur. *Concil. Carthaginen. 4. cap. 23.*

75. Episcopus tenetur ire ad Synodum & Concilia.

Ut Episcopus ad synodum ire, non sine satis gravi necessitate inhibeat: sic tamen, ut in sua persona Legatum mittat, suscepturus, salvâ fidei veritate, quicquid Synodus statuerit. *Concil. Carthaginen. 4. cap. 21.*

76. Quando tenetur discedere versus Ecclesiam, ad quam est electus. Vide, Episcopus quoad residentiam in fine.

77. Aliæ Episcoporum obligationes communes. Vide, Clericorum obligationes. Vide, Ecclesiasticorum obligationes. Vide, Episcopus quoad sua munera. Vide, tit. seq. Vide, Officia.

XXII. Episcopi à quibus debent abstinere.

1. Episcopus habere non potest duas Ecclesias Cathedrales; habens verò, dimittat unam intrâ sex menses, aliàs postea accepta vacare censetur. *Concil. Tridentinum. sess. 7. De reformat. cap. 2. Vide, Beneficia plura. Vide, Clerici à quibus debent abstinere. Vide, Ecclesiastici sub hoc titulo.*

2. Episcopus cavere debet à ludis & ebrietate, aliàs excommunicatur. *Concil. quod dicitur AA. cap. 42. Vide, Clerici. tit. 20. n. 1.*

3. Non debet facere juramentum fidelitatis Regibus, Imperatoribus, vel aliis Dominis. Nè Episcopus, vel Sacerdos, Regi, vel alicui Laico in manibus ligium fidelitatem faciat. *Concil. Claremont. cap. 17.*

4. Abstineat ab usuris, aliàs deponatur. *Concil. quod dicitur AA. cap. 44. Vide, Clerici. tit. 19. n. 1.*

Nè sit verò Episcopus turpiter questuosus, & præsertim in conspectu gentiliùm, malitque ipse incommodò affici, quam alterum afficere, ne sit circumventor, nè raptor, nè defraudator, nè divitum studiosus, nè oderit pauperes, nè sit maledictus, nè falsus testis, nè iracundus, nè contendendi cupidus, nè se negotiis vitæ implicet, ne pro aliis spondeat, &c. *Libr. 2. constit. Apostolic. cap. 6.*

5. Non admittat ad se mulieres ludicras & jocosas.

Ceterum, quia in partibus istis morbus detestandæ inhonestatis irrepit, quòd mulieres, quæ Soldaderas vulgariter nuncupantur, intrant publicè domos Prælatorum & Magnatum ad comedendum, & alia, loquentes prava & inhonestè colloquia, plerumque corruptentia bonos mores, facientes spectaculum de se ipsis; præcipimus omnibus, & maxime Prælatibus, sub obtestatione Divini iudicii districtè injungentes, nè hujusmodi mulieres permittant intrare, vel esse in domibus eorum, nec aliquid dent eisdem. *Concil. Toletanum. 18. cap. 3.*

6. Abstineat à militia, aliàs deponatur. *Concil. AA. cap. 82. Vide, Clerici. tit. 22. n. 1.*

Reprehensibile valde esse constat, quod subintulisti, dicendo, majorem partem omnium Episcoporum, aut nocturne cum aliis fidelibus suis, contra Piratas maritimos involare, ob idque Episcopi impediuntur venire. Cum militum Christi sit, Christo servire, militem verò sæculi, sæculo; sicut scriptum est: Nemo militans DEO implicet se negotiis sæcularibus. Quòd si sæculi milites, sæculari militiæ student, quid ad Episcopos & milites Christi, nisi ut vacent orationi? *Nicolaus 1. ep. 27. Et in Decretis. tit. De Episcopis. cap. 7. 27. q. 8. cap. Reprehensibile.*

Si quis vult Pontifex non tam vocabulò esse, quam merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quòd non discedant de tabernaculo Domini. Erat enim Moyses indefinenter in tabernaculo Domini. Quòd autem opus ejus erat? Ut aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, ut aut à Deo discat, legendo Scripturas Divinas, & sapius meditando, aut populum doceat, sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed & quæ Spiritus Sanctus docet. Est & aliud opus, quod facit Moyses; ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? Orat, & donec ille orat, viget populus ejus: si relaxaverit, & dimiserit manus, populus ejus vincitur, & fugatur. Oret ergo & Sacerdos Ecclesiæ indefinenter, ut vincat populus, qui sub ipso est, hostes invisibiles Amalecitas, qui sunt demones, impugnantes eos, qui volunt pie vivere in Christo. *Dist. 36. cap. Si quis vult.*

7. Non debet, nec per se, nec per alium dare securitatem, pro indemnitate Ecclesiæ.

De cætero, licet, sicut tuæ litteræ continebant, quòd Episcopus nec in electione sua, Ecclesiæ suæ indemnitate promittat, sacris Canonibus prohibetur, sed tamen, &c. quoniam Capitulum, illud de persona Sacerdotis electi, specialiter est intelligendum. Verum, quamvis frater tuus, te nesciente, hujus securitatem præstiterit, quòd tamen non constat, idè potest perpendi, quòd non alicujus læsionis maculam propter hoc incurras, vel contrahas, &c. *Concil. Lateranen. 3. parte 50. cap. 1.*

8. Abstineat à mœchando, aliàs excommunicatur usque in finem.

Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, si in ministerio positi, detenti fuerint, quòd sint mœchati: placuit, & propter scandalum, & propter prophanum crimen, nec in sine eos Communionem accipere debere. *Concil. Eliberitanum. cap. 19.*

9. Non quærat honorem, & gloriam ab hominibus, aliàs est mercenarius.

Sunt in Ecclesia quidam Præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit: (Sua quærentes, non quæ JESU Christi.) Quid est (sua quærentes?) Non Christum gratis diligentes, non DEUM, propter DEUM quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à Præposito, & propter hæc servitur DEO, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios non se computet. *8. q. 1. cap. Sunt in Ecclesia. cap. 2.*

10. Abstineat ab officio advocati in litibus.

Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, & summò studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abicias, nè fidei jussor existas, nè advocatus litium fias, nè in ulla aliqua occupatione profus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enina judicem, aut cognitorem sæcularium negotiorum, hodie te ordinare vult Christus, &c. *Clemens 1. ep. 1. cap. 2.*

Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi DEI studiis, sollicitudines suscipere sæculares, ita & unicuique Laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his, quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te verò securum facere ex his, quibus non debes vacare, omnes communiter elaborent. *Ibidem. cap. 3.*

11. Item à conductionibus, tam per se, quam per alios faciendis. *Concil. Vormat. 1. cap. 67. Et aliis ob officiis, ut procuratoris, &c. Ibidem. Vide, Clerici. tit. 17. n. 11. Ex Concilio Carthagin. 3. cap. 15. Ibid.*

12. Abstineat à conculcando alios Episcopos. Ut nullus Episcoporum alium Episcopum conculcet. *Concil. Arelaten. 1. cap. 17.*

13. Abstineret debet ab iracundia, aliàs deponendus est.

Non erit Presbyter ullò modò malevolus, aut velox ad iram, aut ad offensionem, præsertim Episcopus, aut alius, qui potestatem habeat excommunicandi, ut non omni tempore excommunicet, & liget; & si quis talis extiterit, debet hæc auferre, necessèque est, ut sit moderatus, & deponat odium, & non exerceat semper excommunicationem. Quòd si non parnerit, deponatur. Siquidem ira, malevolentia, indignatio, & clamor opera demonis sunt, neque convenit, ut sit in Sacerdote aliquid ex vitis diabolicis; sed potius ut sit mundus ab omnibus vitis & maculis, sicut scriptum est. *Concil. Nicenum. 1. Ex Arab. cap. 28.*

14. Abstineret debet à vigiliis usque ad mediam noctem. *Concil. Lateran. 4. cap. 17. Vide, tit. præced. n. 63.*

15. Abstineret debet à nimio somno in manè, usque ad cantum avium. *Ibidem.*

16. Abstineat ab administratione secularium, aliis deponatur. Non sit conductor.

Diximus, non oportere Episcopum, vel Presbyterum, se ipsum ad publicas administrationes demittere, sed in Ecclesiasticis negotiis versari, vel ergo, ita facere persuadatur, vel deponatur. *Concil. Apostolorum. cap. 80. Concilium Carthaginen. 3. cap. 15. Et ibidem. Vide, ubi supra n. 11.*

17. Non suscipiat curam secularium.

Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam secularis curas assumat, sin aliter, deiciatur. *Dist. 88. cap. Episcopus aut Presbyter. ex Conc. A.A. cap. 7.*

Perlatum est ad nos, Reverendissimum Fratrem nostrum, Basilium Episcopum, velut unum de Laicis in causis secularibus occupari, & Prætoris inutiliter de servire. Quæ res, quoniam & ipsum vilem reddit, & reverentiam sacerdotalem annihilat, statim ut experientia tua hoc præceptum susceperit eum, ita ad reverendum districtâ executione compellat, quatenus ei, illic te insistentem quinque diebus, sub quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos graviter incipias esse culpabilis. *Ibid. cap. Perlatum est.*

18. Neque curam testamentorum.

Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. *Ibid. cap. Episcopus. II. 2. Ex Conc. Carthaginen. 4. cap. 18.*

Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni, & orationi, & verbi DEI prædicationi tantummodo vacet. *Ibidem. cap. Episcopus. II. 3. Ex eodem. cap. 20.*

Episcopus gubernationem viduarum, & pupillarum, ac peregrinorum, non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat. *Ibid. cap. Episcopus. II. 4. Ex eodem. cap. 17.*

Inutile, & valde laboriosum est, hominem litterarum ratiociniorum causis assumere, & in eis te, quod non expedit, obligare. *Ibidem. cap. Inutile.*

19. Abstineat à verberando alios, etiam propter peccata; aliis ab officio deponatur.

Quid autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, Canones dicant; bene V. F. novit. Pastores etenim facti sumus, non percussores; Et egregius Prædicator dicit: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina; nova verò atque inaudita est ista prædicationi, quæ verberibus exigit fidem. *Greg. I. lib. 2. ex regest. ep. 52. Et Dist. 45. cap. 1. Quid autem. Concil. quod dicitur A.A. cap. 28. Vide, Clerici. tit. 30. n. 2.*

Neminem quisquam peccantem Clericum cæde attingat, non Presbyter, non Diaconus, non Episcopus Clericum, vel servitorem Ecclesie, ad cædem perducatur. Sed si ita causa exigat, Clerici triduo priventur honore, ut poenitens redeat ad Matrem Ecclesiam. *Distinctione 45. cap. Neminem. Ibidem. cap. Cum Beatus. Vide, Clerici. tit. 53. n. 3. cap. Episcopus. Ex Concil. A.A. cap. 28. Vide, Clerici. tit. 30. num. 2.*

20. Abstineat à legendo libros gentilium.

Ut Episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore. *Concilium Carthaginense 4. capit. 16. Et distinctione 37. capit. Episcopus.*

21. Abstineat à lectione librorum hæreticorum, nisi in necessitate. *Ibid.*

22. Abstineat à litibus & rebus transitoriis.

Ut Episcopus pro rebus transitoriis non litiget provocatus. *Ibid. c. 19.*

Interdicit interea Apostolica auctoritas litigium omni Episcopo, quam & nos auctoritatem benignò amplectentes animò constituimus, ut nullus Episcoporum se litigiosis immisceat contentionibus, sed neque irreligijs, vel indisciplinatis locutionibus, tam in domibus, quam in forissecis conventiculis omnino indulgeat. *Concil. Aguisgranen. 3. p. 1. capit. 4.*

23. Abstinerere debet à fastu, imperioso modo & contemptu aliorum. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 20. Vide, tit. 1. numer. 6.*

24. Non debet docere Grammaticam, sed Scripturam sacram doceat.

Gregorius, Desiderio, Episcopo Gallia: Cum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nuntiata, ita cordi nostro nata est læticia, ut negare ea, quæ sibi Fraternitas vestra concedenda poposcerat, minimè valeremus. Sed post hoc pervenit ad nos, (quod sine verecundia memorare non possumus) Fraternitatem tuam Grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita molestè suscepimus, ac fuimus vehementius aspernati, ut ea, quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & tristitiam verteremus, quia in uno se ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quàm grave, nefandumque sit Episcopis, canere, quod nec Laico Religioso conveniat, ipse considera. *Gregorius I. lib. 9. epist. 48. Distinctione 86. cap. Cum multa.*

Unde si post hoc evidenter ea, quæ ad nos perlata sunt, falsa esse claruerint, nec vos nugis & secularibus litteris studere consiterit, Deo nostro gratias agimus, qui cor vestrum maculare blasphemis nefandorum laudibus non permittit, & de concedendis, quæ poscitis, securitatem & sine aliqua dubitatione tractabimus. *Ibidem.*

25. Non potest tenere canes venaticos. *Concilium Toletanum 17. cap. 8. Quomodo puniendus. Vide, lb. Clerici. titulo 17. numero 23.*

26. Neque similes aves, falcones, &c. Abstineat à venationibus.

Ut Episcopus omnes affectiones, quæ à Sancta conversatione & Sacerdotali abhorrent officio, penitus repudiet, & non Canibus, aut Accipitribus, vel Capis, quod vulgus falcones vocat, per se ipsum venationes exerceat. Equorum quoque, mulorumque superfluum curam contemnat, pretiosarumque vestium cultum, & dissolutum, ac velut ad pompam compositum vitæ incensum sit Sacerdotis eloquium, spiritali sale conditum, non curiosis, & protervis, & coramnis vobibus tumidum, &c. *Concilium Regaticinum. cap. 4. Concil. Matifconen. 2. cap. 13. Vide, Accipitres.*

Episcopi ab omni bestiarum, vel volucrum venatione penitus alieni existere, & ab immoderata filiarum suarum familiaritate, unde mala oriatur fama, abstinerere debent. Nullum enim Sanctum (ut ait Beatus Hieronymus) venatore legitimus. *Nicolaus I. In decret. tit. De Episcopis cap. 1.*

27. Abstinerere debet à convivijs, & uti debet parco victu.

Episcopum non oportere nimium profulis incumbere convivijs, sed parco & moderatò contentum sit cibo, nè videatur Domini abuti sententiâ, dicentis: Attendite, ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & quamdiu combibatur, potius facta lectio ante mensam ejus recitetur, quàm otiosa à susurrionibus resonent verba. *Concil. Turonense 3. cap. 5.*

Placet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque convivas ad comedendum & potandum non urgere, quin potius semper se sobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convictu turpitudinis argumenta, ne ludicra spectacula, non Acroamatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non seculares admittantur præstigiæ. Adhinc peregrini, & pauperes, & debiles, qui de Sacerdotali mensa Christum benedicentes, benedictionem percipiunt. Recitetur Sacra lectio: subsequatur vivæ vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, imò verbi spiritalis alimentò conviventes, se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur DEUS per J. C. D. N. *Conc. Regaticinum. cap. 3.*

28. Ebrietati vacans, est deponendus.

Sobrietatem verò, quam Apostolus Episcopo habendam docet, ad eò nos eam, nobis scèdandam statu-

tuimus, ut nullus Sacerdotum ebrietatis depravatione se, aut ministerium suum vilescere faciat, quò merito reprehensibilis videatur: quia legitimus, ebrietatem dedecus esse, cuique Christiano sectari, quanto magis Sacerdotibus? Unde Apostolus inquit: Nolite inebriari vinò, in quo est luxuria. Legitur & alibi Sic oportere Episcopum bibere, ut quasi non bibisse videatur. Quapropter deinceps, quicumque hujus Ordinis huic noxio vitio inserviens, deprehensus fuerit, censuimus, ut secundum statutum Canonicum, quicumque ebrietati deservit, aut desinat, aut deponatur. *Concil. Aguisgranen. 3. p. 1. cap. 6.*

Item placuit, ut sobriè, piè, castèque, juxta Apostolum viventes, fugiamus turpis lucri gratiam, non in commellationibus & ebrietatibus, & inebriemur vinò, in quo est luxuria, quemadmodum per semet ipsam Veritas generaliter in Evang. præcipiendo præfatur, dicens: Cavere à crapula, & ebrietate, & curis hujus sæculi. Unde in Ecclesiastico Canone sententialiter constat decisum, aut cessare ab hujusmodi vitii ingurgitatione, aut certe perseverantes honoris jacturâ periclitari debere. Quorum hujus ultricis sententia dictatorum nos complices ac fautores esse fatemur. *Conc. Forojulien. cap. 3.*

Multis ab urbe tua venientibus, Frater charissime, didici, pastorali curâ derelictâ, solis te convivijs occupatum, quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis probarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi invigiles, sed ipsum quoque usum Ecclesiastici Ordinis ignores, hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus, servare reverentiam nescis. *Dist. 44. cap. Nullus.*

Nullus Presbyterorum, quando ad anniversarium diem trigesimum, aut septimum, vel tertium alicujus defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam Presbyteri convenerit, se inebriare nullatenus præsumat, nec precatus amore Sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se alienâ imprecatione ingurgitare, nec blasphemus, nec risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, aut turpia joca, vel ursò, vel cornaricibus, ante se fieri patiat: nec larvas Dæmonum ante se fieri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à SS. Canonibus prohibuit. *Ibidem. cap. Nullus. Et cap. Convivia. Vide, Convivia. n. 3.*

29. Abstinerere debet ab usurpatione rerum alienarum.

Et quia exempla boni operis à Pontificibus debent primùm (Christò opitulante) procedere, nullus Episcopus res competat alienas, aut si competitas, aut à se, aut ab antecessore suo fortè quis possedit, Domino proprietatis possessionem propriam, absque præjudicio liberalitatis Regiæ, integrâ reformatione restituat, ut quia DEUS dona reprobat iniquorum, non ad judicium suum Ecclesie res exteras derelinquat. *Concilium Parisense 3. cap. 3.*

30. Non gravet subditos, aliquid exigendo ab eis.

Unde Fraternitatem vestram admono, ut subjectis vestris, graves non studeatis existere, sed si qua sunt gravamina, temperetis: quia nec ab eo, quod semel definitum est, deflectere debuistis. Etenim in futura & in præsentem nobis vita prospicitis, si eos, qui vobis commissi sunt, sine gravamine conservetis. *Gregorius I. lib. 11. ex reg. ep. 22.*

31. Non potest imponere servitium, vel gravamen Clericis, vel Abbatibus, vel alitis.

Nullus Episcopus gravamen, seu servile servitium ex usu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus, seu Clericis suis imponat. Interdictum Sacerdotale Officium, pretiò interveniente, restituit; quod si fecerit, officii sui periculum subeat. *Conc. Roman. 5. sub Greg. VII.*

32. Abstineant à jocularibus, & histrionibus, & similibus scurris.

Ab omnibus, quæcunque ad aurium & oculorum pertinent illecebras, unde vigor animi emolliiri posse credatur, (quod de aliquibus generibus musicorum, aliisque nonnullis rebus sentiri potest) DEI Sacerdotes abstinerere debent: quia per aurium, oculorumque illecebras, vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoque turpium, & obscenorum insolentias jocosum, & ipsi animò effugere, cæterisque Sacerdotibus effugienda prædicare debent. *Conc. Thron. 3. c. 7.*

33. Non possunt ire ad comitatum Regum, seu Imperatorum, sine licentia Papæ. Aut saltem sine licentia Metropolitanorum.

Quò anst, quâ temeritate rescribis Ravennam te parare proficisci, cum Canones evidenter præcipiant: Nullum omnino Pontificum, nisi nobis ante visis, atque consultis, ad comitatum debere contendere? Quem admodum tibi putas licere, quod non licet, nisi quòd hoc officio carere festinas, quò his excessibus te ostendis indignum. *23. question. 8. cap. Quò anst.*

Si quis Episcopus, aut Presbyter, vel omnis omnino, qui est sub Ecclesiastica regula constitutus, præter consilium, vel litteras eorum Episcoporum, qui sunt intra provinciam, & maxime Metropolitanorum, ad Imperatorem perexerit, hunc abdicari, & ejici non solum de Communione debere, sed etiam propriâ dignitate privati decernimus, tanquam molestum & importunum Imperialibus auribus, contra Ecclesiastica constituta. *Ibidem. cap. Si quis Episcopus, aut Presbyter. ex Concilio Antioch. cap. 11.*

Si vobis FF. chariss. placet, decernite, nè Episcopi ad comitatum accedant, nisi fortè hi, qui à Religiosis Imperatoribus, vel invitati, vel vocati fuerint. Sed quoniam sæpè contingit, ut ad misericordiam Ecclesie confugiant, qui injuriam patiuntur, & qui peccantes in exilium, vel in insulas damnantur, aut certe quamcunque sententiam suscipiunt, idè subveniendum est his, & sine dubitatione eis est petenda per Ecclesiam indulgentia. *Ibidem. cap. Si vobis. ex Concilio Sardicensi cap. 8.*

Optus Episcopus dixit: Hoc quoque providentia vestra tractare debet, quia decrevistis, nè Episcoporum improbitas nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicumque ergo (quales superius memoravimus) preces habuerint, vel acceperint, per Diaconum suum mittant: quia persona ministri invidiosa non est, & quæ impetraverit, celerius poterit referre. Et hoc consequens esse videtur, ut de qualibet provincia, Episcopi ad eum fratrem & Coepiscopum nostrum preces mittant, qui in Metropoli consistit, ut ille, & Diaconum ejus, & supplicationes destinet tribuens commendatitias epistolas, &c. *Concilium Sardicense capit. 9.*

Qui verò Romam venerint, sicut dictum est, Sanctissimo Fratri & Coepiscopo nostro Romanæ Ecclesie preces, quas habent, tradant, ut & ipse prius examinet, si honestæ & justæ sunt, & præster diligentiam & sollicitudinem, ut ad comitatum perferantur. Universi dixerunt: Placere sibi, & honestum esse consilium. Alypius Episcopus dixit: Si propter pupillos, & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis; nunc verò, cum ea postulent præcipiè, quæ sine invidia omnium, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est, eos ire ad comitatum. *Ibidem. capit. 10.*

Si igitur aliquis, contra omnium sententiam niscus, voluerit ambitioni magis placere, quàm Deo, debet scire, causis redditis, honorem dignitatèque se amissurum. Quod ita demum compleri poterit, si unusquisque nostram, qui in Canali constitutus est, cum progredientem Episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quò tendat, agnoscat, & si quidem eum invenit ire ad comitatum, requirat & illud, quod superius comprehensum est, nè fortè invitatus sit, ut ei facultas eundi permittatur, &c. *Ibid. c. 11.*

Si itaque dilecti FF. hoc omnibus videtur, statuere, nullum oportere Episcop. ad castra accedere, præter eos,

eos, quos pius Imperator noster suis litteris accersit. Sed quia sæpe contingit, aliquos, qui egent misericordiã, ad Ecclesiam confugere, qui propter sua peccata, vel relegatione, vel in insulam deportatione damnati sunt, vel quamvis aliam sententiam accepere, iis non esse negandum auxilium, sed sine cunctatione & dubitatione iis veniam esse petendam; sic utriusque hoc quoque placet, omnes una quoque vestrum suffragium ferre. Responderunt omnes, decernatur & hoc. *Ibid. c. 12.*

34. Abstinere debent à conversatione malorum. 2. *quæst. 7. cap. Pervenit. & cap. Ultimo. Vide, Conversari. num. 1. & 2.*

35. Episcopi peccata gravissima sunt. Iusti Judicis DEI, qui reddit unicuique secundum opera ejus, iis quidem, qui secundum patientiam, &c. iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia, in omnem animam hominis operantis malum: Episcopi maximè & Sacerdotis, qui aliorum Dux esse debet, eosque regere, & in viam pacis per veram in Christum Deum confessionem adducere, non præcipitate in viam perditionis, gressus sequentium populorum, per propriam hæresim, de quibus, & per Beatum Hieronimum Dominus dicit: Vae Pastoribus! qui disperdunt, & dilacerant oves pascuæ meæ. *Martinus I. ep. 12.*

36. Abstinere debent à venationibus, sub pœna excommunicationis per tres menses.

Quorundam relatione fidelium nostris auribus intimatum est, quòd Lanfredus Episcopus, qui & juvenis esse dicitur, venationi sit deditus, quod vitium plurimos, etiam de Clericali Catalogo, genere duntaxat Germanos & Gallos, irreverenter implicat. Verum iste (sicut est, ut audivimus) merito juvenis dicitur, qui juvenilibus desideriis occupatus, nullâ gravitate constringitur; nam, ut Beatus dicit Hieronymus: Venatorem nunquam legimus Sanctum. *Sequentia Vide, Sub verbo Clerici tit. 13. num. 63. dist. 34. cap. Quorundam. Vide, Episcoporum obligationes, & seqq. tit.*

XXIII. Episcopi, quoad uxores & continentiam.

1. Episcopus non potest habere uxorem, id est, Latinus, & si habebat priùs, debet ab ea abstinere totaliter, aliàs privetur.

In quorum judicio, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinandum est, sed regiã viã gradiendum. In Concilio Neocæsariensi cap. 1. scriptum est: Presbyter, si uxorem acceperit, ab Ordine deponatur, si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Item in Concilio Carthageno. cap. 25. scriptum est: Aurelius Episcopus dixit, &c. (Vide, ut infra.) *Concilium Moguntinum 3. cap. 19. Concilium Africanum cap. 37. Vide, Clerici tit. 10. num. 1. Concilium Turon. 2. cap. 13. Vide, tit. 21. num. 30. Concilium Carthagen. 2. cap. 2. Carthagen. 5. cap. 3. Vide, Continentia. num. 2. Post epist. Lucii I. dist. 81. cap. Ministri. Vide, Diaconus tit. 8. num. 1. Concil. Formos. 1. cap. 9. Ib. tit. 9. num. 1.*

2. Episcopus Græcus, qui potest retinere uxorem, unam tantum debet habere, & pudicam. *Lib. 2. constitutionum Apostolicarum cap. 2. Vide, tit. 2. num. 6. Vide, Clericus habens uxorem. Vide, Conjuges, quoad multa. Vide, Continentia.*

XXIV. Episcopus, circa cohabitationem cum mulieribus.

1. Episcopus non potest habitare cum mulieribus.

Ut Episcopi cum mulieribus omninò non habitent, ne antiqui hostis fraude decipiantur, ut juxta Apосто-

licam vocem, non vituperetur ministerium nostrum, quia scriptum est: Si quis templum DEI violaverit, disperdet illum DEUS; cavere nos oportet, fratres mei, ab illicitis, ut mundas valeamus ad DEUM levare manus. Scriptum est enim: Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum, dicit Dominus. *Concil. Rom. sub Zacharia cap. 1. Conc. Nicænum 1. c. 3. Vide, Clerici. tit. 12. n. 1.*

Episcopum Episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum, licet salvetur vir per mulierem fidelem, sicut & mulier per virum fidelem, ut Apostolus ait. Nam ubi talis custodia necessaria non est, quid est necessè, ut miseria prosequatur, unde fama confurgat: Habeant ministri Ecclesiæ utique Clerici, qui Episcopo serviunt, & eum custodire debent, licentiam, extraneas mulieres, de frequentia cohabitationis ejicere. *Concilium Turonense 2. c. 14.*

2. In Episcopi Palatio mulieres habitare non possunt, etiam legitimè conjugatæ.

Suggerendum est etiam, & ex Divino mandato intimandum Regiæ dignitati, ut Episcopium, quod domus Episcopi appellatur, qualiscunque sit in oculis Domini Episcopus, ipse tamen à Rege Regum, Rex Regum, Rex constitutus pro Sanctitate Ordinis Episcopalis, sicut sanctus Gregorius ad Fortunatum docet Episcopum, venerabiliter, ac reverenter introëat, & secundum Sanctam Prædecessorum consuetudinem, quando orationis, & debite susceptionis gratiã, in transitu convenienti, civitatem ingressus fuerit, habitaculis Episcopalibus reverenter inhabitet, & non diversoria fœminarum magnificentia sua, & Religio venerabilis ibidem fieri permittat; quia, si secundum leges Canonicas, in mansiones Clericorum, introitus fœminarum prohibentur, quando magis domus Episcopi, ab hujusmodi inhabitatione, & conversatione, etiam & à legitimo connubio conjugatorum debet immunis esse, & aliena. *Concilium Meldense cap. 26. Vide, Clerici circa cohabitationem cum mulieribus.*

XXV. Episcopus fornicarius, vel permittens Clericos fornicari.

1. Episcopus fornicarius, Episcopali honore est privandus.

Quapropter omnes Episcopi, inter cætera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propensius enitere, ut ex hoc audientes, munditiam appetant, ex quo Doctores immunditia non deturpat: adeò, ut si deinceps Episcopi detestati fuerint, execrabilibus flagitiis, cum quibuslibet fœminis pollui, ac familiariter peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sententiã Patrum ulcisci, id est, & loci, & Ordinis dignitate privari. *Conc. Toleranum 8. c. 4. extra. de pœnis. c. Divinis. Vide, Appellatio. tit. 7. num. 2.*

Tertiò, quantum ad se, ut qui sibi nequam existeret, nulli alii bonus esset: suæ namque famæ prodigus, se perjuris patenter involvit, irregularitatisque laqueis irretivit, & (quod referre pudet) in corpus suum fornicando peccans, per continuatam incontinentiæ vitium, quò se dudum fœdaverat, Pontificali postea decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, & femora sua non erubuit mulieribus inclinare, ---- Nos itaque, &c. (Vide ubi supra.) *Extra. de pœnis. cap. Divinis.*

2. Debet inter Laicos facere pœnitentiam, & ab Ecclesiis ejici. *Dist. 81. cap. Si quis Episcopus aut Presbyter. Vide, Diaconus. tit. 10. num. 2.*

3. Si convincitur, est deponendus, sinè spe restitutionis privandus.

Si quis Episcopus deprehensus fuerit in adulterio, aut in alio simili crimine, deponendus est, nec est amplius in eundem gradum restituendus. Quòd si pœnitentiam egerit, non est societate fidelium, neque sacrã Communionem prohibendus, quia non est eadem ratio

ratio peccati ejus, & peccati laici; & qui contradixerit, Synodus eum excommunicat. *Concilium Nicænum 1. ex Arabico cap. 77. 2. quæstione 7. cap. Paulus Diacoma. & cap. Lator. Vide, Deposito tit. 3. n. 4. Distinctione 81. cap. Si quis amodo. Vide, Diaconus tit. 10. n. 2.*

4. Episcopus peccans cum matre, sorore, vel filia alicujus Magnatis, officio privatur, & usque ad finem excommunicatur.

Si quis Episcoporum Magnatis cujusquam uxorem, filiam, neptem, seu quolibet illi gradu alterò pervertentem, quacunque fraude, vel subtilitate, adultèrinã pollutione fœdaverit, & honoris proprii gradum amittat, & sub exilii relegatione, perpetuam excommunicationis sententiam perferat: qui tamen circa finem vitæ communionis remediò adjuvandus est. *Concil. Toletan. 11. cap. 5.*

5. Episcopus inferens vim generosis puellis, vel viris, quomodo puniendus.

Hanc sanè & illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut Primatibus palatii generosisque personis, seu nobilioribus quibuscunque mulieribus, aut puellis, aliquid per necem, aut per quamcunque irrogatam injuriam vis fuerint intulisse. Unde eos juxta legum secularium instituta, aut rationem recipere, aut traditionem de his fieri, vel proseriptionem oporteat. *Ibid.*

6. Episcopus concubinaris, si monitus à Synodo Provinciali, non abstinere, ipsò factò est suspensus: & si perseverat, Synodus referat ad Papam, qui eum puniat. *Concil. Tridentinum sessione 25. de reformatione capit. 14.*

7. Episcopus consentiens fornicationi Clericorum, suspendatur.

Si quis Episcopus fornicationem Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, vel crimen incestus, in sua Parochia, pretiò interveniente, vel precibus consenserit, vel commissum, sibi que compertum auctoritate officii sui non impugnaverit, ab officio suspendatur. *Dist. 83. cap. Si quis Episcopus.*

8. Permittens fornicari celebrare, vel tolerans illum, deponatur ab officio.

Ne verò facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi: Statuimus, ut, qui deprehensi fuerint incontinentiã vitio laborare, prout magis aut minus peccaverint, puniantur secundum Canonicas Sanctiones, quas efficacius & distinctius præcipimus observari, ut quos Divinus timor à malo non revocat, temporalis saltem pœna à peccato cohibeat. Si quis igitur hac de causa suspensus, Divina celebrare præsumpserit, non solum Ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro hac dupli. culpa, perpetuò deponatur. *Concil. Lateran. 4. cap. 14. Vide, Diaconus capitaliter delinquens.*

XXVI. Episcopi vita, victus, suppellex & habitatio.

1. Episcopi peccata gravissima sunt. *Martinus I. ep. 12. Vide, tit. 22. n. 35.*

2. Episcopus propè Ecclesiam habitare debet. Ut Episcopus non longè ab Ecclesia hospitalium habeat. *Concil. Carthagen. 4. cap. 14.*

3. Non debet legere libros gentilium, vel hæreticorum: Nisi per necessitatem. *Concilium Carthagen. 4. cap. 16. Vide, tit. 22. n. 20.*

4. Episcopus non induatur sericò, aliãque ipsi prohibita insubjectã materiã.

Episcopus non prophanò ornatu, aut apparatu, sed fidei & vitæ splendore, sibi auctoritatem querere debet. Itaque in vestitu sericum non adhibeat. Non preciosos pellibus utatur. Unguenta ne sumat; neque alias odorum suavitates contactetur. Sit annulò episcopali contentus. Ne nauta, aut equo Episcopali, stragulat

lum, & ornamentum, ex veluto, aut serico, sed ex corio factum, aut lana, adhibeat. Ephippiis, aut calcaribus, aut frenis inauratis non utetur. Lineam tunicam, quam Rochetum appellant, ex decreto Innocentii III. in Concilio Generali, in Ecclesia & in publico habeat. Sine talarum tunica, quæ ad collum adstricta sit, ac mozeta, neque è cubiculo exeat, neque quenquam, nisi ex familia admittat: neque eum vestitum ante noctem, vel nisi dimissis omnibus, deponat: vestes, quibus privatim utetur, tales omninò sint, ut modestiæ & gravitati consulatur. In itinere quoque, tam in Diocesi, quàm extra, eum vestitum habeat, ex quo illum esse Episcopum appareat. *Concilium Mediolanense 1. p. 2. tit. de Episcopii vestitu.*

5. Episcopus suppellectili & mensã modestã & humili uti debet.

Ut Episcopus vilem suppellectilem & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat. *Concilium Carthagen. 4. cap. 15. Concilium Turonense 3. cap. 5. Vide, tit. 22. num. 27. Concilium Tridentinum. sess. 25. De reformat. cap. 1.*

6. Episcopus mensã frugali uti debet. *Concil. Mediol. ut infra.*

7. Ciborum numerus & apparatus epularum qualis esse debet.

Accumbens Episcopus mensæ, benedicat, & quam decet frugalitatem & temperantiam adhibeat. In ea, præter primam escam, & unum jurulentum cibum, alterum lacticinium, & duo fructuum genera, unum aut alterum, vel ut aliquid consuetudini & hospitium stomacho indulgeamus, tertium ad summum, simplicis obsonii ferculum tantum ei apponi liceat; etiam quorumvis hospitium causã. Bellaria, placentæ, omniãque saccarò artificiosè condita, ceteraque escarum lenocinia, exquisita etiam vinorum genera prohibentur. *Conc. Mediol. loco cit. tit. de Episc. mensa.*

8. Qualis Episcopi supellex esse debeat.

In ejus suppellectili nihil aureum aut argenteum sit, præter levissima quædam instrumenta, ad cibum oris admovendum comparata. Nihil aurò, argenteo ornatum. Nihil sericum, aut sericò distinctum. Non colorum varietas. Non aulea, aut lapecia. Nihil acupictum. Nihil variè textum. Nihil studiosus elaboratum. Denique non pluris sit artificium, & manu pretium, quàm rei necessitas postulat. *Concilium Mediolanense 1. par. 2. tit. de Episcopii suppellectili.*

9. Non suscipiat onus exequendi testamenta. *Concil. Carthagen. 4. cap. 18. Vide, tit. 22. n. 18.*

10. Neque attendat curæ rei familiaris, sed orationi & sacræ lectioni. *Conc. Carth. 4. c. 20. Vide, Ibidem.*

12. Dum ipse sedet, non permittat Clericos stare.

Ut Episcopus quolibet locò sedens, stare Presbyterum non patiatur. *Concilium Carthagenense 4. cap. 34.*

12. Episcopus Scripturas sacras legat, Evangelium interpretetur. *Lib. 2. constitutionum Apostolicarum. cap. 5. Vide, tit. 21. num. 2. Non sit deditus turpi lucro, non maledicus, non osor pauperum, omnium amicus, modestè de se sentiens, ignaros doceat, malos arguat. Ibidem. cap. 6. Vide, tit. 22. num. 4. Bonò exemplò populum ædificet. Ibidem. cap. 10. Non imperiosus, & spernens alios. Ibidem. cap. 20. Vide, tit. 21. num. 5. & 8. Vide, Episcopi obligationes. Vide, Episcopus à quibus debet abstinere.*

XXVII. Episcopo quomodo, & à quibus obediendum.

1. Episcopo obediendum est ab omnibus in Diocesi.

At verò bonum Pastorem Laicus honoret, diligat, metuat ut Patrem, ut Dominum, ut herum, ut DEI Pontificem, ut Magistrum pietatis; qui enim audit eum, Christum audit, & qui ei non obtemperat, non obtemperat Christo, & qui Christum non recipit, non recipit Patrem ejus; (qui enim vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & qui me spernit, eum, qui misit me, spernit.) *Lib. 2. const. Apost. c. 29.*

2. Ei est obediendum, sicut viro ab uxore. *Evangelist. ep. 2. 7. qu. 1. c. Sicut vir. Vide, Episcopalis. n. 40.*

3. Episcopo non obedientes, graviter puniendi. Præterea nuntiatum est nobis, Marcianum quendam, qui nomen sibi defensoris assumpsit, Fratri, & Coepiscopo nostro Joanni, cui curam patrimonii nostri commiseramus, exhibere obedientiam distulisse. Require ergo, & si verum est, exilio transmitatur, ut ex cujus Ecclesia honoris sibi falsum nomen arripuit, administranti utilitates ipsius minime obedisse impunitum non sit, sed & si qui sunt alii, ordinationi memorati Fratris nostri inobedientes, districtâ in eos ultione modis omnibus vindicabis. *Gregorius I. lib. 10. ep. 46.*

4. Episcopo jubenti mala, ut canere Missam pro hæreticis &c. non est obediendum.

Si quis Episcopus, aut Abbas, Presbytero, aut Monacho suo jussit, Missas pro hæreticis celebrare, non licet: Non enim expedit ei obedire. *Post. Eutychiani ep. 2. cap. 1. & 11. questione 3. cap. Si quis Episcopus.*

5. Omnes Principes & alios teneri ad obediendum Episcopo, docuit S. Petrus.

Omnes Principes terræ, & cunctos homines, eis obedire & capita sua submittere, eorumque adiutores existere præcipiebat, ut omnes pariter fideles & cooperatores legis DEI monstrarentur, &c. Omnes ergo, qui eis contraveniunt, ita damnatos & infames usque ad satisfactionem monstrabat, & nisi converterentur, à liminibus Ecclesiæ alienos esse præcipiebat. *Id est Sanctus Petrus. Clemens I. ep. 1. cap. 4. de majoritate & obediencia. c. Omnes. Vide, Diocesis. n. 8.*

6. Inobedientes Episcopi damnandi ut infames.

Si autem vobis Episcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi, & reliqui Clerici, omnesque Principes, tam majoris Ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, tribus & lingua non obtemperaverint, non solum infames, sed & extores à Regno DEI & consortio fidelium, ac à liminibus Sanctæ DEI Ecclesiæ, alieni erunt. *Idem. ep. 3. & 11. q. 3. cap. Si autem vobis. Gelasius ep. 8. Vide, Ecclesiæ. tit. 7. n. 1.*

7. Episcopi decreta impugnans, rejiciatur.

Si quis venerit contra decretum Episcopi, ab Ecclesiâ abjiciatur. In Libro Regum legitur: Qui non obedierit Principi, morte moriatur: & in Concilio Agathensi, quod anathematizetur. *De major. & obediencia. c. Si quis venerit.*

8. Episcopi bannum transgrediens, per quadraginta dies pœnitent in pane, sale & aqua. *Concil. Triburien. 1. cap. 8. Vide, Bannum, n. 1.*

9. Episcopo convocante populum, ad placitum, in die, quâ convocat Dominus secularis, Episcopo est obediendum.

Cùm autem Episcopus Ecclesiâ à Domino DEO sibi commissam regens, Episcopatum circumcundo

perrexerit, & placitum, Canonice constitutum, decreverit, populūque sibi creditum illo invitaverit, atque omnis eadem die, sciens placitum ab Episcopo conditum, vel nesciens placitum, cùm populo suum condixerit, & per bannum illuc venire præcepit: placitum Comitibus omnes postponant, & Comes ipse, idemque populus, post Episcopum festinè pergat, scientes, se non illic seditiosâ contentione decertare, sed pro fide Catholica invigilare, non cumulum pecuniarum, sed lucrum congregare animarum. Unde in eadem Beati Clementis epistola: Vestrum, qui legatione Domini fungimini, est docere populos. Eorum verò, est vobis obedire, ut DEO. *Concil. Triburien. c. 9.*

10. Episcopo omnes populi & Principes subditi sunt, eique tenentur obedire. *De majoritate & obediencia. c. Omnes. Vide, Diocesis. n. 8.*

11. Episcopus non potest imponere servitium seu gravamen Clericis, vel Abbatibus, vel aliis. *Concilium Romanum V. sub Gregorio VII. capit. 10. Vide, titulo 22. num. 31.*

12. Episcopus non multum se humiliet coram Principe seculari, neque multum eidem procedat obviam, neque ob eum de equo descendat, qui fecerit, per annum excommunicetur. Sic & qui iudicet ad id faciendum. *Concil. Constantinopolitan. 4. cap. 14. Vide, tit. 15. num. 3. Vide, Episcopalis dignitas. Vide, Episcopi Jurisdictionio. Vide, Diocesis in fine.*

XXVIII. Episcopus, quò ad residentiam.

1. Episcopus morari non potest in Provincia aut Civitate extra Diocesis. Neque abesse potest à sua Civitate, plus, quam per tres hebdomadas. Nunc autem per tres menses, in quolibet anno, sive continuo, sive interruptos, abesse potest. *Concilium Tridentinum. sessione 23. de reformatione. cap. 1. Sed ex ratione, seu causa legitima, seu æqua: Et si grex non patitur damnatum, id conceditur. Ibidem.*

Definite ergo tempus, quia & non recipi Episcopum, inhumanum est, & si diutius resideat, permissum est: hoc ergo ne fiat, providendum est. Memini autem superiore Concilio Fratres nostros constituisse, ut si quis Laicus in ea, in qua commoratur, civitate, tres Dominicos dies, id est, per tres septimanas, non celebrasset conventum, communionem privaretur. Si ergo hæc circa Laicos constituta sunt, multò magis Episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quæ detineat, ut amplius à supradicto tempore absens sit ab Ecclesiâ sua. Universi dixerunt, placere sibi. *Concilium Sardianense cap. 14.*

Osus Episcopus dixit: quia nihil prætermitti oportet. Sunt quidam FF. & Coepiscopi nostri, qui non in ea civitate resident, in qua videntur Episcopi esse constituti, vel certe, quòd parvam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoscuntur, vel affectionem proximorum, quibus indulgeant, hæcenus permitti eos oportet, ut accedant ad possessiones suas, & disponant, vel ordinent fructum laboris sui, ut post tres Dominicas, id est, post tres hebdomadas, si morare necesse est, in suis potius fundis morentur. Aut si est proximè civitas, in qua est Presbyter, ne sine Ecclesiâ videatur facere diem Dominicum, illuc accedat, ut neque res ejus domestica, per absentiam ejus, detrimentum sustineant, & non frequenter veniendo

ad civitatem, in qua Episcopus moratur, suspicionem jactantia & ambitionis evadat. Universi dixerunt placere sibi. *Ibidem. capit. 15.*

2. Tempore Adventus & Quadragesimæ, non potest abesse. Neque in festis Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, possunt Episcopi abesse à suis Cathedralibus. *Concil. Tridentin. ubi supra. Nisi sua munera Episcopalia aliò eum vocent. Ibidem.*

Ut Regia Magnificèntia liberiore libertatem Episcopis, ad suum peragendum in eorum Parochiis ministerium, quàm hæcenus, propter diversas perturbationes habuissent, maxime in sacratissimis temporibus, Quadragesimæ scilicet & Adventus Domini, tribuat, quatenus & periculum, & Episcopi ipsi, & regia dignitas salubrius, pro ministerio sibi commisso & neglecto, possint evadere; & pro strenuè executio, Divinam misericordiam sibi conciliare prævaleant. *Concil. Meldense. cap. 28.*

3. Episcopus tenetur residere, (aliàs in Monasterio est detrudendus.)

Pervenit ad nos, Pimenium, Amalphantæ Civitatis Episcopum, in E. sua residere non esse contentum, sed foris per diversa loca vagari. Quod videntes alii, nec ipsi in castro se retinent, sed ipsius exemplum sequentes, foris magis eligunt habitare. Et quia hoc agentes, ipsi potius ad suam hostes deprædationem invitant; Idcirco hæc tibi autoritate præcipimus, ut supradicto Episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cetero facere non presumat, sed in Ecclesiâ sua, Sacerdotali more, resideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoveris, in monasterio eum deponere, & nobis curabis modis omnibus indicare, ut quid facere debeas, nostrâ iterum præceptione cognoscat. *Gregorius I. Lib. 5. ep. 25. 7. q. 1. cap. Pervenit.*

Episcopos verò, qui Dominici gregis suscipiant curam atque sollicitudinem, ab administratione eorum discedere non oportet, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorum salubriter augeatur, & tripliciter fructus. *Nicolaus I. in decretis. tit. De Episcopis. cap. 5. & 7. q. 1. cap. Pontifices.*

Placuit, ut nemini sit facultas relicta principali Cathedrali, ad aliquam E. in Diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius, quàm oporteat, constitutum, curam vel frequentationem propriæ Cathedralis negligere. *7. q. 1. cap. Placuit, ut nemini. Pius IV. constit. 10. De salute. Pius V. constit. 65. Capientes. Urbanus VIII. constit. in appendice 27. aliàs 137. Sancta Synodus. ut infra.*

4. Die Dominicò non absit ab Ecclesiâ. *De consecratione. Dist. 3. cap. Episcopus. Vide, tit. 21. num. 71.*

5. Episcopus residens, non potest citari ad Papam à nullo iudice, pro nullo delicto, neque etiam hæresis, vel læsæ Majestatis, sine licentia Papæ. *Pius IV. constit. 10. De salute.*

6. Episcopus absens, si citatus non redit ad Episcopatum, est privandus, & alius eligendus. *De Clericis non residentibus. cap. Ex parte vestra. cap. Qualiter. & cap. Inter quatuor. Vide, Beneficia. tit. 42. num. 1. Et Clerici. tit. 41. n. 8.*

7. Quibus ex causis potest Episcopus abesse; & à quo probandæ tales causæ. *Concil. Trid. sess. 23. De reformat. cap. 1.*

8. Non debet absque gravi necessitate extrâ Diocesis pernoctare.

Nos igitur, & ipsius Sedis honori in hac parte prospicere, ac talium insolentis finem imponere cupientes, de Fratrum nostrorum consilio, hoc generali pro-

hibemus edictò, ne de cetero præful aliquis, sine sui Superioris licentia, nisi pro negotiis Ecclesiæ sibi commissis, extra suam Diocesis audeat pernoctare; firmiter statuente, ut quicumque Pontifex ad Romanam Curiam veniens, Papale palatium primitus vísitet; ad Papam (si hoc patiatur temporis oportunitas) intraturus, ac reverentiam consuetam & debitam exhibiturus eidem: nullatenus recessurus à curia, nisi ab ipso super hoc petita licentiâ & obtentâ. Quòd si secus à quoquam prælato super his fuerit attentatum, nos quoscunque Prælatos, quamvis etiam Patriarchali dignitate fulgentes, sic ad se. tem accedentes, nec non quolibet alio, qui tales apud Sedem ipsam receptare præsumperint, nisi ante receptionem hujusmodi eidem Romano Pontifici significaverint adventum illorum, decernimus eò ipsò notam infidelitatis incurrere, ac excommunicationis sententiæ subjacere. *De majoritate & obediencia. cap. Et si deceat.*

9. Episcopus non residens per sex menses continuos, perdit quartam partem fructuum unius anni, quam tenetur erogare fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus. Si per alios sex menses, aliam quartam partem perdit, & sic applicat. Crescente contumaciâ, à Metropolitanò cogatur per censuras. Metropolitanus verò per Episcopum antiquiorem ad Papam intrâ tres menses est denunciandus, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ. *Pius IV. constit. 10. De salute. & Conc. Trid. sess. 6. de Reformat. c. 1. in fine. & sess. 23. De reformat. c. 1. Et comprehendit omnes, etiam Primates, &c. Ibid.*

10. Episcopi tenentur residere, etiam si Cardinales sint, sub pœna amissionis fructuum & aliis. *Urbanus VIII. in append. constit. 27. aliàs 137. Sancta Synodus per §. 18. Pœnæ sunt, amissiones facultatum restandi, disponendi, & interdictum ab ingressu Ecclesiæ. Nullum negotium excusat, quia pœnæ incurrantur, nisi Synodi, seu Consilia Ecclesiastica.*

11. Non possunt recedere ab Ecclesiâ sine Papæ licentia, nisi ob Concilia, ut supra, sub eisdem pœnis. §. 8.

12. Episcopi noviter facti, tenentur ad Ecclesiâ se conferre hoc modò: qui Romæ sunt, intrâ unum mensem discedere, qui extrâ in Italia, intrâ duos. Extrâ Italiam existentes, intrâ quatuor, sub eisdem pœnis. *Ibid. §. 7. 8. & 9. Nullum negotium excusat, nè incurrantur. §. 10.*

13. Tolerantia & conniventia Papæ non excusat, nec etiam Cardinales. *Ibid. §. 10.*

14. Pœnæ incurrantur, absque alia declaratione. *Ibid. §. 9.*

15. Possunt abesse ab Episcopatu, ratione visitandi limina. Sic

16. Existentes citrà montes, per quatuor menses: ultrâ montes, vel ultrâ mare, per septem menses, & tunc id motus explere tenentur, & non ad alia divertere. *Ibid. §. 12.*

17. Episcopi Cardinales, certi de morte Papæ, possunt ab Episcopatu recedere, ut veniant ad conclavem, & post coronationem Papæ, per duos menses manere in loco electionis, & statim discedere. §. 13.

18. Episcopus Cardinalis, habens Ecclesiâ unam de sex propè Romam, & aliam extrâ

tra, in hac secunda tenetur residere. *Ibid.*
§. 17. Vide, *Residentia*. Vide, *Residere*. Vide, *Ecclesiarum Prælati, &c.*

XXIX. Episcopus à quibus potest accusari, & à quibus non, & ad quem.

1. Episcopi Catholici non possunt ab hæreticis accusari.

Placuit sanctæ Synodo Episcoporum, qui Constantinopoli convenerunt, nec omnibus eorum, qui EE. administrant, accusationes permittere, nec omnes excludere. Sed si quis propriam quidem querelam, id est, privatam intendat Episcopo, ut detrimentò aliquò, vel injurià aliquà ab ipso affectus in ejusmodi accusationibus, nec accusatoris personam, nec religionem examinari: oportet enim, Episcopi conscientiam esse omnibus modis liberam, & eum, qui sibi injuriam factam esse dicit, cujuscunque sit religionis, jus suum consequi. Si autem sit crimen Ecclesiasticum, quod Episcopo intenditur, tunc examinare personas accusatorum, ut primum quidem hæreticis non liceat, Orthodoxos Episcopos pro rebus Ecclesiasticis accusare. *Concil. Constantinopolitanum 1. cap. 6.*

2. A plebe non potest Episcopus accusari.

Non est itaque à plebe, aut vulgariis hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur à Deo vita rectorum, exempla dabit peccantis, ac comparatione Principum, qui ex merito plebis prævaricantur. — Ideo ista dico, quia insidiator bona sapientissime solet convertere in malum, & in electis ponit maculam. Unde, si qui sunt vituperatores, aut accusatores Episcoporum, vel reliquorum Sacerdotum, non oportet eos à Judicibus E. auditù, antequam eorum discutatur æstimationis suspicio, vel opinio, quæ intentione, quæ fide, quæ temeritate, quæ vitâ, quæ conscientia, quòdve meritò, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ipsa præsumserint, nec ne. *Evristus ep. 2. §. 2. q. 7. cap. Non est à plebe. & cap. Si quis sunt.*

3. A criminosis non potest accusari.

Aurelius Episcopus dixit: Placet ergo charitati vestræ, ut is, qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem adversus majores natu non habet accusandi. Ab universis Episcopis dictum est: Si criminosis est, non admittatur: omnibus placet. *Concil. Carthagen. 2. cap. 6.*

Præsumunt Prælati, non debere se reprehendi, vel accusari, pro eo, quòd Canones non eos passim constituunt accusandos, quod tamen negatur solis criminosis, cum de reprehendendo Veritas ipsa constituat: (Si malè locutus sum testimonium, perhibe de malo.) *2. q. 7. cap. Præsumunt.*

4. Nec à detractoribus, vel inimicis. *Julius I. ep. 2. cap. 28. 3. q. 4. cap. Detractores. Vide, Accusare. tit. 2. n. 23.*

5. Neque à subditis: Nisi erret in fide, quia tunc etiam ab illis.

Oves enim pastorem suum non reprehendant, plebs verò Episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat, quoniam discipulus non est super Magistrum, neque servus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt judicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis, aut prævæ vitæ hominibus, non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi, ipsò Dominò exemplum dante, quando per se ipsum, & non per alium, vendentes Sacerdotes & ementes eiecit è templo, &c. *Pius I. ep. 1.*

Oves, quæ pastori suo commissæ sunt, eum nec reprehendere (nisi à recta fide exorbitaverit) debent, nec ullatenus accusare possunt: quia facta pastorum ovium gladiò ferienda non sunt, quamquam rectè reprehendenda videantur. *2. q. 7. cap. Oves.*

Majorum quispiam minorum accusationibus non imperatur. *Ibidem. cap. Majorum.*

Sententiâ Cham, filii Noë, damnantur, qui suorum Doctorem, vel Præpositorem culpam produunt, seu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit. *Ibidem. cap. Sententiâ.*

6. Neque à Laicis.

Laici in accusatione Episcoporum audiendi non sunt, quia oppidò eis quidam infesti sunt, & indignum est, ut ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari. *Ibidem. cap. Laici. & cap. Non est à plebe sua. supra n. 2.*

7. Neque à personis vilibus. *2. q. 7. cap. Querendum. Vide, Accusare. tit. 2. n. 11.*

8. Ante accusationem debet fraternè corrigi, aliàs excommunicatur accusans.

Si quis adversus Episcopum causam habuerit, non prius alios Episcopos adeat, ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, & ab eo, aut justam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsà nos instruente Veritate: (Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe duos, vel tres tecum, & si hos non audierit, dic Ecclesiæ) id est: accusa eum publicè, & non prius. *Felix II. ep. 1. cap. 2.*

Si quis Episcopus, ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis charitativè conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc, ad summos primates causa ejus canonicè deferatur. Qui congruo in loco, infra ipsam provinciam, tempore à Canonibus præfixo Nicænis, Concilium canonicè convocare debent, ita ut ab omnibus ejusdem provincie Episcopis in eo audiantur. *Adrianus I. in Decretis. cap. 5.*

Si quis ergo Episcopum, vel actores Ecclesiæ, se proprium habere crediderit negotium, non prius adeat Judices, quam ad eos recurrat charitatis studiò, ut familiariter colloquìo comoniti, ea sanare debeant, quæ in quaritioniam deducuntur. Quòd si aliter egerit, communionem priverit. *Julius I. ep. 2. cap. 7.*

Hæc & alia periculosa considerantes Apostoli, statuerunt, ne facilè commoverentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columna sanctæ DEI Ecclesiæ, quæ Apostoli & successores eorum non immeritò dicuntur: Sed, si quis adversus eos, vel EE. eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis studiò, ut familiariter colloquìo comoniti ea sanent, quæ sananda sunt, & charitativè emendent, quæ justè emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumserint, excommunicentur, & minime absolvantur, antequam per satisfactionem (ut jam dictum est) condignam egerint poenitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur. *2. q. 7. cap. Accusatio.*

Si quis erga Episcopum, vel actores Ecclesiæ, quamlibet querelam justam se habere crediderit, non prius Primates, aut alios judices adeat, quam ipsos, à quibus se læsum æstimat, conveniat familiariter, & non semel, sed sapientissimè, ut ab eis, aut suam justitiam accipiat, aut justam excusationem. Si autem secus egerit, ab ipsis, & ab aliis communione priverit, tanquam Apostolorum, Patrùmque aliorum contemptor. *Ibidem. cap. Si quis erga.*

9. Episcopus à Sede pulsus, non potest accusari, nec judicari.

Decernimus, ut nemo Pontificum aliquem suis rebus exspoliatum Episcopum, aut à Sede pulsam excommunicare, aut judicare præsumat: quia non est privilegium, quò exspoliari possit jam nudatus. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram hujus Sedis cum omnibus membris suis sibi venturam. *Sixtus I. ep. 2. cap. 3.*

Nam si suis fuerit, aut Ecclesiæ sibi commissæ rebus exspoliatus, aut (quod abut, quod alienum ab omni-

bus esse debet fidelibus) à Sede propria ejectus, aut in detentione aliqua suis avibus fuerit sequestratus: Tunc canonicè antequam in pristino statu restituatur, eum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur, nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate (minimè tamen judicandus) advenire spontè elegerit. *Felix I. ep. 1. 3. q. 2. cap. Si Episcopus.*

In scriptis vestris reperimus, quosdam Episcopos vestris in partibus à propriis ovibus accusatos aliquos ex certa ratione: Et idcirco quosdam esse rebus suis exspoliatos, quosdam verò à propria Sede pulsos; Quos sciat, nec ad Synodum comprovincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ eis sublata sunt, legibus, potestate eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari; & Ecclesiæ, quæ eis sublata sunt, cum omni privilegio sibi restitui, & postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum exspoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad Synodum convocentur, & ab omnibus quibusque sine provincie Episcopis audiantur. *Eusebius ep. 2. §. 3. q. 2. cap. Prius ergo. Vide, Episcopus spoliatus.*

10. Ad Primatem olim accusari debebat Episcopus, & quò modò erat tractanda ejus causa (prolixè.)

Quisquis Episcoporum accusatur, ad Primatem provincie ipsius causam deferat accusator. Nec à communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam primatis litteris evocatus, minimè occurrerit, hoc est, intra spatium mensis ex ea die, quâ eum litteras accepisse constiterit. *Concil. Carthagen. 3. cap. 7.*

11. Non potest accusari apud Judicem sæcularem.

Nemo unquam Episcopum apud Judices sæculares, aut reliquos Clericos accusare præsumat. *Cajus episcopus nica.*

Nullus Episcopus, neque pro civili, neque pro criminali causa apud quemvis Judicem, sive civilem, sive militare, producat, vel exhibeatur. Magistratus enim, qui hoc jubere ausus fuerit, amissione cinguli cum damnatione plecti. *Post epist. 3. Bonifacii I. cap. 4. n. q. 1. cap. Nullus Episcopus.*

Est namque Synodicis decretum institutum, ut nemo Episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed apud summos Primates. *Felix II. ep. 2. cap. 1.*

12. Episcopi accusatis dandæ sunt induciæ, ut se præparent, & non minores, quam sex mensium.

De induciis verò Episcoporum, super quibus consulimus, diversas à PP. regulas invenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & consilia Episcoporum, atque amicorum querenda, annum & sex mandaverunt menses concedi, quidam autem annum, in quo plurimum concordant. Minus verò quam sex menses non reperi, quia & laicis hæc indulta sunt, quanto magis Dominis Sacerdotibus. *3. q. 3. cap. De induciis.*

Induciæ accusatis in criminalibus causis, sex mensium, vel eò amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt. *Ibidem. cap. Induciæ. II. 2.*

13. Episcopi accusatio facienda coram duobus vel tribus testibus. *2. q. 7. cap. Accusatio quoque. Vide, supra n. 8.*

14. Episcopus accusatus habeat inducias, quas petit, & locum judicii eligat, si timet de oppressore.

Cum autem ad judicium venerit, si voluerit & necesse fuerit, induciæ ei petenti à Patribus constituantur, absque impedimento concedantur, & judices à se electi tribuantur, ut in loco, unde est ille, qui accusatur, aut si alibi alicujus temerariæ multitudinis vim

metuerit, locum sibi congruum eligat, quò absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, & absque impedimento suam canonicè sententiam finire valeat, quia multa per subreptionem evenire solent. *Felix II. ep. 1. c. 8.*

15. Episcoporum accusationes non facilè recipiendæ.

Accusatio Episcoporum non est facilè recipiendâ, dicente Dominò: (Non suscipies vocem mendacii.) Et Apostolus inquit: Adversus Presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus, vel tribus idoneis testibus. Si hæc de Presbyteris, vel de cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de Episcopis *Sixtus II. Ep. 2. cap. 4. & 2. q. 7. c. Accusatio Episcoporum.*

16. Episcopus accusatus de Simonia, si se purgat, restituitur.

Quòd circa dilectionem vestram monentes, ex parte B. Petri vobis præcipimus, ut præfatum Episcopum vestrum, paternam cum veneratione suscipiatis, eique debitum honorem deferentes, sicut Pastori obediat. Præterea Apostolica interdictione inhibemus, nè eum super illo, simoniacæ infamationis, quò se purgavit, aliisque falsis criminibus, deinceps agitari, neve ipsum (sicut mos est quorundam, Prælatos criminosis suspicionibus commaculare) ulterius injustè sollicitari permittatis, sed eum, ut præsignavimus, sicut Patrem spiritualem venerantes, ostendatis vos, & AA. justis obedientiam gerere, & ut Christianos oportet, animarum vestrarum curam habere. *Gregorius VII. lib. 9. ep. 16.*

17. Episcopus accusantium, vita & mores prius examinanda. *Adrianus I. in decret. cap. 5.*

Vide, *suprà num. 8. 2. q. 7. cap. Si quis sunt, & cap. Querendum. supra num. 2. & 7.*

18. Episcopus accusatus, juramentò se purgat, *Vide, Sacerdotes accusati. Vide, Episcoporum privilegia.*

XXX. Episcopus, quomodo judicandus, & ubi, & à quibus sententiandus.

1. Episcopus olim per duodecim Episcopos erat judicandus. Neque aliter poterat condemnari, nisi in Synodo. *Concilium Carth. 2. cap. 10. & 15. q. 7. cap. Felix. & causa 3. q. 8. cap. Suggesto (quæ sunt idem.) Vide, causa. tit. 2. num. 9. 15. q. 7. c. Si quis tumidus. ex Concil. Carthagen. 1. cap. 11.*

Vide, *Ibidem. 5. quæst. 4. cap. Nullus ex Julio I. ep. 1. Vide, Concilia tit. 3. n. 1.*

Duodecim judices, quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat à quibus ejus causa justè judicetur; nec prius audiat, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus ad suorum primò conventum Episcoporum, per eos ejus causa justè audiat, & rationabiliter discernatur. Finis verò ejus causæ, ad Sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antea finiat, sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est, quàm ejus autoritate fulciatur. *Ibidem. cap. Duodecim. Zephyrinus ep. 1. & causa 3. q. 8. cap. Accusatores. Concil. Triburien. 1. cap. 10. Vide, Deposito. tit. 3. num. 1.*

2. Aliàs decretum fuit, ut in Synodo Provincie judicaretur causa Episcopi.

Si quis Episcopus super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiat, vel judicetur, qui sunt in provincia Episcopis. *Adrianus in decretis. c. 29.*

3. Episcopi inferiores, judicantur à Superioribus.

Ipsi autem Episcopi, si exorbitaverint, ab istis non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed suppor-

tandi, nisi in fido erraverint; illi ergo super istos sunt, non autem isti super illos, quoniam major à minore nec argui, nec judicari potest. Nullus se extollat erga Doctores, ac Magistros suos, quia discipulis super Magistrum esse non debet, nec potest. *Clemens I. ep. 1. cap. 4.*

4. Extra provinciam non possunt judicari, excepto iudicio Papæ.

Salvâ Apostolicæ Ecclesiæ autoritate, nullus Episcopus extra suam Ecclesiam devocetur ad iudicium, sed vocatò eò canonicè, in loco omnibus congruo, tempore Synodali, ab omnibus Comprovincialibus Episcopis audiatur, qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam: quoniam si hoc minoribus, tam Clericis, quam Laicis, concessum est, quanto magis de Episcopis servari convenit? Nam si ipse Metropolitanus, aut Judices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud Primates Dioceseos, & apud Romanæ Sedis Pontifices judicetur. *Julius I. epist. 2. cap. 17. Idem. Ibidem. cap. 16. Felix I. epist. 2. cap. Peregrina. Vide, causa. tit. 5. num. 6. Vide, Episcopi privilegia.*

5. Non possunt judicari, nisi à iudice, quem eligunt, vel Papa deputat.

Similiter statuit præfata Synodus, ut nullum sententia, nisi à suo iudice dicta, constingat. Iudices autem alii esse non debent, quam quos ipse, qui imperitur, elegerit, aut quos suo cum consensu hæc S. Sedes, aut ejus Primates, autoritate hujus Sanctæ Sedis delegaverint. *Julius I. ep. 2. c. 34. n. qu. 1. c. iudices.*

Quamquam Comprovincialibus Episcopis, una cum eorum Metropolitanis, suæ Provinciæ causas Episcoporum liceat charitative & concorditer agitare, non tamen licet definite, absque Romani Pontificis autoritate. Quod si secus à quibusdam præsumptum fuerit, ipsi, qui hoc egerint, suæ præsumptionis suscipiant damnationem, & illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, autoritate hujus Sanctæ Sedis, & Beati Præceptoris nostri, clavigeri Petri potestate, solvantur atque restituantur. Ipse enim ait Dominus: (Quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in Cælis.) *Felix II. ep. 1. cap. 18.*

6. Episcoporum delicta melius discutuntur in loco, ubi sunt commissæ.

Attamen, ne deprecationem vestram, sine ea, quæ oportet, curâ & benignitate suscepisse videamur. Legatos nostros, videlicet Confratrem nostrum Hugonem venerabilem Diensem Episcopum, & dilectum filium nostrum Hubertum, S. R. E. Subdiaconum, & ipsum etiam Leonem Monachum, &c. illic mittere decrevimus, qui causam diligenti inquisitione discutiant, & si quid in ea, dictante justitia, mutandum vel emendandum fuerit, consequenti ratione & autoritate exequi studeant. Nusquam enim hoc negotium rectius aut diligentius, quam in eadem Ecclesia, pertractari posse videtur; ubi & hi & illi præsentibus esse valeant, & vestri etiam interesse fideles, qui rationem & justitiam plenè percognitam certis assertionibus vobis indicare queant. *Greg. VII. lib. 4. ep. 17.*

7. Episcopus condemnari olim non poterat, nisi per 72. testes.

Nullam damnationem Episcoporum unquam esse censuram, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum, (qui sit per duodecim Episcopos) aut certè probatâ sententiâ per septuaginta duos testes idoneos, qui tales sint, qui & accusare possent. Et prius ad Sacra Christi quatuor Evangelia Sacramenta præstent, quod nihil falsum depromant, sicut nobis Beatus Sylvester tradidit, & R. S. videtur tenere E. Et si inter eos, quos damnandos esse dixerunt homines, fuerit Episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ Sedis Episcopi petierit audiri, nullus super illum definitivam præsumat dare sententiam; sed omnino eum audiri decernimus. *2. qu. 4. c. Nullam.*

Omnis oppressus liberè Sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibetur, sed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem Sedem referantur. Et illic facile discerni non poterunt, aut justè terminari, ubi fuerit summorum congregata Congregatio, (quæ per singulos annos bis fieri solet & debet) justè, & DEO placitè, coram Patriarcha, aut Primatè, Ecclesiastica negotia, & coram Patrio secularia judicentur negotia, in communia. *Ibid. quest. 6. capit. Omnis. Concil. Romanum 2. sub Sylvestro c. 3. 2. quest. 4. cap. Præsul. Vide, Diaconi. tit. 7. num. 1. Vide, Testes.*

8. Episcopus non potest citari, ut personaliter compareat, nisi ob causam, per quam veniret privandus, & hoc etiam procedatur per inquisitionem, aut denunciationem. Concil. Trid. sess. 13. De Reformat. cap. 6.

9. Episcopus, putans se gravatum à Metropolitano, appellat ad Papam.

Si quis putaverit se à proprio Metropolitanis gravari, apud Primatem Dioceseos, aut penes Universalem Apostolicæ Ecclesiæ Papam judicetur. *Concil. Nicænum ex Julio I. cap. 4. Sixtus II. ep. 1. c. 2. quest. 6. cap. Si quis putaverit. Julius I. epist. 2. cap. 17. supra numero 4.*

10. Episcopi non possunt damnari inconsultò Papæ.

Si quis Metropolitanus Episcopus (nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet Parochiam) sine consilio & voluntate omnium Comprovincialium Episcoporum aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de Comprovincialium Episcoporum causis, suarumque Ecclesiarum & Clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu Comprovincialium agatur Pontificum, non aliquò dominationis fastu, sed humili & concordî administratione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui major est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi Comprovinciales Episcopi cum ejus consilio (nisi quantum ad proprias pertinet Parochias) agant, juxta SS. constituta PP. ut unò ore unò animò concorditer Sancta glorificetur Trinitas in sæcula. *Julius I. ep. 2. capit. 23. ex Lucio I. ep. un. cap. 3. & Adrianus I. in decretis. capit. 46. Julius I. epist. 2. capit. 3. Vide, Appellare tit. 7. num. 3.*

Et hoc promulgamus atque statuimus, ut te, qui ejus Provinciæ Primas esse diceris, nullius unquam infestatione, contra Canonica Apostolicæque decreta, sive judicia Ecclesiastica, tibi commissa, aut virtute, aut facultate, nullari, aut ante audientiam Romani Pontificis à quocumque damnari statuimus. Sed si compellitur, ad hanc appellare Sanctam Sedem volueris, Apostolici Papæ iudicio reservari: nostrâ imò Beati Petri autoritate præcipimus, nec alienius juri vel iudicio te subijci, exceptâ potestate Sedis Romani Pontificis. *Benedictus III. Ep. 1. Concil. Tridentin. ut infra.*

11. Episcopo condemnato, solus Papa potest causam revidere.

Quod si aliquis Episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum Concilium renovetur, si vobis placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Julio Romano Episcopo: Et si iudicaverit, renovandum esse iudicium, renovetur, & det iudices. Si autem probaverit, talem causam esse, ut non restituatur ea, quæ acta sunt: quæ decreverit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet, Synodus respondit: Placet. *Concil. Sardicense. cap. 3.*

Placuit autem, ut si Episcopus accusatus fuerit, & iudicaverint congregati Episcopi Regionis ipsius, & de

& de gradu suo dejecerint eum, & appellasse Episcopus videatur, & confugerit ad BB. E. R. Episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit, ut renovetur examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione suâ moverit Episcopum Romanum, ut è latere suo Presbyterium mittat, erit in potestate Episcopi Romani, quid velit, & quid existimet, &c. *Concil. Carthagenen. 6. cap. 3. Concil. Trident. sess. 13. de reformat. c. ult.*

12. Damatus sine Papæ consensu & facultate, statim restituitur, & hæc praxis ex tempore Apostolorum fuit in Ecclesia.

Reverendissimum & Sanctissimum Fratrem & Co-Episcopum nostrum, Ignatium, S. Constantinopolitanæ Ecclesiæ Patriarcham, &c. Autoritate summi iudicis, Domini Nostri JESU CHRISTI promulgamus, sancimus, atque decernimus, unquam nec fuisse, nec esse depositum, vel anathematizatum, tanquam qui ab Imperiali potentia sit absque ulla Canonica autoritate pulsus Ecclesiâ, & tanquam, qui ab allegatis nullò possit haberi vitulo colligatus, & ab eis, qui nullam, cum iudicandi, potestatem, vel ab Apostolica Sede auctoritatem habuerint, & nullum sit honoris discrimen pati debuerit. & idem illum, id est, eundem F. & Confacerdotem nostrum, Ignatium Patriarcham, omni vinculo anathematis, ab eo remotò, per potestatem, Divinâ voce in Beatissimo Petro collatam, & per auctoritates SS. Canonum, & decretalium constitutionum, more Sanctorum PP. prolatarum, pristino honori, pristina dignitati & Sedis, pristino gradui & Patriarchio, ac pristinis & Pontificalibus infulsis, atque officiis restituitur, statuimus, ac confirmamus. *Nicolas I. ep. 7. c. 4. Felix II. ep. 1. c. 18. supra. n. 5.*

13. Nunquam potest Episcopus damnari, sine facultate Papæ, nec etiam à Primatè, & sic iudicans, temerè facit.

Quamquam & si nunquam provocasset, nunquam nos appellasse constaret, quod sæpe dicendum est, nunquam omnino, præter scientiam nostram deponi debuisset, quia Sacra statuta & veneranda decreta Episcoporum causas, utpote majora negotia, nostræ diffiniendas censuræ mandarunt. *Nicolas I. epist. 38.*

Nam quomodo non omnes vobis omnia vendicatis, quia iudicia Episcoporum, quæ merito inter majora numerantur negotia, vestræ deliberationi tribuistis? An modicum nobis esse videtur, Fratres & Co-Episcopos vestros, præter S. S. consensum depositioni subijcere? Quod si damnationes Episcoporum non inter majora negotia dinumeratis, quorum jam causas inter majora computatis negotia? *Idem. epist. 42. Felix I. ep. 1. Julius I. epist. 2. cap. 26. c. 2. quest. 1. cap. Primates. Vide, Damare. tit. 1. num. 3. Julius ep. 2. cap. 30. c. 2. quest. 6. cap. Ideo. Vide, Damatus. tit. 2. n. 3. Damatus ep. 4. cap. 2. c. 3. quest. 6. c. Discutere. Vide, Appellare tit. 7. num. 7. Felix II. ep. 1. cap. 18. supra. n. 5.*

Non reticemus autem, quod cuncta per mundum novit Ecclesia; Quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum, Sedes Beati Petri Apostoli jus habeat resolvendi, utpote, quod de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de ejus liceat iudicare iudicio; siquidem ad illam de qualibet mundi parte Cædones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permittis. Sed nec illa præterimus, quod Ap. S. frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla Synodo præcedente, & absolvendi, quos Synodus iniquè damnaverat, & damnandi nullâ existente Synodò, quos oportuit, habuerit facultatem: S. m. quippe Athanasium Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum S. A. quia damnationi Grecorum non consensit, absolvit. *Gelasius ep. 13.*

Nullus Episcopus, nisi canonicè vocatus, & in legitima Synodo suo tempore Apostolicâ auctoritate convocata. cui iustione Domini & meritis Beati Petri

Apostoli, singularis congregatorum CC. auctoritas, & SS. Canonum, ac venerandorum PP. decretis, multipliciter privata, tradita est potestas, super quibuslibet fuerit criminibus pulsatus, audiatur, vel impetatur; si aliter præsumptum, in vanum deducatur, quod egerint, nec inter Ecclesiastica ullò modò reputabitur, nec ullas habebit vires, quidquid ei obviverit. *Adrianus I. in decretis cap. 3. Gregorius VII. lib. 8. ep. 21. Vide, Depositi tit. 2. n. 1. Concilium Trident. session. 24. de reformat. cap. 5.*

14. Episcoporum omnium majores causæ ad Papam referendæ, & ab eo iudicandæ, & est decretum Concilii Nicæni 1. & sine facultate Papæ non potest deponi.

Et licet singulæ Metropoles, civitates, suas Provincias habeant, & suos Metropolitanos Judices habere debent Episcopos, sicut prius Metropolitanos Judices habebant seculares Primates, &c. Autoritate summi iudicis, Domini Nostri JESU CHRISTI promulgamus, sancimus, atque decernimus, unquam nec fuisse, nec esse depositum, vel anathematizatum, tanquam qui ab Imperiali potentia sit absque ulla Canonica autoritate pulsus Ecclesiâ, & tanquam, qui ab allegatis nullò possit haberi vitulo colligatus, & ab eis, qui nullam, cum iudicandi, potestatem, vel ab Apostolica Sede auctoritatem habuerint, & nullum sit honoris discrimen pati debuerit. & idem illum, id est, eundem F. & Confacerdotem nostrum, Ignatium Patriarcham, omni vinculo anathematis, ab eo remotò, per potestatem, Divinâ voce in Beatissimo Petro collatam, & per auctoritates SS. Canonum, & decretalium constitutionum, more Sanctorum PP. prolatarum, pristino honori, pristina dignitati & Sedis, pristino gradui & Patriarchio, ac pristinis & Pontificalibus infulsis, atque officiis restituitur, statuimus, ac confirmamus. *Nicolas I. ep. 7. c. 4. Felix II. ep. 1. c. 18. supra. n. 5.*

Similiter ea vos iudicare, ad Apostolicam delatum est Sedem, quæ præter nostram vobis definire non licet auctoritatem, id est, Episcoporum causas. Unde ita constitutum liquet à tempore Apostolorum, & deinceps placuit, ut accusatus, vel iudicatus à Comprovincialibus, in aliqua causa Episcopus, licenter appellet, & adeat Apostolicæ Sedis Pontificem, qui aut per se, aut per Vicarios suos, ejus retractari negotium procuret. Et dum iteratò iudicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Episcopus, quoniam quæcumque à Comprovincialibus Episcopis accusati causam Pontificis scriptari liceat, non tamen diffiniri, inconsultò Romano Pontifice permittitur; tunc Beato Petro Apostolo, non ab aliò, quam ab ipso dictum sit Domino; (quæcumque ligaveris super terram, &c.) *Victor ep. 1.*

Judicia enim Episcoporum, majoresque Ecclesiæ causæ, à Sede Apostolica, & non ab aliis, sicut Apostoli & Sancti Successores eorum statuerunt, cum aliis Episcopis sunt terminandæ; Quia licet in alios transferantur Episcopi, B. tamen Ap. Petro dictum est: Quæcumque ligaveris super terram, &c. Et reliqua privilegia, quæ soli huic Sanctæ Sedi concessa sunt, & in constitutis Apostolorum, eorumque Successorum, aliisque quam plurimis, cum eis concinentibus, habentur inserta. *Zephyrinus ep. 1.*

Nullus enim Sacerdotum causam suam alieno committat iudicio; nisi ad Sedem Apostolicam fuerit appellatum. *Cornelius ep. 2. Damasus ep. 4. 2. quest. 1. cap. Primates. sup. n. 13.*

Ad Romanam Ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum, quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus releventur: quia non potest, nec debet Mater oblivisci filium suum. *2. qu. 6. c. Ad Romanam. q. 4. cap. Nullam. supra. num. 7. 3. quest. 6. cap. Accusatus. Vide, Appellare tit. 7. num. 3. c. Discutere. Vide, sup. n. 13.*

Si quid in Ecclesia damni, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ auctoritate prohibita, Pontificem vestrum videritis admittente, mox nostris auribus relatione signatè, ut quid fieri debeat, censeamus. *2. qu. 7. c. Si quid.*

Quapropter nè Clericorum quisquam se Apostolicæ offensa futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda Apostolica de promissis auctoritas, sive Episcopum, sive Presbyterum, sive Diaconum viderit excedente, non protinus ad aures Romani Pontificis deferre curaverit, probationibus iustaxatè competenter exhibitis, ut transgressionis ultio fiat.

& cæteris interdictione delinquendi. *Ibidem. cap. Quapropter. 3. q. 6. c. Quamvis. & c. Multum. V. causa tit. 4. n. 3.*

Si quis arguere voluerit, aut etiam auctoritatem facere contenderit, veniat ad Sedem Apostolicam, quod omnia Ecclesiastica negotia, de quibus questio habetur, confluere iusta sunt. Utrique ante confessionem Sancti Petri mecum iuxta deceret, quatenus inibi unus ex vobis sententiam suscipiat suam. *Gregorius 4. ep. iii.*

An majora negotia causas inferiorum Clericorum esse conjicitis, ut horum causas nobis & Episcoporum vobis negotia tribuatis? Quamvis & inferioris gradus Clericorum causas, apud nos, cum tempus, vel res exigerit, esse finiendas, & diversa procul dubio colligamus, sicut Beatus Papa dixit Innocentius: Si quæ autem causæ, vel contentiones, inter Clericos, tam superioris Ordinis, quam inferioris, etiam fuerint exortæ, ut secundum Synodum Nicenam congregatis, ejusdem provincie Episcopis, jurgium terminetur, nec alicui liceat, sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesie, relicta his Sacerdotibus, qui in eadem Provincia DEI Ecclesiam, nutu Divinò gubernant, ad alias convolare Provincias. *Nicolaus Primus. epistola 42.*

Sancti Patres cum magna veneratione suscipientes, atque servantes S. R. E. tam in Generalibus Conciliis, quam etiam in cæteris scriptis & gestis suis, universalem Matrem appellaverunt, & sicut ejus documenta in confirmatione fidei, & eruditionis sacræ Religionis, ita etiam judicia susceperunt, in hoc consentientes, & quasi unò Spiritu & unâ voce concordantes, omnes majores res & præcipua negotia, nec non omnium EE. judicia ad eam, quasi ad Matrem & Caput debere referri, ab ea nusquam appellari, judicia ejus à nemine retractari, aut refelli debere, vel posse. *Greg. VII. lib. 8. ep. 21. Greg. VII. loc. cit. Vide supra Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. c. 5.*

15. Commissiones, quarum virtute procedi potest contra Episcopos, debeat esse signata manu Papæ. *Concilium Trident. ubi supra.*

16. Dum à Papa judicatur Episcopus, nullus in loco ejus substituendus. *Julius I. epist. 2. capit. 3. Vide, Appellare tit. 7. num. 3.*

17. Privari non potest Episcopus, antequam causa ejus finiatur.

Quoties Episcopi se à suis Comprovincialibus, vel à Metropolitanis putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent Sedem, ad quam eos, absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione, liberè ire liceat. Et dum prædictam Romanam Matrem appellat Ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum Sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. *Felix II. ep. 2. cap. 19. 2. qu. 6. c. Quoties.*

18. Non potest prædicari à iudice sæculari, nec coram eo.

Si Episcoporum causæ mihi commissorum apud piissimos Dominos aliorum Patrociniis disponuntur, infelix ego in Ecclesia ista quid facio? Sed ut Episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad sæculares iudices habeant: Omnipotenti DEO gratias ago, peccatis meis deputo, hoc tamen breviter suggero, quia aliquantulum exspecto, & si ad me diu venire distulerint, exercere in eorum distinctionem Canonicam nullò modò cessabo. *21. qu. 5. Si Episcoporum cause. Post epistolam 3. Bonifacii I. 11. qu. 1. c. Nullus. Vide, tit. 29. n. 11.*

19. Neque ab Imperatore potest judicari.

Cum rectè noverit pia potentia tua, quod manui

Regiæ non subiciatur Sacerdotalis & Apostolica nostra dignitas. --- Quis te Pontificum Judicem constituit, quorum Sacris doctrinis dirigi debes, & à quibus preces pro te DEO offeruntur? &c. Quomodo judicabis Sacerdotes, qui solius DEI sententia subiciuntur, & qui soli facultatem habent ligandi, atque solvendi? *Stephanus V. I. epistola 1.*

20. Non potest judicari à subditis.

Absurdum etenim est, ut cui non licet, etiam cum minimis, juxta sacras regulas communicare, licet penes vos etiam de majoribus judicare. Sed jam de hoc plenissimè DEO auxiliante dicamus: Et quod à subiectis suis Prælati non debeat sui dispendium perpeti, demonstremus, &c. & certè Patres à filiis honorari, non solum Divinis, verum etiam humanis legibus præcipiuntur. Et si hoc carnales, quanto potius spirituales digna penitus à filiis debent veneratione potiri? Quanto magis ea, quæ sunt spiritualia, carnalibus oportet anteponi. *Nicolaus I. ep. 8.*

21. Non potest citari ad Papam à nullo iudice, cujusvis delicti prætextu, neque hæresis, neque læsæ Majestatis, sine licentia Papæ. *Pius IV. Constit. 10. de salute.*

22. Episcoporum causæ cum maturitate magna judicandæ.

Cum de negotiis civilibus exacta causatio majoris, ut magnitudini tuæ notum est, requisitionis indigeat, quantà curâ, quantâque vigilantia Episcoporum causæ debeant perscrutari, sapientia tua consideret. *Greg. I. lib. 7. ep. 72.*

Diligenter quærendum est primò, si iudicium ordinabiliter est habitum, id est, si alii accusatores, atque alii testes fuerunt. Deinde causarum qualitas est examinanda; si digna exilio, vel depositione fuit, si eò præsentem, qui accusatus est, jurejurando contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, vel si ipse licentiam respondendi & defendendi se habuit. Sed & de personis acculantium & testificantium subtiliter quærendum est, cujus conditionis, cujusve opinionis, aut nò inopes sint, aut nò fortè aliquas contra prædictum Episcopum inimicitias habuissent, & utrum testimonium ex auditu dixerunt, aut certè se scire, specialiter testati sunt; si scriptis iudicatum est, & partibus præsentibus sententia recitata est. Quod si fortè hæc solemniter acta non sunt, nec causa probata est, quæ exilio, vel depositione digna sit, in Ecclesiam suam modis omnibus revocetur. *2. qu. 1. c. Inprimis.*

23. Episcoporum causæ inter majores numerandæ, ideòque Papæ reservatæ. *Nicolaus I. ep. 42. supra num. 14.*

24. Episcopus accusatus ad Sedem Apostolicam, non potest regredi sine litteris Papæ.

Quilibet fratrum pulsatus, atque ab hac S. Sede vocatus, cum se nobis representaverit, ad Ecclesiam suam non prius revertatur, quam litteris Apostolicis, vel formatis pleniter instructus, atque purgatus sit, si fuerit unde; ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter suam, aliorumque causam hic finierit: quatenus eam absque ambiguitate ulla nunciare & prædicare omnibus possit. *8. q. 5. cap. Quilibet fratrum.*

25. Episcopi criminosi à Papa tantum deponuntur.

Quia, etsi licet vobis aliquos Episcopos examinate, diffinitivam tamen sententiam, absque consensu Romani Pontificis, ut dictum est, non licet dare, quod in Sanctis Canonibus statutum, si queritis, potestis invenire. Quamvis enim omnibus generaliter Apostolis dictum sit à Domino: Quæcumque ligaveritis in terra, ligata erunt & in Cælo, &c. tamen non sine causa specialiter & nominatim dictum est Beato Petro, Apostolorum Principi: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni cælorum. Et in alio loco: Constitua fratres

tuos. Scilicet, quia omnium Ecclesiarum majores & difficiliores causæ per sanctum & principalem Beati Petri Sedem à successoribus ejus sunt diffiniende. *Leo IX. ep. 3. Extra de penis cap. Divinis. Vide, Appellare tit. 7. num. 2. Idem Leo constit. 2. Cum ex venerabilium.*

26. Episcoporum causæ majores & criminales, quæ dignæ essent privatione, à Papa tantum judicantur. Sic & causa hæresis. *Concil. Trident. sess. 24. de reformatione cap. 5.*

27. Si committenda sit aliis, manu Papæ signetur commissio. *Ibid.*

28. Præfati commissarii processum formatum ad Papam mittunt, & sic terminatur causa. *Ibid.*

29. Causæ verò minores Episcoporum in Concilio Provinciali terminentur, vel à deputandis per Concilium generale. *Ib. Vide, Episcoporum privilegia.*

XXXI. Episcopus circa Papam, ejusque decreta, &c.

Vide, Papa. Vide, Episcopus, quomodo judicandus. Vide, Episcopalis dignitas. Vide, Episcopi confirmatio. Vide, Papa.

1. Episcopus sine Papæ facultate damnatus restituitur in pristinum, & hoc ex Apostolorum tempore fuit in praxi. *Felix II. ep. 1. cap. 18. Vide, tit. præcedenti num. 5. Vide, Episcopus, quomodo judicandus, supra diffuse.*

2. Episcopus semper potest appellare ad Papam. *Julius I. ep. 2. cap. 2. 2. quæst. 6. cap. Omnes. cap. Si quis putaverit. 3. qu. 6. c. Accusatus. Vide, Appellare tit. 7. n. 3. & 4.*

3. Episcopi non possunt effugere iudicium, & subjectionem Papæ, nec etiam Patriarchæ Orientis, & Constantinopol.

Quoniam hunc Joannes, secundæ Sedis Antistes, gravibus pulsaret objectis, ad primæ Sedis audientiam cohortatus est, vel venire debere, vel mittere. Licet enim Synodus iteranda non esset, tamen congrueret, ut cujuslibet civitatis Episcopus primæ Sedis iudicium non vitaret, ad quod converteret secundæ Sedis Antistes, qui, nisi à prima Sede, non possit audiri. *Gelasius I. ep. 13. Vide, Patriarcha. Vide, Papa.*

4. Episcopi omnes in toto Orbe à Papa dependent.

Quia sicut ipse (Leo Papa) scribit ad Anastasium Thessalonacensem per eum ad omnes: Inter Beatiss. Apostolos, in similitudine honoris, fuit quadam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut cæteris præmineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magnâ ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem ejus susceperent ampliores, per quos ad unam Petri Sedem universalis Ecclesie cura conflueret, & nihil à suo capite dissideret. Itidem ipse alibi, ut de componendis, aut de compositis, relatio tibi plena mittatur, præcipit. *Nicolaus I. in appendice ep. 4. Vide, Papa circa Episcopos.*

5. Episcopi semper cum Papæ consensu ubique sunt ordinati. *Greg. I. lib. 4. ep. 34. in medio. Distinctione 63. cap. Porrò. Vide, tit. 3. n. 1.*

6. Etiam in Oriente creabantur per Vicarium Papæ. *Martinus I. ep. 11. Vide, tit. 7. n. 3.*

7. Episcopi electi ubique obtinere debent confirmationem à Papa. *Dist. 61. cap. Carinensis. Vide, Ibidem. Vide, Episcopi confirmatio, Electio, &c.*

8. Episcopi vocati sunt à Papa in partem sollicitudinis Ecclesie, non in plenitudinem potestatis. *2. q. 6. cap. Decreto. Vide, Appellare tit. 20. n. 1.*

9. Episcopi non possunt resistere Decretis Papæ.

Nè quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum Provinciarum, contra veterem consuetudinem, liceat sine viri venerabilis Papæ urbis æternæ auctoritate tentare. Sed illis, omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerat Apostolicæ Sedis auctoritas. *Concil. Romanum 2. sub Leone I.*

10. Non possunt agere contra Decreta Papæ. *25. q. 2. cap. Si quis dogmata. Et excommunicantur, si faciunt. Ibidem cap. Generali. Vide, Decreta, tit. 2. n. 2. & 3.*

11. Non possunt violare interdictionem Papæ. *De Privilegiis in 6. cap. finali. Vide, Altare, tit. 5. num. 3.*

12. Episcopi non obedientes Papæ, suspendantur à celebratione Missarum, privandi sunt.

Quia verò dudum scripta tibi transmisiimus, ut quoad usque voluntatem ejusdem Serenissimi Domini cognosceremus, Missarum solemnia nullò modò celebrare auderes; Sed tu elatâ mente egisti callidè, nè eadem scripta susciperes, quæ tamen eorum esset sententia, quoquò modò cognovisti, sed servare noluit; ideòque ea, quæ prius tibi scripta transmisiimus, confirmamus, ut Missarum solemnia celebrare non audeas, donec omnia, quæ contra te dicta sunt, subtiliter inquisita fuerint, ac discussa. *Greg. I. lib. 5. ep. 25. Extra. De penis, cap. Divinis. Vide, uti tit. superiori, n. 25.*

13. Episcopi criminosi à Papa deponuntur. *Extra. de Penes, cap. Divinis. Vide, Ibid.*

14. Episcopi vocati à Papa, tenentur obedire, neque eos excusat impedimentum Imperatoris, &c.

Humiliare tandem, & obedientiæ te submitte, atque ad nos, sine excusatione aliqua, venire festina, ut requisita & cognita veritate, secundum DEI timorem, quidquid æquum Canonicumque fuerit, decernatur. --- Quod verò indicas, Serenissimos Dominos, ut illic debeat esse cognitio, præcepisse: Nos quidem nullas eorum alias de hac re, nisi ut ad nos venire debeas, iussiones accepimus, sed & si forsitan pro reipublicæ suæ utilitate, quæ divina sibi largitate concessa est, multa cogitantibus, & in diversis sollicitudinibus occupatis, suggestum est, & eorum iussio per obreptionem elicitâ, postquam & nobis & omnibus notum est, piissimos Dominos disciplinam diligere, Ordines servare, Canones venerari, & se in causis Sacerdotalibus non miscere, instanter exequimur, quod illorum juvat animam, atque republicam, & ad quod nos terribilis tremendique iudicis respectus impellit. Quiesce ergò à cunctis exculationibus, & huc adesse non differas, ut veritatis indagatione roborati, causæ tuæ tandem terminum imponamus. *Gregorius I. Lib. 5. ep. 25.*

15. Episcopi R. Pontifici obedire tenentur, & non obedientes, privantur honore.

Nam nulli fas est, vel velle, vel posse transgredi A. S. præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium, quod vestram oporteat sequi charitatem. Si ergo ruinæ suæ dolore prostratus, qui Apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdo-

tes habeat; sed extorris à Sancto fiat ministerio: non de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam jam damnatus à S. A. Ecclesia, ac auctoritate, suaque inobedientia, atque presumptione, à quoquam esse non dubitatur, quia maioris excommunicationis dejectione est exigendus, cui S. Ecclesiae commissa fuerit disciplina, qui non solum praefata S. Ecclesiae iustionibus parere debuit, sed etiam aliis, ne perirent, insinuare. Sitque alienus à Divinis & Pontificalibus Officiis, qui noluit praecipis obtemperare Apostolicis. *Gregorius IV. ep. unica. c. 5. Dist. 19. cap. Nulli.*

16. Non possunt ire in Regionem longinquam, sine licentia Papae.

Nullus ergo de Pontificibus, tunc, per has vices, ordinationi commissis, (sicut & ad eos data loquitur nostra praescriptio) in longinquis quibuslibet locis audeat proficisci, nisi solemniter more (sicut decessore nostro, praedecessori vestro similiter concedente, consueverant) formatam vestrae charitatis acceperit. *Vigilius. ep. 7.*

17. Episcoporum iudicium per Papam est defendenda & custodienda. *1. q. 1. cap. Peruenit. Vide, Clerici. tit. 36. n. 2.*

18. Episcopi promoti à Papa non possunt à Curia discedere, sine litteris promotionis: non possunt fructus percipere, nec ab ullo acceptari: non possunt ministrare, nisi factò juramento fidelitatis, acceptantes suspenduntur à beneficiis ad arbitrium Papae. *Extra. De electione. cap. 1. Vide, Curata beneficia. num. 1. & sequenti.*

19. Episcopi non possunt discedere à Curia, sine licentia Papae, alias incurrunt excommunicationem.

Omnibus Episcopis, superioribusque Praelatis, sub obestatione Divini iudicii inhibemus, ne absque rationabili causa, timoris forte, vel alia, extra suarum civitatis & Dioecesis ac provinciarum (mutatis habitibus) limites indiscretè discurrant. Inhibemus etiam, ne qui Episcoporum & Superiorum ipsorum, latenter (praesertim habitu transformato) venientes ad Curiam, de ipsa (Romani Pontificis non praesentati conspectibus, vel saltem ab eo recedendi licentiam non obtenta) recedat. Si qui verò Episcoporum & Superiorum huiusmodi nostrae inhibitionis contradictores existerint, & absque ipsius R. P. recedendi licentia concessa, eoque non viso, recesserint ab eadem, nec non, si qui scienter receperint ante dictos, nisi id confessum eidem R. P. vel alicui, per quem hoc ipsum ad eius crediderint deduci notitiam, manifestare curaverint, (etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel quavis alia dignitate praesulgeat) eos excommunicationis sententia innotamus. *Extra. De maiestate & obedientia. cap. Ut Praelatorum. Et cap. Esi debeat. Vide, tit. 28. n. 3.*

20. Episcopi possunt per Papam eximi à iurisdictione Metropolitanorum.

Frater noster Adrianus, Thebanæ Civitatis Episcopus, ad Romanam urbem veniens, lachrymabiliter est conquestus, de quibusdam Capitulis se à fraternitate tua, nec non à Joanne, prima Justinianæ Episcopo, non legitime, neque canonicè condemnatum. -- Et cum oportuisset te ex eo Dominici Corporis Communionem privati, quod admonitione F. m. decessoris nostri contempta, (per quam eum, Ecclesiamque eius de tua iurisdictione potestatis exemit) tursus in eis aliquid tibi iurisdictionis servare praesumpseris, tamen nos humanius decernentes, Communionisque tibi Sacramentum interim conservantes, decernimus, ut F. T. ab eo, Ecclesiamque eius omnem ante habitæ suae potestatem iurisdictionis abstineat. *16. q. 1. cap. Frater noster.*

21. Episcopi non possunt venire Romam latenter, sed debent se praesentare Papae, alias

notam infidelitatis incurrunt. *Extra. De majorit. & obed. Et si debeat. Et excommunicati sunt. Ibid. Et qui eos recipiunt, excommunicantur. Ibid. cap. Ut Praelatorum. Vide, uti supra. n. 19.*

22. Primum omnium tenentur visitare palatium Papae, alias incurrunt notam infidelitatis. *Extra de majorit. cap. Et si debeat supra.*

23. Episcopi contemptentes Sedem Apostolicam, eisque non obedientes, sunt privandi. *De paenis. cap. Divinis. Vide, uti n. 12.*

24. Episcopi male tractantes, vel impediendo eos, quia appellant ad Papam, privantur. *De paenis. cap. Divinis. Ibidem.*

25. Tenentur exequi sententias delegati Papae.

Cum te consulente postulas edoceri, utrum ad te pertineat, sententiam, quam in causis iudices à nobis in tua provincia delegati protulerint, confirmare, licet de ipsis causis nihil in praesentia tua tractatum sit: respondemus, quod sententiam ipsam non teneris, si nolueris confirmare. Sed id tibi ex officio tuo noveris imminere, ut si ad eorum mandatum iudicium non possit executioni mandari, eis praebes auxilium & favorem: & ipsam si noveris rationabiliter promulgatam, poteris confirmare. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De potest. iudicium. cap. 1.*

26. Non possunt censuras facere, contra euntes Romam ad Papam, pro suis negotiis. *Pœna. Omnia facta sunt irrita.*

Praedecessorum nostrorum vestigiis inhærentes districtius inhibemus locorum Ordinariis, nec non commissariis & delegatis eorum, ceterisque universis & singulis, &c. ne contra Officiales praefatos quocunque nomine nuncupentur, in nostris, & dictæ Sedis obsequiis, nunc & p. r. existentes, nec non quoscunque alios, pro suis, & eorum causis, vel negotiis prosequendis, ad sedem praedictam venientes, ac in ea (durante negotiorum & causarum huiusmodi prosecutione) motam trahentes, & recedentes ab eorum procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut privationis officiorum, aut beneficiorum, seu quamvis aliam sententiam promulgari praesumant. Nos enim omnes & singulos processus & sententias, contra tenorem & mentem nostrae inhibitionis huiusmodi latas & habitas, & imposterum habendas, ac etiam promulgandas, & quacunque inde secuta, declaramus nulla, irrita & inania, nulliusque existisse, vel existere roboris, vel momenti. Nec non quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hætenus, vel imposterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane. *Extra. de Privilegiis. cap. Divinis.*

27. Neque possunt privare beneficiis litigantes apud Sedem Apostolicam, sub pœna excommunicationis & interdicti ipsò factò.

Et nihilominus in omnes & singulos Ordinarios, & officiales commissarios & delegatos eorum, qui se dignitatibus ac beneficiis Ecclesiasticis quibuscunque officialium, aut negotia huiusmodi apud dictam sedem prosequuntur praedictorum, eos illis forsan privando, atque privatos decernendo, seu declarando, vel cuiuscunque privationis praetextu illa personis aliis conferendo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittendo, tam in dantes, quam in recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti late sententiae promulgamus, quas volumus eos ipsò factò incurrere; à qua quidem excommunicationis sententia absolvi nequeant, nisi à nobis, vel per nos deputandis, praeterquam in mortis articulo constituti. *Ibidem.*

28. Episcopi tenentur praestare juramentum Papae de subiectione, fidelitate, convenientia ad Synodum, vifitatione liminum, de bene tractando Legatos Papae, &c.

Ego

Ego N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero, S. Petro, Sanctaeque R. E. Dominique meo Papae C. ejusque successoribus, canonicè intrantibus. Non ero neque in consilio, neque in facto, ut vitam perdat, aut membrum, vel capiatur malè captione. Concilium, quod mihi aut per se, aut per litteras, aut per nuncium manifestavit, ad eius damnum nulli pandam. Papatum R. E. & regulas SS. PP. adiutor ero ad defendendum & retinendum, (salvo Ordine meo) contra omnes homines. Vocatus ad synodum, veniam, nisi praepeditus fuero Canonica praepeditione. Legatum A. S. quem certum esse cognovero, in eundo & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. AA. limina singulis annis, aut per me, aut per certum nuncium visitabo, nisi eorum absolvar licentia; sic Deus me adjuvet, & hæc sancta Evangelia. *De iurejurando. cap. Ego N.*

29. Episcopi, Archiepiscopi, & Primates, &c. promoti, tenentur in primo Concilio Provinciali jurare obedientiam & fidelitatem Papae, acceptare Decreta Concilii Tridentini, & damnare omnes hæreses damnatas. *Concil. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 2.*

30. Episcopi vocati à Papa ad Synodum, non obedientes, non se excusantes, excommunicantur.

Pro quibus videlicet tot evidentissimis culpis & temerariis praesumptionibus à te peractis, &c. te ad Concilium nostrum non occurrentem, neque excusationem tuam in tractoria subscribentem, neque iustam rationem impedimenti tui apud nos, omnium vestram primatem, reddere curantem, omni prorsus Ecclesiastica communione, sancti Spiritus auctoritate privavimus, quousque tuam speciale praesentiam nobis & S. A. exhibere curaveris. *Joannes VIII. ep. 181.*

Sed inobedientia, atque temeritatis audacia freti, nec nunc vestram nobis praesentiam exhibere curatis postremò generali Synodo, Romae praeteritis Kalendis Maji celebrare, à nobis rursus vocati, interesse penitus distulistis. Hujus rei gratia, juxta Apostolum, in promptum habentes ulcisci omnem inobedientiam, digna correptione Canonica vocibus, vos perferimus, nisi misericordia A. S. nostrum animum temperaret. Jam verò, quia multoties ad Synodum convocati, venire hætenus contempnistis, sicut praetuli, omni temeritate, atque inevitabili occasione deposita, ad aliam Synodum, quam gratia Divina optulante, quartò Idibus Octobris, futurae tertiae decimae Indictionis, celebraturi sumus, occurrere. Quatenus ea, quae ad utilitatem Sanctae DEI E. pertinent, communi tractatu, communi voto atque consensu, cum Domini adiutorio exequamur: Quod si forte & tunc venire contempseritis, sciat vos, & de praeteritis & de futuris negligentis canonicè esse iudicandos: ita ut EE. vestrarum communione juxta SS. Canones sitis contenti, qui non vultis Ecclesiasticis acquiescere disciplinis. *Ibidem. ep. 182.*

31. Episcopus non recipiens honorificè Legatum Papae, excommunicatur, & à celebratione Missae suspenditur.

Deinde Legatos nostros, Joannem Ticinensem, & Walperrum Portuensem Episcopos, è latere nostro ad te directos, non suscipiens, praefatis portae diu tibi nostrae communionis verba facientes, quatenus nobis, aut per te, aut per Legatum tuum, tuam more praedecessorum tuorum condignam obedientiam exhibere debuisses, irreverenter stare fecisti, nullamque illis reverentiam, vel auditum accommodare dignatus es. Sed sicut aspis surda contra charitatis affectum viscera cordis & aures validè obdurasti. Pro quibus & his similibus te tamdiu Communionem privabimus, Missamque celebrationem, donec nobis occurreres, & aut per te, aut per Vicarium tuum cuncta errata corrigeres, & sic te demum personaliter in nostrum consortium admitteremus. *Ibid. ep. 196.*

32. Episcopus à quocunque damnatus, à Papa potest iterum judicari. *6. q. 4. cap. Osius. ex Concil. Sardicen. cap. 3. Vide, Appellare. tit. 7. num. 5.*

33. Episcopi etiam in longinquo distantes, à Papa obtinent, ut possint alios consecrare. *24. q. 1. cap. Pudenda. Et hoc semper antiquitè fuit in usu. Ibidem. Vide, tit. 8. n. 15. Vide, Papa circa Episcopos. Vide, Juramentum fidelitatis.*

XXXII. Episcopus circa Metropolitanos.

1. Episcopus consecratus Metropolitanum se praesentet. *Dist. 65. cap. Si quis in Metropolitana. Hoc olim. Vide, tit. 21. n. 1.*

2. Episcopus sine licentia Metropolitanani nihil potest agere extra provinciam.

Per singulas Provincias oportet Episcopos cognoscere Metropolitanum suum, & ipsum Primatus curam suscipere; nihil autem agere reliquos Episcopos, praeter eum, secundum quod antiquitè à Patribus nostris constitutum continetur in Canone. Propter quod Metropolitanus Episcopus nihil praesumptivè assumat, absque consilio ceterorum. *9. q. 3. cap. Per singulas. Julius I. ep. 2. cap. 23. Vide, tit. 30. n. 10.*

3. Episcopi Metropolitanano subdantur. *Ibid. cap. per singulas. il. 2. Ex Concil. Antiocheno. cap. 9. Vide, Archiepiscopus. tit. 2. n. 3.*

4. Episcopus olim sine Metropolitanano non poterat Ecclesiam gubernare, & alia facere. *Concil. Antiochenum. cap. 9. supra.*

5. Olim inter duos menses à die consecrationis adire debebant Metropolitanum, vel si infirmi, per alium eis significare. *Concil. Tarraconen. cap. 5. Dist. 65. cap. Si quis in Metropolit. Si extra Metropolitanam erant ordinati. Vide, tit. 21. num. 1.*

6. Neque extra Provinciam olim poterant exire, sine Metropolitanani licentia.

Illud etiam non possumus praeterire, quod solitudine diligentiore curandum sit, ne praeter Metropolitanorum suorum litteras aliqui ad quamlibet provinciam audeant proficisci, quod etiam in omni genere officii Clericalis per singulos debet EE. custodiri. *Hilarius. ep. 8.*

7. Ad Imperatorem accedere non poterant, sine licentia Metropolitanani. *Concil. Antiochenum. cap. 11. Vide, tit. 22. n. 33. Ibi. cap. Si quis Episcopus, aut Presbyter.*

8. Sine licentia Metropolitanani non poterant olim ordinari. *Hilarius ep. 2. cap. 1. Vide, tit. 3. n. 2.*

9. Non tenentur ferià quintà coenae conficere Chrisma cum Metropolitanano, nisi adsit Privilegium, vel antiqua consuetudo.

Non videtur Metropolitanano licere, ut suffraganei sui jura minuat, vel immutet, nisi super eo antiqua & probata consuetudine, vel speciali privilegio muniat. Unde reputari potest indignum, ut in die coenae Domini, quò deberent in EE. suis Episcopi Chrisma conficere, lavare juxta exemplum Domini pedes pauperum, & reconciliare publice poenitentes, ad Metropolitanum E. quae per 40. milliaria & amplius à te distat, Chrisma ibidem cum Metropolitanano tuo confecturus, accedas -- volentes igitur -- auctoritate tibi praesentium indulgemus, ut ad hoc, nisi speciale privilegium exigat, vel antiqua & approbata consuetudo requiratur, per usurpationem huiusmodi nullatenus renearis. *Honorius III. ex Cirone. De officio iud. Ordin. cap. 3.*

10. Epi-

10. Episcopi vocati à Metropolitano pro publicis negotiis, tenentur cum adire, aliàs puniri possunt ab eo. Trans mare ire non possunt sine ejus licentia, nunc verò exempti sunt.

Si quis Episcoporum à Principe, vel Metropolitano suo admonitus, designatò sibi die cum rationabili adveniendum spatio, sive pro festivitibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste & Nativitate Domini, celebrandis, sive pro causatum negotiis, seu, &c. excepta inevitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemptorum se noverit excommunicatione mulctari, si tamen exceptis supra taxatis Capitulis, aut Annunim, aut aërum procellosa immensitas, ad præstitum diem aditum ei subdulerit properandi, quod tamen & hoc ipsum convinci idoneis testibus oportebit. Hanc etiam & illi ex Pontificibus sententiam merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum admoniti à Metropolitano distulerint emendare, atque compescere: aut si admoniti, ut ad iudicium primæ Sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Concil. Tolovanum. 13. cap. 8.*

Item placuit, ut Episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consultò primæ Sedis Episcopi suæ cuiusque provincie, ut ab eo præcipue possint sumere formatam. Hinc etiam dirigendæ literæ Concilii ad transmarinos Episcopos. *Concil. Carthag. 3. cap. 28.*

Si Episcopus Metropolitanus ad Comprovinciales Episcopos Epistolas direxerit, in quibus eos, aut ad Ordinem summi Pontificis, aut ad Synodum invitet, postpositis omnibus (excepta gravi infirmitate corporis, aut præceptione regiæ) ad constitutum diem adesse non differant. Quod si defuerint, (sicut præca Canonum præcepit autoritas) usque ad proximam synodum charitate fratrum & Ecclesiæ communionem priventur. *Concil. Agathen. cap. 35. & Distinct. 18. cap. Si Episcopus.*

Primæ & immutabili constitutione decretum est, ut cum Metropolitanus FF. vel Comprovinciales suos ad Concilium, aut ad ordinationem cuiuscunque Conferentis crediderit evocandos, nisi causa evidentis tædii existiterit, nullus excuset. *Concil. Epaunen. cap. 1.*

Communi deliberatione censemus, & sententiae hujus ordinem servandum instituimus, ut dum quiscunque Comprovincialis Episcopus Metropolitanus sui admonitionem acceperit, pro diebus festis Nativitatis Domini & Paschæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. Quod si contigerit, eum ab ægritudine esse detentum, vel per nimiam intemperantiam aërum non habere, qualiter ad præsentiam ejus possit venire, Epistolam manu sua subscriptam dirigere debet, in qua hujus rei verissimè causam notefcat. Quod si sanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, & venire distulerit, absque excommunicatione dimittendus non erit. *Concil. Emmeren. cap. 6.*

11. Episcopi nunc, exceptò tempore synodi, seu Concilii, non tenentur ire ad Metropolitanum, quando vocantur, non obstante quavis consuetudine, &c. *Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 2.*

12. A Metropolitano potest Episcopus appellare ad Patriarcham.

Similiter etiam Episcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui à Metropolitano suis scilicet pertulisse fatentur, & apud Patriarcham & Metropolitano, qui sub ipso sunt, iustam & sine suspitione sententiam, negotium, quod movetur, accipiat. *Concil. Constantinopolit. 4. cap. 26.*

13. Episcopus gravatus à Metropolitano, appellat ad Papam. *Sixtus II. ep. 1. 2. qu. 6. cap. Si quis putaverit. Vide, prout sub tit. præc. n. 2.*

14. Possunt Episcopi à Papa eximi à jurisdictione Metropolitanorum. 16. q. 1. cap. *Frater noster. Vide, Ibidem. n. 20.*

15. Episcoporum & subditorum causæ, non cognoscuntur à Metropolitano, vel Patriarcha, nisi per legitimam appellationem.

Cum sit in Canonibus diffinitum, Primates vel Patriarchas nihil juris præceteris habere, nisi quantum SS. Canones concedunt, vel præca illis consuetudo contulit ab antiquo: ita ut secundum Nicænas regulas sua privilegia serventur Ecclesiis, præterquam si A. S. aliquam E. vel Rectorem ipsius quolibet speciali privilegio decreverit honorare: quamdiu Clerici tui coram te voluerint stare juri, compelli non debent, iudicium Patriarchæ subire, nisi causa per appellationem ad ejus audientiam perferatur, aut et aliquid super hoc à S. A. sit indultum. *De offic. Jud. Ord. cap. Duo simul. Vide, Archiepiscopus. Vide, Metropolitanus.*

XXXIII. Episcopus circa pauperes & oppressos.

1. Episcopi domus debet esse hospitium omnium pauperum.

Ab Apostolo quippe inter cætera virtutum præconia, quæ Episcopo inesse debent, hospitalitas etiam habenda prædicatur. Episcopi namque domus, ut B. Hieronymus scribit, omnium communis debet esse hospitium. Laicus enim, unum aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes recipiat, inhumans ab eo scribitur. *Concil. Parisien. 6. Lib. 1. cap. 14.*

2. Episcopus tenetur relevare oppressos.

Oppressus namque ab omnibus, in cunctis subveniatur causis. -- Hujus rei gratia universalis vobis à CHRISTO JESU commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Frater autem fratrem adjuvans, exaltabitur, & alidens dissipabitur. Quapropter relevare semper oppressos, corripite inquietos, ut zizania Dominicam messem non possit suffocare. *Eleutherius in ep. decretali.*

3. Episcopus semper pauperes ad mensam habeat.

Ut Episcopi & Abbates ante se joca turpia facere non permittant, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio Divina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & laude Domini; secundum Apostolum: sive manducatis, sive bibitis, omnia in laudem DEI facite. *Concil. Remense cap. 17.*

4. Episcopi tenentur ad alendos pauperes.

Hoc laudabili Concilio ordinamus, ut per Provinciam nostram Prælatos & Clericos universos, prout eis suppetunt facultates, necessaria pauperibus ministrantur. Is autem suffraganeorum nostrorum, qui per totam septimanam quatuor semel in die refecerit pauperes: Abbatem, qui duos, Archidiaconorum, Præpositorum, Archipresbyterorum & aliorum Prælatorum, qui unum: ac aliorum Clericorum, qui semel in die in septimana refecerit pauperes: De penitentis inunctis eidem unius anni indulgentiam habeat, hanc etiam indulgentiam illi concedimus, qui novitiam pauperi dederit indumentum. Si autem antiquum, quadraginta dierum indulgentiam de inuncta ei penitentia relaxamus. *Concil. Ravennat. 1. sub Honorio IV. cap. 2.*

5. Episcopi juvare tenentur pauperes oppressos, & corrigere oppressores.

Ut unusquisque Episcopus semel in anno circumeat Parochiam suam. Noverint sibi curam populorum, & pauperum in protegendis ac defendendis impostam. Ideoque dum conspiciunt, iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos Sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint emendari, eorum insolentia Regis auribus intineatur, ut quos

quos Sacerdotalis admonitio non flestit ad iustitiam, Regalis potestas ab improbitate coërceat. *Concil. Arelan. 4. cap. 17.*

6. Episcopi facultates pauperibus potest Episcopus dispensare. Sed non ex suo libito; & poenæ. 10. q. 2. cap. *ultimò. Vide, Alienare tit. 1. n. 7.*

7. Debent patrociniari pauperes, recurrentes ad eos.

Licet omnibus de nobis sperantibus, non debeamus, in quantum possumus, nos negare, plus tamen viduarum & orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas, quas tu heri à nobis, vel ab omnibus, divina manifestat assertio. *Dist. 87. cap. Licet.*

Defensionis propriæ desolatæ auxiliò, & qui suis adibus adesse pro atatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subvenire, quia pupillus tuitionem, etiam divinitas iussit impendi. *Ibidem. cap. Defensionis.*

Divinæ retributionis memor, ad Pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium modis, piam sollicitudinem non negare. *Ibidem. cap. Divina.*

8. Tenentur alere pauperes pro viribus suis.

Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, victum & vestitum (in quantum sibi possibile fuerit) largiatur. *Dist. 82. cap. 1. Episcopus. & Conc. Arel. 1. cap. 18.*

9. Debent potius sublevare pauperes, quam parietes Ecclesiæ ornare.

Gloria Episcopi, est pauperum inopie providere, ignominia Sacerdotis, est propriis studere divitiis, &c. multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ subtrahunt, marmora nitent, aurò splendent laquearia, gemmis Altare distinguitur, & Ministrorum Christi nulla electio est. -- Amico quidpiam rapere, furtum est. Ecclesiam fraudare, sacrilegium est: accepisse quod pauperibus erogandum sit, & elurientibus plurimis, vel cantum esse velle, vel timidum, aut quod aperitissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. 12. q. 2. cap. *Gloria Episcopi.*

10. Pauperes ac debiles sustentare tenentur. *Concil. Aurelianen. 1. cap. 18. Dist. 82. cap. Episcopus pauperibus. Vide, supra n. 8.*

11. De thesauro Ecclesiæ accipere debet Episcopus ad sustentandos pauperes. *Concil. Turon. 3. cap. 11. Vide, tit. 20. n. 4. Non ad donandum consanguineis, nisi sint pauperes, quibus, ut talibus, distribuere possunt. Concil. Trident. sess. 25. De reformat. cap. 1.*

XXXIV. Episcopus percussor, per se, vel per alium.

1. Episcopus neminem potest percutere suis manibus, neque propter peccata.

Non liceat Episcopo, manibus suis aliquem cedere, hoc enim alienum à Sacerdote debet esse. *Post Concilium Agathense. Decr. 1. Dist. 86. cap. Non liceat. Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 28. Vide, Clerici. tit. 30. n. 2. Greg. 1. Lib. 2. ex Regest. Epist. 52. Dist. 45. cap. Quid autem. cap. Neminem. & cap. Cum beatus. Vide, tit. 22. n. 19.*

2. Episcopus verberans, officio privetur. *Dist. 45. c. Episc. ex Conc. AA. c. 28. Vide, Cler. 1. 30. n. 2.*

3. Episcopus faciens sustigari aliquem crudeliter, puniendus, & quomodo.

Præterea, quoniam mulierem propter delictum suum, contra Ordinem Sacerdotii card. crudeliter sustibus deputasti, quam licet exinde (cum post octo menses decesserit) minimè arbitramur fuisse de-

Tonus II.

functam; tamen, quia ad Ordinem tuum noluisse habere respectum, duobus te mensibus ab administratione Missarum statim abstinere. *De Cler. percuss. c. Præterea. Vide, Clericus percussor. Vide, Episcopus, à quibus debet abstinere.*

XXXV. Episcopus negligens in suo officio.

1. Episcopi negligentes, qui non prædicant, non visitant, non confirmant, & exigunt expensas, privandi sunt. *Post Conc. Tolet. 1. c. 2. Vide, tit. 21. num. 45.*

2. Episcopus non corrigens Clerum, non valet corrigere populum.

Quid autem ego vos arguo, cum possitis me unò sermone convincere? Convincor enim, cum in hac parte Clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres emendare non possim? Aut quæ fiducia succenseam laicis, cum à confortibus, pudoris verecundia, conticefcama 8. qu. 1. c. *Quid autem.*

3. Episcopus negligens, est corrigendus.

Pervenit ad nos, F. & Coepiscopum nostrum Paschasium, ita desidem negligentemque in cunctis existere, ut in nullo, quia est Episcopus, agnoscat. -- Quod si ita est, non sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obligare, atque coërere, ut dignum est, distulisti. -- Volumus ut eum coram aliis Sacerdotibus, & quibusdam de filiis suis nobilibus, contestari pro hac re debeas, & hortari. *Dist. 84. c. 1. Pervenit ad nos.*

Nuntiatum est nobis, Campaniæ Episcopos ita negligentes existere, ut immemores honoris sui, neque erga EE. neque erga filios suos. paternæ vigilantie curam exhibeant, vel monasteriorum sollicitudinem gerant, seu in oppressorum & pauperum tuitionem impendant. Ideo hâc tibi autoritate præcipimus, ut eis ad te convocatis, ex nostro illos mandato districtè commoneas: Quatenus desides ultectus esse non debeant, sed Sacerdotalem se habere zelum & sollicitudinem opere doceant. *Ib. c. Nuntiatum est.*

4. Episcopus non puniens fornicationem Diaconorum, &c. ab officio suspendatur. Idem de incestu.

Ut Episcopi, qui consenserint fornicationem, vel incestum in suis Parochiis, à suo officio suspendantur. *Concilium Romanum 5. sub Gregorio VII. idem de incestu.*

5. Episcopus negligens CHRISTUM non diligit.

Monente enim Dominice vocis Imperiò, quò Beatissimus Apostolus Petrus, trinâ admonitione, mysticis Sanctionibus imbuitur, ut Christi oves, qui Christum diligit, pascat; Ipsius Sedis, cui per abundantiam gratiæ Divinæ præsumus, reverentiâ coarctamur, ut periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus, ne professio summi Apostoli, quâ amatorem Domini esse restatus, vana inveniat in nobis; quia negligenter pascens Dominicum gregem, toties commendatum, convincitur summum non amare Pastorem. 25. qu. 1. c. *Divinis.*

6. Episcopus consentiens, ut Subdiaconus vacce uxori, suspenditur ab officio.

Porro eos, qui in Subdiaconatu uxoris vacare voluerint, ab omni sacro Ordine removemus, officio atque beneficiò Ecclesiæ carere decernimus. Quod si ab Episcopo communiti, non se correxerint, Principibus licentiam indulgemus, ut eorum feminas mancipent servituti. Si verò Episcopi consenserint eorum pravitatibus, ipsi officii interdictione mulctentur. *Concilium Melfitanum c. 12. Distinctione 32. cap. 1. Omnium. Vide, Episcopalis. num. 3.*

7. Episcopi negligentes persequi hæreticos, deponantur. *Concilium Lateranense 4. c. 7.*

N

De

De hæreticis. cap. Excommunicantibus.

§. finali. Vide, tit. 17. num. 3.

8. Episcopus non puniens crimen incestus, suspenditur ab officio. *Concilium Romanum sub Greg. VII. cap. 12. supra num. 4.*
9. Episcopi permittentes, ut eligantur ad dignitates Parochi, &c. indigni, vel carentes ætate, vel sufficientiâ, &c. privantur potestate conferendi tales dignitates.

Episcopus autem, si quid fecerit, aut fieri consenserit contra hoc, in conferendis prædictis, potestatem suam amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum, si Capitulum concordare nequiverit, ordinentur. *Concil. Later. 3. cap. 3.*

Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *11. quæst. 3. cap. Privilegium. Distinctione 63. cap. ult. Si forte. Vide, tit. 2. num. 15.*

10. Episcopi negligentes cogantur facere, quæ debent. *Concil. Afric. cap. 88. & Milevitamum. cap. 24. Vide, tit. 2. num. 15. Vide, Episcopi obligationes. Vide, Pastor.*

XXXVI. Episcopatum unio.

1. Episcopatum unio fieri potest à Papa.

Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitavit, ut Cumanam atque Misenam unire debeamus EE. quoniam nec longò itineris spatium à se junctæ sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, ut singulos, sicut olim fuit, habere debeant Sacerdotes. *16. quæstione 1. capit. Et temporis.*

2. Episcopatus pauper uniri potest cum alio vicino. Sed præcedere debet examen Concilii Provincialis, & mitti debeat instrumenta ad Papam, ut ipse definiat. *Concil. Tridentinum sess. 24. De reformatione capit. 13.*
3. Episcopus pauper poterit de beneficiis non curatis à Papa provideri. *Cons. Trid. ubi supra. Vide, Unio.*

XXXVII. Episcopi spoliati, seu ejecti, quomodo tractandi, & eorum privilegia.

1. Episcopi Sede pulsi non possunt excommunicari, aut judicari.

Nemo Pontificum deinceps aliquem Episcopum, suis expoliatum rebus, aut à Sede pulsum, excommunicare aut judicare præsumat: quia non est privilegium, quò possit spoliari, jam nudatus. *Julius 1. ep. 2. c. 8.*

Nec his contenti in vestra estis pravariatione, sed etiam quòd prius expulso eos, & suis expoliatos rebus, quasi vocastis, atque damnastis; cum nullus regulariter aut vocari, aut judicari possit, antequam sit regulariter restitutus, & sua omnia ei legibus sint integerrimè reformata. *Ibidem. cap. 35.*

Nullus potest convocari, aut judicari, antequam omnia sibi ablata, & omnia jura ei in integrum restituantur: quia non habet privilegium, quò possit exui jam nudatus. *2. qu. 2. c. Nullus potest. Sixtus 1. ep. 2. Vide, tit. 29. num. 9.*

2. Episcopi spoliati non possunt accusari, nisi prius in pristinum restituantur.

Nam qualiter ad Concilium veniatur, aut qualiter de suis rebus expoliati, vel ejecti à Sedibus propriis, aut qui accusatores sint recipiendi, quive non sint, aut qualiter ejectis, aut expoliatis, sint omnia legibus reintegranda, quæ eis ablata sunt, & quia priusquam hoc factum fuerit, nullum crimen eis obijci poterit, & qualiter illis inducia post integram restorationem

anniversaria, vel sex mensium; indulgentia sint, & qualiter sua omnia licenter & pacificè, absque illius gravi impedimento disponere, & suorum amicorum & Ecclesiasticorum Patrum consiliis uti debeant: sufficienter ab Apostolis, eorumque successoribus, ac nostris prædecessoribus statutum esse putamus. *Cajus ep. decretali cap. 2. 2. quæst. 2. capit. Nullus. Ex Stephano 1. ep. 2. Vide, Accusare tit. 4. num. 1. Felix Lepist. 2. Eusebium epistola 2. Vide, tit. 29. num. 9.*

De ejectis verò, atque suis rebus expoliatis, nihil vobis verius significare queo, quam Sancti Patres diffinierunt, & nostri prædecessores Apostolicâ autoritate robotaverunt. Ità enim hæc se habent: Episcopus ejectus, atque suis rebus expoliatus, Ecclesias proprias primò recipere, & sua eis omnia legaliter reddi, Sancti Canones decreverunt, & postea si quis eos accusare voluerit, æquò periculò facere sanciverunt, iudices esse decernentes Episcoporum, Episcopos rectè sapientes, & justè volentes, ad tempus diuque illis, resumptis viribus, & suis potestativè fruentibus rebus, amicisque, & DEI servis sapientibus consulentibus viris, in Ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi esse videntur. Et reliqua ad hunc Ordinem pertinentia, quæ prolixitatem vitantes, hic non inferimus, quia hæc sufficere credimus. Si quis autem his non est contentus, legat ea, & satiabitur. *Damasus epistola 4. capit. 5.*

Nam si aut vi, aut timore ejecti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè evocari ad Synodum possunt, nec respondere amulis debent, antequam Canonicè restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur. *Felix 11. ep. 2. cap. 3.*

Si quis Episcopatum fuerit suis rebus expoliatus, aut à sua Ecclesia vi, aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet, & decet Episcoporum Præpositum, semper primâ fronte sollicitum esse, ut omnia, quæ ei ablata sunt, potestati ejus legaliter reddantur, & præsul prius restituatur, & postea non statim, sed diu, & per spatiosa tempora, suis potestativè dispositis, & ad suam necessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam, & si justè visum fuerit, accusatoribus respondeat suis. *Ib. cap. 4.*

In scriptis vestris reperimus, quosdam Episcopos vestris in partibus à propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspitione, & aliquos ex certa ratione, & idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam verò à propria Sede pulso. Quos scias, nec ad Synodum Comprovincialem, nec ad generalem posse convocari, nec aliquid judicari, antequam cuncta, quæ eis ablata sunt, legibus, potestati eorum reintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus reintegrari, & Ecclesias, quæ sibi sublatae sunt, cum omni privilegio sui restitui, & postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad Synodum convocentur, & ab omnibus quisque suæ Provinciae Episcopis audiatur. Nam nec convocari ad causam, nec judicari potest expoliatus, vel expulsus, quia non est privilegium, quò expoliari possit jam nudatus. *Joann. 1. ep. 1. 2. qu. 2. In scripturis vestris. 3. qu. 2. c. Prius ergo. 2. qu. 2. cap. Nullus potest. Vide, Accusare tit. 4. n. 1.*

Antiquius decretum est, ut omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos, ante litem contestatam perceptos, Episcopus, vel Primas possessori restituat. *2. q. 2. c. Antiquius.*

Præceptum ergo est in antiquis statutis, Episcopos ejectos, atque suis rebus expoliatos EE. proprias recipere, & primò sua omnia eis reddi, & deinceps si quis eos justè accusare voluerit, æquò periculò facere. Iudices esse decernentes, Episcopos rectè sapientes, & in Ecclesias convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur, nec prius eos respondere debere, quam omnia sua eis, & Ecclesiis eorum legibus integerrimè restituantur. *Ib. c. Præceptum est. Zephyrinus ep. 2.*

Episcopi, si à propriis Sedibus, aut EE. sine autoritate Romani Pontificis expulsi fuerint, antequam

ad Synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis reintegranda sunt. Nulla enim permittitur ratio, dum ad tempus eorum bona, vel Ecclesiæ, atque res ab æmulis, aut quibuscumque detinentur, ut aliquid illis obijci debeat: nec quidquam potest eis quoquò modò quilibet majorum, vel minorum obijcere, dum Ecclesiasticis rebus, aut potestativè carent suis. *3. qu. 1. cap. Episcopi si Fabianus epist. 2. Ibidem. cap. Redintegranda. Vide, Accusare. tit. 4. n. 7. cap. Prius ergo. Vide, tit. 29. num. 9. 5. qu. 2. c. Si Primates. Vide, Ejecti. num. 4.*

Ante totius litis motionem, atque ante omnis initium controversiæ, Sedem ei propriam restitui procul dubio censuimus, ut legitime nimirum reciperet, quod nullâ lege dictante, perdidit, atque per Ecclesiasticum Canonem resumeret, quod illi potentia secularis ademerat; quatenus sic deinde propria Sede, nec non & omnibus suis, ante receptis, viribusque resumptis restitutus jam, & armatus, cum accusatoribus suis certaminis campum, & litigii conflictum possit arripere. *Nicolaus 1. ep. 9.*

3. Episcopo spoliato, vel ejecto iajuste, nullus alius eligatur.

Reordinationes, seu rebaptizationes, & Sedium mutationes, Sancti Patres in Africano Concilio congregati, omnimodis interdixerunt, quod secuti & nos, interdiximus, statuentes, Ecclesiæ, cui regulariter præpositi perpetuò consistent, nec eis sine Canonice autoritatis publica censura ejectis, alii ordinentur, & Ecclesiæ divisionem sustineat, &c. *Concilium Romanum, sub Joanne IX.*

4. Episcopi spoliati redditus omnes pro eo conservandi.

Nostris est auribus intimatum, quòd charissimus &c. Rex Castellæ, dilectum filium, Magistrum B. Segobiensem electum, post electionem & confirmationem ipsius, dicendo pro voluntate sua, quòd cum ejus assensu eligi debuisset, Episcopatu Segobienfi exire coegit, & bona Episcopatus ejusdem, sicut voluit & valuit, occupavit. Quia verò, quantumcumque Regem ipsum affectuosius diligamus, talia sustinere non possumus, nec debemus volentes super hoc ex officio nostro procedere, discretioni V. mandamus, quatenus cum non possit, nec debeat in iudicio contendere spoliatus, super prædicti electi ejectione & invasione rerum Episcopatus ipsius, à quocumque factis, veritatem sollicitè inquiretis, de quibus, si vobis confiterit, dictum electum spoliatum, autoritate nostrâ, plenariè restituere, ac restitutum defendere procuretis, pendente tamen restitutionis articulo, vos omnes proventus, tam percipiendos de cætero, quam hucusque perceptos, integrè colligatis, & electo assignetis eidem. *Honorius 111. ex Cirone. de restitutione spoliatorum. c. 1.*

5. Episcopus spoliatus tantò tempore debet manere in possessione, quantum mansit ejectus, antequam respondeat.

Tandiu in Sede propria pacificè & potestativè cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus, vel expoliatus, suis carere visus est rebus. *Felix 11. ep. 2. c. 8. & 3. qu. 2. c. Tandiu.*

6. Episcopus pulsus, cessante persecutione, revertatur ad Ecclesiam suam.

Non dicimus, quòd persecutore non fugiamus, (maximèque paganorum) insidias, cum ad tempus fuerint. Sed quòd præcipuè nos, qui tantquam atretes, ducatum gregibus præbamus, imò qui & horum pastores sumus, DEO auctore, cum eis in periculis pro viribus persistere, pro certo conveniat. Et cum tranquillitas reddita Divinâ fuerit pietate, sopitæque furentium infestatio, mox gregem perquirere, & in unum colligere, & ejus animos cœlestis Patriæ pace potissimum securitate prædicatâ, sursum erigere debemus. *Nicolaus 1. in decretis. De Episcopis c. 6. 7. qu. 1. cap. Sescularis.*

Joann. 11.

7. Episcopi pulsi à Sedibus, possunt in alieno territorio jurisdictionem exercere contra expulsores, in locis & EE. securis, quòd expulsores possunt adire. *Clement. de foro competentis cap. unico.* Si verò propter meritum eorum citari non possunt, in EE. principalium civitatum, & locorum, promulgari faciant citationes, & lapsò terminò procedere. *Ib. Vide, Citatio. num. 23.*

8. Item possunt suos subditos in aliena Diœcesi judicare, sed non trahant eos extra Diœcesim suam, ultra duas Dietas. *Ibidem.* Dicente Episcopo, se non potuisse citare expulsores, ei creditur. *Ib.*

9. Expulsi ad id faciendum, primùm petant licentiam à Diœcesano, & si iste det, sive non, procedant. *Ib.*

10. Diœcesanus nullum patitur præjudicium, per quamlibet moram pulsus à sua Diœcesi. *Ibidem.* Et alia de hac materia. *Ibidem.*

11. Episcopus spoliatus, vel pauper, poterit à Papa provideri de beneficiis non curatis. *Concil. Trid. sess. 24. cap. 13.*

Vide, Citatio. Vide, Ejecti. Vide, Spoliati.

XXXVIII. Episcopus relinquens Ecclesiam, vel subditos, seu renuntians.

1. Episcopus non debet relinquere Ecclesiam tempore persecutionis.

Attendite itaque vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus S. constituit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit proprio sanguine, ut non sit, qui vos decipiat, aut seducat in subtilitate sermonis, ut plebes vobis commissas relinquatis, & alicui, propter malorum opprobrium hominum, quieti vos tradatis, & ut vos solummodo salvetis, & filios orphanos relinquatis. *Liberius ep. 12.*

Episcopus ab alia Parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Episcopis necessitate compulsus. Maneat autem in Ecclesia, quam primitus à DEO sortitus, nec inde transmigret, secundum pristinum de hac re terminum constitutum. *Concilium Antiochenum c. 21. 2. q. 1. c. Episcopum.*

2. Episcopo non licet dimittere Ecclesiam suam. *7. qu. 1. cap. Sicut vir. Vide, Episcopalis n. 40.*

3. Episcopus non potest renuntiare ob senectutem, si sit necessarius Ecclesiæ.

Si tuam, aut senectutem, aut insufficientiam forte considerans, te tanquam emeritum postulas relaxari, scito nos credere, quòd tutius sit hoc tempore, si commissâ tibi Ecclesia sub umbra tui nominis gubernetur, quam si alteri novæ incognitæque personæ gubernanda, in tanto discrimine committatur: maxime quia in te vigor devotionis & fidei, etiam corpore senescente, non deficit, sed vergente deorsum conditione corporeâ, fervor spiritus in sublimiora conscendit. Monemus te igitur, ut super hoc diebus istis nullâ te facias importunitate molestum: quia indecens probatur omnino, prius solvere militiæ cingulum, quam cedere victori adversitas præliorum. *De renuntiatione c. 1.*

4. Episcopus ob quas causas potest renuntiare. *Vide, Renuntiatio.*

5. Ecclesiam relinquens, non potest amplius se in ea immiscere, sed est invasor, si id facit.

N 2

Trans-

Transmundus, vester dictus Episcopus, ad nos venit, quem nimirum nos duris verbis increpimus, propterea, quod Episcopatum sine ratione dimiserat: precipimus etiam illi, propter istam stultitiam, ut de Episcopatu se deinde non intromitteret. - - -

Quod nostrum præceptum (sicut audivimus) contemnens, & per inobedientiam, idololatriæ scelus incurrens, ausus est Ecclesiam interdictam, ad augmentum malitiæ suæ pervadere, eamque nunc pertinaciter non metuit occupare; proinde Apostolicâ Autoritatē præcipimus vobis, ut - - - nullus vestrum Episcopalem reverentiam illi exhibeat, sed bona Ecclesiæ de manibus illius eripientes, eum sicut invaluorem habeatis, & res Ecclesiæ, ne distrakere valeat, à potestate ipsius defendatis. *Greg. VII. lib. 2. ep. 45.*

Non dubitamus, ad notitiam vestram pervenisse, quod Manasses, olim dictus Archiepiscopus vester, Synodalem damnationis suæ sententiam, exigentibus culpis suis subierit. - - - Veram (sicut vos ipsi scitis) non solum huic diffinitioni non obedivit, sed ad contemptum interdictiōis nostræ, Ecclesiam vestram invadere, ac impudenti devastatione confundere præsumpsit. - - - Siquidem adeo in immensum actuum suorum tendit iniquitas, ut dignissimè damnationi atque excommunicationi subiaceat, ita ut in perpetuum nullam restitutionis suæ spem concipere debeat. Quapropter Apostolicâ vos autoritate monemus, ut perverfis actibus ejus in nullo communicetis, imò ut tollatur de medio vestrum, & in interitum carnis suæ tradatur Satanae, ut spiritus salvus sit, sibi modis omnibus restitatis. *Gregorius VII. loc. cit. ep. 17.*

6. Episcopus, qui renunciavit, validè ordinatus, sed ordinatus suspenditur ab executione officii. *De ordinatio. ab Episcopo, qui renunciavit, cap. 1. infra.*

7. Episcopus, si loco renuntiat, potest invitari ad ordinationes faciendas; si verò renuntiat dignitati etiam, solum minores Ordines dare potest; si dat majores Ordines, remanet suspensus ab executione eorum.

Respondemus igitur distinguendo, utrum renuntiaverit loco tantum, an loco simul & dignitati; nam in primo casu, Ordines (sicut antea) rogatus ab Episcopo aliquo, poterit de ratione conferre; in secundo verò casu distinguendum putamus, utrum Sacros contulerit, an minores. Si enim à tali Ordines usque ad Subdiaconatum aliquis acceperit, quia & hujusmodi Ordines à non Episcopis quandoque conferuntur, & in illis deservire poterit, & ad majores (si idoneus fuerit) promoveri. Sanè si ab eodem SS. Ordines scienter quis receperit, qui indignum se fecit, executionem officii non habebit; ubi autem non scienter, poterit (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus Pontifex dispensare. *De ordinatione ab Episcopo, qui renunc. cap. 1. & Concil. Later. 3. in Append. tit. De depos. c. 18.*

8. Petens licentiam renuntiandi, si obtinet, compellendus est exequi. *Concilium Lateranense. 4. cap. 28. Vide, Renuntiatio num. 10.*

9. Episcopi aliquando possunt subditos deserere, quando scilicet vergit in majus bonum Ecclesiæ.

Ibi adunati æquanimitè portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adjuvantur boni. Nam ubi omnimodè fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor supervacuus, maximè si è vicino cause suppetant, quæ fructum DEO ferre valeant meliorem. - - - Unde ille quoque egregius prædicator, qui dissolvi cupit, & cum Christo esse, & Damasci persecutionem passus, ut possit evadere, murum, funem, sportamque qualivis, sequè latentem deponi voluit: nunquid Paulum mortem dicimus simulasse, quam se pro amore JESU testatur appetere;

Sed eum in eodem loco minorem fructum sibi adesse conspiceret, ad gravem laborem se alibi cum fructu servavit; fortis etenim Prælator DEI teneri intrà claustra noluit, certaminis campum quaesivit. *7. qu. 1. c. Ibi adunati.*

Vide, *Renunciare. Vide, Benefic. renuntiationes.*

XXXIX. Episcopus, quoad mutationem, seu translationem Ecclesiæ.

1. Episcopus ambiens Ecclesiam alterius, deponatur.

Definit hæc Sancta & universalis Synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum, relinquere propriam E. & sub occasione quasi Visitationis, ad alias accedere, & potestate propriâ contra inferiores abuti, & consumere redditus, qui apud illos inventiuntur ad Ecclesiasticam dispositionem, & alimenta pauperum. - - - Si enim unumquemque Episcoporum, E. propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importunè ac sine ratione disperdere, & consumere redditus Ecclesiasticos, sacri Canones decernunt: quâ putas impietate mirum putabitur indignus, qui aliis Episcopis committas Ecclesiæ gravare, vel ambire, ac per hoc sacrilegii crimen incidere non formidat? Quisquis ergo post hanc definitionem nostram tale quid facere tentaverit, penas subeat à Patriarcha, qui per tempus fuerit, secundum congruentiam injustitiæ, ac avaritiæ suæ, & deponatur, & sequestratur, ut sacrilegus & alter idololatra factus, juxta magnum Apostolum. *Concil. Constantinopolitanum 4. cap. 9. Conc. Antiochenum. cap. 21. Vide, tit. præced. n. 1. Vide, Ambiens.*

2. Episcopi non transferantur de Civitate in Civitatem. *Concil. Nicænum 1. cap. 15. & Conc. Aquisgranen. sub Ludovico Pio cap. 43. Vide, Clerici. tit. 51. n. 1. Concil. Chalced. cap. 5. De his, qui. & 7. qu. 1. cap. Propter eos Episcopos. Vide, infra n. 4. Concil. Chalced. cap. 20. Vide, Clerici. tit. 38. num. 1.*

3. Episcopus ambiens Ecclesiam majorem, utraque careat: Etiam si æqualem, deponatur.

Si quis de Ordine Sacerdotali contemptu minoris E. ambitiosè & improbè ad potiorem adspiraverit, canonica erga eum definitio conservetur: hoc est, utraque careat. *7. qu. 1. cap. Si quis de Ordine. Conc. Constantinop. supra.*

4. Episcopus non debet ad aliam Ecclesiam transire, sed manere in sua.

De his, qui transmigrant de Civitate in Civitatem, Episcopis, aut Clericis, placuit, ut Canones, qui de hac re à sanctis Patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem. *Concil. Chalcedonen. cap. 5.*

Propter eos Episcopos, sive Clericos, qui de Civitate ad Civitatem transiunt, placuit, definitiones datas à SS. PP. haberi firmitatem. *7. qu. 1. cap. Propter eos. Ibidem. cap. Non oportet. ex Concil. Nicæno 1. cap. 15. Vide, ubi supra n. 2. cap. Episcopos. Vide, tit. præced. num. 1. cap. Placuit ut nemini. Vide, tit. 28. n. 3. cap. Sicut vir. Vide, ubi tit. præced. n. 2.*

Vetatur, ne quis, relicta Ecclesiâ, ad alteram transire præsumat. *Hilarius. ep. 2.*

Non licet fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes Episcoporum. *De consecrat. Dist. 4. cap. Non licet fieri.*

5. Episcopus intrusus in aliena Ecclesia, est removendus, & reducendus.

Remotò ab E. Barcinonensi, atque ad suam remissò Irenæo Episcopò, sedatis per Sacerdotalem molestiam voluntaribus, quæ per ignorantiam Ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet obtinere,

tere, talis protinus de Clero proprio Barcinonensibus ordinetur Episcopus, qualem te præcipuè Frater Afcam oportet eligere, & decet consecrare. *7. qu. 1. cap. Remotò.*

6. Episcopus intrusus in aliena Ecclesia, caret etiam propriâ.

Si quis Episcopus mediocritate Civitatis suæ despectâ, administrationem celebrioris loci ambiens, & ad majorem plebem se quacunque ratione transtulerit, non solum à Cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propriâ, ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, nec supra mensuram juris sui, affectet augeri. *7. qu. 1. cap. Si quis Episcopus.*

Ipsè verò relicta Hildesemem. E. ad Herbipolensem E. auctoritate se propriâ transtulit: Non attendens, quod veritas in Evangelio protestatur: quod DEUS conjunxit, homo non separet. Potestatem transferendi Pontificis ita sibi retinuit Dominus & Magister, quod soli B. Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus suis speciali privilegio tribuit, & concessit, sicut testatur antiquitas, cui decreta PP. sanxerunt reverentiam exhibendam, & evidenter asserunt SS. Canonum functiones. Non enim homo, sed DEUS (quærat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri DEI vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitate, vel utilitate pensatâ, non humana, sed divinâ potius auctoritate dissolvit. Nè autem facti perveritas, transeat præsumptoribus in exemplum, (quod quidem, si verum est, non potest non esse notorium) sibi præcipimus, ut administrationem Herbipolensium E. penitus derelinquat: - - - Quia verò Hildesemem. E. cui fuerat alligatus, unde secundum Apostolum solutionem quaerere non debebat, nimis improbè dereliquit, ne ad ipsam redeat ulterius, districtius prohibemus: cum secundum traditiones Canonicas, qui ad majorem se plebem transtulerit, à Cathedra repelli debet aliena, & carere propriâ, ut nec illis præsideat, quos per superbiam sprevit, nec illis, quos per avaritiam concupivit. *De translatione. cap. Quinto.*

7. Non potest transferri invitus. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de Reformatione Curie. cap. 1. Vide, in Bullario.*

8. Episcoporum mutationes, quando possunt fieri. Ex justa causa possunt fieri.

Mutationes Episcoporum scitote communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non propriâ cuiusquam voluntate aut dominatione. Petrus, Sanctus Magister noster & Princeps Apostolorum, de Antiochia utilitatis causâ translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parva Civitate, Apostolicâ auctoritate, mutatus est Alexandriam. Similiter Felix, de Civitate, in qua ordinatus erat, electione civium, propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, auctoritate hujus Sanctæ Sedis, & communi Episcoporum & reliquorum Sacerdotum, ac populorum consilio, translatus est Ephesum. Non enim transit de Civitate ad Civitatem, nec transfertur de minori ad majorem, qui hoc non ambit, nec propriâ voluntate facit, sed aut vi à propria Sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbè, sed humiliter ab aliis translatus & inthronizatus est. Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulatè Episcopos & reliquos Sacerdotes, sic quoties utilitas, aut necessitas coegerit, supradictò modò & mutare, & inthronizare potestatem habent: (non tamen sine Sacro-Sanctæ Rom. Sedis auctoritate & licentia) alia etenim est causa utilitatis & necessitatis, alia avaritiæ & præsumptionis, aut propriæ voluntatis. *7. quæst. 1. cap. Mutationes, ex Antero. ep. univ.*

Nuper cognovimus secundum pietatis vestre religiosissimum libitum Bordegalensis Diocesis Episcopum: fratrem scilicet nostrum Frotharium, in Bitu-

Tomus 11.

ricen. E. Cardinalem fieri decernentes, Metropolitanæ dignitatis privilegio iteratò munire curavimus, & studii vestri solertiam, &c. nos & religiosam petitionem vestram complevimus, & suggestionibus fratrum, Coepiscoporum nostrorum, manus porreximus, & Ecclesiæ DEI tantis necessitatibus consulentes, de thesauro Pontificalis pectoris ita vobis protulimus, ut à Doctrinis deviâsse veteribus nullò modò videamur. *Joan. VIII. ep. 8.*

Cum ex Prælatorum translationibus, EE. ipsæ, de quibus transferuntur, plerumque gravibus in spiritalibus & temporalibus subiaceant dispendiis & jacturis, &c. Statuimus & ordinamus, invitum Episcoporum & Superiorum translationes, absque magna & rationabili causa, quæ vocatâ parte cognita fuerit & decisa de consilio S. R. E. Cardinalium, vel majoris partis eorundem, & cum subscriptione, de cætero fieri non debere. Inferiores verò, ut Abbates alique perpetui beneficiati, inviti absque justa rationabili causa cognita, amoveri, seu privati non debeant. *Concil. Constantinense. sess. 30.*

Significasti etiam literis tuis, quendam fratrem, nomine & actu DEI servum, causâ utilitatis mutare te velle in locum & civitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non licere, nisi consentum Apostolicæ Sedis habuisses. Quapropter scias, Frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis & utilitatis, & aliud causam præsumptionis & propriæ voluntatis. Non ergo mutat Sedem, qui non mutat mentem, id est, qui non causâ avaritiæ, aut damnationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ electionis, migrat de civitate ad civitatem, sed causâ necessitatis aut utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari: sic aliud ministrare, & aliud ministrari, &c. Quod enim in Canonibus legitur, non debere Episcopum de civitate ad civitatem transferri, vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate exacti, aut auctoritate majorum hoc agunt: Sed de his, qui avaritiæ ardore inflammati, sponte suâ profiliunt, & potius ambitioni, quam utilitati Ecclesiæ servire, & ut dominationem agant, insistere cupiunt. Unde & in subjectis Canonibus continetur: Si aliquis exstiterit temerarius, qui forsitan excusationem asserat, quod populi literas acceperit, & idè migraverit, dum manifestum sit, præmiò & mercede parcos, qui sinceram fidem non habent, potuisse corrumpi, ut clamarent in Ecclesiâ, & ipsum petere viderentur, omninò has fraudes removendas esse censemus, &c. *Pelagius II. epist. 1. & 7. qu. 1. cap. Scias frater.*

Quod enim in Canonibus legitur: Non debere Episcopum de Civitate transire, vel transferri: Non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate majorum hoc agunt, sed de his, qui avaritiæ ardore inflammati, sponte suâ profiliunt, & potius ambitioni, quam utilitati Ecclesiæ servire, & ut dominationem agant, insistere cupiunt. *Idem. epist. 10.*

9. Episcopus propriâ auctoritate transire non potest ad aliam Episcopatum, aliàs utroque caret. Excommunicatur.

Cum ex illo generali privilegio, quod B. Petro, & per eum E. R. Dominus noster indulsit, Canonica postmodum manaverint instituta, continentia, majores EE. causas ad S. A. perferendas. Ac per hoc translationes Episcoporum, & Sedium mutationes, ad summum A. S. Antistitem de jure pertineant, nec super his quidquam præter ejus assensum debeat immutari. *De translatione Episcoporum. cap. 1. Et cap. Quinto supra. n. 6.*

Non liceat Episcopo de civitate sua transire ad aliam. Manifesta est enim causa, pro qua facere hoc attentat. Cum nullus sit inventus Episcopus, qui ad minorem, de majori Civitate tranfret. *De Clericis non residuibus. cap. 1. Ex Concil. Sardicensi. cap. 1. Et sequitur.*

Unde apparet, avaritiæ ardore eos inflammari

& ambitioni servire, ut Dominationem agant: Si omnibus placent, huiusmodi perniciis saevius & austerius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat, qui talis est. Responderunt universi: Placet. *Concil. Sardicen. cap. 1.*

Etiam si talis aliquis existerit temerarius, ut fortassis excusationem afferens, asseveret, quod populi literas acceperit, cum manifestum sit, potuisse paucos praemio & mercede corrumpi, eos, qui sinceram fidem non habent, ut clamarent in Ecclesia & ipsum petere viderentur Episcopum. Omnino has fraudes damnandas esse arbitror hoc modo: Ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet. *Ibidem. cap. 2.*

10. Episcoporum mutationes fieri possunt auctoritate Papae, si sit necessitas. *Anterus ep. un. sup. n. 8. Vide, Papa.*

11. Episcopus, ex necessitate potest fieri in alia civitate Archiepiscopus.

Nullus Episcopus ab Episcopatu minore civitatis, & territorii, ubi ordinatus est, ad alterum, propter caritatem annonae, aut propter parvitatem civitatis, aut paucitatem populi, & paucitatem monasteriorum transeat. - Quod si primus locus erat parvus, & cognitum fuerit, esse eum dignum Archiepiscopatu, creandus est Archiepiscopus in ea civitate, quae Archiepiscopatu indigeat. Quod si mutatur iste ad maiorem Episcopatum, nihil obstat, quia non propter desiderium suum, sed propter necessitatem translatus est. *Concilium Nicenum. ex Arabico. cap. 72.*

12. Episcopus translatus, non potest conferre beneficia prioris Ecclesiae, & privilegia in contrarium abrogantur. *Urbanus VIII. cons. 60. c. Licet. Excipiuntur Episcopi Ostiensis, ac Veliternus, Portuenus, Tusculanus, Praenestinus, Sabinensis, & Albanensis, qui conferre possunt beneficia Ecclesiarum, quibus novissime praefuerunt. Ibid.*

13. Qui negat, Episcopum ex causa necessitatis iusta, posse à Papa transferri de una Civitate in aliam, errat.

Non bene ergo intelligunt Ecclesiasticas regulas, qui hoc negant, causâ utilitatis, aut necessitatis, fieri posse, quoties communis utilitas aut necessitas persuaserit. Nullum enim ex his, aut ex aliis, qui meliori consilio mutaverunt civitates necessitate quadam, vel utilitate Ecclesiastica, aut laica Communione carere reperimus, nec ullatenus unquam fieri debet. *Relatus II. ep. 1. idem ep. 10. sup. n. 8.*

Vide, Mutatio. Vide, transferre.

XL. Episcopus, quoad successorem ipsò vivente.

1. Episcopus vivens, non potest eligere suum successorem. Et irrita est electio.

Episcopo non licere, pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitae perveniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiusmodi, est constitutum; servetur autem jus Ecclesiasticum, id continens, oportere non aliter fieri, nisi cum Synodo & iudicio Episcoporum, qui post obitum quiescentis, potestatem habent, eum, qui dignus existerit, promovere. *Concil. Antiochenum cap. 23. 8. quæst. 1. cap. 3. Episcopo non liceat. Concil. Luicense 2. c. 8. & post Hippolan. 1. c. 7.*

Plerique Sacerdotes, in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quam grave sit, estimato, atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de EE. auferamus: ne quod turpe dictum est, homini quicquam putet de-

beri, quod DEI est. Ab universis acclamatum est: hæc præsumptio nunquam fiat. Quæ DEI sunt, ab homine dari non possunt. 8. qu. 1. c. Plerique. ex Concil. Roman. sub Hilario cap. 5.

2. Si Episcopò vivente alius eligitur, excommunicatur. Privat, custodia traditur, & ad Papam mittitur.

Præcipimus & suademus, ut eodem Episcopò vivente, nulli unquam mortalium, vos conanti forsitan docipere, præbeat assensum, ut vel in modico à fidelitate ipsius vestri Episcopi, qui nunc est, scilicet venerabilis Arnulphi, quoquò modo discedatis; veruntamen si hanc nostram legitimam obsecrationem, vos in aliquo ab his deviare cognoverimus, & habentes hanc nostram auctoritatem, vos omnium ambitionum factionibus contraite minime senserimus; vel si quomodocumque talia facere tentanti, vos consensum præbere saltem clanculo, quod abist, didicerimus, sciatis, quia & vos anathemati submittemus; & illum pari sententiâ condemnantes, omne Sacerdotalis officii ministerium, ut unquam nullis præsideat, ei perpetuò adimemus. *Joannes VIII. epistola 4.*

Ipsè autem, qui eò vivente, locum ejus temerariè ambivit, privatus Sacerdotiè ab omni ministerio Ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo Fratri & Coepiscopo nostro tradatur, ut eum aut ipse ad nos transmittat, aut apud se in custodia habeat; Episcopi verò, qui eum ordinare præsumperunt, vel pervertè ipsius ordinationi præbere consensum, iidem communionem privati, sex mensibus ad agendam poenitentiam in monasterio deputentur. *Greg. I. lib. 11. ex reg. ep. 52.*

3. Episcopò vivente, Ecclesia non accipiat alium.

Quoniam sicut alterius uxor, nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut disponi, nisi à proprio viro, eò vivente permittitur, sic nec uxor Episcopi (quæ ejus E. vel Parochia indubitanter intelligitur) eò vivente, absque ejus iudicio & voluntate alteri iudicari, vel disponi, aut ejus concubitu frui, id est, ordinatione, ullatenus conceditur. Unde ait Apostolus: Alligata est uxor legi, quamdiu vir ejus vivit; eò verò defunctò, soluta est à lege viri. Similiter & sponsa Episcopi (quia sponsa uxorque ejus dicitur Ecclesia) illò vivente ei est alligata, eò verò defunctò soluta est, & cui voluerit, nubat, tantum in Domino, id est, regulariter; si enim eò vivente alteri nupsit, adultera iudicabitur; similiter & ille, si alteram spontè duxerit, adulter estimabitur, & communionem privabitur. *Calixtus I. ep. 2. c. 3. Evaristus ep. 2. Vide, Episcopalis n. 40.*

Ut nullus, vivente Episcopò, alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in ejus locum, quem capitalis culpa deiecerit. *Post Concilium Arvernanse cap. 2. & Concilium Aurelianense 5. cap. 12. Concilium Romanum sub Leone 9. Vide, tit. 37. num. 3. 3. quæst. 2. cap. Andromini. Vide, Ejecti n. 5.*

4. Si verò privetur ex delicto, &c. alius potest eligi.

Demetrius liquidem, qui nec antè Episcopus dici meruerat, tantis ac talibus nequitiis inventus est involutus, ut si secundum suorum qualitatem facinorosum, iudicium sine misericordia recepisset, Divinis mundanisque legibus, durissimâ procul dubio fuerit morte plectendus. Sed quia poenitentia reservatus, Sacerdotiè honore privatus est, Ecclesiam DEI sine ductore diu vacare non patimur, quia & Canonicis regulis est constitutum, ut defunctò, vel sublato pastore, diu Sacerdotiè privati non debeat. *Gregor. I. lib. 2. ep. 3. 7. qu. 1. cap. Pontifices. Vide, tit. 28. num. 3. lb. c. Sicur viri. Vide, Episcopalis num. 40. 8. qu. 1. c. Episcopo non licere. sup. n. 1.*

5. Episcopus non est, qui aliò vivente, se interdic. 7. qu. 1. c. Novatianus. & c. Non autem. Vide, tit. 2. num. 35.

6. Episcopò ægrotante, non potest fieri successor.

Factus

Factus est Cornelius Episcopus, de DEI & Christi ejus iudicio, de Clericorum penè omnium testimonio, & plebis, quæ tunc affuit, suffragio, & de Sacerdotum aliquorum & bonorum virorum Collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus perit, & gradus Cathedralis Sacerdotalis vacaret: quò occupatò, de DEI voluntate, atque omnium nostrum consensione firmatò, quisquis jam Episcopus fieri voluerit, fors fiat, necesse est, nec habeat Ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesie non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, multum de se licet jactans, & sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est, & cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debeat, factus est, non jam secundus ille, sed nullus est. 7. qu. 1. c. Factus est Cornelius. cap. Pontifices. Vide, ubi supra numero 4.

Data in scriptis supplicatione nos petiit: ut quia ad eisdem E. regimen, vel susceptum officium, pro eadem, quâ detinetur, molestia assurgere nullatenus posset, Ecclesie ipsi ordinare Episcopum deberemus. Unde, quia cunctarum EE. injuncta nos sollicitudinis cura confingit, ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, illorum precibus, huiusque ex sua impossibilitate, renuntiatione compulsi, visum nobis est, eidem Ariminensi E. debere Episcopum ordinari. *lb. c. Qualiter.*

Pervenit igitur ad nos quibusdam referentibus, quendam Episcopum ita passionem capitis incurrisse, ut, quòd mente alienatâ agere soleat, gemitus & fletus audire sit. Nè ergo languente Pastore, gregis (quòd abist) infidiatore lanandus dentibus exponatur, vel E. ipsius utilitates depereant, cautâ nos necesse est provisione tractare. Et ideo, quia viventem Episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen, abducat, alium locò ejus (nisi recusante eò) nulla sit ratio ordinare; sed si intervalla agritudinis habere est solitus, ipse datâ petitione, nec ad alia officia subvertente infirmitate posse fateatur assurgere, & alium loco suo expectat ordinandum. Quo factò, omnium solemniter electione, alter, qui dignus fuerit, Episcopus solemniter ordinetur: sic tamen, ut quousque eundem Episcopum in hoc seculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrantur. Enimverò, si nullo tempore ad sanæ redit mentis officium, persona fidelis ac vitæ probabilis est eligenda, quæ ad Regimen Ecclesie idonea possit existere, atque de animarum utilitate cogitare, iniquos sub disciplina vinculo restringere, Ecclesiasticarum rerum curam gerere, & maturum atque efficacem se in omnibus exhibere, qui etiam Episcopo, qui nunc ægrotat, superstes existerit, loco ejus debeat consecrari. *Ibid. cap. Quamvis.*

7. Episcopò vivente, si hic reddatur infensus, & inhabilis ad actiones humanas, potest eligi alter.

Non autem prudentiam tuam ignorare credimus, quòd ad Episcopalem Cathedram, in qua positus es, antere alia, quæ adhuc superstes es, fuerit assignata persona, quæ nisi iustis rationibus prius excepta fuerit, legitimum in ea tibi, aut cuiquam patere locum, nec Canonica, nec Apostolica censura permittit. *Gregorius VII. lib. 3. ep. 8.*

Notum vobis esse volumus, de Tedaldo Mediolanensi Clerico, quem Rex, præterquam nobis litteris, ac legatorum verbis promiserit, in Mediolanensem Ecclesiam posuit, quòd Episcopalem Sedem, ad quam alia prius, quæ adhuc superstes est, fuerit assignata persona, non satis ordinatè suscipisse videtur, &c. *Ibidem. ep. 9.*

Rotomagensi E. quam dudum Pastore destitutam, agritudine impediente, audivimus, succurrere hoc modò disposuimus: Hubertum S. R. E. Subdiacenum, &c. mittimus, qui cum viris Religiosis, Episcopis & Abbatibus, ejusdem etiam E. fratribus, prædictum Archiepiscopum etiam diligentè & piâ consideratione examinet, an pastoralis moderamini præesse, ut oportet, valeat. Si verò valetudine corporali sic

judicent destitutum, ut amodò Episcopali non sit aptus regimini, prius admonitionibus sibi persuadere non desistant, si oportuerit, etiam auctoritate Apostolica, ut suo consensu ordinetur Ecclesia; at si validò sic eum oppresserit, ut infensatum & officii sui obliviosum reddiderit, non dijudicans, quanti sibi & universæ patriæ ægritudo sit detrimenti, præcipimus auctoritate Apostolica, virum tanto ponderi competentem, bene moratum & sapientem, universorum consensu canonicè eligi, & in Archiepiscopum promoveri. *Ideus lib. 5. ep. 19.*

8. Episcopò stante sub iudicio Papæ, non potest eligi successor ejus. *Sixtus II. ep. 1. 3. qu. 6. capit. Accusatus. Julius I. epist. 2. capit. 3. Vide, Appellare titulo 7. n. 3.*

9. Episcopi ordinantes alium vivente primò, excommunicantur per sex menses, in Monasterio retruduntur per eos dies, ad faciendam poenitentiam.

Episcopi verò, qui eum ordinaverunt, vel ordinationi ejus consentientes interfuerunt, sex mensibus Dominicæ Corporis & Sanguinis Communione privati, agere poenitentiam decernantur in monasterio, & superscriptus Januarius locò & ordine suo modis omnibus reformetur. *Gregorius I. lib. 11. ex regula ep. 52. Vide, Successor, ubi multa.*

XL I. Episcopus quoad locum suum in Ecclesia & alibi.

1. Episcopus in Ecclesia sublimior cæteris Clericis & Presbyteris sedeat, in domo verò non.

Episcopus in Ecclesia & confessu Presbyterorum sublimior sedeat. Intrâ domum verò collegam se Presbyterorum esse cognoscat. *Concil. Carthaginense 4. cap. 35. & distinct. 95. cap. Episcopus in Ecclesia.* Anristes Sacerdos dictus est, quòd antè stat. Primus est enim in Ordine Ecclesie, supra se nullum habet. *Post Concilium Tolosanum 2. & distinctione 21. cap. Cleros.*

2. Episcopi locus sit è regione Altaris, & Archidiaconus stet ad latus ejus dexterum. *Concil. Nicenum ex Arabico c. 57. Vide, Archidiaconus n. 1.*

3. Episcopi in capella præcedunt protonotarios Apostolicos. *Pius II. Constitut. 4. Cùm servare.*

XL II. Episcopus ordinatus ab Hæreticis.

Episcopus ordinatus ab hæreticis, si poenitet, non privatur à Papa Episcopali dignitate.

Quoniam & Beatus Leo ad Mauros scribens, ita de quodam Maximo præcepit, dicens: Maximum quoque, licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & à spiritu schismatica pravitate alienus est, ab Episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate. Et Anastasius ejusdem A. S. Præsul, quòd mali bona ministrando, sibi tantummodò nocent, nec Ecclesie Sacramenta commaculent, ad Anastasium Principem scribens, evidentiissimâ ratione demonstrat. *Nicolaus I. epist. 46. Anastasius II. ep. ad Anastasium Imperatorem cap. 7. Vide, Consecratio. tit. 5. num. 2. idem. cap. 8. Vide, Ordinatio tit. 25. num. 5.*

XL III. Episcopus rediens ab Hæresi.

1. Episcopus rediens ab hæresi, quomodo bene tractandus ab Episcopo Catholico, & quis locus ei dandus. *Concil. Nicæn. 1. ex Arabico. c. 18. infra.*

N 4

2. Est

2. Est cum suo honore recipiendus.

Si quis ex iis, qui se Catharos vocant, se humiliaverint, & ad Ecclesiam accedere voluerint, oportet, ut qui ex illis erant ordinati, remaneant in Clero. --- Itaque ubi omnes reperientur, sive in Civitatibus, sive in villis, ipsi soli ordinati reperti in Clero erunt in eodem gradu. Sed si fuerit in Civitate aut villa Episcopus, aut Presbyter E. & ibi aliqui ex Catharis accedant ad E. debet Episcopus Catholicus habere dignitatem Episcopi, & ille, qui vocabatur Episcopus, si Episcopus Ecclesie Catholicae voluerit honorare eum nomine Episcopi; quod si hoc ei non placeat, excogitabit ei locum Chorepiscopi, aut Presbyteri, ut omnino videatur esse in Clero, ne sint in civitate duo Episcopi. *Concilium Nicanum ex Arab. c. 18.*

3. Recipi possunt cum sua dignitate, licet alias esset decretum oppositum. *Concilium Africanum cap. 35. & 85. & 86. infra.*

4. Dividere debent Dioecesim. Et de facto in Concilio Niceno sic fuerunt recepti.

Deinde placuit, ut litterae mittantur ad FF. & Coepiscopos nostros, & maxime ad S. A. in qua praesidet memoratus Ven. Frater, & collega noster, Anastasius, quod noverit habere Africam magnam necessitatem propter Ecclesiae pacem & utilitatem, ut ex ipsis Donatistis quicumque Clerici, correctio Consilio, ad Catholicam unitatem transire voluerint, secundum uniuscujusque Episcopi Catholici voluntatem, atque consilium, qui in eodem loco gubernat E. si hoc paci Christianae prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus ejusdem divisionis temporibus factam esse manifestum. *Concilium Africanum c. 35.*

Ita sane, ut si Episcopus ex Donatistis ad Catholicam unitatem conversus est, aequaliter inter se dividant eas, (id est, Dioeceses) quae sic fuerunt inventae, ubi ambae partes fuerunt, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, cui vicinior invenitur. Quod si ambabus Cathedralis aequaliter vicinus est, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui Catholici suum Episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus praeratur. Si autem partes aequales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambae partes fuerunt, ut non possint aequaliter dividi, velut si impari numero fuerint, distribuis eis locis, qui patrem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo fervetur, quod superius dictum est, cum de uno tractaretur loco. *Ibid. cap. 85. & de Parochiis cap. 1.*

Item placuit, ut etiam, si quisquam post leges aliquem locum ad Catholicam unitatem converterit, si ante per triennium nemine repente retinuit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit Episcopus, qui potuit repetere, & tacuit, praedictum potest; si autem non fuit, non praedictum materiam, sed licet (cum locus acceperit Episcopum, quem non habebat) ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit Episcopus ad Catholicam ex Donati parte conversus, non ei praedictum praefinitum tempus, sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quae ad ipsam pertinebant Cathedrali. *Ibidem. cap. 86.*

Tharastus Beatus Patriarcha inquit: Qui olim erant Orthodoxae fidei calumniatores, nunc veritatis praecones existunt. --- Si videbitur Synodo, in Sedes suas recipiantur. Religiosissimi Monachi dixerunt: Quomodo modum sacrae oecumenicae Synodi eos, qui ex haeresi ad meliorem mentem redeunt, ita quoque nos illos recipiamus. Sacra Synodus respondit: Placet nobis omnibus. Confessum Basilium Ancyrae, Theodorus Myron, & Theodolius Amorii, religiosissimi Episcopi, in Sedibus suis & Cathedralis iusti sunt reddere. *Concilium Nicanum 2. Actio 1. & 1. qu. 7. c. Convenerunt.*

Inde Sanctum Concilium apud Africam gestum capitulo 35. jubet, ut Clerici Donatistarum in E. propter E. pacem & utilitatem, si correctio Consilio ad Catholicam unitatem transire voluerint, si hoc paci Christianae prodesse visum fuerit, si in suis honoribus suscipiantur, non ut Concilium, quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissolvatur, in quo videlicet Concilio statutum est, ut ordinati in parte Donati, si ad Catholicam partem transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis: de hac etiam B. P. Innocentius dicit, Capitulo 51. quod hi, qui a Bonoso haeretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret Ecclesiae. *Joannes VIII. epist. 199.*

5. Episcopus haereticus rediens ad fidem, jure se permanfurum in unitate Ecclesiae Romanae.

Postquam ego ille civitatis illius Episcopus, compertò divisionis laqueo, quò tenebar, diutinà mecum cogitatione pertractans, pronà & spontancà voluntate ad unitatem Sedis Apostolicae Divinà gratià duce reversus sum. --- Unde jurans dico, per DEUM Omnipotentem, & hac Sancta quatuor Evangelia, quae in manibus meis teneo, & salutem geniumque illustrium Dominorum nostrorum, rempublicam gubernantium, me in unitate, sicut dixi E. C. ad quam DEO propitio sum reversus, & communione R. P. semper & sine dubio permanere. Quod si (quod absit) aliqua excusatione, vel argumento ab hac me unitate diverso, perjuri reatum incurrens, aeternae poenae obligatus inveniar, & cum authore schismatis habeam in futuro saeculo portionem. *Gregorius I. lib. 10. ep. 30.*

6. Episcopus rediens ab haeresi, dividit ex Dispensatione Papae Dioecesim cum Catholico, qui in ea erat, (modò assignatò.) *De Parochiis c. 1. supra n. 4. Vide, Fides. Vide, Chorepiscopus.*

XLIV. Episcopus depositus, vel exautoratus, aut degradatus.

1. Episcopus depositus, vel exautoratus, non potest ministeria Episcopi exercere. Communicantes cum eo excommunicantur. *11. q. 3. c. Si quis Episcopus ordinatus, ex Concil. Antioch. cap. 4. Vide, Depositi. t. 4. num. 1.*

2. Episcopi si deponuntur, etiam Presbyteri honore privantur.

Episcopum in Presbyteri gradum deducere, est sacrilegium. Si qua autem justa causa illos ab Episcopali actione removeret, nec Presbyteri debent locum obtinere. Sin autem absque ullo crimine dignitate moti sunt, ad Episcopalem dignitatem redibunt. *Concil. Chalcedon. cap. 29.*

3. Episcopus depositus, non potest ordinare alios Episcopos.

Non miror, Proculum inconstituta adhuc fronte durare, & oblitum penitus pudoris, quotidie digna damnatione committere: --- cum ipse jam non sit Episcopus, Episcopos facit, & humanus largitor, aliis se dicit posse praestare, quod datum sibi aliquando immerito tenere non potuit. *Zozimus. ep. 12.*

4. Episcopo deposito à Papa, nullus potest obedire, sub poena excommunicationis.

Sed quia his malis, aliisque quam pluribus flagitiis irretitus, atque pollutus, ne argui possit, atque convinci, superbiae fastu elatus, contra AA. Principem calcaneum erexit, & inobedientia, quae sceleri comparatur idolatriae, perleverat: cum sine spe recuperationis Spiritus Sancti judicio, A. S. auctoritate, in sancta Romana Synodo esse depositum, praesentium indicis indubitanter cognoscite. Quapropter, ut nullam ei deinceps, quae Episcopo debetur, obedientiam exhibeatis, omnibus vobis B. Petri AA. Principis aucto-

thoritate praecipimus. Si qui verò excommunicationis contagione vulnerati, his salutiferis ausi fuerint repugnare praecipis, eos veluti putrida membra à toto corpore Christi, quod est Ecclesia Catholica, anathematis gladiò rescemus, atque projicimus. *Greg. VII. Lib. 6. ep. 10.*

5. Episcopus pulsus à Civitate, si ad eam revertitur, in Monasterio alterius Provinciae detrudatur.

Si Episcopus expulsus, ausus fuerit ingredi Civitatem, quae expulsus est, vel exire de loco, in quo degere iustus est, jubemus eum in monasterio, in alia provincia constituto, tradi, ut qui in Sacerdotio peccavit, degens in monasterio corrigatur. *Post ep. 3. Bonifacii cap. 6.*

6. Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchae, depositi propter haeresim, à Papa restituantur, si poenitent. *Joann. VIII. ep. 199. Vide, tit. praeced. n. 4. Vide, Papa.*

7. Episcopus degradatus, non potest res Ecclesiae sibi vindicare, & abjiciendus est.

Episcopus autem condemnatus, de quo inquisisti, qui impugnator & fornicator exiit, atque res Ecclesiae post degradationem sibi vindicare nititur; hic omnino ac detestabiliter respuendus est. (Quae enim portio fidelis cum infideli, aut quae communio Christi ad Belial?) Hunc & SS. PP. traditiones, & SS. Canonum instituta condemnaverunt. *Zacharias ep. 12.*

8. Si Ecclesiae se immiscet, ut invalor est puniendus. *Gregorius VII. Lib. 8. ep. 17. Vide, tit. 38. n. 5.*9. Episcopus exautoratus à Concilio, recurrens ad Imperatorem, careat spe gratiae. *21. q. 5. cap. Si quis Episcopus. Vide, Clerici. tit. 35. n. 5.*10. Episcopus per Papam tantum deponitur, non per alios. *Extra de poenis. cap. Divinis. Vide, Prout in t. 2. 5. n. 1. Depositi. tit. 3. n. 2. Vide, Episcopi à quo judicandi. Vide, Decime Ecclesiae à Laico. Vide, Damnatu. Vide, Episcopus erga Papam. Vide, Papa.*

XLV. Episcopus suspensus.

1. Episcopus suspensus, de E. redditibus est alendus.

Suspensus igitur (sicut praefati sumus) Episcopus contumeliosus, habeat tantum, quam praesumpsisse dicitur celebrationem Missarum, & patrimonio Ecclesiae in gubernatione Archidiaconi ejusdem Ecclesiae constituto, ita ut alimonia sufficienter Episcopo non negentur, visitatoriam in ejus loco praecipimus, ordinari personam, &c. *Agapinus ep. 7.*

2. Episcopi suspensione manifestà, Clerici sine illius licentia ordinari possunt ab Episcopis vicinis, aliis servatis. *De temporibus ordinationum. in 6. cap. Eos qui. Vide, Clerici. t. 4. num. 5.*

XLVI. Episcopus delinquens criminaliter, ut homicidio, vel aliis.

1. Episcopus criminaliter delinquens, aut charitatem falsificans, aut falsum testimonium dicens, officio privatur, in monasterio detruditur, & Laica communio illi danda. *Concil. Agathen. cap. 50. Dist. 50. cap. Si Episcopus. Vide, Clerici. tit. 23. num. 2.*

2. Episcopus delinquens criminaliter, (olim) per Missam debebat se purgare, nunc est prohibitum.

Si Episcopo aut Presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, adulterium, furtum & maleficium imputatum fuerit, in singulis Missam tractare, celebrare, & secreta publice dicere, & communicare debet, & de singulis sibi imputatis innocentem reddere. Si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiae extraneus habeatur, sicut antiqui Canones instituerunt. *Concil. Vormatien. 1. cap. 10. 2. q. 3. cap. Si Episcopo.*

3. Episcopi delinquentes, gravius quam alii sunt puniendi.

In Episcopos, qui suum transgressi sunt juramentum, est tanto gravius judicandum, quanto majori praeminet dignitate, & eorum exemplò facilius alii poterunt ad similia provocari. *De iurejurando. cap. Cum quidam.*

4. Episcopus, qui in executione justitiae est causa mortis alicujus, suspenditur à sacris. *Gregorius I. Lib. 2. Ex regest. ep. 44. & 5. Idem, ac cap. Praeterea de Clerico percussore. Vide, tit. 34. n. 3.*

5. Episcopus, qui homicidii est causa per se, vel per alium, privatur officio, & usque ad finem vitae excommunicatur. Idem de fornicante cum filia, uxore, vel sorore, &c. alicujus Magnatis.

Si in morte Longobardorum me miscere voluisset, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa; sed quia DEUM timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere formido. *23. q. 8. cap. Si in morte. Concil. Toletanum. 11. cap. 5. Vide, tit. 25. n. 4. & 5.*

6. Episcopus accusatus, etiam de gravi delicto, non est vitandus ab inferioribus ante sententiam, aliter facientes, honore priventur.

Nullus Clericus ante diligentem examinationem & synodicam sententiam à communione proprii Patriarchae se separet, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse pretendat, nec recuset, nomen ipsius referre inter Divina mysteria. Idem statuimus de Episcopis erga proprios Metropolitanos; similiter & de Metropolitanis circa Patriarcham suum. Qui verò contra fecerit, ab omni sacerdotali operatione & honore decidat. *Concil. Constantinopolitanum. 4. cap. 10.*

7. Episcopi publice confitentes peccata, removendi sunt ab officio.

Hoc sancta Synodus definit, ut, testante Priscorum Canonum sanctione, quicumque Pontificum, vel Sacerdotum, deinceps per manus impositionem poenitentiae donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retinendi regiminis non amittant, sed per Metropolitanum reconciliatione, poenitentium more, suscepta, solita compleant Ordinis sui officia, vel caetera ministeriorum sibi credita Sacramenta. Hoc tantum est observandum, ut si aut ante acceptionem poenitentiae adjudicatus, nec reconciliatus reperitur pro culpis, aut si in ipsa perceptione poenitentiae reconciliatus, implicatum se dixerit mortalibus factis, juxta estimationem Metropolitanum, abstinere hujusmodi oportet à praemissis officiis. Caeterum, si (ut dictum est) sub poenitentiae perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse praedixerit, aramen, quod fieri hominibus erubescit, absconsum intra claustra sui peccatoris delitescit, noverit ipse sibi de se potestatem esse concessam, ut juxta conscientiae suae fiduciam, utrum audeat, aut non audeat sacrificare DEO, ex sui potius arbitrii potestate, quam ex nostri iudicii permissione procedat. *Concil. Toletanum. 13. cap. 10.*

Vide, Clerici criminosi, &c.

XLVII. Episcopus hæreticus.

1. Episcopus hæreticus nihil potest facere juridicè, neque ordinare, & ordinati ab eo non sunt recipiendi.

Arianos præterea, cæterasque huiusmodi pestes, quia eorum Laicos, convertos ad Dominum, sub imagine penitentia, ac Sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur Clericos eorum cum Sacerdotii aut ministerii cuiuspiam suscipi debere dignitate: Quoniam quibus solum baptismum esse permittimus, quod utique in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti perficitur, nec Spiritum Sanctum eos habere ex illo baptismo, illisque mysteriis arbitramur: Quoniam cum à Catholica fide eorum auctores desciscerent, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt. Nec dare ejus plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius, quam per fidem, dixerim, perdidit. Quomodo fieri potest, ut eorum prophanos Sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum Laicos imperfectos, ut dixi, ad Sancti Spiritus percipiendam gratiam, cum penitentia imagine recipimus. *Innoc. I. ep. 18. cap. 3. 1. q. 1. cap. Arianos.*

Qui perfectionem Spiritus, quam acceperant, perdidit, non eis dare plenitudinem possunt, (quæ maxime operatur in ordinationibus) quam per suam perfidiam perdidit. Qui honorem non habuit, honorem dare non potuit, nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in dante; sed damnationem, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit. *Ibid. cap. Qui perfectionem.*

2. Episcopus hæreticus, si penitet, à Papa restituitur. *Joann. VIII. ep. 199. & 201. Vide, tit. 43. n. 4. Et sub verbo Depositi. tit. 5. n. 2.*
3. Episcopus hæreticus nihil confert, si ordinat, id est, quoad exercitium & executionem ordinati.

Præ omnibus, & super omnia, Gregorium Syracanum, & Photium Tyrannum, & quos idem Photius in gradu quolibet ordinatæ putatus est, ab Episcoporum numero, vel dignitate, quam usurpative, ac fictè dedit, merito sequestrantes. Primò, quia Photius Maximo, & ordinatio ejus, quæ potius execratio istius ordinationi penè in cunctis videtur esse simillima. Secundò, quia sic se habet per decessorem meum A. S. decretum, cujus iudicium nusquam præcipiunt SS. Canonibus retractari, dum tamen censent eam in aliorum quæque renovanda, seu diffinienda negotia perferunt: Nosque convenit, ut prætulimus, ejus in omnibus constituta sectari, &c. (*sequentiâ*.) Vide, *tit. 2. n. 10. Adrianus II. ep. 4. Vide, Hæretici Episcopi. Vide, Lapsi à fide. Diffusè. Vide, Ordinario.*

XLVIII. Episcopus schismaticus.

4. Si Episcopus Schismaticus nolit ad unitatem venire, alius pro eo constituatur à Papa Episcopus.

Hoc cum Domini auxilio disponentes: ut siquidem Episcopus, quem vobis in vestra reformari petiveratis Ecclesia, à Schismaticorum lapsu se segregans, Ecclesie voluerit unitati conjungi. Fratri & Coepiscopo nostro, Mariniano, evidenter scripsimus, qualiter petitionem vestram ex nostra autoritate debeat confirmare. Sin verò (quod optandum nobis non est) ab illorum se noluerit schismate separare, idem quomodo vestra E. proprium habere valeat Sacerdotem, prædicto Fratri & Coepiscopo nostro scripsimus. *Greg. I. Lib. 7. ex reg. ep. 101.*

Quod cum ita sit, non volumus interim Fratrem nostrum Ignatium, qualiscunque sit, non inter Sanctissimos & Beatissimos Patriarchas connumerare. Sed nec in Photii Sacerdotali propectu præstando, favere in vota condescensionis nostræ modò quolibet inclinavimus. Ergò tranquillitas tua litterarum saltem

nunctenore cognoscat, Sedem B. Petri Apostoli, in Neophyto & moeche, & Constantinopolitanorum Ecclesie in favore Photii, olim iustèque damnato, ac nihilominus præsentia synodali nuper eliso, communionis nunquam, nisi à prævaricatione cessaverit, præbituram esse consensum. *Nicolaus I. epist. 9.*

2. Episcopus schismaticus nullum potest ordinare.

Qui (ut cætera nunc omitamus) à Gregorio Syracano, vel cæteris schismaticis institutus, imò destructus, contra omne fas alterius præsidere non potest Ecclesie. Nam meritò destructus esse creditur, qui à destructo ædificari sperans, etiam si qua alia bona fortassis habuit, nimie præsumptionis ejus meriti communitatis perdidit. Nam Gregorius quomodo quæquam ædificare poterat, qui multipliciter jam nocebatur elisus? Quomodo quæquam in aliquo Ecclesiastico poterat Ordine stabilire, qui Ecclesie unitatem scindens, ipse jam videbatur omnino dejectus? Sicut enim ligatus ligare, & dejectus deicere non potuit: sic destructus construere, & elisus quemquam ordinare nequivit. In summo quippe status sui oportet eum vigore consistere, & firmis inani per omnia basibus, qui alterum vel prostrernere, vel conatur statueret. *Nicolaus I. ep. 9.*

3. Episcopus schismaticus non consecrat alios Episcopos, neque ipse consecratur, id est, licitè, Validè facit.

Pudenda, ut ita dicam, rapina in divisione est, non consecratus, sed execratus Episcopus. Si enim ipsum nomen consecrationis rationabili ac vivaci intellectu discutimus, is, qui cum universali detrectat consecrari Ecclesia, consecratus dici, vel esse nullà ratione poterit. Consecrari enim est, simul sacrare. Sed ab Ecclesie visceribus divisus, & ab Apostolicis Sedibus separatus, execrat ipse potius, & non consecrat. Jure ergò execratus tantum, non consecratus, poterit dici, quem simul sacrare in unitate conjunctis membris, non agnoscat Ecclesia. *24. q. 1. cap. Pudenda. Vide, Hæretici. Vide, in seq.*

4. Episcopus schismaticus validè ordinat, sed non dat executionem Ordinum, quos confert. *Clemens VIII. constit. 34. Sanctissimus. §. 4.*

5. Quando validè ordinat. Vide, *Schisma.*

XLIX. Episcopus simoniacus, seu vendens officia.

1. Episcopus nullum accipiat pretium ob aliquam ordinationem, vel promotionem ad dignitates.

Statuimus, nè turpis lucri gratiâ, Episcopo in mentem veniat, quærenti excusationem in peccatis, aurum, vel argentum, vel ullam aliam speciem, ab iis, qui sibi subsunt Episcopis, vel Clericis, vel Monachis, exigere, &c. Si quis ergo per auri exactionem, vel alicujus alterius speciei, vel propter aliquam propriam affectionem, à ministerio arcere inventus fuerit, vel segregare suorum Clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, nè in eo Divina sint ministeria, ad id quod non est sensu prædictum, suam insaniam immitens, est reverà sine sensu, & rationis erit legi obnoxius, & labor ipsius in caput ejus redibit, ut qui sit mandati DEI transgressor. Præcepit enim & Petrus, A. A. summus: Pascite gregem Domini Episcopatum gerentes, non per vim, sed spontè ac voluntariè, secundum DEUM, neque turpis lucri gratiâ, sed promptè & alacriter. *Concil. Nicænum 2. Canone 4.*

Si quis Præbendas, Archidiaconatus, Præposituras, vel aliqua officia Ecclesiastica vendiderit, vel aliter, quam statuta SS. Patrum præcipiunt, ordinaverit, ab officio suspendatur. Dignum est enim, ut sicut gradus Episcopatum accepit, ita membra ejusdem Episcopatus gratis distribuatur. *Concil. Romanum 5. sub Gregorio VII. cap. 4. 1. q. 3. cap. Si quis Episcopus præbendas.*

2. Nihil

2. Nihil potest exigere, neque à Laicis, nec à Monachis. *Ibidem.*
3. Episcopi vendentes officia, suspenduntur ab officio.

Quæsitum est de Episcopis, qui altaria, monasteria data, frequenter redimi compellebant pecuniâ, quia quidam simoniacæ pravitate usus in Galliarum partibus jam diutius inolevit, ut EE. vel decimæ (quæ vulgari vocabulò apud eos altaria nuncupantur) monasteriis datæ, sæpius ab Episcopis sub palliata avaritia vendantur; mortuus nimirum, vel mutatis Clericis, quos personas vocant. Nos auctore DEO venalitate omnem, tam ex rebus, quam ex ministeriis Ecclesiasticis, propellentes, hoc ulterius fieri auctoritate Apostolica prohibemus: sicut etiam præbendas omnes venundantes interdiximus. *1. q. 3. cap. Quæsitum est.*

Ut nullus deinceps Episcoporum beneficium Ecclesie (quod quidam Canonicam, vel præbendas, seu etiam ordines vocant) pro aliquo pretio vel munere Clericis audeat inquam conferre; sed omnes ministros & servitores Ecclesie, gratis, & absque ulla venalitate, in sancta E. studeant ordinare. -- Ut nullus cajuscumque gradus Clericus pro Ecclesie beneficio aliquid audeat conferre, aut fabrica EE. vel denariis EE. seu etiam quod pauperibus sit tribuendum: quia (teste scriptura) qui aliquid malè accipit, ut quasi benè dispenset, potius gravatur, quam juvatur. Quòd si aliquis Divinorum præceptorum & animarum salutis immemor, vendere, vel emere temerariò ausu præsumperit, præfatum beneficium Ecclesie, sicut in Chalcedonenli Concilio definitum est, gradus sui periculo eum subjacere decernimus: nec ministrare possit Ecclesie, quam pecuniâ venalem fieri concupivit, & insuper terribili anathematis mucrone perfolvit (nisi respuerit) ab Ecclesia DEI, quam læsit, modis omnibus abscondatur. *Ibidem. cap. Ex multis, & cap. Si quis Episcopus præbendas. supra. n. 1.*

4. Privandus est Episcopus, ordinans per pecuniam. *Ibidem. & cap. fin. Vide, Beneficium. tit. 15. n. 1.*
5. Episcopus nihil solvi permittat, propter professionem, sepulturam, &c. *De simonia. cap. Audivimus. Vide, Ecclesia. tit. 29. n. 4.*
6. Episcopus accusatus de simonia, si se purgat, restituitur. *Gregorius VII. lib. 9. ep. 16. Vide, tit. 29. num. 16.*
7. Episcopus simoniacus per Papam deponitur.

Quia quidam idiota prædictam Ecclesiam, id est, Bambergensem, simoniacæ peridiæ hæreticæ pravitate subversus invaserat, eam à jugo sacrilegæ perversionis illius providâ consideratione liberare studuimus. Exeminus quidem gladium A. A. Principis Petri, & in eum Apostolicâ auctoritate sententiam promulgavimus. *Greg. VII. Lib. 2. ep. 76.*

Ab Episcopali verò officio eum ideò segregamus, quia simoniacè invaserat Ecclesiam. Sacerdotali quoque eum idcirco privamus, quoniam sub specie sanctitatis vitiosus est eam dilaniare, atque confundere. Et quia tanta mala contra E. quoquo modo olim sibi commissam exercere rimuit, anathematis eum vinculo innodamus, &c. Eodem quoque anathemate percussimus eos, qui ab initio promotionis ejusdem aliqua prædia Ecclesie ab eo acceperunt, ut sibi faverent ad ejus malitiam contuendam, præmaximè illos, qui postquam se A. S. iudicio subtraxit, ab eo aliquid in prædiis, vel in thesauris Ecclesie acceperunt, ad conservandum eum, ut in sua pertinacia perseveret. *Idem. Lib. 3. ep. 1.*

8. Episcopus dans beneficium per pecuniam, ex tunc suspenditur à collatione omnium beneficiorum, quæ ex eo tempore vacabunt. *Concil. Sabina. cap. 20. Etiam si permittat, hoc fieri, dummodo sciat. Vide, Ordinatio. tit. 12. n. 5. & 23.*

9. Episcopus recipiens pecuniam pro institutis Ecclesie Rectoribus est simoniacus. Tenetur in duplo restituere. *De simonia. cap. Audivimus. Vide, uti supra n. 5.*
10. Episcopus concedens jurisdictionem Episcopalem pro pretio, privatur potestate concedendi, ementes verò, privantur suo officio.

Præterea, quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent, præsentî decreto statuimus, ut qui de cætero hoc præsumpserit, officio suo privetur, & Episcopus conferendi hoc officium, potestatem amittat. *Nè Prelati, &c. cap. 2.*

Quoniam in quibusdam partibus Decani, vel Archipresbyteri, ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio statuuntur, quod ad Sacerdotum gravamen, & subversionem iudiciorum non est dubium redundare, id ulterius fieri prohibemus. Quòd si quis de cætero fecerit, removeatur à Clero: Episcopus autem, qui hoc sustinuerit, & Ecclesiasticam jurisdictionem suâ patitur dissimulatione perverti, districtione Canonica percellatur. *Ibidem. cap. Quoniam in quibusdam. Vide, Beneficia non danda pro pretio. Vide, Ordinare. Vide, Simonia.*

L. Episcopus intrusus.

1. Qui aliò vivente, non depositò, intrat in Ecclesiam, est intrusus. Vide, *Episcopus quoad successorem. Vide, Episcopus solutus.*
2. Episcopus intrusus per potentiam Regiam, non est recipiendus. *Conc. Parisien. 3. cap. 8. Vide, tit. 2. n. 15.*
3. Episcopus invadens Ecclesiam, est ejiciendus. *Concilium Lucense 2. cap. 8. distinctione 92. cap. Si quis Episcopus. Idem ac Concil. Antiochenum cap. 16. Vide, tit. 16. num. 4.*
4. Episcopus non est, qui aliò vivente se intrudit. *7. quæst. 1. cap. Novarianus. Et cap. non autem. Vide, tit. 2. num. 35.*
5. Episcopatus invadentes, seu intrusi, per Papam reprimentur.

Diceris enim, quòd contra statuta SS. Canonum Ecclesiam Cameracensem invaseris, & ejus Sanctas plebis Clericos opprimas, ac dehonestes, bona quæque ipsius diripias, &c. Et quoniam, licet humana quaedam potestas permittat, Divina tamen, Canonicaque censura te in eadem Ecclesia Episcopum consecrari nequaquam consensit, imò omnes, qui tui sunt moris, atque præsumptionis, à tanta dignitate procul repellit. --- Præcipimus tibi, ut de eadem E. Cameracensi nil auferens, quantocius abscedas. --- Quòd si prædictæ E. quæ tuihi præter illa, quæ ad victum & potum pertinere, reddere distuleris, vel si amplius aliquid inde abstuleris, & ab ejus potestate ac regimine te minime subduxeris: DEI nostri & SS. AA. atque sententiâ auctoritatis nostræ sis vinculis anathematis obligatus, quantum hujus nostræ diffinitionis epistole pertinaci animò reluctaveris. *Nicol. I. ep. 65.*

Dejectò Sanctissimo Sigone, Alvernensi Episcopo, in locum ejus pervasorem Adonem Clericum substituiti. Præcipimus tibi auctoritate DEI Omnipotentis, BB. AA. Principum Petri & Pauli, ut nullam passus moram, Sanctissimum Sigonem Episcopum, deiectione pervasore E. suæ restituas, & in omni Sacerdotii dignitate eum manere, amodo dimittas. --- Pervasor verò Sanctæ Alvernensis Ecclesie, si post hanc nostram diffinitionem illic remorari tentaverit, & aliquod impedimentum Sanctissimo Sigoni Episcopo facere, quæcumque argumentationes præsumpserit, sciat

sciat se pari modò, non tantùm à vini & carniùm, verùm & à Corporis & Sanguinis domini nostri JESU Christi participatione penitus esse sejunctum, quamdiu nostris iustitiis obstinatè fuerit præsentiam Apostolicam venire distulerit. *Id. ep. 66.*

6. Episcopo intranti ex transverso, seu intrafo, omnes Clerici debent resistere.

Sit facultas Clericis renitendi, si se viderint prægravari, & quos sibi ingredi ex transverso agnoverint, non timeant resistere. Qui etsi non debitum præmium, vel librum de eo, qui eos rectoris est, debent habere iudicium. *Celestinus I. epist. 2. c. 5.*

LI. Episcopus infirmus.

1. Episcopus impotens exercere sua munera, alium vocet pro illis. De licentia Papæ potest coadjutorem assumere.

Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanae, ut si quis Episcopus per infirmitatem, debilitatève aliquam, aut hebetudinem sensus incidit, aut officium oris amiserit, ea, quæ non nisi per Episcopos geruntur, non sub præsentia sua Presbyteros agere permittat, sed evocet Episcopum, cui hoc, quod in Ecclesia agendum fuerit, imponat. *Concilium Aranscanum 1. cap. ult. Gregorius VII. lib. 2. ep. 50. Vide, Coadjutor n. 1.*

2. Episcopus infirmus non est privandus, nisi sit insensatus, & inhabilis ad opera humana, tunc enim potest alius eligi.

Et quidem nusquam Canones præcipiunt, ut pro ægritudine Episcopo succedatur. Et omnino injustum est, ut si molestia corporis irruit, honore suo privetur ægrotus. Atque idè hoc per nos fieri nullatenus potest, nè peccatum in mea anima ex ejus depositione veniat. Sed suggerendum est, ut si is, qui est in regimine, ægrotat, dispensator illi requiratur talis, qui possit ejus curam omnem agere, & locum illius in regimine Ecclesiæ, ipsò non depositò, conservare, ac in custodia civitatis implere, ut nec Omnipotens DEUS offendatur, neque civitas inveniat esse neglecta. *Greg. I. lib. 9. ep. 41.*

Pervenit igitur ad nos, quibusdam referentibus, quendam Episcopum ita passionem capitis incurrisse, ut quòd mente alienatà agere soleat gemitus, & stertus audire sit. Nè ergo languente pastore, grex (quod absit) infidiatoris laniendus dentibus exponatur, vel E. ipsius utilitates depereant, cautà nos necesse est provisione tractare. Et idè, quia vivente Episcopò, quem ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen, abducit, alium locò ejus, recusante eò, nulla sunt ratio ordinari. Sed si intervalla ægritudinis habere est solitus, ipse datà petitione, non se ulterius ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia subvertente infirmitate, posse fateatur assurgere, & alium loco suo expectat ordinandum. Quò factò omnium solemniter electione alter, qui dignus fuerit, Episcopus consecratur, sic tamen, ut quò usque eundem Episcopum in hoc sæculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrentur. *Idem lib. 11. ex regest. ep. 7. Greg. VII. lib. 3. ep. 8. & 9. Idem lib. 9. ep. 19. & 7. qu. 1. c. Pontifices. Vide, infirmi n. 12.*

3. Episcopo gravato ex infirmitate datur Coadjutor: Si morbus sit incurabilis. Si nolit assumere quid agendum. Coadjutor non potest aliquid alienare in Ecclesia.

Petitis, ut cum nostro consulto, pro superveniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate, si poteris invenire alium, in eadem Sede, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Nos verò ad jutore DEO consilium præbemus tuæ Sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium, favore Christo, Sedem, quam obtines Moguntina E. nequaquam relinquas. Sin verò Dominus dederit, juxta petitionem tuam hominem perfectum, qui possit sollicitudinem habere, & curam pro salute animarum: pro tui persona illum ordinabis Episcopum, cuique in Evangelio tibi credito, & mi-

nisterio Christi portandò, in omni loco requirens & confortans Ecclesiam DEI. Si eundem Divina voluerit clementia, post tui diem transitus superesse, si cum aptum cognoveris, & in tua voluntate fuerit definitum, eà horà, quà te de præsentis sæculo migraturum cognoveris, præsentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi aliàs patimur, quod tibi charitate cogente largiti censuimus. De eo autem, quòd tibi successorem constituere dixisti, ut te vivente in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nullà ratione concedi patimur, quia contra omnem Ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur; sed volumus, ut tibi ministret, & sit in Evangelium Christi adjuvator. Nimis enim reprehensibile esse, manifestum est, ut vivente tibi alium substituamus: sed hoc commonemus, ut quamdiu te Divina jussit clementia superesse, sinè intermissione orare non cesses, ut DEUS tibi illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat. *7. quest. 1. cap. Petiitis.*

Quia Frater & Episcopus noster, Joannes, Ecclesiastica utilitatis studio suadente, & naturæ suæ simplicitate laudabili consideratione tractatà, ob hoc, quòd se in gerenda patrimonii gubernandi cura, vel in disciplina Ecclesiastica conservanda, minimè fateatur idoneum: constituit Presbyteri ad hæc exempla sibi exposcit adhiberi personam, ut ea, quæ sunt necessaria, competenti disponente sollicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideòque præsentibus vobis iustione præcipimus, ut servatà primo in loco Episcopo memorato reverentià, quam vos convenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad Divini cultus obsequium pertinent, vel quæ Ecclesiasticae utilitatis peragere cura fuerit, præbeatis obedientiam. *Ibidem cap. Quia Frater. & cap. Non autem. Vide, prout tit. precedenti. num. 4. De Clerico ægrotante. cap. Ex parte 19. & eodem tit. in 6. cap. 1. Vide, Coadjutor n. 3. & 10.*

4. Episcopus infirmus faciat visitare Diocesim per alium.

Episcopum per cunctas Dioceses, Parochiasque suas, per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo unaquæque Basilica in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus, id exple nequiverit: Presbyteros probabiles, aut Diaconos mittat, qui & redditus Basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam requirant. *10. qu. 1. c. Episcopum, Conc. Toler. 4. c. 36.*

LII. Episcopus factus Monachus.

1. Episcopus, qui sit Monachus, nequit redire ad Episcopatum.

Hoc nequaquam apud nos habetur, ut quicumque de Pontificali Ordine, ad Monachorum, id est, penitentiae descenderit vitam, ulterius possit ad Pontificatum reverti. Præcepit Sancta Synodus, ut quicumque de Pontificali dignitate ad Monachorum vitam, & ad penitentiae descenderit locum, nequaquam jam ad Pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subjectionis habet verbum, & discipulatus, non docendi, vel prædicandi, vel pascendi alios. *7. q. 1. c. Hoc nequaquam.*

2. Episcopus, sine Papæ licentia, non potest relinquere Episcopatum, ut fiat Religiosus.

Cum etiam Romanus Pontifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepiscopis & Episcopis, cedendi licentiam ex justa causa penitentibus, sine difficultate concedat, &c. Illa semper regula inviolabiliter observata, ut nullus absque licentia R. P. præsumat, occasione quacunque, deserere Præfulatum; quoniam sicut majus bonum minori bono præponitur, ita communis utilitas speciali utilitati præfertur. Et in hoc casu rectè præponitur doctrina silentio, soli-

licitudo contemplationi, & labor quieti. *Deregular. c. Licet quibusdam.*

3. Episcopus veniens ad claustra, non potest obtinere officia Religionis, & privilegia in contrarium abrogantur. Paulus IV. const. 2. in Sacra.

LIII. Episcopus, quoad visitationem.

1. Episcopus tenetur quolibet annò visitare Diocesim.

Ut singulis annis quisque Episcopus parochiam suam circumeat, populumque confirmet, ac doceat, & ea quæ vitanda sunt, prohibeat, & ea quæ agenda sunt, viriliter agere studeat. *Concil. Hispanen. cap. 4. Concil. Arelaten. 4. cap. 17. Vide, tit. 33. num. 5. Concil. Tarraconen. cap. 8. & 10. qu. 1. cap. Decrevimus. Vide, Ecclesia. tit. 68. num. 2. Concil. Tolerantium 4. c. 36. Vide, tit. 51. n. 4.*

Placuit huic Sancto Concilio, ut tam à Presbyteris, quam ab Abbatibus, sive etiam à Diaconibus, Episcopo honor debitus impendatur; ut à nullo contumeliam pati videatur, & quandoquæ contigerit, eum juxta Canonicam sententiam, visitare suam Parochiam, & dignè eum suscipiant, & prout habuerint, ad ratio permiserit, illi præparent, quæ fuerint necessaria. *Concilium Emeriten. cap. 11.*

Statuimus etiam, ut tempore congruò unusquisque Parochiam suam circumeat. *Concilium Parisiense 6. lib. 1. cap. 31. Concilium Tridentinum sessione 7. De reformatione. cap. 8. & sessione 24. De reformatione. cap. 3.*

2. Sive per se, sive per alium. 10. quest. 1. c. Episcopum. Vide, tit. 51. num. 4. Si sit ægrotus, faciat visitare per alium. Ibidem

3. Tenentur visitare per se ipsos, si non sunt infirmi. Etiam Ecclesias exemptas (curatas) tenentur visitare.

Ut quorundam Episcoporum reprehensibilis, imò damnabilis consuetudo omnimodis corrigatur, qui plebes sibi creditas aut ratò, aut nunquam per se ipsos, juxta ordinem Evangelicum & Apostolicum, atque Ecclesiasticum visitant, cum Dominus dicat: Speculatorem dedi tui domini Israël, & audies ex ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me, & cetera, quæ Divinus sermo complectitur; omnes etiam Sacerdotes Domini pià vigilantia fidem Catholicam indagare, & subditos sibi, cum mandatorum Domini observantia, Episcopi quippe studiosissimè docere contendunt. *Concil. Melden. cap. 29. Concil. Trident. sess. 24. De reform. c. 3.*

4. Episcopus visitans non ducat secum multas personas, sed plures, vel pauciores, juxta Ecclesiarum paupertatem, nec unquam supra triginta, quisquis sit.

Statuimus, quòd Archiepiscopi Parochias visitantes, pro diversitate provincialium, & facultatibus EE. 40. vel 50. evectionum numerum, Episcopi autem 20. vel 30. Cardinales 25. nunquam excedant. Archiepiscopi verò 5. vel 7. Decani constituti sub Episcopis, duobus equis contenti existant, nec cum canibus venatoriis & avibus proficiantur, sed ita procedant, ut non quæ sua sunt, sed quæ JESU Christi, quærere videantur. Nec sumptuosas epulas quarant, sed cum gratiarum actione recipiant, quod honestè & competenter illis fuerit ministratum. *Concilium Lateranense 3. cap. 4. & De censibus c. cum Apostolus. Concilium Trident. uti supra.*

5. Episcopus visitans per unum tantum diem maneat in qualibet Ecclesia visitata. Citò saltè, sed diligenter se expediat, fugiendo sumptus & gravamina Ecclesiarum.

Cum verò Episcopus Diocesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec unquam quinque annuum numerum evectionis excedat, aut amplius quam unà die per unamquamque Basilicam remo-

tandi licentiam habeat. Quicumque verò Pontificum eorundem aliter quàm decernimus agendum præsumperit, correptioni procul dubio Canonum subiacet. *Concilium Tolerantium 7. cap. 4. 10. q. 3. cap. Inter cetera. Concil. Trident. uti supra.*

6. Episcopus visitans non gravet Ecclesias.

Nihilominus & præsentium autoritate injungimus, ut cum EE. ipsas visitaveritis, secundum quòd Canones præcipiunt, visitatoris officium exerceatis: nec Ecclesias visitatione vestrà gravetis, ut magis intuitu informationis & correctionis, quam affectu commensationis videamini visitare. *Concil. Later. 3. in appendice rit. De Simonia. cap. 6.*

7. Potest in actu visitationis exigere procuracionem solitam.

Procuraciones, quæ visitationis ratione debentur Episcopis, Archidiaconis, vel quibuslibet aliis, etiam Apostolicæ Sedis Legatis, aut Nuntiis, absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando præsentialiter officium visitationis impendunt, & tunc evectionum & personarum mediocritatem observent, in Lateranensi Concilio definitam. *Concil. Lateranen. 4. cap. 33. De censibus cap. Procuraciones.*

8. Nihil exigere potest, præter solitum. Concil. Lateranen. 4. cap. 65. Vide, Ecclesia tit. 29. num. 4. Concil. Trident. sess. 24. De reform. cap. 3.

9. Episcopus visitans à Presbyteris recipiendus. Concilium Ratispon. c. 7. Vide, tit. 15. num. 20.

10. Episcopò visitante omnia ei paranda ab Ecclesia visitata. Concil. Emerit. c. 11. sup. num. 1.

11. Danda prandia juxta mediocritatem loci. Frugaliter & modestè.

Quòd magnitudo tua non solum à prædicto Episcopo, sed de omnium Episcoporum Siciliae personis, competentì sollicitudine custodire non desinat. Nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum mediocritatem uniuscujusque loci, Episcopo ad congnationem venienti, susceptionis præparari convivium; quia nec eò prætextu pauperibus incuti damna volumus, aut qualibet ratione permittimus. *10. q. 3. c. ubi mo. Concilium Tridentinum uti supra, & cap. 4.*

12. Episcopus visitaturus cum campanis pulvantibus est recipiendus, cum cortis, pluvialibus, incenso, & aqua benedicta, &c. & ipse benedicat solemniter.

Eadem præsentia & approbatione mandamus & statuimus, quòd quotiescunque Episcopi accedent ad Ecclesias locorum, ubi sunt Capitula, vel Conventus, certioratis illis de suo adventu, campanis pulsatis, cum cortis & pluvialibus, si habuerint, aquà benedictà, & incenso, & cruce, psallendo, seu cantando, processionaliter & devotè eis obviam reverenter occurrant usque ad portam Ecclesiæ, vel usque limen Cæmeterii, & ipsi Domini Episcopi super se prostratos ante Altare, dictà cum cantu per Sacerdotem oratione surgentes osculati fuerint Altare, impendant benedictionem solemnem. *Concil. Ravennat. 3. post Clementem V. c. 6.*

13. Episcopus visitans non potest gravare subditos, nec aliquid ex eis accipere.

Cavendum sanè est, ne cum Episcopi parochias suas peragrunt, quandam damnosam erga subditos, seu erga locios Tyrannidem exerceant, nec (quod absit) cum charitate, sed cum quadam judiciaria invectione stipendia ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus, ut si quando eis paragranda Parochiæ necessitas incumbit, in constituendis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione Verbi DEI, in lucris animarum potius, quam in depræ-

dandis, & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum, à fratribus, aut subditis aliquid excipiendum est, hoc summo opere observare debent, ne quem scandalizent, aut gravent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, ut & Verbi DEI prædicator, sumptus, ubi proprii defunt, à fratribus accipiat, & item fratres illius potentia non graventur; Exemplò Pauli, qui ne quem gravaret, arte & manibus victum quærebat. *Concilium Cablonense 3. capit. 14. § 10. questione 3. capitul. Cavendum.*

14. Duos solidos prius exigere poterat.

Placuit, ut nullus Episcoporum per suas Dioceses ambulans, præter honorem Cathedralis suæ, id est, duos solidos, aliquid aliud per Ecclesias tollat. Neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in Ecclesiis parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminaribus Ecclesiæ, vel recuperatione servetur, & singulis annis Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam Episcopus tollat, lumen & facta tecta abstulit Ecclesiæ. Similiter & Parochiales Clerici servili more in aliquibus operibus Episcopo servire non cogantur, quia scriptum est: (Neque ut dominantes in Clevo.) *Concilium Bracarense 2. capit. 2.*

15. Nihil pro se aut suis accipiat. Concilium Tridentinum sessione 24. De reformatione. cap. 3. Nisi quod de jure debetur. Ibid.

16. Non potest accipere munera. Ibidem cap. 3. Alias excommunicatur, & in duplo restituere debet intra mensem. Ib.

17. Visitati possunt, si volunt, & sic consuetudo, in pecunia dare, quod deberent expendere pro victualibus. Ibidem. Si sic consuetudo nihil dandi, observetur imposterum. Ib.

18. Episcopus visitans tenetur inquirere, quomodo confertur Baptismus, quomodo celebrantur Missæ. Debet instruire populos de articulis fidei, & aliis: præcipiat Catechismum doceri, &c.

Placuit omnibus Episcopis, ut per singulas Ecclesias Episcopi per Dioceses ambulantes, primum discerant Clericos, quomodo Ordinem Baptismi teneant vel Missarum, & qualiter quæque Officia in Ecclesia peragant, & si rectè quidem invenerint, Deo gratias agant, sin autem minime, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui Canones jubent, ut ante viginti dies Baptismi, ad purgationem exorcismi, concurrant Catechumeni; in quibus vigin-ti diebus omnino Catechumeni Symbolum, quod est: (Credo in DEUM Patrem Omnipotentem) specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos Clericos discusserint, vel docuerint Episcopi, alià die convocata plebe ipsius Ecclesiæ, doceant illos, ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, id est, homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant, & ut credant resurrectionem omnium hominum, & diem judicii, in quo unusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea Episcopus de Ecclesia illa proficiscatur ad aliam. *Concilium Bracharen. 2. c. 7. 10. qu. 1. c. Placuit omnibus.*

19. Curet in visitatione, quæ pertinent ad profectum animæ. Item, si in Ecclesia sint utensilia decentia, si calices argentei, libri, vestes, &c. Necessaria ad DEI cultum, & ministerium Sacramentorum.

Spectant autem ad visitationis officium ea imprimis, quæ ad salutem animarum pertinent, cum omni diligentia procurare, & ut unaquæque Ecclesia habeat Calicem argenteum, & vestimenta Sacerdotalia sufficientia, & honesta, & libros necessarios, utensilia, & cætera, quæ spectant ad cultum & reverentiam Sacramenti. Sanè ad præcedendum, tam avaritiæ,

quàm negligentia vitium, autoritate Toletani Concilii subnixi præcepimus, ut visitator ab Ecclesia, in qua visitationis officium debitò modò non exerceat, procuracionem, aut procuracionis redemptionem exigere non præsumat. *Concilium Londinense 1. cap. 5.*

20. Tenentur curare, ut Ecclesiæ non fraudentur debitis obsequiis. Concilium Tridentinum sessione 7. De reformatione. c. 8.

21. Visitantes tenentur sacram doctrinam inducere, hæreses profligare, pravos mores corrigere, bonos tueri, & alia facere, juxta locorum & temporum exigentiam. Conc. Trident. sess. 24. De reformat. c. 3. Modestè & benignè cum populis tractare. Ibidem. cap. 3.

22. Non permittant, ut tempore visitationis Patroni vel fundatores se ingerant in iis, quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem. Ibid.

23. Episcopi visitare possunt omnes Ecclesias suæ Diocesis non exemptas, etiam visitatas ab aliis, habentibus hoc jus visitandi. Ibidem. Etiam eas, quas Capitulum facit visitare, si habet hoc jus. Ibid.

24. Approbare debent visitatores, electos à Capitulo, habente hoc jus visitandi. Ibidem.

25. Episcopus non visitans, exigens procuraciones, est privandus. Concil. Tolet. 1. cap. 2. In fragmentis 10. qu. 1. cap. Relata. Vide, tit. 2. n. 45.

26. Episcopus non visitans, non potest exigere, quæ debentur visitanti. Neque si per alium visitat, potest ab eo aliquid accipere.

Si Episcopus suam Diocesium, ubi ei à jure permittitur, faciat per alium visitari, licet ipse illi habeat in aliis necessariis providere, hi tamen, qui visitantur, ministrare tenentur expensas victualium visitanti. Cùm, secundum Apostolum, non sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur. Idem tamen Episcopus, cùm personaliter non visitat, nihil profus ab his, qui per illum, quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit, aut debebit. *De offic. jud. ord. in 6. cap. Si Episcopus. 10. qu. 1. c. Relata. supra.*

27. Potest accipere, quæ sunt de consuetudine, vel indulto Apostolico concessa. Extra de censibus. cap. Vas elect. in fine. Vide, Alemania. Quid ex indulto Papæ accipere potest visitans per alium. Ibidem.

28. Episcopi visitantes Officiales, si aliquid accipiunt ultra taxam, in duplo restituere tenentur. Ibid.

29. Charitativum subsidium potest accipere, & quale. Vide, Episcopus, quoad procuraciones.

30. Episcopus visitans Monasterium, non introducat in illud seculares, sed Canonicos, vel alios Religiosos. Ad minus una persona sit Religiosa, alii duo Clerici.

Sed ne sit Episcopus onerosus, decernimus, &c. ut cùm ad visitationem de cætero faciendam, in E. memorata descenderit, in visitationis actu duas, vel tres honestas personas, Clericali charactere insignitas, quarum prima ad minus sit religiosa Ordinis supradicti, & unum Notarium Clericum secum habeat, & non plures. Consuetudine aliqua obtentâ, & compositione quolibet inter partes ipsas super hoc in contrarium factâ hætenus non obstante. *Extra de officio jud. ord. c. 1.*

31. Episcopus visitans, & non satisfaciens suum munerem, non potest exigere procuracionem solitam. Concil. Londin. 1. cap. 5. Vide, supra num. 19. Et restituere debet, quod accepit. Concil. Lateranense 4. cap. 33. Vide, Legatus tit. 3. n. 6.

32. Episcopus visitans Monasterium, non tenetur uti Monacho pro Notario: Sed Clericum debet habere Notarium, non secularem. Extra de officio jud. ordin. cap. 1. Vide, Notarius n. 22.

33. Episcopi in omnibus regnis & nationibus visitantes, quid exigere possunt. Extra de censibus capit. Vas electionis. Vide, Alemania.

34. Episcopus visitans, quot equis & famulis potest uti. De censibus cap. Cùm Apostolus sup. num. 4.

35. Episcopus vicinus potest visitare beneficia & EE. seculares nullius Diocesis, ut delegatus Papæ, non obstantibus privilegiis. Concilium Tridentinum sess. 24. De reformat. cap. 9.

36. Episcopus visitans per alium, omnia debet ei ministrare, præter expensas victualium, & nihil potest à visitatore accipere. De offic. jud. ordin. in 6. cap. Si Episcopus. supra n. 26.

37. Si per alios ex Papæ indulto visitat, quas visitationes potest exigere. Extra de censibus. cap. Vas electionis sup. n. 27.

38. Episcopus singulis annis tenetur visitare Monasteria Monialium, sive sibi, sive Papæ subiecta, &c. Prima quidem, potestate ordinariâ, secunda, ut delegatus Papæ.

Ut singula Monialium monasteria per Ordinarios, exempta videlicet, quæ ita S. A. quod nulli alii subiecta noscentur, Apostolica, non exempta verò ordinariâ autoritate, ac exempta alia per alios, quibus subsumt, annis singulis debeant visitari. *Clementina de statu Monachorum. cap. finali.*

39. Episcopus visitans Moniales, duos Notarios secum habeat, & alios quatuor honestos viros, præsentés visitationi.

Ipsos autem visitatores, notarios duobus, & personis duabus suæ Ecclesiæ: quatuorque viris aliis, honestis utique, & maturis præcipimus in ea, quam visitando faciunt inquisitione, fore contentos. *Ibid.*

40. Episcopum impediens, ne visitet Moniales, ipso factò sunt excommunicati, non obstante privilegiò.

Si qui verò visitatores ipsos in præmissis impedire præsumpserint, seu aliquo præmissorum, (nisi moniti resipiscant) ipso factò excommunicationis sententiam se noverint incursumos, privilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuslibet in contrarium minime valituris. *Ibidem.*

41. Episcopus, ut delegatus Papæ, potest visitare Hospitalia, Collegia, Confraternitates etiam, quas vocant scholas, existentia in manibus Laicorum; non verò quæ sunt sub Regum protectione, nisi de eorum licentia. Item, omnia loca pia, quæ ad DEI cultum, vel pauperum adjutorium instituta sunt, & potest in iis disponere, quæ sunt necessaria ad animarum salutem,

non obstantibus privilegiis, &c. contrariis. *Concil. Trident. sess. 22. De reformatione c. 8. Vide, Beneficiati, quoad visitationem. Vide, Archidiaconus. Vide, Episcopus, quoad procuraciones. Vide, Visitare. Vide, Visitatio.*

LIV. Episcopus quoad procuraciones & alias exigentias.

1. Episcopus olim nihil poterat in visitatione accipere, præter duos solidos.

Illud te volumus modis omnibus custodire, ne qui Episcoporum Siciliæ, de parochiis ad se pertinentibus, nomine Cathedrali amplius, quàm duos solidos præsumant accipere, neque compellere Presbyteros, aut Clerum Parochiarum suarum, supra vires suas eis convivia præparare. *10. q. 3. cap. Illud. Pelagius II. ep. 4.*

Cathedraticum etiam, non amplius, quàm vetustæ moris esse constitit, ab ejus loci Presbytero noveris exigendum, & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentium devotione collata, consuetudinem, quæ generaliter omnibus EE. est præscripta, servabis. *Ibidem. cap. Nec numerus. Concil. Bracharen. 2. cap. 1. 10. q. 3. cap. Placuit. Vide, tit. precedenti. num. 14.*

2. Episcopi omnes, quas procuraciones seu expensas possunt recipere, dum visitant suas Dioceses (in omnibus Regnis.) Extra de censibus. cap. Vas electionis. Vide, Alemania.

3. Sic etiam visitantes per alios, quid ex indulto Papæ possunt recipere. Ibid.

4. Potest Episcopus visitans recipere subsidium charitativum, quantum & quomodo. Vide, Ibidem.

5. Charitativum subsidium excedere non potest quantitatem, quam acciperet, si per alium visitaret. Ibidem. Vide, Charitativum. Vide, Subsidium.

6. Episcopus non potest exigere procuracionem, nisi in actu visitationis. Concil. Lat. 4. cap. 33. Vide, prout in precedenti numer. 7.

7. Nihil accipere potest præter solitum. Vide, Episcopus quoad visitationem.

8. Exigens plus solito, intra mensem tenetur ad restitutionem in duplo, & incurrit in excommunicationem, & alias pœnas, juxta constitutionem Concilii Lugdunensis.

Ut universi & singuli, qui ob procuracionem, sibi ratione visitationis debitam, exigere pecuniam, vel etiam à volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipiendi munera, sive visitationis officio non impensò, procuracionem in victualibus, aut aliquid aliud procuracionis occasione violare præsumpserint, duplum ejus, quod receperint, Ecclesiæ, à qua id receptum fuerit, infra mensem reddere tenentur. Alioquin ex tunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ sentiant interdictionem. Inferiores verò ab officio & beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo hujusmodi gravatis EE. plenariam satisfactionem impendant, nullâ eis in hoc dantium remissione, liberalitate, seu gratiâ valiturâ. *Concil. Lugdun. De censibus in 6. cap. 10. Exigit. Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 3.*

9. Episcopus non habens redditus, potest quartam accipere à Parochiis; si verò habet, non potest.

Et quanquam auctoritas Canonica doceat, ut quarta pars decimarum & reddituum ex oblationibus fidelium, in usus Episcoporum cedat, ubicunque tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit: ubi autem nihil rerum Ecclesiae suae habet, accipiat de memorata quarta parte sibi suisque, non quod avaritia (quod absit) suaserit; sed potius, quod necessitas compulerit. Caeterum, si accipiendi nulla necessitas uiderit, nihil de memorata quarta parte accipiat, sed usus EE. & pauperibus Christi impertiendam, secundum suam dispositionem relinquat. *Concil. Parisien. 6. lib. 1. cap. 31.*

10. Episcopus remittens alicui Ecclesiae seruitium debitum, non proinde remittit procuracionem.

Cognovimus, quod praefatus Episcopus spallas, quas ab eadem E. tam ipse, quam praedecessores sui recipere consueverant, E. praefatae remisit: Et statuit, quod aliud ei seruitium non imponeret, sibi & E. suae annuatim trium librarum certo pensionis nomine reservato. Quia ergo visitationi annexa est procuratio, & Episcopus ratione Episcopalis Jurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causam correctionis E. visitare praefatam; nec intelligatur, quasi novum imponi, quod ab ipsa fundatione de communi fuerat jure impositum. Decernimus, quod idem Episcopus, cum ad ipsam E. causam correctionis accesserit, moderatam ab ea procuracionem accipiat bis in anno: sed nihil aliud praeter pensionem & procuraciones praescriptas ab eadem E. exigere vel extorquere praesumat. *De censibus. cap. Cum venerabilis.*

11. Episcopus nihil potest a Clericis, Monachis, vel aliis exigere, neque talias, &c. ponere.

Inventum est, quod in quibusdam locis Presbyteri duodenos, vel quatuordecenos denarios Episcopis in censum annis singulis darent. Quod penitus abolendum esse decrevimus. *Concil. Cabilonen. 3. cap. 17.*

Prohibemus etiam, ne subditos suos talias & exactionibus Episcopi gravare praesumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quae aliquoties superveniunt, ut si manifesta & rationabilis causa existerit, cum charitate modicum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicit Apostolus: Non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis; multo longè a paterna pietate videtur, si Praepositi subditis suis graves existant, quos in cunctis necessitatibus pastorem more debent fovere. *Concil. Londinense 1. cap. 5. & De censibus. cap. Cum Apostolus. §. Prohibemus. ex Conc. Lateran. 3. cap. 4. Concil. Nican. 2. cap. 4. Vide, tit. 49. n. 1.*

Unde vobis per Apostolica scripta, &c. ut in praedictos Presbyteros hujusmodi talias & indebitas exactiones exercere non praesumatis: nec eos de cetero irrationabiliter gravetis, vel inhonestè tractetis, aut sine iudicio Capituli sui suspendere praesumatis, vel eorum Ecclesias interdictione subiciatis: nec eos duas matrices Ecclesias, quarum unam sufficere sibi videritis, tenere permittat, nec eos sine ordine iudicario excommunicare praesumatis. *Concilium Lateranense 3. tit. De Simonia. cap. 7. Vide, Censura. n. 11.*

Ideo censemus (exceptò, quod veterum constitutiones à Parochiis habere jubent Episcopos) ut alia, quae illis hucusque praesumpta sunt, denegentur, hoc est: neque in angustiis Presbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videantur in Ecclesia DEI exactores potius, quam DEI Pontifices nominari. *10. q. 3. cap. Quia cognovimus.*

Relatum est nobis, &c. fuisse dispositum, ut Sacerdotes per universas vestras Dioeceses constituti, quoties ad consignandos infantes egredimini, ultra modum gravari minime debeant. Summa enim praefixa fuerat, vobis, ut audio, consentientibus, quae ab eisdem Sacerdotibus pro labore Clericorum dari debuisset. Atque hoc, quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minime custoditur. Unde F. V. admono,

ut subiectis vestris non graves studeatis existere. *Ibidem cap. Relatum.*

12. Non potest gravare Clericos quoad hoc.

10. q. 3. cap. Relatum. supra.

13. Exigere aliquid potest à Parochianis, juxta usum antiquum. 10. q. 3. cap. Quia supra n. 11. & cap. Inter cetera. Ex Conc. Iohannes 7. cap. 4. Vide, tit. praeced. n. 5.

14. Cum charitate exigat. 10. q. 3. cap. Carvendum. Vide, tit. praeced. n. 13.

15. Ubi est consuetudo, ne victualia dentur, neque pro eis pecunia solvatur, observetur in posterum. Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 3.

16. Episcopus non potest exigere tertiam partem fructuum, nisi Ecclesiam reparet. 10. q. 3. cap. Unio. Vide, Ecclesia. tit. 68. num. 1.

17. Episcopi in necessitate possunt petere à subditis moderatum subsidium & auxilium. De censibus. cap. Cum Apostolus. Concil. Londinense. 1. cap. 5. Vide, supra n. 11.

L.V. Episcopus quoad Concilia & Synodos Provinciae, & Dioecesis.

1. Episcopus tenetur ire ad Synodum Provinciae, & generalem; & si ipse non potest, tenetur mittere Legatum. Concil. Carthagenense. 5. cap. 10. Vide, Concilia. tit. 9. n. 1.

Quod non oporteat Episcopos, ad Synodum vocatos, omnino contemnere, sed potius ire, & docere, vel discere ea, quae ad correctionem Ecclesiae, vel reliquarum pertinent rerum. Se ipsum verò qui contempserit, accusavit: nisi forte per aegritudinem ire non possit. *Concil. Laodicea. cap. 40. Concilium Trident. sess. 24. De reformat. cap. 2.*

2. Non excusatur ex detentione Principum, ne eat ad Concilium, sed ex sola infirmitate, & poena delinquentium. Excusat etiam Paganorum incurio.

Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolici Praefuli occurrant, à mundi Principibus se detineri sine ratione causantur. Placuit talem excusationem omnimodè esse invalidam. Cum enim Principes pro suis causis frequenter conventus agant, impium est, ut summos Praefules ad Synodos pro Ecclesiasticis negotiis celebrandis impediatur, vel quosdam à Conciliis eorum prohibeant. Licet tale impedimentum & factam prohibitionem Metropolitanorum suggestionem diversis modis fieri didicerimus. *Concil. Constantinopolitanum. 4. cap. 17.*

Si aegrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se Legatum ad Synodum mittat, nec à communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum iudicium die statuta literis evocatus, minime occurrerit, hoc est, (nisi aliena praecipaverit necessitas) infra duorum vel trium mensium spatium, & eò amplius, prout causa dixerit. *10. q. 3. cap. Si aegrotans.*

Propter quod & speciale propter generale bonum despici convenit, cum à maioribus super hoc facta fuerit advocatio, quamvis apud quosdam Metropolitanorum antiqua consuetudo, & Canonica traditio, per contemptum ipsorum, postposita videatur; non currentibus eis ad communem profectum, quod leges Ecclesiae severè condemnantes, omni excusatione semota, subjacere vocationibus proprii Patriarchae, sive cum communiter, sive cum singulariter factum fuerit, exigunt. - Quis-

quis ergo Metropolitanorum proprium Patriarcham contempserit, & vocationi ejus, quae sive ad unum & solum, sive ad plures, sive ad omnes sit, absque validissima aegritatione, vel paganorum incurio, non obdierit, & per totos duos menses post nostrarum vocationis, ad proprium venire Patriarcham minime festinaverit, vel si quocunque modo latitare, aut non cognoscere nuntium ab illo missum tentaverit, segregetur. Si verò intra unum annum, eandem contumaciam, & inobedientiam, demonstraverit, deponatur omnimodè, & ab omni Sacerdotali operatione decidat, atque à dignitate & honore, qui Metropolitanis convenit, propellatur. Is autem, qui huic definitioni non obdierit, anathema sit. *Concil. Constantinopolitanum. ut supra.*

3. Episcopus accusatus, si vocatur à Synodo, tenetur ire, vel per alium respondere.

Si quis Episcopus legitime accusatus, & supradictò ordine Concilio Canonice convocatum fuerit, absque ulla trepidatione ire debet, & si ire non poterit, pro se legatum ad Synodum mittat. *Felix II. ep. 1. cap. 6.*

4. Episcopi non tardent ire ad Concilia & Synodos.

Episcopi ad Synodum ire non tardet, nisi satis gravi necessitate inhibeat. Sic tamen, ut in persona sua Legatum mittat, suscepturus salva fidei veritate, quicquid Synodus statuerit. *Distin. 18. cap. Episcopus.*

5. Episcopus recusans ire ad Synodum, excommunicatur. Et usque ad aliam Synodum maneat excommunicatus.

Si quis Episcoporum, commonitus à Metropolitanò, ad Synodum, nullà gravi intercedente necessitate corporali, venire contempserit, sicut statuta Patrum sanxerunt, usque ad futurum Concilium cunctorum Episcoporum charitatis communione priveretur. *Concil. Tarraconen. cap. 6. Dist. 18. Si quis Episcoporum. Concil. Agathen. cap. 35. Concil. Epauense. cap. 1. Vide, tit. 32. n. 10.*

Si quis autem Episcoporum Synodo adeste neglexerit, aut cœtum Fratrum, antequam dissolvatur Concilium, crediderit deserendum, alienum se à Fratrum communione cognoscat: nec eum recipiat, nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus. *Concilium Hispanense 1. c. 10. Dist. 18. cap. Si quis autem. Ibidem cap. Si Episcopus. ex Concil. Agathen. cap. 35. Vide, tit. 32. n. 10. Ibidem cap. Pervenit. Vide, Concilia tit. 15. num. 2.*

6. Impotentes ire ad Synodum, litteras excusatorias mittant. Distin. 18. cap. Placuit quotiescunque. Vide, Concilia. tit. 9. num. 1.

7. Episcoporum Concilia Provincialia quolibet triennio fieri debent. Concilium Tridentinum sess. 24. De reformatione cap. 2. Qui tenentur ire ad Concilia. Ibidem. Sed distinctè. Vide, Concilia Provincialia. Vide, Concilia Synodalia. Vide, Synodus.

8. Episcopus quolibet anno tenetur facere Concilium Synodale. Ibidem. Qui tenetur ire, & quid in eo agendum.

9. Ordo Episcoporum in Conciliis attenditur juxta antianitatem consecrationis eorumdem.

Hoc etiam pariter prospeximus concedendum, ut Metropolitanus suò per omnia locò & honore servatò, Ecclesia civitatis Augustodunae, cui Omnipotens DEUS praesse te voluit, post Lugdunensem E. esse debeat, & hunc sibi locum & ordinem, ex nostra auctoritate indulgentia vindicare. Caeteros verò Episcopos, secundum ordinationis suae tempus, sive

ad confidendum in Concilio, sive ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prerogativam Ordinum vindicare. Quia omnino rationis ordo nos admonet, ut cum usu pallii aliqua simul, sicut diximus, largiri privilegia debeamus. *Greg. I. lib. 7. ex reg. ep. 114.*

Placuit, ut conservatò Metropolitanì Primatu, caeteri Episcopi, secundum suae Ordinationis tempus, alius alii deferat locum. *Dist. 18. cap. Placuit.*

10. Metropolitanus, non celebrans Concilia Metropolitana, puniendus est, & quomodo. Distin. 18. cap. Quoniam quidem. Vide, Concilia titulo 13. numero 1.

11. Episcoporum Concilia nihil firmum possunt concludere, sine consensu Metropolitanì.

Quòd si cujuslibet Provinciae Sacerdotes intra terminos suos, Concilio habitò, quicquam sine Metropolitanì, sive Ancilitoris auctoritate tentaverint, irritum esse debere, Patres Sancti sanxerunt. *Conc. Romanum 4. sub Symmacho c. 3.*

12. Episcopi redeuntes à Conciliis, debent intra sex menses manifestare suis EE. decreta Conciliorum sub poena excommunicationis per duos menses. Dist. 18. cap. Decernimus. Vide, Concilia titulo 14. num. 4.

13. Episcopi assistentes Conciliis non possunt ab ullo in aliis causis molestari. Vide, Praelati. Vide, Concilia. Vide, Synodus.

14. Episcopus omni anno tenetur Synodum celebrare in sua Dioecesi. Concilium Sabinense c. 2. Vide, Concilia, tit. 6. num. 2. Et si omittit, suspenditur ab ingressu Ecclesiae, donec se purget in Synodo. Conc. Lateranense 4. cap. 6. Vide, Concilia tit. 15. num. 1. Suspenditur ab officio. Ibid. Concilium Tridentinum, sess. 24. De reformatione. c. 2.

15. Ad Synodum ire tenentur omnes EE. Rectores, etiam exempti, & poena. Ibid. c. 2.

16. Tenentur in Synodo tractare de observatione Canonum, de reformatione, &c. Concil. Sabinense cap. 2. Vide, ubi supra num. 14. Vide, Concilia. Vide, Synodus.

LVI. Episcopus quoad Regulares exemptos & eorum monasteria.

1. Episcopus olim habebat jurisdictionem in Monachos. Eorum causas judicabat.

Cognovimus, quod Monasteria servorum DEI, vel etiam seminarum, pro suo quilibet libitu & diversarum causarum executione, perturbat, quod omnino non gratè suscepimus: tuamque experientiam ex hoc commonemus, ne quatenus hoc usurpare denudò, acceptà nostrà auctoritate, permitras, sed ut Episcopo loci illius, sub cujus moderamine degunt, curae sit, eorum causas utilitatesque disponere. Unde enim est incongruum, ut omisso eò alius quilibet eorum vitam competentem regularis debet moderamine disponere. Qui pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem. *18. quest. 2. cap. Cognovimus. Vide, Regulares, quoad Episcopum.*

2. Episcopus non habet jurisdictionem in Regulares, neque eorum Monasteria. Excepta causà disciplinae.

Alieni monasterio nec tñ, nec Presbyteri tui, præter diligentiam disciplinæ, aliquid molestiæ inferatis. Aut si quid illic pro diversorum devotione accesserit, vobis vendicare æstimeris; cum Monachis ibi servientibus debeat proficere, quidquid à fidelibus taliter offerri contingit. *De statu Monachorum. cap. 1. Concilium Romanum 3. sub Gregorio I. cap. 1. § 18. questione 2. c. Quam sit necessarium. Vide, Abbas tit. 30. num. 1. De religiosis domibus c. Cum dilectus. Vide, tit. 35. num. 44.*

**3. Non potest de rebus Monasteriorum dispo-
nere.**

Nuntiatum est præsentì Concilio, quòd Monachi Episcopali imperiò servili operi mancipentur, & jura Monasteriorum, contra constituta Canonum, illicita præsumptione usurpentur, ita ut penè ex Cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Christi, ad ignominiam servitutemque perveniat. Quapropter monemus eos, qui EE. præfunt, ut ultra talia non præsumant: sed hoc tantum sibi in monasteriis vindicent Sacerdotes, quod præcipiunt Canones, id est, Monachos ad conversationem S. præmonere, Abbatibus aliisque officia instituire, atque extra regulam facta, corrigere. Quòd si aliquid in Monachis, Canonibus interdictum præsumperint, aut usurpare quidpiam de monasterii rebus tentaverint, non deest ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerint ab illicitis. *Concilium Toleranum 4. cap. 51. Concil. Roman. 3. sub Gregorio I. c. 1. uti sup.*

**4. Nullam possunt exercere jurisdictionem
in Ecclesiis, vel Monasteriis Regularium,
neque gravamen eis inferre, exceptò,
quòd potest in eis Pontificaliter celebra-
re, & populo benedicere. Clementina de
excessibus privilegiat. capit. finali. Vide,
Archiepiscopus. tit. 3. n. 7. & 8.**

Pariter autem custodiendum est, ut invitò Abbate ad ordinandum alia monasteria, aut ad Ordines sacros, vel Clericatus officium, tolli exinde Monachi non debeant, &c. Hanc ergo nostrorum scriptorum paginam, omni in futuro tempore ab omnibus Episcopis firmam statum illibatamve servari, ut & suæ E. juvante Dominò, tantummodo sint jure contenti, & monasteria Ecclesiasticis conditionibus, seu angariis, vel quibuslibet obsequiis secularibus, nullò modò subjaceant. Nullis Canonibus jure deferviant, sed remotis vexationibus, ac cunctis gravaminibus, Divinum opus cum summa animi devotione perficiant. *18. qu. 2. cap. Quam sit necessarium. Ex Conc. Rom. 3. sub Gregorio I. cap. 3.*

Luminosò Abbate referente, plurimis in Monasteriis multa à præfatis præjudicia atque gravamina Monachos petulisse cognovimus, --- nec audeat ibi Cathedram collocare Episcopus, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam Ordinationem, quamvis levissimam, faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus; quatenus Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate, ut remotis vexationibus, ac cunctis gravaminibus, Divinum opus cum summa devotione animi perficiant. *Ib. c. Luminosò. ex Conc. Rom. 3. sub Gregorio I. cap. 3.*

**5. Episcopi non possunt in illo gravare Regu-
lares.**

Duximus statuendum, ut si Episcopi non causâ visitationis, sed charitativè hospitalitatis, ad Monasteria venerint supradicta, victualia gratis recipiant, quæ charitatis gratiâ eis fuerint ministrata. Ipsi autem Episcopis, ad Monasteria venientibus supradicta, & procuraciones ibidem recipientibus, sibi debitas de jure, communi consuetudine, privilegio, vel jure aliò speciali, in domibus ipsorum monasteriorum, extra tamen septa ipsorum existentibus, si quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin intra septa ipsa, non tamen intra portam, quam regularem

appellant, carniùm pro congruentia temporis, si volerint, (privilegiò non obstante quocunque) cibaria ministrantur, nec inconveniens reputamus, si fragmenta, quæ de mensis ipsorum Episcoporum, & suorum familiarium colliguntur, per ipsorum Episcoporum Elemosynarios ibidem pauperibus erogentur. Ab aliis autem gravaminibus expressis superiùs, Prælati diligenter abstineant, si DEI & Apostolicæ Sedis indignationem voluerint evitare. *Clementina de censibus cap. Ad nostram. De excessibus Prælatorum cap. Nimis iniqua. Vide, Confessor. tit. 3. numero 3. & c. Nimis prava. Vide, Decimatit. 4. n. 16.*

**6. Ad Episcopum spectat, dare eis concessio-
nem absolvendi. Conc. Ravennat. 4. sub
Joanne XXII. cap. 2. Vide, Episcopalis
numero 36. Concilium Lateranense 5.
sess. 11. constitutione 4. Vide, in Bullario.
Conc. Tridentinum sess. 23. De reformatio-
ne cap. 15. Vide, Confessor. Vide, Re-
gulares.**

**7. Episcopis competit, dare Regularibus juris-
dictionem pro confessionibus audiendis.
Extra. De Sepulturis. cap. Super Cathedram.
& Clementina de Sepulturis. cap.
Dudum. Vide, Confessor. tit. 3. num. 2.**

**8. Episcopus charitativè tractare debet cum
Regularibus. Extra. De sepulturis cap.
Super Cathedram. Vide, Episcopus tit. 2. n.
46. Ipsi non detrahatur, sed saveat. Ex-
tra. De tregua & pace. cap. Vices illius.
Vide, Mendicantes num. 4. Concilium La-
teran. 5. sess. 11. constit. 4. Dum intra.
Vide, in Bullario.**

**9. Episcopo procedenti in causis hæreticorum,
omnes Regulares sunt subjecti, ut de-
legato Papæ.**

Si qui verò fuerint, qui à lege Diocesanæ jurisdictionis exempti, sibi subjaceant S. A. potestati: nihilominus in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant iudicium, & eis in hac parte, tanquam à S. A. delegatis (non obstantibus libertatis suæ privilegiis) obsequantur. *De hæreticis capit. Ab abolendam.*

**10. Episcopus tenetur invigilare, ut in mo-
nasteriis, tam virorum, quam mulierum,
vigeat observantia, & observetur regula,
eòque non faciente, Metropolitanus facit.
Concilium Vernense cap. 5. Vide, tit. 15.
num. 42. Et visitare ad hoc potest, ut de-
legatus Papæ. Concilium Trid. sessione 21.
De reformatione c. 8.**

**11. Potest eos corrigere, ut Canonice vivant.
Ibidem cap. 3. de statu Monachorum c. 1.
Vide, supra num. 2.**

**12. Episcopò transiente per loca Diocesis,
in monasteriis regularium pulsandæ sunt
campanæ. Concilium Ravennat. 3. post
Clementem V. cap. 6. Vide, Campana nu-
mero 5.**

**13. Non potest in loco exempto regularium
sedere pro Tribunali, & jus dicere. De
offic. Ordin. in 6. cap. Cum Episcopus.
Vide, tit. 15. num. 61.**

**14. Si jus patronatûs transit ad Regulares,
Episcopus non perdit jus suum.**

Prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, alicujus acquiretorum, vel etiam aliò modò, jus pa-

patronatûs in EE. Parochialibus acquisieritis, Episcopus jus Parochiale minuere præsumatis. *De jure patronatûs. c. Cum secularis.*

**15. Non potest Episcopus præficere Rectores,
&c. beneficiatos in Ecclesiis Regularium,
qui ad eos pertinent, nisi in tempore sta-
tuto Regulares præsentent.**

Sicut nobis tua fraternitas intimavit, Monachi quidam & Canonici Regulares EE. quæ ad præsentationem eorum pertinent, in tuo Episcopatu habentes, propriis vobis deputare nituntur, nec volunt ad ad eas, cum vacaverint, vocare personas: quin potius occasione concessionis quorundam Episcoporum, Vicarios in eis pro sua instituunt, & destituunt voluntate admisso, ita pensionibus onerantes, quòd nec Ecclesiis competenter possunt in paupertate nimia deservire, nec Episcopus in Episcopalis respondere, neque hospitalitatem (sicut convenit) transeuntibus impartiri. Nolentes autem, ut status Ecclesiæ debitus & antiquus per insolentiam alicujus subvertatur, mandamus, quatenus (nisi à jurisdictione tua exemptæ sint Ecclesiæ supradictæ) prædictos excessus studeas rationabiliter emendare, & nisi prædictæ personæ intra tempus in Lateranensi Concilio constitutum, ad vacantes Ecclesias tibi personas idoneas præsentaverint, ex tunc tibi liceat (appellatione remota) in eisdem ordinare rectores, qui eis præesse noverint, & prædesse, ita tamen, quòd ex hoc nullum patronis præjudicium imposterum generetur. *De supplenda negligentia, &c. c. Sicut nobis.*

**16. Non potest à Regularibus aliquid exigere.
Concilium Nicænum 2. cap. 4. Vide, tit. 49.
num. 1.**

**17. Non potest ordinare Regulares, invitis eo-
rum Superioribus. Concilium Romanum 3.
sub Gregorio I. cap. 3. Vide, supra num. 4.**

18. Non potest in Regularium Ecclesiis Cathedram tenere, id est, fixam. Ib.

**19. Non possunt Episcopi cogere Regulares,
ut donent sua bona Ecclesiæ. Concilium
Cabilon. 3. c. 7. Vide, Clerici tit. 5. n. 1.**

**20. Procedere possunt contra exemptos, usur-
pantes bona locorum piorum. Clem. De
religiosis domibus. cap. Quia contingit.
Vide, tit. 21. num. 72.**

**21. Episcopus potest capere Regularem vaga-
bundum, & eum consignare debet Su-
periori, ut infra.**

**22. Potest compellere etiam per privationem
officii, ut tales vagos superiores puniant.**

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quòd Monachi Canonici & alii Regulares tuæ Provinciæ, cum deberent potius in claustris juxta Regularia constituta Divinis obsequiis vigilare, de obedientiis & redditibus, quorum curam gesserunt, pecuniâ congregatâ, claustrum abhorrentes, per curias Principum & potentum discurrere non verentur. Mandamus, quatenus quoscunque tales inveneris, nisi ad commotionem tuam respuerint, ut proprium in manibus Prælatorum suorum sine difficultate resignent, convertendum in utilitatem domûs, secundum Abbatibus consilium, & regularem vitam observent. Si Prælati eorum post tuam commotionem id exequi negligenter omiserint, per suspensionem officii & beneficii appellatione remota compellas. *De off. jud. ord. cap. Quanta devotio. Concilium Tridentin. sessione 25. De regularibus cap. 4.*

**23. Item contra eos procedere possunt, qui
missi ad studia, non habitant in conventibus. Trid. ubi supra.**

**24. Non possunt tenere Religiosos in Dite-
cessi, sine Superiorum licentia.**

Præterea constituimus, nè quis Episcopus, aut Primas Monachum quemlibet vagantem in sua Diocesi, Provinciæ retineat, nisi Abbatis proprii fuerit litteris regulariter commendatus. *Concil. Melitan. c. 10.*

**25. Possunt compellere Regulares, ut accedant
ad processiones, exceptis perpetuò clau-
stris. Conc. Tridentinum sess. 25. De regu-
laribus c. 13.**

**26. Episcopi possunt compellere Regulares,
ad exequenda onera Ecclesiarum, lo-
gata, &c.**

Sanè in Prioratum, vel aliorum, tam regularium, quam secularium locorum Ecclesiis, in quibus Religiosi, vel alii, ad quos eorum redditus pertinere noscuntur, prædicta consueverunt onera supportare: præmissa nullatenus observentur, sed onera omnia, quæ Ecclesiarum ipsarum perpetuis Presbyteris aut Vicariis incumbere, si dicta eis assignatio facta esset, Religiosi & alii supradicti plene subire, ac Presbyteros, seu Vicarios ipsos decenter tractare, nec non sustentationem eis præstare sufficientem & congruam teneantur. Ad quæ omnia integraliter adimplenda, & nihilominus ad observationem debitam assignationis per Diocesanos in casu alio (ut præmittitur) faciendæ, Religiosos prædictos & alios quoslibet, à Diocesanis eisdem, Ecclesiasticâ volumus censurâ compelli. Non obstantibus exemptionibus, aut aliis quibuslibet privilegiis, consuetudinibus, vel statutis, quæ circa præmissa, vel eorum aliquod Religiosis ipsis, aut aliis in nullo volumus suffragari. *Clementina de jure Patronatûs cap. 1.*

**27. Non possunt excommunicare, vel inter-
dicere Regulares habitantes in Cellis, ne-
que eorum cellas. De verborum signifi-
catione in 6. capit. Privilegium. Vide,
Cella. n. 2.**

**28. Episcopus visitans monasterium, (quando
à jure est sibi concessum) non tenetur uti
Regulari pro Notario, sed aliò Clericò
tenetur uti. Extra de officio judicis ordi-
narii. capit. 1. Vide, tit. 53. n. 30. & No-
tarius n. 22.**

**29. Neque potest introducere in Monasteriis
seculares, sed Canonicos, vel alios Reli-
giosos. De off. jud. ordin. c. Ut juxta. Vide,
Visitans. tit. 5. n. 9.**

**30. Non possunt imponere novum censum
Monasteriis.**

Afferuit prædictus Abbas, Presbyterum Massæ novas monasterio consuetudines velle imponere. Mandamus, quatenus si ab initio hoc non fuerit, etiam labentibus temporibus aliquid noviter non permittas imponi. *De censibus. capitulo Science.*

**31. Episcopi concedentes aliquam Ecclesiam
Regularibus, possunt sibi reservare ali-
quem censum.**

Cum autem nec insolitum sit, nec novum, ut cum Episcopi Ecclesias concesserint piis locis, aliquid sibi reservent in eis, nomine pensionis: nos quoque, cum libertatis privilegium, vel protectionis præstium aliquibus Ecclesiis indulgemus, gratis accipiatur censum, gratis oblatum, & in litteris nostris, ad successorum nostrorum memoriam, census exprimamus, etiam quantitatem, &c. *De religiosis domibus c. Constitutus.*

**32. Episcopi possunt examinare Regulares, quos
admittunt ad Confessiones. Conc. Latera-
nense 5. sessione. 11. constitutione 4. Dum
intra. Vide, in Bullario. Concilium Tri-
dentinum sessione 23. De reformat. cap. 15.**

33. Possunt examinare Religiosos, promovendos ad Ordines. *Concil. Lateran. 5. ubi supra.*
34. Episcopi possunt componere lites præcedentiae inter Regulares. *Concilium Trid. sessio. 25. De reformatione Regularium capit. 13.*
35. Episcopi circa Monasteria exempta Monialium nullam habent jurisdictionem, nisi circa clausuram. Et invigilare debent in hac, ut delegati Papæ, & uti possunt brachio seculari, si opus sit. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis universis, districtè in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione Divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in Civitate, aut Diocesi propria, in monasteriis Monialium sibi ordinariò jure subiectis, sua, in iis verò, quæ ad R. immediatè spectant E. Sedis Apostolicæ autoritate, Abbates verò, & alii, tam exempti, quam non exempti Prælati EE. monasteriorum & Ordinum quorumcumque in monasteriis hujusmodi sibi subiectis, de clausura convenienti, ubi non est, ipsorum monasteriorum expensis, & fidelium elemosynis, quas ad hoc procurant, diligentius faciendæ, & de ipsis monialibus includendis, quamprimum commodè poterunt, providere procurant, si Divinæ ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam evitare, contradicentes atque rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Per hoc autem in monasteriis exemptis Ordinarii locorum quoad alia nullam sibi credant jurisdictionem vel potestatem aliquatenus attributam. *De stat. Regularium in 6. cap. unic. §. finali. Concil. Tridentin. sessio. 25. De reformatione regularium c. 5.*
36. Episcopus circa electionem Abbatissæ. Vide, *Moniales.*
37. Episcopus circa Moniales & alias mulieres in Monasteriis existentes. Vide, *Moniales.*
38. Ad Episcopum spectat, benedicere EE. Regularium, & primum lapidem ponere. *Concilium Lateranense 5. sessione 11. constitutione 4. Dum intra. Vide, In Bullario.*
39. De locis Regularium, & aliis exemptis, non potest Episcopus extrahere personas Ecclesiasticas, easque capere & carcerare. *De off. ordin. in 6. cap. Cum Episcopus. Vide, uti supra num. 13.*
40. Episcopus in multis casibus potest declarare Regulares excommunicatos, (& qui sunt.) Religiosi, qui Clericis aut Laicis Sacramentum unctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, matrimonium, vel solemnizare, non habitæ super his Parochialis Presbyteri licentiâ speciali, aut qui excommunicatos à Canone præterquam in casibus à jure expressis, vel per privilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem, vel à sententiis per statuta provincialia aut Synodalia promulgatis, seu (ut verbis eorum utamur) absolvere quemquam à pœna & culpa præsumperint, excommunicationis incurrens sententiam ipsò factò, per S. A. dumtaxat absolvendi, quos etiam locorum Ordinarii (postquam de hoc eis confiterit) excommunicatos faciant publicè nunciari, donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, nullò Religiosis eisdem super hoc exemptionis vel alio privilegio suffragant. *Clement. de privil. & excess. c. 1.*
41. Potest omni annò, ut delegatus Papæ, visitare monasteria, commendata, Abbatias, &c. & præcipere, ut resciantur, quæ sunt necessaria, &c. hortari Superiores, ut vivant regulariter; quod si non faciunt, intrâ

- sex menses ipse visitat, corrigit, &c. non obstantibus privilegiis. *Conc. Tridentinum. sessione 21. De reformatione cap. 8.*
42. Episcopi quando possunt corrigere & punire Regulares. Vide, *Regulares circa Episcopos.*
43. Episcopus impedire potest, ut delegatus Papæ, nè Superiores Regularium applicent suis mensis beneficia vacantia, neque augeant pensiones. *Clementina De splendendis negligentis. cap. Unico. Vide, Beneficium tit. 18. num. 1.*
44. Episcopus providere potest de beneficiis exemptorum, si ipsi non provident intrâ tempus. Ita tamen, ut quæ per Clericos seculares solent gubernari, dentur secularibus, quæ per Regulares, Regularibus. *Clement. Ibidem. Vide, Beneficia. tit. 9. n. 3.*
45. Episcopus habet jurisdictionem in Regulares, degentes extra claustra. *Pius IV. constit. 10. de salute S. 5.*
46. Episcopo volente prædicare, vel facere coram se prædicare, non possunt in illa hora Regulares prædicare, nisi Episcopo consentiente. Statuimus, & ordinamus, ut dictorum Ordinaria fratres, in EE. & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero & populo prædicare, ac proponere Verbum Dei, horâ illâ dumtaxat exceptâ, in quâ locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram se facere solemniter prædicari, in qua prædicare cessant: Præterquam si aliud de Prælatorum ipsorum voluntate processerit, hac licentiâ speciali. *Extra de sepulchris. cap. Super Cathedrali.*
47. Episcopo contradicente, nullus, neque Regularis, potest prædicare. *Concilium Tridentinum. sessione 24. De reformatione c. 4.*
48. Episcopus potest cogere omnes exemptos, si non habent proprium judicem, ad solvendum debita. *Concilium Tridentinum. sessione 7. De reformatione capit. 14.*
49. Episcopi in partibus infidelium existentes non admittant ibi Regulares, non habentes licentiâ suorum Superiorum. Vide, *infra.*
50. Possunt Regulares, ibi prædicantes contra dogmata Ecclesiæ, capere, carcerare, contra eos procedere, &c. simpliciter, & de plano. Caterùm universalis Ecclesiæ Prælati, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo, præsentium tenore mandamus, quatenus nullos Religiosos, ad partes se transferentes prædictas, nisi per patentes Superioris sui Ordinis litteras, de licentiâ speciali se illuc transferendi concessa Prælati eisdem fecerint plenam fidem in civitatibus suis & Diocesis, ac locis & terris aliis ad prædicationis officium vel Divinorum celebrationem admittant, sed ipsos potius velut Apostatas capiant, seu capi faciant, eos carcerali custodia (donec de dictâ licentiâ speciali modo prædicto sibi confiterit) detinendo. Et nihilominus, si quos Religiosos approbare, quæ Sedes Apostol. reprobavit, vel quæ aliâ sunt fidei obvia in suis prædicationibus, seu secretis colloquutionibus dogmatizare perferant, ut tales (quibuscumque cessantibus privilegiis) possint licitè capere, & carcerali custodia sicut suos possent subditos mancipare, licentiâ impertimur. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, ut de præmissis summarè, simpliciter & de plano, ac sine stre-

- streptu judicii & figura, per se, vel per alium, seu alios se solerter & fideliter studeant informare, quousque de prædictis, seu eorum aliquo repererint reos esse, juxta statuta Canonum, & in aliorum exemplum castigare pœnis debitis non postponant: Non obstantibus exemptionibus & aliis quibuscumque privilegiis & litteris Apostolicis, eisdem Religiosis, vel eorum Ordinibus, ab eadem Sede concessis, vel imposterum concedendis, etiam si de illis plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda, quæ quantum ad prædicta, vel aliquod eorumdem, eisdem in nullo volumus suffragari. *Extra de Regularibus transuentibus, &c. c. Ad nostrum.*
51. Episcopus potest compellere Regulares, ut in monasteriis teneant Lectores Sacræ Scripturæ. *Concilium Tridentinum. sessione 5. De reform. c. 1.*
52. Episcopus non admittat præsentatos ad beneficia ab exemptis & Regularibus, nisi intrâ certum terminum de eorum proveniunt eis assignent portionem congruam, aliâ ipsemet Episcopus assignet. Diocesanis sub obtestatione Divini judicii districtius inhibentes, nè præsentatum aliquem per quamcumque personam Ecclesiasticam, jus præsentandi ad E. aliquam habentem, admittant, nisi intrâ certum terminum competentem, per Diocesanos ipsos præsentantibus prægendum, ipsi præsentato fuerit coram eis (ut præscribitur) congrua de proveniunt Ecclesiæ portio assignata. Quam si forsan iidem præsentantes intrâ terminum ipsum assignare neglexerint, nè factum eorum noceat præsentato, statuimus, ut ex tunc Diocesanis debeant præsentatum (nisi aliud Canonico obstat) admittere, & in pœnam præsentandum ad Diocesanos ipsos potestas assignationis hujusmodi devolvatur. Præcipimus autem Diocesanis eisdem, sub ipsius obtestatione Divini judicii, ipsorum conscientias oneramus, quòd moderationem portionis ipsius debitam faciant, nec odio, vel favore, vel aliâ in pluri, vel minori, circa illam scienter excedant. *Clementina de jure Patronatus c. 1.*
53. Multas exemptiones ab Episcopis concessas Regularibus. *Sixtus IV. constit. 6. Regimini. Vide, Episcopi Jurisdictionis. Vide, Monasteria quoad Episcopos. Vide, Regulares circa Episcopos.*
- LVII. Episcopus circa Inquisitores.
1. Episcopi quid possunt facere cum inquisitoribus, & quid sine. *Clement. de hæreticis cap. 1. §. Propter. Vide, tit. 17. num. 17.*
 2. Habere debent carcerem communem, duos custodes, unum ab Episcopo, alium ab Inquisitore electum, qui habeant duas claves. *Ibid. §. Sanè. Vide, carcer. n. 1.*
 3. Episcopi non possunt excommunicare Inquisitores, nec è contra. *De hæreticis in 6. capit. fina. Vide, tit. 17. num. 16.*
 4. Episcopi possunt cum Inquisitoribus & sine eis procedere. *De hæreticis in 6. cap. Per hoc. Vide, tit. 17. num. 8. & sequ.*
 5. Episcopo nihil derogatur per hoc, quòd Papa facit aliquem Inquisitorem in ejus Diocesi. *Ibid.*
 6. Episcopus simul cum Inquisitore sententiat: si non conveniunt, remittunt ad Papam. *Ibid.*
 7. Episcopus circa sententiam in causa hæreticis potest, si vult, deferre Inquisitori, & è contra. *Ibid. & sequ. 8.*
 8. Episcopus & Inquisitor communicare debent processus, quando divisim agunt,

- & hoc non intelligitur, quando scilicet unus agit, & alius non, sed quando uterque agit, faciens peculiarem processum. *Extra de hæreticis c. Ex eo. Vide, Ibid. n. 14.*
9. Episcopus & Inquisitor, divisim agentes, in sine tantum debent communicare processus, quando nihil aliud restat agendum, quàm sententiare. *Ibid.*
10. Episcopus non potest ab Inquisitore inquiri de hæresi, nisi speciale adsit mandatum Papæ. Sed tunc tenetur Inquisitor Papæ illum denunciare. Inquisitores hæreticæ pravitatis, ab A. S. seu alio, vel aliis quibuslibet deputati, de hujusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeunt, aut ejus prætextu procedere contra eos, nisi in litteris commissionis Apostolicæ, quòd hoc possint, contineatur expressè. Si tamen Inquisitores ipsi Episcopos, vel alios superiores Prælatos siverint, vel invenerint, circa crimen hæreticos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos, id tenebantur S. A. denunciare. *De hæreticis in 6. capit. Inquisitores.*
- Universis & singulis, tam ordinatis, quàm delegatis iudicibus & inquisitoribus pravitatis ejusdem, & aliis universis & singulis, quâcumque autoritate fungantur, auctoritate Apostolicâ districtius inhibemus, & mandamus expressè, nè contra nostros & A. S. Officiales, vel nuncios, aut ipsorum aliquem, quâvis occasione, vel causa, absque nostra & Ap. S. licentiâ speciali, eis per Sedis ipsius litteras concedenda, plenam facientes de tenore præsentium mentionem, procedere quousque modò præsumat, aut in eos, vel ipsorum aliquem, excommunicationis, vel suspensionis, seu qualvis alias sententias promulgare. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, quidquid contra inhibitionem & mandatum hujusmodi contigerit attentari. Volumus tamen, quòd Diocesanis & inquisitores prædicti super iis, quæ negotium tangunt fidei, alii verò super iis, quæ rem tangunt, vel publicam, vel privatam, sive ordinarii, sive delegati, quacumque autoritate fuerint, prout possent ad eorum officium pertinere, si quid per Officiales & Nuncios ipsos indebitè forsan attentatum extiterit, se plenius informare, idque nobis significare studeant, ut providere super hoc de remedio opportuno valeamus. *Extra de hæreticis c. Cum Matthæus. Vide, Inquisitor, circa Episcopos.*
- LVIII. Episcopus excommunicatus.
1. Episcopus excommunicatus validè ordinat, & cum ignoranter ordinato dispensat suis propriis Episcopus. Cum Clericis, qui ab excommunicato Episcopo ignoranter Ordines receperunt, per suos poterit Episcopos dispensari. *De ordinatis ab Episcopo, qui denunciavit. c. fin.*
 2. Episcopi excommunicati jurisdictionis non devolvitur ad Metropolitanum. Edictum verò per Rhemensem provinciam publicatum, ut à subditis Episcoporum ipsius provincie, pro audiendis & terminandis eorum causis, liberè ad Rhemensem curiam accedatur, penitus revocamus; Quia etiam tenerentur iidem Episcopi pro suis culpis vinculo excommunicationis astriciti, non tamen ex culpis ipsis (cum id non invenitur à jure concessum) ad Rhemensem Archiepiscopum jurisdictionis devolveretur eorum: Sed alia fortè pro illis pœna ipsis Canonica possit infligi. *De supplendis negligentia in 6. c. 1.*
 3. Episcopus excommunicatus, neque cum Clericis, neque cum populis potest communicare. Secundùm instituta Seniorum, si à communione Sacerdotali fuerit autoritate suspensus Episcopus, hunc non solum à Clericorum, sed etiam à totius po-

populi colloquio, atque convivio, placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet. *Concil. Arelat. 2. c. 30.*

4. **Episcopus excommunicatus nihil potest conferre.** *Adrianus II. ep. 4. Vide, tit. 2. n. 10.*
 5. **Nihil confert, si ordinat, (id est, quoad exercitium.)** *Ibidem.*

LIX. Episcopus accusatus, quando vitandus.

1. **Episcopus licet graviter accusatus, non est vitandus à subditis ante sententiam, aliàs vitantes honore priventur.**

Nullus Clericus ante diligentem examinationem & Synodicam sententiam à communione proprii Patriarchæ se separet, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse prætendat: nec recuset nomen ipsius referre inter Divina mysteria. Idem statuimus de Episcopis erga proprios Metropoles: similiter & de Metropolitâ circa Patriarcham suam. Qui verò contra fecerit, ab omni Sacerdotali operatione & honore decidat. *Conc. Constantinop. 4. cap. 10.*

LX. Episcopi circa Legata ad pias causas, & dispositiones ultimas.

1. **Episcopi tenentur executioni mandare legata fidelium ad pias causas, quando hæredes sunt negligentes, & intra annum non exequantur.**

Notarii, qui testamentum, seu quamlibet ultimam voluntatem, vel Schedulam ad piam causam scripserint, cam infra mensem Episcopo Ordinario vel ejus Vicario præsentent, & assignent, & tradant, alioquin sententiam excommunicationis incurrant; ita quòd de cætero fides instrumentis, per eum confectis, non adhibeatur. Et executores post legitimum tempus, hoc est, annum, nisi fuerint executi, ulterius se non possint intramittere, sed Episcopi ordinarii ea exequantur: & nihilominus tales de cætero sint inhabiles, ad executiones alias suscipiendas, ut in eo, quod deliquerunt, puniantur. *Conc. Ravennat. 2. sub Clement. V. cap. 31.*

Vide, *Legata. Vide, Testamenta.*

2. **Episcopus est executor omnium ultimarum voluntatum & dispositionum, etiam inter vivos factarum.** *Concilium Tridentinum. sessio 22. De reformatione. cap. 8.*
 Vide, *Deposito. Vide, Episcopi Jurisdictione. Vide, Hæres. Vide, Legata. Vide, Testamentum. Vide, Ultima voluntas.*

LXI. Episcopos persequentes, carcérantes, occidentes, &c.

1. **Episcopos persequentes sunt infames. (Arma non possunt amplius portare.)**

Omnes, qui adversus Patres armantur, infames esse censentur. *Ex Julio 1. cap. 10. 11. q. 1. cap. Statuimus. ex Fabiano ep. 2. Vide, Clerici tit. 28. numero 3. Stephanus I. epistola 1. Vide, Ibidem. num. 1.*

Sicut à BB. AA. & à reliquis SS. PP. & à Successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes, qui SS. PP. persequuntur, aut amovere, vel dilacerare manifestè nituntur, infames esse, & alienos à limitibus Ecclesiæ usque ad satisfactionem fieri: quia sic odit DEUS eos, qui adversus PP. armantur, ut Patrum invalores vel destructores. Quiddè infames efficiuntur, quia Patres persequuntur. *Alex. 1. ep. 1.*

Si quis Episcopum ceperit, & incarceraverit, perpetuè infamiae subiaceat, ulterius arma non exerceat. Et clamatum est ab omnibus: Fiat. *Conc. Clavmont. c. 32.*

Ei qui Episcopos suos persequuntur, & amovere

nituntur injussè contra Apostolicam auctoritatem, & si à morte prohibentur, dicente Domino: (Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat) Perpetuè tamen notantur infamiae, & exilio digni judicantur finitimo, de quibus à temporibus Apostolorum, & intra ista, tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos non humanis, sed Divinis actibus mortuos esse scimus. *3. q. 4. cap. Hi qui. Et c. Clericus. Vide, Accusator tit. 1. n. 12.*

2. **Episcopo maledicens, potest ab eo per Canones puniri.** *Concil. Mediolanense 1. p. 2. De dignitate ab Episcopo retinenda. Vide, tit. 15. num. 21.*

3. **Episcopum vituperans dicto, vel facto, Deum vituperat.**

Qui autem Episcopum sermone quopiam, aut facto vituperat, DEUM offendit. An non audisti, quod ait: (Diis tuis non maledices?) Neque enim de lapideis aut ligneis idolis, quæ, quia falsò dicuntur Diis, execrabilia sunt, legem ferebat, sed de Sacerdotibus & iudicibus, quibus dixit: Diis estis, & filii Altissimi omnes. *Lib. 2. constit. Apostolicarum cap. 31.*

4. **Episcopo detrahentes, pejores sunt raptoribus.** *6. q. 1. c. Deteriores. Vide, De tractor. n. 4.*

5. **Episcopo insidians, curiæ tradatur.** *Pius I. ep. 2. 11. qu. 1. cap. Si quis Sacerdotum. Vide, Clerici tit. 29. n. 4.*

6. **Episcopum bannientes, vel relegantes, tenentur ad expensas.**

Olim scribentibus nobis Episcopo Mutinensi, ut Potestatem, Consiliarios, & populum Civitatis Florentinæ ad satisfaciendum de damnis & injuriis, irrogatis Episcopo, & EE. Fesulanæ, censurâ Ecclesiasticâ coarctaret. Idem testes lite non contestatâ receperunt. Quare nos ejus processu penitus revocatò, commune Florentinum, quia banniverat Episcopum Fesulanæ, contra DEUM & Ecclesiasticam libertatem præter injuriam banni, in expensas & damna tali occasione secuta: taxatione, juramentò præmissò, in mille libris usualis monete prædicto Episcopo Fesulanensi sententialiter duximus condemnandum. *De injuriis & damno dato. cap. Olim. ex Honorio III.*

7. **Episcoporum persecutores non possunt inter Catholicos misceri.**

Nam inimicum nimis est, atque incongruum, eos qui Episcopos & reliquos veros Sacerdotes suâ persecutione vexant, Catholicorum nominibus sine discretionè misceri, cum damnatam impietatem non desidentes, ipsi suâ pravitate condemnantur, quos convenit percelli pro perfidia, aut liberari pro venia: Quia sicut plenum pietatis est, oppressis charitatem Dominicam reddi, ita justum est, omnia perturbantis, auctoritatem amputari. *Eusebius ep. 2.*

8. **Episcoporum bona rapientes, vel usurpantes per Episcopos, non per Laicos sunt puniendi. Sunt anathema.**

Et quia Episcoporum res propriæ EE. res esse noscuntur, si in eorum facultatibus similifuerit crudelitate grassatum, perversores rerum memoratarum, Canonum distinctione feriuntur, ut dum vindicta corrigit, qui non motibus propriis, ac nullâ conscientie castigatione corripitur, saltè regulâ obtundatur aculeis. Perpetuè enim anathemate feriatur, qui res Ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere, periculosâ insensatione præsumpserit. *Concil. Parisiense 3. cap. 2. 16. qu. 1. cap. Similiter. Vide, Ecclesia. tit. 40. num. 1.*

9. **Episcopo insidiantes Clerici, deponantur, sic & calumniantes.** *11. qu. 1. c. Si quis Sacerdotum ubi supra n. 5.*

10. Epi,

10. **Episcopum carcérans, percutiens, vel repellens à sede, est excommunicatus.** *Excommunicatione reservatur Papæ. Aliæ pœnæ.*

Si quis deinceps Priorum, aut cujusvisque dignitatis, vel cujusvisque Ordinis Laicorum, Episcopum comprehendit, percussit, aut aliquâ vi à propria Sede expulerit, nisi fortè judicatum Canonice; auctores & cooperatores tanti sceleris anathematizentur, & bona eorum Ecclesiæ ipsius juri perpetuò tradantur. Si verò in Presbyterum, vel in quemcumque inferiorum graduum Clericum, hæc eadem præsumpserit, Canonice penitentiae, atque depositioni subiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur. *17. qu. 4. cap. Si quis deinceps. Clementina. de pœnis. cap. 1. infra.*

11. **Civitas & populi, qui id committunt, quomodo puniendi.** *Ib. Infra.*

12. **Omnes committentes privantur feudis & beneficiis illius Ecclesiæ, ipsò factò, filii per lineam masculinam usque ad secundam generationem sunt inhabiles ad beneficia illius Ecclesiæ; terra & locus, in quo id committitur, interdicto supponuntur ipsò factò.**

Si quis suadente Diabolò in hoc Sacrilegii genus proruperit, quòd quemvis Pontificem injuriose, vel temere percussit, aut ceperit, seu banniverit, vel hæc mandaverit fieri, aut facta aliàs rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit, aut favorem, seu scienter defenserit eundem; in illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per jam editos Canones non subierit, sit hujus nostræ constitutionis auctoritate (non obstante quacunque consuetudine, quam reputamus, reprobante Sacro consilio potius corruptelam) anathematis mucrone percussus, à quo nequeat, nisi per Summum Pontificem (præterquam in articulo mortis) absolvi. A feudis insuper, locationibus, officiis & beneficiis, spiritualibus, sive temporalibus, quæ ab Ecclesiâ, cui sic offensus præest Episcopus, obtinet, cadat hoc ipsò, ac ad eandem Ecclesiâ liberè revertatur. Ipsi filii per masculinam descendentes lineam, usque ad generationem secundam, omni spe dispensationis ademptâ, reddantur ipsò factò inhabiles ad Ecclesiastica beneficia in civitate & Diocesi, in quibus idem Episcopus præfides, obtinenda. Terra quoque ipsius (dum tamen ultra unam Diocesim non contineat) usque ad condignam satisfactionem ejusdem, nec non locus, aut loca, in quibus captus Episcopus detinebitur, quamdiu detentio ipsa in eisdem duraverit, Ecclesiastico subiaceant interdicto. Quòd si terra ejusdem duas Dioceses, vel ultra contineat, Diocesis domicilii principalis ipsius, & ille etiam, in qua fuerit delictum commissum, si sua sit, & duæ aliæ, quæ sub ipso sint, eodem loco magis vicinæ, interdictò subiaceant supradictò. *Clementina de pœnis cap. 1. Concilium Ravennatense. 2. sub Clemente V. cap. 26. Vide, Clerici titulo 44. numero 3.*

13. **Omnibus diebus Dominicis, pulsatis campanis & accensis candelis, denuntiantur excommunicati.** *Sic & in aliis festis, donec satisfiat.*

Et quia eò major erit ipsius confusio, quòd sua fuerit culpa potentior, quòvisque dignam satisfactionem præstiterit, per omnes illius loci, in quo commissum est facinus, nec non civitatum, & Diocesim vicinam EE. quibuslibet diebus dominicis & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis, excommunicatus publicè nuntiatur. Et cum absolvendus fuerit, sufficienter & idoneè caveat, quòd inferendæ pœnæ parebit, & auxiliante Domino penitentiam peraget injungendam. *Clementina Ibid.*

Civitas autem, quæ præmissa, vel eorum aliquod in Episcopum suum commiserit, interdictò, donec

satisfecerit, subiaceat memoratò. Potestas verò, Consiliarii, Ballivus, Scabini, Advocati, Consules, Rectores, & Officiales ipsius, quocumque nomine censeantur, in præmissis culpabiles existentes, similiter excommunicationis sententiæ, à qua (ut præmittitur) non valeant absolutionis obtinere beneficium, sunt subiecti. Quæ omnia tantò magis in Episcoporum interdictoribus sunt servanda, quantò in eos severior, quam in præfatos, pœna debet exurgere, & gravioris indignationis aculeus deservire. *Ibid.*

14. **Civitas, quæ Episcopum occidit, privatur Episcopo.** *25. q. 2. cap. ultimo. Ita nos. Vide, Civitas. n. 2. Alii verò quomodo puniendi. Concil. Later. 3. in append. tit. De penitentia. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 24. num. 7.*

15. **Episcopum ejicientes, exulare facientes, &c. Civitas supponitur interdicto.** *Personæ particulares subjacent eisdem pœnis, ut supra. Concil. Ravennatense. 2. sub Clemente V. cap. 26. Vide, uti supra. n. 12.*

16. **Sic etiam conspirantes contra Episcopum, spoliantes aliquem prædio, jurisdictione, &c. eisdem subjacent pœnis, & aliis, ut ibi.** *Concil. Ravennatense. ubi supra. Excommunicantur in Bulla Cœnæ. Gregorius XIII. Constit. 81. Consueverunt. §. 11. Vide, Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*

LXII. Episcopi privilegia.

1. **Episcopus non tenetur jurare.**

Sacramentum autem hæcenus à summis Sacerdotibus, vel Dei ministris exigunt, nisi pro fide recta, minime cognovimus, nec spontaneos jurasse reperimus. Summopere ergo S. Jacobus A. prohibens Sacramentum, loquitur, dicens: Ante omnia, Fratres mei, nolite jurare, neque per Cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non, ut non sub iudicio incidatis. *Cornelius epist. 2. c. 2. q. 5. cap. Sacramentum.*

Nos Sacramentum Episcopis neficimus oblatum: nec unquam fieri debet. *Ibidem. cap. Nos Sacramentum.*

2. **Jurans de calumnia, non tangit Evangelia, sed solum sibi proponantur.**

Cum in causa pecuniaria, quam inter te & R. motam esse proponis, non per te, sed per syndicum, vel actorem elegeris litigare, per illum quidem præstandum erit calumniæ juramentum: quòd si per te ipsum, propositis tantum, sed non tactis Evangeliiis (sicut in dicendo testimonio) à te videtur hujusmodi juramentum exhibendum. Pœna verò recusantis hoc juramentum, cum præstandum fuerit, est, ut actor ab institutione cadat actione, reus autem haberi debeat pro confesso. *De juram. calumnia. cap. fin.*

3. **Episcopus possidens aliquod per 30. annos, non potest eo privari.**

Illud etiam annecti placuit, ut si (quod absit) facultates Ecclesiæ, nec non & Dioceses, quæ ab aliquibus possidentur Episcopis, jure sibi vindicent, quòd tricennalis lex conclusit, quia & filiorum nostrorum Principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quòd legum tempus excludit. *Gelasius. epist. 10.*

4. **Acquirens locum aliquem, ab eo conversum ad fidem, si per triennium possider, & alii potentes petere, tacuerunt, est suus.** *Si verò non fuerunt præsentés, eis non fit præjudicium.*

Placuit, ut si quisquam aliquem locum ad Catholicam unitatem converterit, si eum per triennium, nemine repente, tenuerit, ulterius ab eo non repe-

tatur:

tatur: si tamen per ipsum triennium fuerit Episcopus, qui possit reperere, & tacuit. Si autem non fuerit, non præjudicetur Matri Ecclesie, sed liceat, cum locus acceperit Episcopum, ex ipso die infra triennium repetere. Item si fuerit Episcopus ad Catholicam fidem ex Donati parte conversus, non ei præjudicet prænitum tempus, sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi locum, qui ad ipsam Cathedram pertinebat. *De præscriptionibus, cap. 1.*

5. Episcopi possunt punire eos, qui rapiunt, vel occupant eorum bona. *Concil. Parisiense 3. cap. 2. Vide, tit. præced. n. 8.*

6. Episcopi accusati, possunt se purgare juramento tantum.

Mennam verò Reverendissimum F. & Coepiscopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo invenimus culpabilem esse, qui insuper ad sacratissimum corpus B. Petri Apostoli, sub iurejurando satisfaciens ab his, quæ objecta ejus opinioni fuerant, se demonstravit alienum: reverti illuc purgatum absolutumque permisimus; quia sicut dignum erat, ut si in aliquo reus existeret, culpam in eo puniremus, ita dignum non fuit, ut eum adjuvante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. *2. q. 5. cap. Mennam.*

Proinde, si Maximus Salonitanus, præstito Sacramento firmaverit, se simoniacâ hæresi non teneri, atque se aliis ante corpus S. Apollinaris tantummodo requisitus, innoxium se esse responderit, & de inobediencia sua poenitentiam (sicut reputavimus) egerit, volumus, ut ad consolandum illum, &c. *Ibidem, cap. Quanto.*

Ideo, si idem Maximus coram vobis & prædicto chartulario nostro de simoniaca hæresi præstito se Sacramento purgaverit, atque de aliis ante corpus S. Apollinaris (ut scripsimus) tantummodo requisitus, liberum se esse responderit, causam ipsius F. V. de eo, quod excommunicatus Missarum solemniam agere præsumpserit, iudicio committimus, quâ debeat poenitentia talis purgari. *Ibidem, cap. Quid de causa, & cap. Habet. Vide, Clerici, tit. 31. n. 1.*

7. Episcopi ab Ecclesiis alendi sunt. *Lib. 2. Constit. Apostolicarum, cap. 25. Vide, Ecclesie, tit. 38. n. 8.*

8. Non possunt judicari à iudice seculari, nec à Rege, vel Imperatore.

De accusationibus Episcoporum Constantinus Imperator sic ait inter cetera: Vestra, inquit, accusationes tempus habebunt proprium: id est, diem magni iudicii: iudicem verò illum, qui tunc futurus est omnibus iudicare. Mihi ergo homini constituto de huiusmodi rebus non licet habere auditorium, Sacerdotum scilicet accusantium, & simul accusatorum, quos minime convenit tales debere monstrari, qui iudicentur ab aliis, cum ab ipso Domino magis ipsi sint iudicandi; de quibus ait Propheta: DEUS stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit. Neque possunt humano condemnare examine, quos DEUS suo reservavit iudicio. *Adrianus I. in decretis, cap. 45. n. qu. 1. cap. Nemo, cap. Continua. Vide, Clerici, tit. 35. n. 1. cap. Nullus Episcopus. Vide, Ibidem. Vide, Episcopi à quo iudicandi. Vide, Ecclesiastici, Vide, Clerici.*

9. Episcopi in Provincia sunt iudicandi. Excepto iudicio Papæ.

Nullus Episcopus extra suam provinciam ad iudicium devocetur, sed vocato eo canonicè, in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus Comprovincialibus Episcopis audiatur, qui concordem super eum, Canonicamque proferre debent sententiam. Quia si hoc minoribus, tam Clericis, quam Laicis concessum est, quanto magis de Episcopis servari convenit. Nam si ipse Metropolitanum aut iudices suspectos habuerit, aut infestos senserit, apud Primatem Dioceseos, aut apud R. S. P. iudi-

cetur. *Adrianus I. in decretis, cap. 20. Vide, Episcopi à quo iudicandi.*

10. Episcopi testimonium à iudice magni faciendum.

Omnes itaque causæ, quæ vel pratorio iure, vel civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmantur, nec ulterius liceat, retractare negotium, quod Episcoporum sententia deciderit. Testimonium etiam ab uno licet Episcopo prohibetur, omnes iudices indubitanter accipiant, nec alius audiatur, cum testimonium Episcopi à quolibet parte fuerit repositum. Illud enim veritatis autoritate firmatum, illud incorruptum, quod à Sacrosancto homine conscientia mentis illibata protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetuâ lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes. *11. q. 1. cap. Omnes itaque.*

11. Episcoporum & subditorum causæ non possunt fieri à Metropolitanis, vel Patriarcha, nisi per appellationem legitimam. *De offic. iud. Ordin. cap. Duo simul. Vide, tit. 32. num. ultimo.*

12. Episcopi non possunt ab aliis reprehendi, nisi in fide errent. *Clemens I. ep. 1. c. 4. Vide, tit. 30. n. 3.*

13. Episcopi si recusantur in iudiciis, dare possunt delegatum non suspectum partibus.

Si quis contra Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat, qui, si sit suspectus fuerit recusatus, executor ab eo deputetur. Aut si hoc actor refugerit, ab eodem Episcopo est deputandus, qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere, à quibus quicquid fuerit definitum, ipsius sollicitudine (servatâ lege) modis omnibus compleatur. *De foro competentis, cap. Si quis contra.*

14. Episcopi eligere possunt iudicem ad litem aliquam componendam.

Sanè si Episcopi, inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille Primas det iudices, in cuius Provincia est locus, quo de contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut unus, aut tres eligantur. Quod si tres elegerint, aut omnem sententiam sequantur, aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocari, & quisquis probatus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ Sedis Episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet. *Concil. Adilevitannum, cap. 24.*

15. Episcopi nullam censuræ sententiam incurrunt, nisi exprimantur in sententia.

Quia periculosum est, Episcopis, & eorum Superioribus, propter executionem Pontificalis officii, quod frequenter incumbit, ut in aliquo casu interditi, vel suspensionis incurrant sententiam ipsò facto: Nos deliberatione providâ duximus statuendum, ut Episcopi, & alii Superiores, Prælati, nullius constitutionis occasione, sententiæ, sive mandati, prædictam incurrant sententiam nullatenus ipsò iure: Nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur. *De sententia excommunicacionis, in 6. cap. Quia periculosum.*

Porrò eò casu, cum scilicet indignus eligitur ab eodem, compromittentes (quos illius odio non convenit prægravari) nequaquam (nisi sic, ut præmittitur, rati habuerunt) puniuntur; sed ipse (si poena suam autorem teneat) à beneficiis Ecclesiasticis triennio, juxta Lat. Conc. suspenditur ipsò iure. Huiusmodi quoque poena, nec in Episcopo, ut ad eligendum fiat compromissarius, sic peccante, (cum de iure nullam sententiam suspensionis incurrat, nisi de ipso expressa mentio habeatur) nec in aliorum, quam Episcoporum & Superiorum ipsorum electionibus, cum peccatur in ipsis, vendicet sibi locum. *De elect. in 6. cap. Si compromissarius.*

16. Epi.

16. Episcopus in quolibet loco, sive exempto, sive non, potest personas Ecclesiasticas capere, & carcerare. *De offic. Ordin. in 6. cap. Cum Episcopus. Vide, tit. 15. num. 61.*

17. Episcopus eò ipsò, quod sit Episcopus, eximitur à patria potestate.

Eò ipsò, quod aliquis ad apicem Episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate. *Qui filii sint legitimi, cap. Per Venerabilem.*

18. Episcopus non potest eligi ad aliam dignitatem à Clero, sed ab eo potest Papæ postulari. *De Postulationibus, cap. Est unanimiter. Vide, Electus, num. ultimo.*

19. Episcopus iudicans, potest per alium recitare sententiam.

Et si sententia diffinitiva (postquam scripta fuerit) debeat à iudice, non ab alio de scripti recitatione profertur, (aliàs nec nomen sententiæ mereatur habere, nec ab ea sit appellare necesse) Episcopo tamen (quem propter dignitatis prærogativam ampliori convenit honore fulgere) sententiam ab eo ferendam, licebit (ad instar illustrium personarum) per alium recitare. *De sentent. & re iudicata, in 6. cap. finali.*

20. Episcopo non communicante cum aliquo, alii non communicent.

Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse. Sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commotione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsium sentitis adversum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur; ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsentis. *Clemens I. ep. 1. cap. 4. Concil. Vasense, 2. cap. 6.*

Quod si nec loqui eis licet, quibus Doctores summi (quos Episcopus vocamus) propter eorum scelera adverterant: quanto magis eis, qui eos infestant, nec consentiendum est, nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus. Quia non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, rei sunt. *Alexander I. ep. 1.*

21. Episcopus cum præcipit Ballivo, vel alteri, ut procedat in causa homicidii, vel alia criminali, si iste dat poenam sanguinis, non proinde ipse Episcopus sit irregularis. *Ne Clerici, in 6. cap. finali. Vide, Clericus, tit. 25. num. 7.*

22. Episcopus neque ab Inquisitore Papæ potest inquiri de hæresi, nisi speciale adest Papæ mandatum. Sed inquisitor tenetur id Papæ denunciare. *De hereticis, in 6. cap. Inquisitores. Extra. De hereticis, cap. Cum Mathæus. Vide, tit. 57. n. 10. Vide, Episcopus in causa hæresis. Vide, Episcopus circa Inquisitores.*

23. Episcopus nihil derogatur per hoc, quod Papa facit alium Inquisitorem in Diocesi ejus, in causis hæresis. *De hereticis, in 6. cap. Per hoc. Vide, Ibidem, tit. 17. n. 12.*

24. Potest divisim & conjunctim in iis causis procedere, cum Inquisitore. *Ibidem.*

25. Episcopi in necessitate possunt celebrare, & facere celebrari in altari viatico. *De privilegijs in 6. cap. finali. Vide, Altare, tit. 5. n. 3.*

26. Episcopi possunt sibi eligere confessarium. *De Pœnit. & remiss. cap. finali. Vide, Confessor, tit. 7. num. 1.*

Tomus II.

27. Episcopi non possunt vacari à populo, ad reddendam rationem bonorum.

Cave tamen, ne Episcopum ad rationes voces, neque dispensationem illius observes, quomodo eam gerat, aut quando, aut quibus, aut ubi, utrum benè, an factis. Habet enim ipse ratiocinatorem DEUM, qui hanc illi procuratorem in manus tradidit, qui ei Sacerdotium tantæ dignitatis mandare voluit. *Lib. 2. Constit. Apostolicarum, cap. 35.*

28. Episcopus ex Papæ dispensatione retinere potest beneficia, quæ habebat prius, sed exprimere debet valorem beneficiorum, aliàs gratia est nulla. *Urbanus VIII. Constit. 6. Sanctissimus cap. 55.*

29. Episcopus solus potest deponere Clericum. *Lib. 8. Constit. Apostolicarum, cap. 28. Vide, tit. 18. n. 1.*

30. Episcopus solemniter celebrans, uti debet multis ministris.

Ipsi autem, quando Domino sacrificant, non solum hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Domino perfectè in sacris DEO sacrificare locis probentur. Ait namque autoritas legis Divinæ: (Vide, ne offeras holocausta tua, in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit Dominus DEUS tuus.) Episcopus DEO sacrificans testes (ut præfixum est) secum habeat, & plures, quam alius Sacerdos. Sicut enim majoris honoris gradu fruitur, sic majoris testimonii incrementò indiget. In solemnioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui ejus oculi dicuntur, & Subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui factis indati vestimentis, in fronte, & à tergo, & Presbyteri à regione dextra, lævâque, contritò corde, humiliatò spiritu, ac pronò stent vultu, custodientes eum à malevolis hominibus, & consensum ejus præbeant Sacrificiò. *Anacletus ep. 1. cap. 2. & de consecratione distinct. 1. cap. Episcopus DEO.*

31. Episcopi residentes à nullo possunt citari, ob quodvis delictum, etiam hæresis, vel læsæ Majestatis, etiam ad Papam, sine Papæ licentia. *Pius IV. Constit. 10. De salute. Neque ab auditore Cameræ ad comparandum personaliter. Paulus V. Constit. 28. Eximia. §. 13.*

32. Episcopus olim erat bis in anno salutandus ab omnibus Presbyteris, in signum obedientiæ, semel verò à Religiosis.

Ut Coepiscopus bis per annum congreget Presbyteros, ad salutandum Episcopum, & tradendum se ei, & ad communionem cum eo habendam, & prandeant cum eo, fiatque hoc in principio anni Festo Resurrectionis D. N. J. C. Religiosi tamen semel per annum cum eo congregabuntur, quando ei videbitur. Qui fuerit tunc primò factus caput in aliquo monasterio, debet proficisci ter per annum ad salutandum Episcopum, & tradendum se ei; semel & iterum proficiscetur solus, ut ab Episcopo adjuvetur in officio suo; tertio cum omnibus suis Fratribus. *Concil. Nicænum, 1. Ex Arabico, cap. 56.*

33. Episcopus procedere potest aliquando in causa, si delegatus Papæ non procedit. *De offic. iud. Ordin. cap. Significavit. Vide, Delegatus, tit. 2. num. 25.*

34. Episcopus accusatus de simonia, si se purgat, restituitur. *Greg. VII. lib. 9. ep. 16. Vide, tit. 29. n. 16.*

35. Non tenentur Episcopi facere juramentum fidelitatis Regi, Imperatori, &c. *Concil. Claramontanum, cap. 17. Vide, prout sub tit. 22. n. 3.*

D

36. Epi.

36. Episcopi sunt exempti à solvendo tributa, subsidia, &c. Regibus vel aliis. *Pius IV. constit. 10. De salute. §. 4.*
37. Episcopus noviter factus, retinet loca montium vacabilia per mortem, & officia Romanæ curiæ vacabilia. *Urbanus VIII. in appendice. constit. 38. alias 148. Decret Romanum.*

LXIII. Episcopi circa accessum, & recessum ab Urbe Roma.

Vide, *Episcopus circa Papam.*

LXIV. Episcopus circa censuras ferendas, & modum.

1. Episcopus contendens cum alio de aliqua re, non potest illum excommunicare, vel aliò modò suspendere, &c.

Si quis ab Episcopo suo, vel de E. vel de proprio jure, crediderit aliquid repetendum: Si nihil conviciis, aut criminationis objecerit, cum pro sola conventionione à communione E. non liceat submoventi. *Concil. Arelanen. 1. cap. 8.*

2. Episcopi ex levi causa, vel sine causa, non ferant censuras, & de hoc corrigantur, & si non se emendant, excommunicandi sunt per Synodum.

Episcopi verò, si Sacerdotali moderatione postposita, innocentes, aut minimis causis culpabiles, communicare præsumpserint, aut ad gratiam festinantes, recipere fortasse noluerint, à vicinis Episcopis cujuslibet provincie litteris moneantur. Et si parere noluerint, communicatio illis, usque ad tempus Synodi à reliquis Episcopis non denegetur: nè forte propter excommunicatoris peccatum, excommunicati longò tempore, morte preveniantur. *Concil. Agathen. cap. 3. 11. q. 3. cap. Episcopis.*

3. Episcopus non potest E.E. interdicere, censuras ferre, excommunicare, &c. absque ordine judiciario. *Concil. Lateranense. 3. in appendice. tit. De simonia. cap. 7. Vide, Censura. n. 11.*

4. Episcopi nolentes recipere ad gratiam excommunicatos poenitentes, quomodo puniendi. *Concil. Agathen. cap. 3. supra num. 2.*

5. Episcopus non debet facilè excommunicare pro injuria.

Nihil te ostendis de cælestibus cogitare, sed terrenam te conversationem habere significas, dum pro vindicta propriæ injuriæ (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis invexit. Unde de cætero omnino esto circumspectus, atque sollicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ injuriæ tuæ inferre denuò non præsumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum. *23. q. 4. cap. Inter querelas.*

6. Non potest excommunicare, suspendere, vel interdicere adeuntes ad S. A. pro suis causis. Neque private ibi litigantes de beneficio, & omnia acta sunt nulla. *Extra. De Privilegiis. cap. Divina. Vide, tit. 31. n. 26.*

7. Non potest relaxare censuras, latas ab alio Episcopo, etiam sibi subjecto.

Mandamus, quatenus si quando plebanus Sancti P. in Clericos, vel Laicos parochianos suos, interdicti, vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulit, ipsam facias inviolabiliter observari, & eam sine congrua satisfactione, & absque ejusdem plebani conscientia, non relaxes. *De offic. jud. Ordin. cap. Cum ab Ecclesiis.*

8. Episcopi tenentur excommunicare eos, qui ab E.E. vel Ecclesiasticis exigunt pedagia, gabellas, &c. pro rebus propriis, quas advchunt, vel transmittunt absque negotiatione. *Clementina. De censibus. cap. finali. Vide, Clerici. tit. 27. n. 7.*

9. Episcopi censura, sive iusta, sive non, est timenda. *Greg. VII. Lib. 9. ep. 22. Vide, Censura. n. 3.*

10. Episcopus sciens crimen alterius, solus non potest illum excommunicare, & si id facit, alii non communicent cum Episcopo.

Placuit, ut si quando Episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet ad injuriam suam Episcopus pertinere, quòd illi soli non creditur; & si scrupulò propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopis, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quenquam, quòd aliis documentis convincere non potest. *6. q. 2. cap. fin. Placuit. & Conc. Carthag. 7. cap. 5.*

11. Non potest excommunicare non subditos, vel in aliena Diocesi. *9. q. 2. cap. Nullus alterius. Et cap. Placuit. Vide, tit. 16. n. 1. cap. Nullus Primas. Vide, Archiepiscopus. tit. 3. n. 11. Vide, Episcopi jurisdictio.*

LXV. Episcopi peregrini.

1. Episcopo peregrino concedi debet à Diocetano locus sacrificandi.

Ut peregrino Episcopo locus sacrificandi detur. *Concil. Arelaten. 1. cap. 20.*

2. Cum honore sunt recipiendi Episcopi peregrini, & invitandi ad sacrificandum, &c. Et alia facienda.

Episcopi, vel Presbyteri, si causâ visitandæ E. ad alterius E. venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur. *Concil. Carthaginen. 4. cap. 33. 7. q. 1. cap. Episcopi vel Presbyteri.*

3. Episcopi peregrini expulsi tyrannicè, benignè tractandi sunt ab aliis.

Placuit, ut si aliquis vim perpeffus est, & iniquè expulsi, pro disciplina & Catholica confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens & devotus, ad aliam venerit Civitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire possit, aut injuria ejus remedium receperit. Quia durum est, eum, qui persecutionem patitur, non recipi. Etiam & larga benevolentia, & humanitas ei est exhibenda. *Concil. Sardicenf. cap. 21.*

4. Episcopi peregrini invitandi sunt à Diocetano, ut faciant sermonem, & benedicant populum.

Si autem aliquis frater, aut soror ex Parocia advenit, qui commendatitias adferant, accedat Diaconus, &c. Si autem Episcopus fuerit, cum Episcopo sedeat, eodem honore ab eo acceptus. Rogabisque eum Episcopo, ut sermonem habeat apud populum, docendi causâ: est enim hortatio & monitio hospitium grata, & mirum in modum utilissima: siquidem nemo Propheta (inquit Dominus) acceptus in patria sua. Deinde Episcopo committes ei, ut offerat Eucharistiam. Sin verò tanquam sapiens propter reverentiam erga te, quòd tibi honorem servet, offerre noluerit, coage, ut saltem benedicat populo. *Lib. 2. constit. Apostolicarum. cap. 58. 7. q. 1. cap. Episcopi, vel supra n. 2.*

5. Episcopus peregrinus ignotus, non admittatur ad exercendum Pontificalia, donec per Metropolitanum constet de ejus ordinatione, & titulo, & talis peregrinus aliter

faciens, suspenditur ab officio ipsò jure. Diocetanus verò faciat ipsum denunciari suspensum.

Nullus Episcopus vagabundus, vel ignotus, ad exercenda Pontificalia admittatur, nisi prius Metropolitanus constiterit de ipsius Canonice ordinatione, consecratione & titulo, & tunc etiam prædicta Pontificalia exercere non possit, nisi de voluntate, vel licentia Diocetani Episcopi, in cujus civitate, vel Diocesi voluerit talia exercere. Et si quis talis Episcopus se prætendens facere contra præsumpserit, à Pontificalibus & officio sit ipsò jure suspensus, per hanc nostram constitutionem, & Episcopus Diocetanus, in cujus Diocesi, & injuria, talia exercuerit, sive præsumpserit Episcopus, à prædictis possit facere denunciari suspensum. *Conc. Ravennat. 2. sub Clem. V. cap. 24. Vide, Peregrini.*

LXVI. Episcopi quoad testamenta & donationes.

1. Episcopus potest permittere, cui vult, bona propria.

Ut de rebus Episcopi propriis, vel acquisitis, vel quidquid Episcopus de suo proprio habet, hæredibus suis, si voluerit, derelinquat. Quidquid verò de provisione E. suæ fuerit, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in jure Ecclesiæ reservare censuimus. *Concil. Agathen. cap. 48. 12. q. 1. c. Episcopi de rebus.*

Si Episcopus, conditò testamento, aliquid de Ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantum de juris proprii facultate suppleverit. *Ibidem cap. Si Episcopus. Et Conc. Agathen. cap. 51. & Conc. Epannen. cap. 17. Conc. Antiochen. cap. 24. Vide, Ecclesia tit. 37. n. 1.*

Quisquis Clericus aliquid de munificentia Ecclesiæ, cui servierat, adeptus, & ad summum Sacerdotium alterius civitatis est, aut fuerit ordinatus: quòd donò accipit, vel acceperit, reddat, & quòd suum est ex proprietate, vel secundum instrumenti seriem probatur emisse, possideat. *Concilium Epannen. cap. 14.*

Decrevimus, ut Episcopus res sui juris, quas aut ante Episcopatum, aut certe in Episcopatu, hæreditaria successione acquisivit: secundum auctoritatem Canonice, quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Postquam autem Episcopus factus est, quascunque res de facultatibus E. aut suis, aut alterius nomine, quolibet conditione comparaverit, decrevimus, ut non propinquorum suorum, sed in E. cui præest, jura deveniant. *Concilium Hispanense. capit. 5.*

Quidquid Episcopus de suo proprio habet, ad hæredes suos relinquit: quidquid de provisione E. sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in jure Ecclesiæ servare censuimus. *Concil. Toletanum 17. cap. 1. Concilium Parisiense 6. lib. 1. cap. 16. Vide, titulo 20. numero 6.*

Manifesta autem debent esse, quæ ad Ecclesiam pertinent, his, qui circa ipsos sunt, Presbyteris & Diaconis, ut, si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullò modò possunt minui & perire, neque res propriæ Episcopi importunitatem patiantur pro rebus Ecclesiæ, ut nec Ecclesia incurrat damnum, nec Episcopus in suis rebus pro rebus Ecclesiæ profcribatur. *12. q. 1. cap. Manifesta.*

Sint manifestæ res propriæ Episcopi, (si tamen non habet proprias) & manifestæ Dominicæ, ut potestatem habeat de propriis mortens Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere, nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum, ea, quæ Episcopi esse probantur, interdicant. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et justum est hoc apud DEUM & apud homines, ut nec in Ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis, nec Episcopus, vel ejus propinqui sub obtentu Ecclesiæ profcribantur, & in causas incident, qui ad eum pertinent, mortisque ejus injuriis malè famæ subiciatur. *Ibidem, cap. Sint manifesta, ex Concilio, quòd dicitur Apostol. c. 40.*

Tomus 11.

Quorundam ad nos relatione pervenit, quòd J. Atellanæ civitatis Episcopus, conditò testamento in octo uncis substantiæ suæ, Nacum hæredem instituit E. suam in residuis quatuor. Hortamur ergo, ut sollicitè hoc discutiatur, & quidquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris. Nisi hoc solum, quòd eum ante Episcopatus Ordinem proprium habuisse constiterit. Quidquid verò E. ante ipsius consecrationem fuisse cognoveris, vel in Episcopatus Ordine prædictum Episcopum acquisivisse, in ejusdem Ecclesiæ dominio conservetur. *De testamentis cap. 1. Greg. 1. libr. 7. Ex reg. ep. 53.*

2. Non potest legare, neque testari de rebus Ecclesiæ. Neque de inventis in ea, neque de requisitis per eam.

Episcopus, qui filios, aut Nepotes non habens, alium, quam Ecclesiam reliquit hæredem, si quid de Ecclesiæ causa aut necessitate præsumpserit, quòd distraxit, aut donavit, irritum habeatur. Qui verò filios habet, de bonis, quæ reliquit ab hæredibus ejus indemnitate E. consulatur. *Conc. Agathen. c. 33. 12. questio. 2. cap. Episcopus. Concilium Agathen. cap. 48. & 51. & Concil. Epannen. cap. 17. Gregor. 1. libro 7. ex regest. ep. 53. Concilium Parisiense 6. lib. 1. cap. 16. 12. q. 1. cap. Episcopi de rebus 12. q. 5. c. Si Episcopus. Et de testam. cap. 1. supra num. 1.*

Nulli dubium est, quia sicut Sacerdotibus res in Episcopatu acquisitas, nulla est alienandi licentia: Ita de his, quas antè habuerint, quidquid judicare voluerint, non vetantur. *12. q. 5. c. Nulli.*

Obitum Theodori Episcopi dilectionem tuam jam credimus cognovisse, sed quia ipse testamentum dicitur condidisse, subtiliter te (ne quid de rebus E. suæ consumpsisset) oportet inquirere. Et si quidem eum exinde aliquid incongruè minuisse didiceris, ita age, ut res ipsæ ab eo, cujus interest, modis omnibus reparentur. *Ib. c. Obitum. & c. Fixum. Vide, Donatio num. 19.*

3. Episcopus non habens filios, aut nepotes, si alium relinquit hæredem, nihil potest ei relinquere de bonis Ecclesiæ, & nulla est donatio. Si verò filios, aut nepotes facit hæredes, neque istis potest aliquid E. dare, & isti tenentur ad indemnitate Ecclesiæ. *Conc. Agathen. cap. 33. supra.*

4. Episcopus donare non potest bona acquisita Ecclesiæ, post consecrationem, sed omnia sunt Ecclesiæ. *De peculio Clericorum cap. Ut unusquisque. Vide, Emerere, num. 8.*

5. Non potest facere hæreticum hæredem, neque Legatum ei relinquere. *Concilium Carthaginen. 3. cap. 13. Excommunicatur talia faciens, etiam post mortem talis declaratur. Concilium Africanum cap. 48. Vide, tit. 17. num. 6.*

6. Episcopus non habens hæredes, tenetur facere hæredem Ecclesiam. *Vide, Hæres. Vide, Donatio circa finem. Vide, Episcopus circa alienationem. Vide, Testamenta.*

LXVII. Episcopi circa excommunicatos ab aliis.

1. Episcopus non potest relaxare excommunicationem, vel aliam censuram, latam ab alio Ordinario, etiam sibi subjecto.

Nullus Episcopus solvat, quem alius Episcopus ligavit, quamdiu ille, qui ligavit, vixerit. Quòd si Episcopus, qui ligavit, obierit, & Successori visum fuerit, solvere ligatum, licebit facere, postquam causam, propter quam fuit excommunicatus, cognoverit, modò excommunicatus non fuerit propter blasphemiam, aut propter aliquod peccatum publicum, aut aliud simile.

P 2

Gen.

Concilium Nicæn. 1. ex Arabico. cap. 47. De offic. iud. ord. cap. Cum ab Ecclesiis. Vide, tit. 64. numero 7. Vide, Ligatus.

2. Episcopus sciens aliquem esse excommunicatum, si non vitat, priveretur communione Canonorum.

Si Episcopus aliquem excommunicaverit certa de causa, denunciaret vicinis Episcopis, per suas patentes litteras, ut excommunicatum denunciarent, & evitari, & tunc sine difficultate aliqua vicini Episcopi excommunicatum faciant publicè denunciari, & in Dicecesibus suis arctius vitari. Si vero Episcopi fuerint negligentes, & excommunicatis scienter communicaverint, tamdiu Cathedralium EE. Canonici, eis non communicent, quamdiu huic salubri Sanctioni contemperint obedire. *Concilium Germanicum. cap. 8.*

3. Episcopus non potest recipere, vel absolvere excommunicatos ab aliis, aliàs puniendos, & quomodo.

Genedius Episcopus dixit: Ergo rectè suggerunt Fratres Coepiscopi, ut qui merito facinororum suorum ab Ecclesia pulsus sunt, si ab aliquo Episcopo, aut Presbytero, vel Clerico fuerint in communione suscepti, refugientes sui Episcopi singulare iudicium etiam ipse pari cum crimine, teneatur obnoxius; ab universis Episcopis dictum est: Omnibus placet. *Conc. Carth. 2. cap. 7.*

4. Non potest communicare cum excommunicato ab alio Episcopo.

Placuit in reatum venire Episcopum, qui admonitus de excommunicatione cuiusque, sine reconciliatione ejus, qui eum excommunicavit, ei communicare præsumpserit, ut integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de iustitia, vel iniquitate excommunicationis, proximæ Synodo referentur. *Concilium Aransian. 1. cap. 11.*

5. Si communicat, deponatur.

Tengualdum Treverensem, & Primatem Belgicæ provincie, & Guntharium Agrippinæ Colonie Archiepiscopos, nunc coram nobis, & Sancta Synodo, &c. nihil se plus, vel minus, aut aliter egisse ore proprio, multis coram positis affirmantes, & sententiam, quam à Sede Apostolica in Engeltrudem, &c. petiverant emittendam, & nos Canonicè protuleramus, publicè se vivà voce violasse confitentes, in quibus omnibus invenimus eos Apostolicas, atque Canonicas Sanctiones in pluribus excessisse, & æquitatis normam nequiter temerasse. Omni iudicamus Sacerdotii officio manere penitus alienos, Sancti Spiritus iudicio, & Beati Petri per nos autoritate, Episcopatus exutos regimine consistere desinentes. *11. qu. 3. cap. Tengualdum.*

6. Episcopi, permittentes excommunicatos cum aliis communicare, vel in Ecclesiis intrare, excommunicantur à Papa.

Nuper, FF. charissimi, vobis scripta, quibus damnationem Theogualdi, & Guntharii, dudum Archiepiscoporum vestra notam fecimus Sanctitati, transmissimus. --- Insuper ad majorem suæ cumulum damnationis, Engeltrudam, &c. verum etiam à nobis, cum suis complicitibus & fautoribus jam anathematizate, adeo post sibi intimatam sententiam, in ipsam à nobis prolatam, favere consenserunt, ut in suis illam Dicecesibus degere, & EE. intrare, & cum fidelibus in locutione, & cibo, ac potu communicare permiserint, imò ut ipsi coram nobis, & Sanctæ Synodo sunt professi, licentiam ei, copiamque taliter converfandi tribuerint, & contra ipsos Nicænos Canones, quam nos abjecimus, ipsi receperint. --- Igitur, quia unum damnatorum, Guntharium scilicet, &c. nos ei, quia ita est ab Apostolatu nostro, & à Sancta Sede distinctum, nullò modo communicavimus, quin potius ab omni cum communione fidelium, cum participibus & fautoribus suis, Dei autoritate, iudicavimus penitus esse alienum. *Nicolaius I. in appendice. ep. 14.*

LXVIII. Episcopi quomodo puniendi.

Episcopi delinquentes prius per interdictum puniendi, postea per suspensionem ab officio, deinde per excommunicationem, & sic deinceps, nisi protervi sint & contumaces.

Si Episcopus, vel alia persona, quæ non sit de jurisdictione illius, in causa, quam ei delegamus, rebellis, aut contumax fuerit, secundum qualitatem facti, poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententiâ à iudice delegato compelli. Ita quòd iudex secundum negotii qualitatem temperare procedet, Episcopo, vel ingressum Ecclesiæ, vel Sacerdotale officium interdicit, aut etiam terram illius, quæ ad jurisdictionem suam pertinet, specialiter interdicto supponat. *De offic. iud. deleg. c. Sanè quia. Vide, Papa circa Episcopos. Vide, Decima Ecclesiæ à Laico.*

LXIX. Episcopus circa oblationes, seu eleemosynas Ecclesiarum.

1. Episcopus tenetur inter bona Ecclesiæ computare, omnia data à devotis. Concil. Agathen. c. 6. 12. qu. 3. c. Pontifices. Vide, Bona temporalia n. 9.

2. Potest Ecclesiis Parochialibus relinquere tertiam partem, quæ ex earum eleemosynis sibi debetur.

Ut si Episcopus tertiam partem, quam de rebus eisdem sanctione paternâ sibi debitam novit, aut ipsi E. cuius res esse patebit, aut alteri E. quam elegerit, conferre decreverit, & licitum maneat, & irrevocabile robur ejus sententia ferat. *Conc. Toletanum 9. cap. 6. 12. qu. 3. cap. ultimum.*

3. Episcopo olim dabatur tertia pars omnium oblatorum, & eleemosynarum Ecclesiæ, aliæ duæ Clericis. Concilium Aurelianen. 1. cap. 17. Concilium Toletanum. 1. in fragmentis cap. 20. Vide, Ecclesiæ tit. 37. n. 1. Concilium Emeritense. cap. 14. Vide, Eleemosyna num. 17.

4. Aliâ vice statutum fuit, ut Episcopo daretur quarta pars bonorum Ecclesiæ, aliæ verò fabricæ, Clericis, & pauperibus, ac peregrinis.

De redditibus Ecclesiæ, vel oblatione fidelium quid deceat, nesciente licere permittat, sed sola Episcopo ex his una portio remittatur: duæ Ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profutura, à Bonagro Presbytero, sub periculo suæ Ordinis ministrantur, ultimam inter se Clericis, pro singulorum meritis dividatur. Cui (id est, Gaudentio) hoc specialiter præcipimus, ut tres illas portiones, quas triennio dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat. *12. qu. 2. c. De redditibus. Simplicius ep. 3.*

5. Aliquando statutum fuerat, ut haberet medietatem omnium oblatorum. 10. qu. 1. cap. Antiquos. Vide, Defuncti tit. 6. num. 4.

6. Olim tertia pars decimarum omni annò dabatur Ecclesiæ, & in quarto annotata. Concil. Aurelianen. 1. cap. 17. Vide, Ecclesiæ. tit. 37. n. 1.

7. Episcopus non habens redditus, potest ex parochia hanc quartam accipere. Si verò habet, non potest. Concilium Parisiense 6. lib. 1. cap. 31. Vide, tit. 54. n. 9. Concilium Carpentorænsense cap. unic. Vide, Eleemosyna numero 16.

8. Quando potest de legatis petere portionem suam Episcopus, & quando non.

Quævisisti, cum quis in testamento relinquit Episcopo propriam portionem, & alia multa monasteriis, vel Ec-

Ecclesiis, utrum Episcopus ex illis legitimam petere possit portionem? *Et infra.* Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si portionem illam cum conditione legavit Episcopo, ut esset eâ solâ contentus, & Episcopus acceptavit, quia per hoc aliis renuntiâsse videtur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quòd si eam ipsi absolute reliquit, portionem sibi debitam poterit nihilominus de cæteris vindicare. Si verò constitit, quòd in fraudem modicum constitit mortuarium, ut in cæteris Episcopus portione debitâ fraudaretur, (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent) Episcopus ex illis portionem poterit exigere à Canone constitutam, salvis indulgentiis Romani Pontificis, quæ quidam regularibus sunt concessæ. *De testamentis cap. Offici. Vide, Eleemosyna. Vide, Oblationes.*

LXX. Episcopus circa Coadjutorem.

Vide, Episcopus infirmus. Vide, Coadjutor.

LXXI. Episcopus circa judicia faciendâ.

1. Episcopus olim non poterat iudicare causas Presbyteri, sine Episcopis vicinis: Diaconorum, sine aliis duobus: Clericorum verò, solus poterat iudicare. 15. qu. 7. cap. Si autem. ex Concilio Carthag. 3. cap. 8. Vide, causa tit. 2. n. 9. Nunc verò solus iudicat. Vide, Episcopi Jurisdictio. De consuetudine in 6. cap. Non est. Vide, Consuetudo numero ultimò.

2. Non poterat olim iudicare causas, sine Clericorum præsentia.

Nullus Metropolitanus Episcopus, absque cæterorum omnium Comprovincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, imò etiam causam in Synodo pro factò dabit. Nec reliquorum aliquis Episcoporum suorum Sacerdotum causas audiat, absque præsentia Clericorum suorum: quia irrita erit sententia Episcopi, nisi præsentia Clericorum confirmetur. *Adrianus I. in decretis cap. 14.*

3. Episcopus olim cum Capitulo debebat iudicare.

Assistant autem iudicio Diaconi & Presbyteri, qui citra acceptionem personarum, tanquam homines DEI iustè iudicent. Cum igitur utraque persona, sicut lex jubet, in iudicium venerit, stabit uterque disceptantium in medio iudicio. Quibus auditis, ferte sanctè & incorruptè suffragia, & date operam, ut antequam Episcopus pronuntiet, fiant amici, ne exeat Episcopi sententia super terram contra eum, qui deliquit, quia habet secum in Tribunali Christum DEI Filium, iudicii comprobatores & cognitores. *Lib. 2. consuetudinum Apostolicarum cap. 47.*

4. Non tenetur consilium Capituli petere in iudicando, puniendo, &c. De consuetudine in 6. cap. Non est. Vide, Consuetud. num. ult.

5. Episcopus spoliatus, quomodo potest iudicare spoliante & ejicientes. Vide, Episcopus spoliatus.

6. Potest compellere Parochum infamatum ad purgandum, nisi appellet. De purgatione Canonica. c. Nos inter. Vide, tit. 15. num. 48.

7. Episcopus puniens innocentes, quomodo puniendus. 11. qu. 3. cap. Episcopi. Vide, tit. 64. num. 2.

8. Non potest punire Clericum, convictum de crimine à iudice sæculari. Concilium Lateran. 3. in appendice tituli. De depositione capit. 4. Vide, Clerici titulo 35. numer. 8.

9. Episcopus sciens aliquod delictum alterius, solus non potest illum excommunicare.

Tomus II.

Et si excommunicat, alii abstineant ab ipso. 6. qu. 2. cap. Placuit. Vide, tit. 64. n. 10.

10. Potest procedere in causa, quando Delegatus Papæ non procedit. De off. iud. ordin. 6. Significavit. Vide, Delegatus tit. 2. num. 25.

11. Non potest iudicare in causa sanguinis, sed ad iudicem laicum remittere debet.

Respondemus, quòd si tales in tua jurisdictione sint, vel fuerint postmodum intercepti, pecuniariâ poteris eos poenâ multare, & etiam flagellis afficere, eâ tamen moderatione adhibita, quòd flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si verò fuerint ita super hoc graves Saracenorum excessus, quòd mortem, vel truncationem membrorum debeant sustinere, vindictam ipsam reserves Regiæ potestati. *Concil. Lateranense 3. parte 50. capit. 48.*

12. Episcopus non potest iudicare cum iracundia.

Nullis vita Præsulum perturbari debet excessibus motionum, quia valde indignum est, ut qui Throni DEI vocantur, levi motione turbentur, & qui debent esse arcæ iustitiæ, ipsi efficiantur seminarium litis atque rapinæ. Quomodo ergo huiusmodi iuxta Apostolum, irreprehensibiles erunt, qui non solum reprehensibilia faciunt, sed mortifera potius & execranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex Sacerdotibus, quòd omni gravitate Sacerdotalis Ordinis prætermissa, audientiam iudicii furore præveniant, & excessus solius inhonestæ motionis audire refugiunt, pro quibus eos oportuerat æquitatis iudicia sustinere. *Conc. Toletanum 11. c. 5.*

13. Episcopus faciens sustigari aliquem crudeliter, puniendus est, & quomodo. De Clerico percussore c. Præterea. Vide, tit. 34. num. 3.

14. Episcopus injustè iudicans, graviter est puniendus.

Si verò inficius ab huiusmodi perpetracione claruerit, &c. & si querela ejus veritate fulcitur, & in Episcopo ejus Victore, qui contra DEUM & Sacerdotale propositum tantum committere nefas non metuunt Canonici vigoris ita districtio teneatur, ut ex distinctione vestra, quam sit iniquum, quòd fecit, intelligat, & hic suo Ordini reformetur; quia satis perversum, & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, ut frustra pro quorundam voluntaribus quis privetur, quem sua culpa, vel facinus, ab officio, quòd fungitur, gradu non dejicit. *Gregorius I. lib. 10. ep. 8.*

15. Episcopus incipiens inquirere de aliquo delicto, si delinquens opponit se esse absolutum, vel si condemnans aliquem, hic opponit, se habuisse gratiam, potest ut delegatus Papæ prosequi inquirendo de veritate, vel subreptione, & usque dum non constat de veritate, gratiam non admittat. Concil. Irid. sessio. 13. De reform. cap. 5.

16. Episcopus privans aliquem ministeriò, vel claudens templâ, ex passione, talionis poenâ puniendus est. Conc. Nicænum 2. cap. 4. Vide, tit. 49. n. 1.

17. Non potest iudicare de negotiis sæcularibus.

Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, & summò studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias, ne fidei iussor existas, ne advocatus licium fias, neve in ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii, occasionem perplexus. Neque enim iudicem, aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis Verbo DEI vacare, & secundum veritatis regulam, fecerere bonos à malis. *11. qu. 1. cap. Te quidem.*

P 3

18. Epi

18. Episcopus aliquando potest institui iudex à Principe seculari, & quomodo.

Sapè Principes, contra quoslibet majestatis obnoxios, Sacerdotibus negotia sua committunt. Quia verò à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant Regibus fieri iudices, ubi iurejurando supplicii indulgentia præmittitur, non ubi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo Sacerdotum, contra hoc commune consilium, discissor in alienis periculis existerit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum. 23. questione 8. capit. Sapè Principes.

19. Non potest Ecclesias interdiceret, vel censuras ferre, absque ordine judiciario. *Concilium Lateranense 3. in appendice tit. De simonia capit. 7. Vide, Censura numero 11.*

20. Episcopus non iudicò, sed proprià auctoritate repetens res suas, vel Ecclesiæ, quomodo est puniendus.

Placuit, ut quicumque Episcopi quascunque EE. vel plebes, quas ad suam Cathedram existimant pertinere, non ita repetierint, aut causas suas Episcopis iudicantibus agant, sed aliò renitente irruerint; siue volentibus, siue nolentibus plebibus, cause sue detrimentum patiantur. 16. questione 6. capit. Placuit. & capit. Consuetudo. Vide, Defendere num. 3.

21. Non potest iudicare non subditos, nec alienam Diocesim. 9. quest. 2. cap. Nullus alterius. & cap. Nullus Primas, &c. Vide, Archiep. tit. 3. num. 11. & supra tit. 16. n. 1. Vide, Episcopi.

22. Episcopus, si recusatur in iudicio, dare potest delegatum, non suspectum partibus. *De foro competenti. c. si quis contra. Vide, tit. 62. n. 13.*

23. Episcopus loci delicti iudicat delinquentem externum. Sed Episcopus loci domicilii, vel beneficii, exequitur privationem, si hæc fiat sententia. *De foro competenti c. Posulasti. Vide, Beneficium tit. 48. n. 1.*

LXXII. Episcopus accusans aliquem, ejusque testimonium, si solus deponit.

1. Episcopus accusans probare tenetur, quod dicit.

Episcopus, si Clerico, vel Laico crimen impegit, deducatur ad probationem in Synodum. *Conc. Carthaginense 4. cap. 29. 6. questione 2. capit. Episcopus.*

Si tantum Episcopus alicui sceleris se conscium novit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem ejus, secretis correptionibus elaboret. Quod si forte correptus pertinaciter fuerit, & se communioni publicè ingesserit, etiam si Episcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus (licet ab iis, qui nihil sciunt, se cedere ad tempus pro personæ majoris auctoritate jubeatur) ille tamen quamdiu nihil probare potest, in communionem omnium, præterquam ejus, qui eum reum iudicat, permanebit. *Ibidem. cap. Si tantum. & Concil. Vasense 2. cap. 8.*

2. Episcopo testanti, quod solus ipse scit, credendum non est. *Conc. Carthag. 7. cap. 5. African. c. 99. & q. 7. c. Placuit. Vide, uti tit. preced. num. 9. Concilium Vasense 2. cap. 8. 6. questione 2. c. Si tantum. sup.*

LXXIII. Episcopus, quoad depositiones aliorum.

1. Episcopus solus potest deponere Clericum.

Lib. 8. Constitutionum Apostolicarum. capit. 28. Vide, tit. 18. n. 1.

2. Alios ordinatos solus Episcopus non potest deponere. *Concilium Hispanense 2. cap. 6. Vide, Clerici titulo 41. num. 6.*

3. Quando solus, & quando cum aliis Episcopus debet degradare. Vide, *Degradatio.*

LXXIV. Episcopus, quoad collationem beneficiorum, jurium patronatorum, &c.

1. Episcopus conferens curam animarum alicui, non habenti 25. annos, vel ignaro, vel malis moribus, privatur potestate conferendi, per tres annos.

Clerici sanè, si contra formam istam quencquam elegerint, & eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennid noverint se suspensos. Dignum est enim, ut quos DEI timor à malo non revocat, Ecclesiastica saltem coërceat severitas disciplina. Episcopus autem, si contra hæc fecerit, aut consenserit fieri, in conferendis prædictis officiis, & beneficiis, potestatem amittat, & per Capitulum, aut per metropolitanum (si Capitulum concordare nequiverit) ordinetur. *De electione. c. Cum in cunctis. §. Clerici.*

2. Episcopus conferens alicui præbendam, quam non potest, tenetur postea dare ei aliam, & nulla alia collatio valet, nisi detur ei primò.

Supradicto Episcopo dedimus in præceptis, ut donec idem Magister in eadem Ecclesia fuerit præbendale beneficium assecutus, nulli alii præbendam assignare præsumat: Quod si forte præsumpserit, id irritum decernimus & inane. Decet enim, ut quia præbendam ei, quam de jure non potuit, assignavit, eam, quam de jure potest, assignet: ne præbendam ei fraudulenter vilis sit assignasse. *De præbendis. c. Inter cetera.*

3. Episcopus non potest differre ultra duos menses in danda Ecclesiæ, seu beneficio ei, qui est legitime præsentatus, si est idoneus, nisi adsit causa.

Cum secundum Apostolum avaritia (quæ est idolorum servitus) Episcopos, aut alios DEI ministros servire non conveniat, ad tantam pestem radicè evellendam, statuimus, ut si aliquis ad E. aliquam nullò contradicente præsentetur, Episcopus præsentatum ipsum, dum tamen idoneus sit, nequaquam admittit differat ultra duos menses: alioquin quidquid ex eadem E. post factam præsentationem fuerit fortè decreptum, illi, cum institutus fuerit, restituitur, quatenus fructus illi ad Episcopum pervenerint, & id in Archidiaconis, si per eos steterit, observetur, nisi causam rationabilem, cum super hoc fuerit requisitus ab eo, quare eum non admiserit, infra tempus in hoc Concilio diffinitum. *Conc. Oxoniense. 1. c. 1.*

4. Episcopus potest repellere præsentatos à Patronis, si non sint idonei. *Concil. Tridentinum sess. 25. De reformatione capit. 9.*

5. Episcopus non perdit jus instituendi, per hoc, quod jus Patronatus transit ad exemptos. *De jure patronatus capit. Cum seculum. Vide, titulo 56. n. 14.*

6. Episcopo concedente Ecclesiam, de consensu Patroni, hic intelligitur concedere jus patronatus. *De donationibus capit. Pastoralis. Vide, Donatio numer. 20.*

7. Providere potest de rectore, si ii, ad quos spectat, in tempore statuto non conferunt, vel non præsentant, non obstante ratione.

De

De supplenda negligentia c. finali. Vide, Beneficium titulo 9. numer. 2.

8. Potest item providere, si conferens dedit indigno. *Ibidem. cap. Litteras. Vide, Ibid. num. 5.*

9. Episcopus tenetur admittere præsentatum à Patrono, si est idoneus.

Si Episcopi, post promotionem suam, præsentationes personarum ad EE. à Patronis earum, pro EE. sibi commissis, adepti fuerint, personæ idoneæ, quas ad eas vacantes præsentaverint, sunt admittendi. *De jure Patronatus cap. Significasti.*

10. Episcopus malitiosè recusans admittit præsentatum idoneum, tenetur providere illum de beneficio competenti.

Dicimus, quod institutio præsentati secundò loco, à Laico Patrono robur obtinet firmitatis. Verumtamen constituitur, ut Episcopus, qui præsentatum idoneum malitiosè accusaverit, remittere ad providendum eidem in competenti beneficio compellatur, quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse. *Ibidem c. Pastoralis.*

11. Episcopus providet, si Patroni non præsentant in tempore.

Si verò ordinatio alicujus Ecclesiæ ad tuam institutionem spectat, & pro controversia Laicorum, de jure patronatus inter se disceptantium, prorogatur: fas tibi sit, appellatione remotà, in eadem personam idoneam instituire, ita quod repræsentetur ab eo, qui jus evicerit Patronatus. *Ib. cap. Si verò. Vide, Patronus.*

12. Episcopus semper instituit factà præsentatione de idoneis examinatis. Nec potest suspendi institutioni Rectoris, factò examine, licet appelletur ad Legatum, vel Papam. *Conc. Trid. sess. 24. De reform. c. 18.*

13. Episcopus potest providere, si lis patronorum intrà quatuor menses non finitur, & hoc sine præjudicio eorum. Sed si intrà sex menses non finitur, absolutè providet.

F. t. mandamus, quatenus, si de jure patronatus questio emerferit inter aliquos, & (ab eo, cui competit, infra quatuor menses non fuerit diffinitum) ex tunc E. ipsam de persona non differas idonea ordinare, ita quod illi ex hoc non debeat impostum præjudicium generari, qui jus evicerit patronatus. *De jure patronatus cap. Cum propter.*

Illas autem EE. de quarum patronatu controversia fuerit, si infra sex menses, postquam vacaverint, non fuerit controversia terminata, licitum tibi sit de persona idonea ordinare. *Ibid. capit. Eam te.*

14. Episcopo faciendà est à patrono præsentatio, ut fiat institutio beneficiati. *Concilium Tridentin. sess. 14. De reform. capit. ultimò.*

15. Episcopus admittens scienter præsentatos simoniacè, privatur perpetuò collatione beneficiorum.

Episcopi verò & Archidiaconi, qui talibus scienter eorum animarum commiserint, ab institutione & collatione perpetuò sint suspensi. Statuimus etiam, quod nullus Clericus ad curam animarum ab Episcopo vel Archidiacono admittatur, nisi prius juraverit, quod nullam in ademptione beneficii, ad cuius curam præsentatur, commiserit simoniam. *Concilium Germanicum cap. 11.*

16. Episcopo statim nuntiandum à Rectoribus & aliis, quando vacant beneficia. *Concilium Ravennatense 4. sub Joanne XXII. capit. 7. Vide, Beneficia. tit. 3.*

17. Episcopus, mortuò Parochò, vel renuntiantie etiam in curia, debet statim de Vi-

carlo idoneo providere, cum congrua provisione, usque dum de successore provideatur, etiam si sit reservata talis Ecclesia, vel affecta Cardinali, Abbati, Capitulo, &c. *Concilium Trid. sess. 24. De reform. cap. 18.*

18. Potest unire beneficia, siue curata, siue non, siue reservata, siue aliter affecta, ob paupertatem Curatorum, & alios casus à jure permittos, sine præjudicio tamen obtrinentium. *Concil. Trid. sess. 25. De reform. c. 5. Et illæ uniones non possunt revocari, sed perpetuæ sunt.*

19. Episcopus potest transferre beneficia, quando Ecclesiæ sunt diruta, ad alias, vocatis illis, qui habent interesse, etiam si sint jura Patronatus, cum eisdem fructibus & oneribus. *Conc. Trid. sess. 21. De ref. c. 7.*

20. Episcopus cognoscere potest, ut Delegatus Papæ, de unionibus beneficiorum ad jura Patronatus, eaque dividendo reducere ad primum statum. *Concilium Trid. sess. 25. De ref. cap. 9.*

21. Episcopus beneficia vacantia in suis mensibus, potest dare, non quæ vacant in mensibus Papæ. Qui menses sunt Episcopi, Vide, *Menses. Vide, Papa.*

22. Si residet, habet sex menses, si non, quatuor tantum. Vide, *Ibidem.* Vide, *Beneficia à quo conferenda. Vide, Beneficiorum unio.*

LXXV. Episcoporum ordo & præcedentia.

1. Post R. P. locum primum obtinet Patriarcha Constantinopolitanus. *Concilium Constantinopolitanum 1. c. 5. Vide, Constantinopolitana num. 1. Vide, Patriarcha.*

2. Episcopi in Conciliis, in sedendo, &c. servant ordinem antianitatis in consecratione.

Sed illud scimus, inviolatè semper mansisse Ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus Fratrum prioribus suis se aliquando auderet antepone, sed officiis charitatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus gratanter semper acciperetur, &c. Sed & communis hæc causa est, quam insinuavit Frater & Confacerdos noster, ut unusquisque nostrum ordinem sibi decretum à DEO cognoscat, & ne posteriores anterioribus se præferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. *Concilium Africanum cap. 53. Vide, Episcopi quoad Concilia.*

3. Episcoporum præcedentia & ordo in Capella Papali. Vide, *Capella Papalis.*

LXXVI. Episcopus consulens magos, sortilegos, &c.

1. Episcopus consulens magos, &c. privandus est officio. 26. qu. 5. cap. Si quis Episcopus. Vide, *Clerici. tit. 33. num. 1. cap. Aliquantum. Vide, Arioli. n. 2.*

2. Episcopus tenetur punire magos, maleficos, &c. *Gregorius I. lib. 12. ep. 13. Vide, tit. 15. n. 10. Vide, Heretici. Vide, Magi. Vide, Sortilegi.*

LXXVII. Episcopus, quodam quasdam caeremonias, Benedictiones, Reliquias, &c.

1. Episcopus ferens Reliquias, non est portandus in sella. Alias suspenditur à Missa.

Et idè antiqua in hac parte & solemnitas consuetudo servabitur, ut in festis quibusque diebus Arcam Domini cum reliquiis non Episcopi, sed Levitæ in humeris gestent, quibus & in veteri lege onus idem impositum novimus esse præceptum. Quod si & Episcopus Reliquias per se deportare elegerit, non ipse à Diaconibus in sella vehatur, sed potius pedissequa una cum populis progressionem procedente, ad conventicula Sanctarum EE. Sanctæ DEI reliquiæ per eundem Episcopum portabuntur. Jam verò qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quamdiu in hoc vitio fuerit, à Sacrificando cessabit. *Conc. Brachar. 3. c. 6.*

2. Episcopi omnes utuntur baculo, excepto Romano. *De Sacra unctio. c. unico. §. ultimò. Vide, Baculus. n. 1.*

3. Episcopi memoria fiat in omnibus orationibus EE. *Concilium Nicanum 1. ex Arabico. capit. 64. Vide, Episcopalis. num. 34.*

4. Episcopus transiens per loca Diocesis, dat Benedictiones populis, qui eum vident, & populi genu flectunt. *Concilium Ravennaten. 3. Post Clementem V. c. 6. Vide, Campana. num. 5.*

5. Episcopus transeunte per loca Diocesis campanæ sunt pulsandæ per omnes EE. etiam per monasteria. *Concilium Ravennaten. 3. Post Clementem V. capit. 6. Vide, Ibidem.*

6. Visitaturus Episcopus quo ritu suscipiendus est. *Vide, Episcopus quodam visitationem.*

7. Episcopus veniens ad celebrandum solemniter, ad Ecclesiam deducatur, & reducatur à Canonicis.

Episcopum ad celebrandam, vel audiendam Missam, ad aliæ Divina Officia solemniter venientem, Canonicis deducant, & reducant. *Concilium Mediol. 1. part. 2. tit. De missa. solem.*

LXXVIII. Episcopalis Sedes, quando transferri potest in alium locum.

Episcopalis Sedes transferri potest ex uno in alium locum, quando hic est tutior ab hostibus.

Temporis qualitas admonet, Episcoporum Sedes antiquis certis civitatibus constitutas, ad alia, quæ securiora putamus, eisdem Dioceseos loca transponere, quò & habitatores nunc degere, & barbaricum possint periculum facilius declinare. Propterea te Joannem, Fratrem Coepiscopumque nostrum Vellitrensis Civitatis, sedemque tuam in loco quondam Haretana ad Sanctum Andream Apostolum præcipimus exinde transmigrari: quatenus & ab hostilitatis incurfu liberior existere valeas, & illic consuetudinum solemnium festa disponas. *Gregorius I. lib. 2. ep. 11.*

LXXIX. Episcopi Græci.

Vide, Græci.

LXXX. Episcopi circa probationem miraculorum.

Episcopi facturi processum de miraculis alicujus defuncti cum opinione sanctitatis non procedant, nisi prius postulator probet,

fuisse servatum decretum Urbani VIII. editum die 2. Octobris 1623. De imaginibus, laureolis & tabellis non apponendis ante sepulchrum talis defuncti. *Urbanus VIII. Constit. 22. in appendice 1. aliis 132.*

LXXXI. Episcopo moriente, ejusque funus, &c.

1. Episcopo moriente de rebus ipsius E. nullus quidquam præsumat invadere.

Hoc etiam placuit, ut Episcopo ab hoc sæculo (jubente Domino) accessit, Clerici ab omni omnino suppellectili, vel quæcunque sunt in domo Ecclesiæ, vel Episcopi, in libris, speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re, rapaces manus abstineant, & nihil latronum more diripiant. Qui si nec Canonum autoritate prohibiti fuerint, omnia quæ pervaserint, Metropolitanis, vel omnium Comprovincialium Sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum redintegrare cogantur, ut nihil Antistiti, vel dispensatori futuro necessarium sub hac iusta constitutione depercat. *Concil. Valentinum 2. cap. 2.*

2. Episcopi mors per totam Diocesim significari debet.

Quando moritur Episcopus, debent Chorepiscopus & Archidiaconus præire funeri, ut si filii præeant funeri patris; quando verò aliquis horum moritur, debet præire Episcopus, ut si pater præeat filiis mortuis, & legantur in funere ea, quæ Doctores & Sancti Patres spirituales de oratione constituerunt, intersintque funeri omnes subiecti eis: siquidem vocabantur eorum omnium Patres, & nuntiatur de morte eorum omnibus EE. & monasteriis illius parochiæ, ut fiat oratio pro eis. *Concil. Nicanum. 1. Ex Arabico. cap. 65.*

3. Quæ pompæ ejus funus faciendum.

Episcopus, qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus occurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore positum, admonitus, visitare non differat, ut aut de relevatione Consacerdotis amplius gaudeat, aut certè de ordinatione domus suæ fratrem admoveat, ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem à sæculo, post obitum in ejus commendatione sacrificium DEO, mox sepulture tradat diligentissimè, & superius constituta Canonice non differat adimplere. Si autem antistes repente obitu decesserit, & Conlimitanei Sacerdotes (ut fieri solet) de longinquo minime adesse poterint, unò die tantum cum sua nocte exanimatum corpusculum Sacerdotis maneat, nec sine Fratrum ac Religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione servatum, à Presbyteris cum omni diligentia in loco conditum deorsum non statim humetur; sed honorificè commendetur, donec sine mora invitato undecunque Pontifice Sacerdotis corpus ab ipso (ut concedit) solemniter tumuletur, ut & injuriæ tollatur occasio, & mos antiquus in sepeliendis Sacerdotibus observetur. *Concil. Valentinum. 2. c. 4.*

4. Episcopo vicinior facere debet exequias defuncti. Intra Octavas defuncti faciendæ exequiæ.

Episcopo è corpore recedente, vicinior illi accedat Episcopus, qui ex more exequiis celebratis statim E. ipsius curam districtissimè gerat, nè quid ante ordinationem futuri Pontificis, hiantium Clericorum subversioni, vel direptioni jam liceat, ita ut directis hominibus inspectio certior, & descriptio fidelissima (si fieri potest) intra octavas defuncti, sub diligentia præsentis Episcopi peragatur. *Concil. Valentinum cap. 2.* Nullus Episcopus ad sepeliendum Episcopum venire consuetà occasione distimulet, nè cujuslibet corpusculum diutius inhumatum, negligentia interveniente, solvatur. Is verò Episcopus, qui defunctum advenerit sepelire, præter expensam necessariam nihil pretii pro fatigatione deposcat. *Concil. Avellanen. 2. cap. 5.*

U.

Ut Episcopus, qui ad sepeliendum Episcopum venerit, convocatis Presbyteris in unum, domum Ecclesiæ adeat, descriptamque idoneis personis custodiendam, sub integra diligentia derelinquat, ut res E. ullorum improbitate non percat. *Ibid. cap. 6.*

5. Episcopus moriens, Pontificalibus induatur, & sic sepeliatur. *Conc. Ravenn. ut infra.*

6. Missa solemnitas in omni E. Cathedrali & Conventuali; omnes Coepiscopi Provinciae faciant pro eo celebrare 30. Missas, quilibet per 30. dies: & pauperes alant in quolibet ex iis diebus.

Quia secundum Apostolum, qui bene præsentem Presbyteri, duplici honore habendi sunt digni, in vita scilicet & in morte; Statuimus, & firmamus, quòd quando contigerit, aliquem Comprovincialium Episcoporum, præsentium, vel futurorum, de hac luce, DEO vocante, migrare, induatur Pontificalibus, & eum eisdem solemnibus exequiis præcedentibus, cum solemnibus Missis pro defuncto, sepeliatur, & quam citius fieri poterit, cæteris comprovincialibus Episcopis ipsius obitus intimetur, per Capitulum ipsius E. Cathedralis, ut orent pro Episcopo defuncto. Et quilibet Coepiscoporum dici faciat 30. continuas Missas, à die notificationis obitus ipsius, usque ad trigesimum diem, & relictis quolibet die tres pauperes, & in quolibet E. Cathedrali & Conventuali una Missa pro ipsius animæ expiatione celebrare solemniter. *Concilium Ravennat. 2. sub Clemente V. capit. 2.*

7. Quolibet anno celebretur anniversarium omnium Episcoporum defunctorum. *Concil. Ravennaten. 2. ut supra. cap. 3. Vide, Anniversarium. n. 2.*

8. Episcopo moriente, successori conserventur res.

Illud, quod in sacro Calcedonenſi Concilio constitutum est, irrefragabiliter conservari præcipimus, ut videlicet decedentium bona Episcoporum à nullo omnino hominum diripiantur, sed ad opus Ecclesiæ & successoris sui in libera æconomi & Clericorum permancant potestate. Cesset igitur de cætero illa detestabilis & sæva rapacitas. Si quis autem amodò hoc attentate præsumpserit, excommunicationi subaceat. Qui verò morientium Presbyterorum vel Clericorum bona rapuerint, simili sententiæ subaceant. *12. q. 2. cap. Illud quod. ex Gregorio I. lib. 3. ep. 11.*

9. Episcopo mortuo executor intestatò, Ecclesia succedit in integrum.

Sic ubi defunctus fuerit Episcopus intestatus: Post defunctionem ejus à Presbyteris & Diaconis de rebus ipsius inventarium fideliter conscribat à minimo usque ad maximum, id est, de utensilibus, vel de omni suppellectili; ita tamen, ut si quis exinde vel præsumpserit aliquid, vel occultè fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universa. *12. q. 5. cap. Sic ubi. Concil. Tarraconen. c. 12.*

Quicumque ex gradu Ecclesiastico sine testamento & sine cognatione decesserit, hæreditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservit, devolvatur. Similiter de Sanctimonialibus. *Ibidem. cap. ultimo.*

10. Episcopo mortuo cum debitis, successor debet solvere de redditibus Ecclesiæ.

Quia verò decet vos pro utilitate Ecclesiæ & incremento diligentes & vigilantes existere, dignitati vestræ mandamus, quòd si contigerit, eundem Episcopum ante solutionem debitorum, quæ pro utilitate & necessitate E. sibi commissæ contraxerit, ex hac luce migrare: de redditibus, qui spectant ad mensam ejus, donec alius locò ejus substituat, eadem debita solvere studeatis. Quò substitutò, Episcopum ad eorumdem debitorum solutionem omnino adducetis, & sicut filius debita patris, ita Prælati sui prædecessoris, pro necessitate Ecclesiæ contracta, teneatur persolvere. *Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. De alienatione. cap. 9.*

11. Episcopi defuncti bona per inventarium nocentur.

Ut defunctò Antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus Clericorum, cujuslibet Ordinis, officii, gradusve sit, quicquam de domo præsumat, vel quod de utilitate instrumenti domus esse agnoscat, id est, mobilis & immobilis rei Ecclesiasticæ conetur invadere, nihil furtò, nihil dolò supprimens, auferens, atque abscondens, sed is, cui domus commissa est, subjunctis sibi cum consilio unò vel duobus fidelissimis Clericis, omnia usque ad tempus Pontificis substituendi debeat conservare, & his qui in domo inveniuntur Clericis, consuetam alimoniam administrare. *Concil. Illerdense. cap. 16. §. 12. q. 2. cap. Hæc hujus placiti. Concil. Valentinum. 2. cap. 2. Avellanen. cap. 5. §. 6. Vide, supra. num. 4. Concil. Tarraconen. cap. 12. supra n. 9. Greg. I. Lib. 3. ep. 11. Idem. ac cap. Illud quod. 12. q. 2. supra num. 8.*

12. Clerici diripientes ejus bona, officio privantur, excommunicantur.

Id communi decreto sancimus, ut cum Pontificem mori contigerit, Episcopus qui ad humanandum corpus ejus advenerit, de scriptis, thesauris, atque ornamentis omnibus, si locuples decedentis Ecclesiæ fuerit, non amplius quam libram auri in rebus, quibus ei placuerit, exceptis ornamentis Ecclesiæ, cum gratia offerentium auferre perentet. Si verò minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet. -- -- Porro Breve descriptarum rerum sub fidelis relatione hic, qui descriptis, dirigere Metropolitanò curabit. Metropolitanus autem ex eadem morientis E. nihil prorsus auferre præsumat, sed solam, quæ ad eum pertinent, curam salutarem impendat. *Concil. Tolosanum. 9. cap. 9.*

Non licere Clericis, post obitum sui Episcopi, res ad eum pertinentes diripere. Quòd si hoc facere tentaverit, graduum suorum periculo subacebit. *Concil. Aquigranense sub Ludovico Pio. cap. 88. 12. q. 2. cap. Non liceat Clericis. Concil. Formatiens. 1. cap. 75.*

Nè aliquis Clericus res Episcoporum, vel Clericorum in vita, vel post mortem eorum diripiat, vel in usus proprios conferat. Quòd si quis fecerit, anathematizet, & dictum est ab omnibus: Fiat. *Concil. Claravmontanum. cap. 31. Leo IX. constit. 1. Quia aurore DEO.*

13. Episcopi defuncti bona tangere non possunt hæredes & consanguinei, sine licentia Metropolitanis, vel expectent successorum, qui eis assignent, quæ sunt sua. Alias puniantur, ut invasores.

Simili quoque modo parentibus & propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, ut sine Metropolitanis vel Comprovincialium Sacerdotum consensu nihil de rebus defuncti occupare pertentent, nè forte cum hæreditariis rebus etiam aliqua ad E. pertinentia, vel permixta, usurpent, sed usque ad ordinationem futuri expectent Antistitis, aut certè (si longum fuerit) ad Metropolitanis (ut dictum est) ordinationem recurrant. Si quis autem immemor Divini timoris, contra hæc sancta synodica Clericis quibusque vel Latius venire improbâ mente tentaverit, & communionem & consortiò privetur Ecclesiæ, &c. Si autem rationabiliter, modestèque unusquisque reperit, quòd sibi jure debetur, et absque alia animadversione à Metropolitanò, vel cui injunxerit, aut res, aut ratio non negetur. *Concil. Valentinum. 3. cap. 3.*

14. Episcopo mortuo, nullus alius consecrare potest Altaria in ea Civitate, sub pœna suspensionis à Missa per annum.

Ut in Civitate, ubi Pontifex jure humanæ conditionis obierit, nullus Episcopus ante substitutionem deputati per ordinem successoris, aut in Civitate, aut per Parochias ordinare Clericos, aut Altaria audeat consecrare, vel quidquam de rebus E. præter humanitatem præsumat auferre. Quòd si quisquam temerariò ausu statuta transgesserit, conventus ab Instituto

Pon-

Pontifice, veremendie suae consulens, sine dilatione ablata restituat. Si vero suae voluntatis arbitrio, vel quorumcumque precibus actus, quamcumque personam promovere, aut contra interdictum ire praesumpserit, annò integrò Missas facere non praesumat. *Concil. Aurelianense s. c. 8. Ex Synodo Chalcedonensi cap. 24.*

15. Episcopo mortuo, Ecclesia non vacet Pastore, ultra tres menses.

Ut post mortem Episcopi non liceat Episcopatum esse sine pastore, supra menses tres, nisi talis necessitas grandis evenerit, ut hoc nullò modò aliter fieri possit: praecipue ad proximum synodum, cum evenerit, Episcopus ordinetur. *Concilium Verneuse cap. 17.*

16. Episcopo mortuo, nullus dicat malum de illo, & poena.

Decernimus, ut nullus subjectus decedentem detrahat Episcopum, nullus de eo derogat, nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere praesumpserit, si Presbyter fuerit, tribus mensibus ab Episcopo suo sub poenitentia relegatus maneat, si Diaconus, quinque, si Subdiaconus aut Clericus, vel quilibet Religiosus de majori gradu, &c. novem; si minimi fuerint, qui levi corde sint, minimaeque adhuc personae, quinquagenis flagellis iustione feriantur Episcopi: quòd si Laicus, quamvis ingenuus, in domo Ecclesiae tamen nutritus, & ab E. rebus dignitatis gratia praeditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, pro tali excessu excommunicationis sententia ferendus erit; si vero de familia Ecclesiae fuerit quisque, (quia & in his discretionis est gradus) si major fuerit, qui dignitate polleat, sex mensibus ab Episcopo suo excommunicatus maneat: inferior tamen, aut minima persona, disciplinam mereatur, juxta quod Episcopi sui processerit sententia. Dignum est etenim, ut cui in vita honor fuit impensus, post mortem detractionis subtrahatur stimulus. *Concil. Emeritense. cap. 17.*

17. Pro Episcopo mortuo, quamdiu, & à quo faciendum est anniversarium. Vide, Anniversarium. Vide, Ecclesia vacante. Vide, Funus Episcopi. Vide, Moriens. Vide, Spolia.

LXXXII. Episcopus circa alienationem bonorum Ecclesiae.

1. Episcopus non potest alienare bona Ecclesiae. Irrita est alienatio.

Episcopi qui nihil ex proprio suo Ecclesiae Christi compensaverunt, hanc Divinam sententiam metuunt, & liberos ex familiis Ecclesiae ad condemnationem vitam facere non praesumant. Impium est enim, ut qui res suas Ecclesiae Christi non contulit, damnum inferat, & jus Ecclesiae alienare intendat. Tales igitur liberos successor Episcopus absque aliqua oppositione ad jus Ecclesiae revocabit, quia eos non aequitas, sed improbitas absolvit. *Conc. Tolet. 4. cap. 67.*

Canonica censura decernit, ut res Ecclesiae, nisi ob nimias necessitates, quas describit, nemo distrahat. Quòd si quisquam imminente nimia necessitate, inconsulto Primato Provinciae, aut certe majori urgente necessitate, non adhibitis testibus vicinis Episcopis, id facere attentaverit, ita Canonico iudicio percellitur, scilicet, ut amissò honore reus DEO & Concilio teneatur. --- De non alienandis vero rebus Ecclesiasticis Papa Symmachus in decretis suis inter caetera ita scribit: Sancimus, &c. *Vide, sub verbo Ecclesia. tit. 39. num. 2. Concilium Parisien. 6. lib. 1. cap. 17.*

Res in Episcopatu acquisitas Sacerdotibus nulla est alienandi licentia. *12. qu. 2. cap. Res in Episcopatu.*

Monemus, & irrefragabiliter affirmamus, ut nullus Episcoporum, vel Sacerdotum, rem tituli sui usurpare praesumat. Sed neque salarium à Christianis Sanctis locis oblatum, causa amicitiae, vel timoris, aut muneris pertinet auferre, nè Ecclesia DEI ad nihilum redigatur. Quòd qui facere praesumpserit Episcopus,

vel Sacerdos, Canoniam sine dubio subeat ultionem, & quod Ecclesiae injustè ablatum est, reddere compellatur, ita ut deinceps nullas vires pro his ad litigandum, vel possidendum habere possit. *Ibidem. cap. Monemus.*

Quisquis Episcopus, vel Abbas inventus fuerit, de salariis Episcopii vel Monasterii transferre quidquam in Principum manus, vel etiam alii personae conferre, irritum sit, quòd datum esse constiterit, secundum Canonem SS. Apostolorum, qui dicit: (Omnium Ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat solitudinem, & dispense eas, tanquam DEO contemplante: non liceat autem ei fraudare quidquam ex illis, vel cognatis propriis donare, quae DEI sunt; quòd si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur, sed non sub horum occasione, quae sunt Ecclesiae, defraudentur.) *Ibidem. cap. Quisquis. ex Concil. Epam. cap. 7. Ibidem. cap. Quidquid. Vide, Alienare. tit. 2. n. 1. qu. 2. cap. Casella. Vide, Ibidem. tit. 1. n. 6. extra de rebus Ec. non alienandis. c. Ambrosio. Vide, in Bullario.*

2. Ob captivorum redemptionem potest ca alienare.

Decernimus, ut Episcopo vendere, vel utcumque alienare vasa, aut vestes sanctas, aut alias rusticas possessiones venditare non liceat, nè propter hoc Ecclesiastici redditus laedantur, quos ad propriam utilitatem, & ob eam pauperum, & peregrinorum sustentationem esse definimus, nè etiam per Emphyteusim salaria EE. tribuere possit, excepta causa olim ab antiquis Canonibus ordinata, videlicet in redemptionem captivorum. *Concilium Constantinopolitan. 4. cap. 15.*

3. Episcopus alienans bona Ecclesiae privatur honore, ut laico. Concilium Luense 2. cap. 14. 10. qu. 2. cap. ult. Si quis Episcopus. Vide, Alienare. tit. 1. num. 7.

4. Non potest alienare fundos, seu contractus, ex quibus pauperes vivunt. 10. qu. 4. cap. Casellas uti supra num. 1.

5. Episcopus sine consensu Capituli non potest Ecclesias aliis Ecclesiis concedere. De his, quae fiunt à Praelato, &c. cap. Tua nuper. Ibidem cap. 1. Irrita erit. & cap. Cum Apostolica. Vide, Alienare tit. 2. num. 2. De donationibus cap. Fraternalitatem. Vide, Capitulum tit. 1. num. 18.

6. Non potest sine consensu Capituli concedere monasteriis EE. Parochiales, etiam si adsit consensus Patroni. Ibid. cap. Pastoralis. Sed cum consensu potest. Ibid. Vide, Donatio num. 20.

7. Episcopo concedente monasterio, &c. Ecclesiam de consensu Patroni hic intelligitur concedere jus patronatus. Ibid.

8. Episcopus dare non potest Religiosis domibus quinquagesimam, aut centesimam cum gravi damno suae Ecclesiae. De donationibus cap. Apostolica. Vide, Donatio num. 12.

9. Episcopum cogentes ad dandum bona Ecclesiae in Emphyteusim, quas poenas incurrun, & nulli sunt contractus. Vide, Episcopus circa immunitatem Ecclesiae. Vide, Alienatio. Vide, Ecclesiae bona. Vide, Locatio.

LXXXIII. Episcopi Vicarius.

1. Episcopi Vicarius non potest esse Laicus. Concilium Hispanense 2. c. 9. Vide, Oeconomia num. 11.

2. Epi-

2. Episcopus habere debet vicarios foraneos, & quale sit horum officium. Vide, Vicarius.

LXXXIV. Episcopi domestici & cubicularii.

1. Episcopi domestici sint personae probatae vitae.

Ut ergo Sacerdos discipulis suis de se ipso exemplum bonum debeat praebere, Apostolus scribens ad Titum docet, dicens: In omnibus te ipsum praebere exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in castitate, & reliqua. Beatus quoque Gregorius in decretis suis ita ait: Verecundus mos torpore indifferentionis inolevit, ut hujus Sedis Pontificibus ad secreta cubiculi servitia, Laici, pueri, ac saeculares obsequantur; & cum Pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque Clerici, qualis in secreto sit vita sui Pontificis, nesciunt, & (ut dictum est) saeculares pueri sciunt: De qua re praesenti decreto constituo, ut quidam ex Clericis, vel etiam ex Monachis electi, ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur, ut is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui vitam ejus in secreto conversationem videant, & ex vitione sedula exemplum profectus laudant. *Concilium Parisiense 6. lib. 1. cap. 20.*

2. Episcoporum cubicularii debent esse Clerici. 2. qu. 7. c. Cum pastoris. Vide, Cubicularii num. 1.

3. Episcoporum Clerici commensales satisfaciunt, si recitant Officium, quod recitant Episcopi, eos adjuvando. Clementina de celebratione Missarum cap. fin. Vide, Cardinalis tit. 10. num. 7.

4. Episcopo servientes domestici & cubicularii non residentes, percipiunt fructus beneficii, & non distributiones. De clericis non residentibus cap. De caetero. Vide, Beneficium tit. 42. num. 13.

5. Episcopus curare debet, ut domestici sui utantur vestibus decentibus, coronâ & habitu clericali.

Ut possint Episcopi alios melius ad honestatem vestium, tonsuram, & coronam decentem, & equorum ornamenta idonea coarctare, provideant, ut à suis Clericis commensalibus haec prius faciant observari, habentes eos in vestibus, calcaribus, frenis & sellis, Clericalis gerentes habitum honestatis. *Concilium Londinen. 2. cap. 15.*

6. Quales domesticos & famulos habere debeant Episcopi, & quae eorum munera. Concil. Mediolanense 1. num. 2. tit. de Episcopi familia infra.

7. Episcopi familiares & famuli arma nisi in itinere, & in necessitate ferre debent, & quam modestis vestibus uti.

Familias numerus is tantummodo sit, quò simul Ecclesiae utilitati & Episcopi necessitati consulatur. Eum autem vehementer hortamur, ut in familia quam plurimum possit, habeat Clericos, qui non nisi Clericali vestitu utantur, & in illis, si commode fieri possit, nimirum duos sacris initiatos, & bonae existimationis, qui vigilantem, orantem, in opera misericordiae incumbentem, ac divinarum litterarum mysteria scrutantem, Episcopum studiosius attendant, ejusque actionem & sanctae conversationis quasi testes sint & imitatores. Habeat deinde Ecclesiasticam personam spectatam & probatam, quae praefecta sit moribus familiae, ac de omnium salute sollicita, sollicitam curam sustineat, eamque bonis & piis artibus, ac litteris, praesertim sacris, pro cuiusque sensu & intelligentia erudiendam curet. Familiares arma nè ferant,

nisi in itinere, vel necessitatis causa, idque Episcopi arbitratu sericum, aurum & argentum, colorumque varietatem omnino excludentes, nigrum tantummodo, vel fuscum colorem in vestibus adhibeant, quibus scissis, aut praetextis, ad elegantiam non utantur. Calcei inaniter non incidantur. Non sint turgidae caligae, non virgatae, non sectae, aut acu pictae, sed simplices & unius coloris ac generis. Denique talis sit domesticorum omnium vestitus, ut ex eo etiam appareat, illos esse ministros ministrorum DEI. *Concilium Mediolanense 1. part. 2. tit. de Episcopi familia.*

8. Episcopo assistentes, excusantur à residentia. Honorius III. ex Cirone de Clericis non residentibus cap. 3. Vide, Beneficium tit. 42. num. 14. Ibi cap. Ad audientiam. Vide, Beneficium. Vide, Ecclesiastici. Vide, Clerici, quoad habitum & tonsuram.

LXXXV. Episcopali Sede vacante.

1. Episcopali Sede vacante, nullus alius Episcopus potest consecrare Altaria sub poena suspensionis à Missa per annum. Concilium Aurelianense 5. capit. 8. Vide, rit. 8. r. num. 14.

2. Episcopali Sede vacante nihil est innovandum.

Attendentes igitur, quòd Ep. S. v. non debet aliquid innovari, cum non sit, qui Episcopale jus tueretur, maxime, nè plus favisse personae, quam Ecclesiae videremur, si quòd eò vivente concessimus, post obitum ejus subito mutaremus; petitionem vestram nequivimus exaudire, &c. *Nè Sede vacante cap. 1.*

3. Judicia facta contra Ecclesiam, cā vacante, sunt nulla.

Nos igitur depositiones testium, qui vacante Burginensi Ecclesia, & carente legitimo defensore fuerint recepti, duximus reprobandos. *Ibidem c. finali.*

4. Sede vacante, Capitulum potest absolvere ab excommunicatione, à qua Episcopus. De majorit. & obedientia in 6. cap. unico. Vide, Capitulum tit. 1. n. 5.

5. Episcopali Sede vacante, quid potest facere Capitulum. Vide, Capitulum.

6. Episcopali Sede vacante, omnia beneficia, quae vacant in ea Diocesi, à Papa conferuntur. Pius V. constituit. 55. Sanctissimus. Vide, Sede vacante. Vide, Capitulum.

LXXXVI. Episcopi habitus & vestes.

1. Episcopales vestes debent esse conformes dignitati. Zacharias episc. 7. cap. 1. Vide, Cardinalis tit. 8. n. 3.

2. Episcopus non potest incedere cum habitu seu veste difformatis. Extra de majoritate. & obedient. c. Ut Praelatorum. Vide, tit. 31. n. 19.

3. Episcopus in publico tenetur uti lineis superindumentis, exceptis Religiosis, qui suo habitu uti debent. De vita & honestate Clericorum. cap. Clerici officia. Concil. Later. 4. cap. 16. Vide, Clerici. tit. 7. n. 5.

4. Tenentur semper portare Rochetum. In Ec. & locis publicis tenentur illud portare.

Quia igitur per exteriorem habitum, qui qualisve interior Praelatorum ornatus esse debeat, significatur, praedecessorum nostrorum hortamenta sectantes, statum, sacro approbante Concilio, ut Archiepiscopi & Episcopi veste lineae superiori, vulgariter, roquete nuncupata, in publico semper utantur: sericas vero vestes

vestes qualescunque aut brevitate notandas, nec non
fotulares albos ipsi praesentium tenore prohibemus.
Contrarium vero facientes, 20. florenorum aureorum
poenam quilibet vice ipsò facto incurrant. *Concil. To-*
letanum 22. cap. 5.

Lineam tunicam, quam rochetum appellant, ex
decreto Innocentii tertii in Concilio generali in Ec-
clesia & in publico habeat. Sinè talari tunica, quæ ad
collum adstricta sit, ac moxeta, neque è cubiculo
exeat, neque quenquam nisi ex familia admittat, ne-
que eum vestitum ante noctem, vel nisi dimissis
omnibus deponat. *Concilium Mediolan. 1. p. 2. tit. De*
episcopi vestim.

- 3. Non possunt portare vestes sericas, non cal-
ceos albos, non vestem brevem, sub pœ-
na pecuniaria. *Concilium Toletanum, vid*
suprà. Vide, Episcopi à quibus debent
abstinere. Vide, Episcopi vita.

LXXXVII. Episcopus quoad indul-
gentias concedendas.

- 1. Episcopus potest concedere in certis so-
lemnitatibus 40. dies indulgentiarum.

Ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indul-
gentias, quas quidam Ecclesiarum Prælati facere
non verentur, & claves Ecclesiæ contemnuntur, &
pœnitentialis satisfactio enervatur: Decernimus, ut
cum dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia
ultra annum, sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis
dedicetur, ac deinde in anniversario dedicationis
tempore quadraginta dies de injunctis pœnitentiis in-
dulgentia remissio non recedat. Hunc quoque dierum
numerum indulgentiarum litteris præcipimus mode-
rari, quæ pro quibuslibet casibus aliquoties conce-
duntur, cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem
obtinere potestatis, hoc in talibus moderamen con-
sueverit observare. *De pœnitentiis, &c. cap. Cum ex*
eo. Ex Conc. Later. 4. cap. 62.

- 2. In die verò consecrationis unum annum
potest concedere.

Cum inferior Superioris legem habeat observare,
nec eam possit infringere, seu etiam abolere, & in
jure contineatur, quod Episcopi plures, vel unus, non
possit concedere indulgentiam, ultra numerum qua-
draginta dierum, excepto in sola Ecclesiarum conse-
cratione, quod de uno anno statutum fuit in Concilio
Forlivi celebrato per B. mem. Fr. Bonifacium præde-
cessorem nostrum, circa Prælatos Eleëmofynarios,
sub rubrica, de pauperibus alendis, limitamus & re-
ducimus ad numerum 40. dierum hoc sacro appro-
bante Concilio. *Concil. Ravennaten. 4. sub Joann. XXII.*
cap. 20.

- 3. Episcopus in concedendis indulgentiis suis
subditis excedere non potest formam ac
limitationem SS. Canonum. *Concil. Con-*
stantiense. sess. ultima in constitutione
Martini V. Vide, in Bullario. Vide, In-
dulgentiæ.

LXXXVIII. Episcopus quoad dispen-
sationes, tam proprias, quam
Papales.

- 1. Episcopus potest dispensare in dando Ca-
nonicatus, &c. cum iis, qui 20. annum
expleverunt, dummodò non sint cum
cura animarum. *De etate & qualitate,*
&c. in 6. cap. unico. Vide, Canonici.
tit. 2. n. 4.
- 2. Potest dispensare cum illegitimo circa Ordi-
nes Minores, & beneficia sinè cura ani-
matum. Non tamen circa sacros Ordines,
& beneficia curata.

Is, qui defectum patitur natalium, ex dispensatio-
ne Episcopi licet potest (si ei aliud Canonicum non
obstet) ad Ordines promoveri Minores, & obtinere
beneficium, cui cura non imminet animarum: dum-
modo sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat
dispensari ad Ordines quoque Majores, vel beneficia
curam animarum habentia, super quibus nequit Epi-
scopus dispensare, sinè dispensatione S. A. promoveri
non potest. *De filiis Presbyterorum in 6. cap. 1.*

- 3. Episcopus ut Delegatus Papæ potest co-
gnoscere, an dispositiones gratiosæ con-
cessæ à Papa sint subreptitiæ, vel obrepti-
tiæ; & facere hoc extrajudicialiter, ac
summariè. *Conc. Trid. sess. 22. de ref. c. 5.*
- 4. Potest eodem modo cognoscere de com-
mutationibus ultimarum voluntatum, an
exposita Papæ in petitione sint vera. *Conc.*
Trid. Ibidem cap. 6.
- 5. Potest dispensare Episcopus circa interstitia
temporum, inter Ordines Minores. *Con-*
cil. Trid. sess. 23. de ref. cap. 11.
- 6. Potest etiam dispensare circa interstitia inter
subdiaconatum & diaconatum. *Ibid. cap. 13.*
- 7. Potest dispensare cum ordinato per saltum,
si in Ordine accepto non ministravit. *Ib.*
cap. 14.
- 8. Potest dispensare in omnibus irregularitati-
bus & suspensionibus, ex delicto occulto
provenientibus; exceptâ eâ, quæ oritur
ex homicidio voluntario, & aliis, quæ
sunt deductæ ad forum contentiosum.
Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 6. Sic etiam
ab omnibus casibus occultis, Papæ refer-
vatis, absolvere per se, vel per Vicarium,
ad id deputandum. *Ibid. Vide, Dispensare.*

LXXXIX. Episcopi circa casuum
reservationem.

- 1. Episcopi possunt reservare sibi casus quos-
dam, seu peccata gravia, quæ ab aliis in-
ferioribus non possunt absolvi. *Concil.*
Ravenat. 1. cap. 8. Concil. Colon. 2. part. 7.
cap. 37. Vide, Casus reservati num. 6.
- 2. Episcopus, quos casus regulariter solet re-
servare. *Vide, Casus reservati. Vide,*
reservare.

XC. Episcopi in partibus infidelium.

- 1. Episcopi ibi existentes, non admittant Reli-
giosos eò advenientes, sinè litteris paren-
tibus suorum Superiorum. *Extra de reg.*
transseuntibus, &c. capis. Ad nostrum.
Vide, Episcopatus tit. 56. num. 50.
- 2. Si Religiosi in iis partibus prædicant contra
dogmata fidei & Ecclesiæ, possunt eos
capere & carcerare, & simpliciter ac de
plano procedere. *Ib.*
- 3. Episcopi Ecclesiarum, existentium in parti-
bus infidelium, non possunt ordinare ali-
quem in aliena Diocesi. Sic ordinati ab
exercitio Ordinum sunt suspensi. *Conc.*
Trid. sess. 14. De reform. c. 2.

XCI. Episcopi titulares

Episcopi titulares non possunt, prætextu pri-
vilegiorum aut continuæ familiaritatis, ordi-

ordinare alterius subditum, nec ad ma-
jores Ordines, nec ad minores, nec ad
primam tonsuram, nec in loco exempto,
aut monasterio, sub pœna suspensionis
à Pontificalibus per annum. Ordinati verò
suspenduntur ab exercitio Ordinum, arbi-
trio Episcopi proprii. *Concil. Trid. sess. 14.*
De ref. cap. 2.

XCII. Episcopus circa immunita-
tem Ecclesiæ.

- 1. Episcopus consentiens, ut Laici exigant
Decimas, tributa, vel alia à Clericis, in-
currunt excommunicationem, & depo-
sitionem ipsò facto. *Concilium Lateran. 5.*
sess. 9. Bull. de ref. Curie cap. 3. circa finem.
Vide, in Bullario.
 - 2. Episcopus cogi non potest ad danda bene-
ficia, &c. alia Ecclesiæ bona in emphy-
teusim, neque per Reges, neque per Im-
peratores. Et qui cogunt, incurrunt pœ-
nas, latas contra violatores Ecclesiasticæ
libertatis, & collatio nulla est, & nullus
contractus. *Concilium Lateran. 5. sess. 10.*
cap. 2. Vide, Ibid.
- Vide, Episcopi obligationes. Vide, Im-*
munitas. Vide, Ecclesiæ Immunitas.

XCIII. Episcopi Regulares.

- 1. Regularis potest eligi in Episcopum, ab ha-
bentibus jus eligendi, sed necessaria est
licentia superioris Religionis, ante, vel
post. (Exceptâ assumptione, per Papam
factâ.) *De electione in 6. cap. Si Religiosus.*
Clement. de electione c. 1. Vide, Episco-
pus tit. 2. num. 40.
- 2. Regularis Episcopus factus, est liber à jugo
Regulæ. *18. qu. 1. cap. Statutum est. & Cle-*
mentina, De electione. cap. 1. Vide, Ibidem.
- 3. Regularis promovendus habere debet testi-
monium sui Superioris de vita & mori-
bus, ac doctrina. *Concilium Lateranen-*
se 5. sess. 9. Bulla de reformatione Curie.
cap. 1. Vide, in Bullario. Concilium Tri-
dent. sess. 22. De refor. cap. 2. Greg. XIV.
const. 6. Onus. §. 9.
- 4. Episcopus Regularis non debet uti Rochetò,
sed habitu sui Ordinis. *De vita & honest.*
Cleric. cap. Clerici officia. ex Concil. Late-
ran. 4. cap. 16. Vide, Clerici tit. 7. num. 5.
- 5. Episcopi Regulares redeuntes ad claustrum
non possunt obtinere officia in Religione,
& annullantur privilegia in contrarium.
Paulus IV. constitutione 21. in Sacra.
Vide, Regulares facti Episcopi.

XCIV. Episcopi circa Equites
exemptos.

- 1. Episcopi, ut delegati Papæ, possunt visitare
Ecclesias Equitum S. Joannis Jerosoly-
mitani, in iis tantum, quæ pertinent ad
curam animarum, & spiritualia. *Pius V.*
const. 13. exposcit.
- 2. Possunt removere Rectores, vel Capellanos
earum, si non sunt idonei, & monere
Superiores, ut alios subrogent. Et si intrâ
Tomus II.

certum terminum ipsi Superiores non
subrogant, Episcopi provident. *Ibid. §. 13.*

XCv. Episcopi, quoad limina Apo-
stolorum Romæ.

- 1. Episcopi vicini olim tenebantur omni anno
visitare limina Apostolorum, remoti verò
per litteras. Leo verò declarat eos obligari,
sed non præfinit tempus.

Juxta Sanctorum Patrum, & Canonum Statuta,
omnes Episcopi, qui hujus Apostolicæ Sedis ordina-
tioni subiacent, qui propinqui sunt, annuè, circa
Idus Sanctorum Principum Apostolorum, Petri &
Pauli liminibus præsententur, omni occasione sepo-
sita: Qui verò de longinquo, juxta chirographum
suum impleant. Qui autem hujus constitutionis con-
tempor extiterit, præterquam, si ægritudine fuerit
derentus, sciat se Canonicis subjacere sententiis.
Distinct. 93. cap. Juxta. v. Anacleto. & Concilium Ro-
mannum. sub Zacharia cap. 4. & De jurejurando. cap.
Ego N. Vide, tit. 31. n. 28.

Veniens ad Sacratissima limina BB. AA. Petri &
Pauli vota fideliter solvens, quam nostræ Apostolicæ
Sedi causam sui Sacerdotii suggerens Reverendissi-
mus & Sanctissimus Frater noster, Arhelardus Ar-
chiepiscopus Doroverensis Ecclesiæ obtulit, &c.
Leo 111. ep. 1.

- 2. Aliàs decretum est, esse visitanda juxta Papæ
chirographum. *Anacleto & Zacharias*
dist. 93. cap. Juxta. De jurejurando. c.
Ego N. supra.
- 3. Episcopi Itali, & habitantes in Insulis ad-
jacentibus, tertio quoque anno tenentur
quoque visitare limina Apostolorum. Alii
quarto. Alii longiori spatio, (distinctè.)
Sixtus V. constit. 15. Romanus §. 6.
- 4. Episcopus noviter creatus, jurat se visita-
turum limina Apostolorum debitis tem-
poribus. *De jurejurando cap. Ego N. sup.*
Sixtus V. constit. 15. Romanus. Et hoc
juramentum facere debet ante consecra-
tionem. Ib.
- 5. Episcopi impediti, si per se non possunt
visitare limina, tenentur id facere per
alium in dignitate constitutum; vel si
hunc non habent, per Sacerdotem Dico-
cesanum id faciant; & si nec hunc ha-
bent, per alium Clericum. Et docere de-
bent de impedimento, & quomodo id
est faciendum. *Sixtus V. ibid. §. 4. Vide,*
Limina.

Epistolæ decretales.

Vide, Decretales.

Æqualis.

- 1. Æqualis non habet imperium in æqualem.
Præcipuè, cum non ab inferiori, vel pari, sed
à majori persona: & (sicut ex Apostolicis Canoni-
bus edocemur) solum ab eo, qui eum sequestravit,
aut certè à prima Sede jure possit absolvi. Inferior
quippe, vel compar, antelatum, vel comparem, non
annuente majore absolvere non potest. Sola igitur
potior inferiorem convenienter absolvit. Proinde
inferioris loci Pontifices, eos, quos potior suus obli-
gaverat, sine prima Sede absolvere non potuerunt.
Nicolaus 1. ep. 9.
- 2. Æqualis non solvit æqualem. *Vide, Minor.*

I. Equites Sancti Joannis Hierosolymitani, dicti Melitæ, & privilegia.

1. Equites isti excommunicati ob percussione[m] Clerici, vel Confratris, nisi læsio sit enormis, absolvi possunt à Priore. *De sententia excommunicationis. cap. Canonica, ex Honorio III. Vide, Absolvere. tit. 12. num. 4.*
2. Equites præfati habent indulta circa annalia beneficiorum, & quæ. *Extra. De privilegiis. cap. Exhibita. Vide, In Bullario.*
3. Fructus beneficiorum vacantium, & eorum qui non resident, Religioni accrescunt. *Joannes XXII. constitut. 5. Exhibita. ubi supra.*
4. Equites præfatos percutientes, occidentes, vel id mandantes, incurrunt excommunicationem reservatam Papæ.
Sanè à Prædecessore nostro S. m. Papa Alexandro III. in Concilio Lateranensi statutum est, ut qui violentas manus in Clericos, vel Monachos hospitalarios templarios mittunt, seu in viros alterius Religionis, excommunicationi subjaceant. Nos autem statutum Prædecessoris nostri ratum & firmum tenere volentes, Fr. vestra &c. quatenus, si qui Parochianorum vestrorum in Fratres hospitalis Hierosolymitani manus violentas injecerint, eos publicè excommunicatos appellatione remota denuntietis, ab & omnibus faciatis cautius evitari, donec prædictis Fratribus de illata injuria congruè satisfaciant, & cum literis Episcoporum suorum, rei veritatem continentibus, Apostolico conspectui se præsentent. *Concilium Lateranense 3. in appendice tit. De illis, qui incidunt, &c. cap. 6.*
5. Equites præfati obtulerunt, ut non possint excommunicari, neque eorum Ecclesiæ interdici, (nisi ex Papæ mandato.) Ipsi & alii Confratres, non possint privari Ecclesiæ sepulturâ, & semel in anno in Ecclesia interdicta, faciant celebrare.
Sanè, quoniam à prædecessoribus nostris, & à nobis est statutum, ut scilicet hospitalarios ipsos excommunicare, vel Oratoria sua interdicare nemini liceat, vobis autoritate præsentium injungimus, atque præcipimus, ut prædictos fratres hospitalis Hierosolymitani, aut EE. suas interdicare, vel excommunicare, nullatenus præsumatis. *Concilium Lateranense 3. tit. De penitentia &c. c. 7.*
Simili modo sancimus, ut quicumque in eorum fraternitate fuerit receptus, si fortè Ecclesia, ad quam pertinet, à Divinis Officiis fuerit prohibita, eumque inori contigerit, eidem Ecclesiastica sepultura non denegetur, nisi nominatim interdictus, aut anathematis vinculo fuerit innodatus. *Ibidem cap. 8.*
Pervenit ad nos, &c. quod vos occasione privilegii ab A. S. vobis indulti, non semel tantum in anno, sed frequenter Episcopatum ejus visitatis, & interdictas EE. aperitis, ut Divina Officia celebretis. Addit ad hæc, quod vos corpora defunctorum, si qua inhumata jacuerint, dummodo excommunicati non decesserint, Ecclesiastici cæmeterii traditis sepulturæ. --- Discretionem vestra[m], &c. quatenus sic tenorem conservetis, quod ejus metas, vel in his, vel in aliis transgredi minime videamini, nec nisi semel in anno in EE. interdictis Divina præsumatis Officia celebrate: scituri pro certo, quod si feceris (quod non arbitramur) feceritis, vos à præsumptione vestra, Dominò auctore, arctius compescemus. *Ibid. cap. 9.*
6. Equitum præfatorum hospitale recipitur sub protectione Papæ. *Anastasius IV. const. 2. Christiana.*

7. Bona Templariorum huic militiae fuerunt applicata. *Clemens V. const. 3. Ad providam.*
8. Multa privilegia obtinent. *Pius IV. const. 9. Circumspeda.*
9. Magnus Magister habet jurisdictionem in Equites, & alios. Potest disponere de beneficiis, & circa hoc præscribitur ei forma procedendi. *Ibid.*
10. Omnes Ecclesiæ, Prioratus, &c. Militiæ Sancti Lazari, & S. Sepulchri in Bethlehém, & Nazareth, Militiæ Sancti Joannis sunt unita, & Magno Magistro subduntur. *Ibid.*
11. Beneficia vacantia in Curia Romana, Prioratus, Baliviæ ab eodem conferantur. *Ibid.* Alia innumera privilegia in hac constitutione continentur, quæ pertinent ad regimen talis militiae, §§. 77. declarata. *Ibid.*
12. Confirmat omnia. *Pius V. const. 77. Et sequenda.* Et à decimis & aliis oneribus eximit. *Ibid. Gregorius XIII. const. 60. Quod magis. Gregorius XIV. const. 5. Quanta. Sixtus V. const. 43. equum. Clem. V. const. 37. Equa. Urb. VIII. const. 15. Universalis.*
13. Possunt Episcopi, ut delegati Papæ, visitare Ecclesias eorum, quoad spiritualia, & circa ea, quæ pertinent ad curam animarum, & Capellanos, seu Rectores, non idoneos repertos, remove, ac Superioribus significare, ut alios subrogent; quod si intra certum tempus non faciant, Episcopi provident. *Pius V. const. 136. Exposit.*
14. Familiares dictorum Equitum, Coloni, Viarii, &c. judicari possunt ab Ordinariis, ut delegatis Papæ. *Gregorius XIII. const. 67. Circumspeda.*
15. Equitum præfatorum morientium bona, etiam illicite acquisita, non ad Cameram, sed ad hospitale, seu conventum ipsorum pertinent. Et ideo agentes pro religione, ac militia, in hoc negotio non sunt molestandi. *Pius IV. const. 29. Romani.*
16. Equites isti quam & quomodo debent emitte professionem, & multa circa hoc. *Gregorius XIII. const. 60. Quod magis.*
17. Non tenentur ad solutionem decimarum, aut aliorum onerum. *Gregorius XIII. Ibid.*
18. Equite assumptò ad Episcopatum, vacant præceptorie. *Gregorius XIII. const. 82. Controversia.*
19. Equitum dictorum beneficia, obligata sunt ad solutionem jurium communium Cameræ Apostolicæ. *Sixtus V. constitutione 43. equum. in declaratione.*
20. Equitum servi, ac familiares, exempti sunt à decimis & aliis tributis. *Gregorius XIV. constitutione 5. Quanta. §. 4. 5. 6. &c.*
22. Equites isti promovendi sunt ad magnam crucem, & alias dignitates, potius propter merita, quam propter antianitatem. *Paulus V. constitut. 30. Accipimus.*

23. Equites isti non comprehenduntur in *Constit. 9. Gregor. XV. Sanctissimus.* De conservatoribus edita, sed retinent adhuc jus eligendi Conservatores. *Urbanus VIII. const. 78. Exponi.*
24. Magnus Magister horum Equitum quâ solemnitate & formâ est eligendus. *Urb. VIII. const. 89. In specula. per §§. 13.*
25. Ceremoniale electionis præfatae faciendæ approbatum est ab *Urbano VIII. constitutione in appendic. 24. aliis 134. Militantis.*
26. Obtinent confirmationem omnium Privilegiorum. *Urbanus VIII. const. 15. Universalis Ecclesiæ.*
Vide, *Affassinum.* Vide, *Hospitalarij.*

II. Equites Sancti Lazari.

1. Hæc militia primò confirmata ab *Alexandro IV. const. 1. cum à nobis.*
2. Huic militiae multa fuerunt concessa privilegia. *Clemens IV. constitutione 2. Cum dilectis.*
3. Leprosorum curæ vacabant, poterant eos ex omni parte capere, & ad proptia hospitalia ducere, & à nullo impediri. *Clemens IV. const. 5. Venerabilibus.*
4. Alia privilegia concessit *Pius IV.* præfatis formam gubernii, & electionem Magni Magistri, ac alia pertinentia ad eius regimen. *Const. 95. Inter. diffusè per §§. 180. Ubi omnia continentur.*
5. Reformantur postea hæc privilegia in multis. *Pius V. const. 28. Sicuti bonus. per §§. 77.*
6. Hæc militia unita fuit cum Militia S. Mauritii. *Gregorius XIII. const. 6. Pro commissa.*
Vide infra, *Equites S. Mauritij.*

III. Equites Sancti Jacobi de Spatha.

1. Militia hæc ab *Alexandro III.* approbatur *constit. 5. Benedictus Deus.* Multa privilegia obtinent. *Ibid.* Gaudent forò Clericorum. *Ibid.* Omnia eorum statuta ibi contenta.
2. Equites præfati possunt testari. *Clemens VII. const. 31. Ex Apostolicæ.* Sed cum licentia determinatorum Priorum, & licentia durat per triennium, deinde removenda est; tenentur tamen consignare Priori inventarium bonorum suorum, aliàs nulla est licentia. Tenentur relinquere quartam partem bonorum monasterio, in quo fecerunt professionem, aliàs nulla est concessio. Alia bona possunt relinquere cui volunt, exceptis filiis natis ex illicito coitu. *Ibid.*
3. Confirmat facultatem testandi *Gregorius XIII. const. 30. Romani.* Et determinat formam.
4. Equites Sancti Jacobi de Spatha in Portugallia habent eadem privilegia, quæ milites Sancti Jacobi de Spatha, de Alcantara & Calatrava in Castella. *Gregorius XIII. constitutione 32. Ex Apostolicæ.*
Tome II.

5. Equites isti, & Sancti Benedicti, qui per quinque annos inserviunt in classe contra infideles, impediunt navigia Catholicorum, sunt capaces Commendarum, ac si in Africa partibus militassent. *Paulus V. const. 24. Majestatis.*
6. Committitur hæc militia perpetuò regenda Regi Hispaniarum. *Adrianus VI. const. 1. Dum intrâ.* Ibi declaratur origo & progressus ejus, ac obligationes.

IV. Equites Sancti Jacobi de Calatrava.

1. Hæc militia approbatur ab *Alexandro III. const. 5. Benedictus.* Ubi omnia ejus statuta, & multa privilegia.
2. Equites isti de bonis communibus accipere possunt, ut se defendant, & quomodo. *Julius II. const. 16. Romani.*
3. De communi thesauro faciendæ sunt expensæ hujus militiae. *Clemens VII. const. 12. Romanus.*
4. Dispensantur, ut nudi possint in lecto dormire. *Clemens VII. constitutione 18. Apostolicæ.*
5. Tempore Capituli obtinent, ut possint absolvi à multis casibus. *Ibid.*
6. Hæc militia committitur regenda Hispaniarum Regi perpetuò. *Adrianus VI. const. 1. Dum intrâ.* Ubi invenies ejus originem, progressum & obligationes omnes.
7. Obtinent facultatem testandi & disponendi de mobilibus & immobilibus, & quibus conditionibus. *Greg. XIII. const. 30. Romani.* Vide, *Calatrava.*

V. Equites Sancti Jacobi de Alcantara.

1. Militia hæc confirmatur à *Julio II. const. 16. Romani.*
2. Gaudent omnibus gratiis & privilegiis Ordinis Cisterciensis Sancti Benedicti. *Leo X. const. 44. in Apostolicæ.*
3. Hæc militia committitur perpetuò regenda Regi Hispaniarum. *Adrianus VI. const. 1. Dum intrâ.* Ibi habes originem, progressum & obligationes.
4. Obtinent facultatem testandi, & quomodo. *Gregorius XIII. const. 30. Romani.*

VI. Equites S. Mauritii.

1. Hæc militia instituta à Duce Sabaudia[m] approbatur à *Gregorio XIII. const. 6. Christiani.* Sub regula Cisterciensium est. Quomodo debet regi. Magus Dux illius est Dux Sabaudia[m]. *Ib.*
2. Hæc militia unita est cum militia Sancti Lazari Hierosolymorum, sub invocatione Sanctorum Mauritii & Lazari. *Gregorius XIII. const. 7. Pro commissa.* Beneficia, Prioratus, &c. quomodo disponenda. *Ibidem.*
3. Confirmatur hæc unio, & multa privilegia dictæ militiae conceduntur. *Clemens VIII. const. 102. Decet Romanum.*

VII. Equites S. Stephani.

1. Militia hæc instituta per Cosmum Medices, approbatur à *Pio V. const. 60. His quæ.*
Q. 2 Omnia

Omnia à præfatis Equitibus observanda. Privilegia & gratiæ aliarum militiarum eis conceduntur. *Ibid.* Et magnus Dux est magnus Magister.

2. Conceditur magno Duci Ethruræ, ut erigat quædam hospitalia in commendas hujus militiæ Sancti Stephani. *Sixtus V. constit. 65. Præclara.*
3. Equites Sancti Stephani, etiam Bigami, & sine habitu incedentes, obtinent, ut possint habere & transferre pensiones usque ad summam ducentorum ducatorum. *Sixtus V. constitutione 104. circumspccta.*

4. Et Paulus V. extendit, ut possint habere pensiones 400. scutorum auri, etiam si sint bigami, illegitimi, vel Laici. *Constit. 46. Dum generosa.* Habent etiam facultatem testandi, licet non incedant cum talari tunica, dummodo incedant cum habitu & insignibus militiæ. Et tales facultates non expirant per non delationem tonsuræ, vestium talarium, vel ex bigamia superveniente, neque ex occasione, mutilatione, &c. aliis, quæ committuntur in bello contra infideles. *Id. §. 5.*

VIII. Equites Templarii.

1. Equites præfati abrogantur propter multa mala, & eorum bona applicantur militiæ Sancti Joannis Jerosolymitani. *Clem. V. constit. 3. Ad providam.*

Vide, *Equites Sancti Joannis Jerosolymitani.*

IX. Equites Sancti Spiritus in Gallia.

1. Militia hæc approbatur, & privilegia, gratiæ, &c. conceduntur. Etiam exteri, si sint Catholici, possunt adscribi præfate militiæ. *Paulus V. constit. 42. Majestatis.* Regi Galliæ committitur perpetuo administranda, & regenda. *Ibid.* Statuta observanda. *Ibid.*

2. Idem Rex Galliæ potest renovare statuta hujus militiæ. *Paulus V. constit. 44. Majestatis.*

X. Equites Galli, de monte Carmelo.

Militia hæc instituitur per Henricum III. Regem Galliæ, de bonis laicalibus, sub invocatione Beatae Mariæ de Monte Carmelo, cum forma modòque vivendi, eamque regendi, & approbatur à Paulo V. *const. 41. Romanus.*

XI. Equites Christianæ Militiæ, sub invocatione Conceptionis Immaculatæ Virginis.

1. Militia hæc instituitur à Duce Mantuæ & Nivernensium, nuncupata militiæ Christianæ, Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ. Approbatur ab Urbano VIII. *const. 11. Imperscrutabilis.* Statuta & forma vivendi, eamque regendi. *Ibid.* Magnus Magister est ipse Dux, & alia ad id spectantia. *Ibid.*
2. Obtinent judicem, apud quem facere possunt probationes nobilitatis, qui ei militiæ volunt adscribi, &c. *Urbanus VIII. const. 23. Cum nos.*

3. Obtinent confirmationem statutorum. *Urbanus VIII. const. 41. Alias.*

XII. Errans, Errare, Error.

1. Errantem non impediens, cum potest, consentit.

Qui potest obviare & perturbare perverfos, & non facit, nihil est aliud, quam favere iniquitati eorum. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori definit obviare. *Post epist. Anastasi II. Damasus ep. 4. 23. q. 3. c. Qui potest. 23. questio. 8. cap. Præterea.* Vide, *Confessio numero 4.*

Qui alios, cum potest, ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat. *De hæreticis cap. Qui alios.* Quia igitur error, cui non resistitur, approbatur videtur, & latum pandit delinquentibus finem, qui eorum perverfis conatibus non resistit, &c. *Extrav. Joannes XXII. Ne Sede vacante.*

Namque si fratres nostros consideramus delinquere, & tacemus, si denique errare, & non eos ad rectitudinis semitam monendo revocare conemur, nonne & ipsi delinquimus, & errare merito judicamur? Etenim qui negligit culpas emendare, committit. *Gregorius VII. lib. 3. ep. 4.*

2. Erranti non ignoscitur, donec in errore permanet.

Error enim ipse nunquam veniam promeretur; sed qui eò veraciter caruerit, atque ab ejus participatione discedit. Quamdiu ergo in eis est, error damnationem suam tenet, nunquamque resolvitur, quia error semper poenam meretur; participes verò ejus aut semper sunt, & ejus poenæ participes, si in eodem persistere non desinant, aut si ab eodem recesserint, quæ alieni facti sunt ab errore, & ab ejus participatione discedit, tam & poenæ ejus erunt consequenter alieni, cum erranti poena præfigitur, quamdiu manet errans, eadem poenâ constringitur: quia errans esse non potest sine poenâ errati. Hæc eadem poena perpetua est, nunquamque solvenda, quamdiu errans esse persistit, &c. *Gelasius opusculo de Anahematis vinculo.*

3. Erranti præbens assensum, est ei si milis.

Nec dissimilis ab eo est, qui alienis vitis præstat assensum. *Anastasi I. ep. 3. dist. 83. cap. Error. c. Quid enim. 3. cap. Confessio. dist. 86. cap. Facientis.* Vide, *Confessio. n. 1. 3. 4.*

4. Errare non dicitur, qui nescit; sed qui scire putat, quod nescit.

Quamvis errare, quantâ possimus curâ cavendum sit, non solum in majoribus, verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non tamen consequens, ut continuo erret, quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire, quod nescit, pro vero quippe approbat falsum, quod est erroris proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in una eademque re, & nescienti sciens, & erranti non errans, rectâ ratione præponitur. In divertis autem rebus, id est, cum iste scit alia, ille alia, & iste utiliora, ille minus utilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientem? Sunt enim quædam, quæ nescire, quam scire sit melius. *Dist. 38. capit. Quævis.*

5. Errorem non corrigens Prælati, consentit. *Gregorius VII. lib. 3. epist. 4. supra numer. 1.*

6. Errorem defendens, peior est eò, qui errat.

Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant; quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat & confirmat. Unde quia Magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est. *24. q. 3. c. Qui aliorum.*

7. Error facti nulli nocet, negotio non finito. *De confessis cap. finali.* Vide, *Confessio judicialis. num. 7.*

8. Error personæ in matrimonio variat consensum, & facit ipsum non tenere. *24. q. 1. cap. an. infra.*

9. Error qualitatis personæ non variat consensum. *Ibid.*

10. Neque error fortunæ in matrimonio.

Verum est, quod non omnis error consensum excludit, sed error alius est personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ est, quando hic putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quando hic putatur esse dives, qui est pauper, vel è converso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui servus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ, & qualitatis, conjugii consensum non excludit. Error verò personæ, & conditionis, conjugii consensum non admittit. *29. quest. 1. cap. unico.*

11. Error personæ non potest redundare in damnum E.

Licet autem nimis excesserit, qui transcriptum illius instrumenti falsavit; quia tamen delictum personæ in damnum Ecclesiæ redundare non debet, ac non solum ante sententiam, verum etiam post, adjici potest exceptio falsitatis. *De exceptionibus cap. Cum venerabilis.*

Eremitæ.

1. Eremitæ Camaldulenses. Vide, *Monachi Camaldulenses.*

2. Eremitæ S. Augustini Liceti. Vide, *Fratres Sancti Augustini.*

3. Eremitæ S. Hieronymi. Vide, *Fratres Sancti Hieronymi.*

4. Eremitæ Beati Petri de Pisis multas obtinent gratias ab Eugenio IV. *constit. 12. Pervenit.*

5. Eorum constitutiones & forma celebrandi Capitulum generale, approbantur. *Sixtus IV. constit. 13. Sedes.* Et alia multa privilegia obtinent. *Ibid.*

6. Eremitæ montis Senarii. Vide, *Fratres Beate Mariæ Servorum DEL.*

Erubescencia.

Erubescencia est pars attritionis. *De poenitentia dist. 1. cap. 88. Quem poenitet.* Vide, *Confessio Sacramentalis titulo 2. num. 3.*

Esuriens.

Esurienti non succurrens, occidit illum.

Cæterum DEL traditio est, ut prius pascas parentes. Nam si juxta Divinum Oraculum, contumelia parentis morte luitur, quanto magis famæ, quæ morte gravior est? Quò locò insolentem Dominus infirmitat jaçantiam. *Distinctione 86. capit. Caterum.*

Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem servare poterat, si non pavisti, occidisti. *Ibidem. cap. Pasce.*

Ætas.

1. Ætas Sacerdotis olim debebat esse annorum triginta. *Dist. 78. cap. Si quis triginta. c. Nemo. cap. Presbyter. cap. Si triginta annorum.* Vide, *Episcopus tit. 1. num. 9.* Nunc sufficit, si ordinandus expleverit annos 24. & inceperit 25. *Conc. Trid. sess. 23. De reformat. c. 12.*
2. Ætas Episcopi. Vide, *Episcopi eligendi qualitates.* Vide, *Ordinare.* Vide, *Ordinatio.*
3. Ætas Diaconi. Vide, *Diaconus.* Vide, *Ordinare.*

4. Ætas Subdiaconi. Vide, *Subdiaconus.* Vide, *Ordinare.*

5. Ætas Parochi. Vide, *Parochus.* Vide, *Curatus.* Vide, *Beneficia, quibus conferenda.*

6. Ætas attendi debet pro tempore, quò datæ sunt litteræ collationis, &c.

Si eò tempore, quò tibi de beneficio cum cura, vel sine cura mandavimus provideri, ad obtinendum eorum Beneficium idoneam non habeas ætatem, tibi, licet nunc legitime sis effectus ætatis, auctoritate litterarum hujusmodi (cum tempore datæ non esles idoneus) de beneficio curam animarum habente, nequaquam poteris provideri. Beneficium autem sine cura (cum ad ipsum sufficientem tunc ætatem haberes) per eas licet poteris obtinere. *De rescriptis in 6. c. Si eò tempore.*

7. Ætas ordinandorum qualis debet esse.

Subdiaconus non minor 20. annorum ordinetur. Si quis verò in aliquo Ordine Sacerdotali præter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur. *Dist. 77. c. Subdiaconus.*

Placuit, ut ante 25. annos ætatis, nec Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & ut Lectores populum non salurent. *Ibidem. cap. Placuit.*

In veteri lege ab anno 25. Levitæ in tabernaculo servire mandantur, cujus auctoritatem in Canonibus & sancti Patres secuti sunt. Nos & Divinæ Legis, & Conciliorum præcepti immemores, infantes & pueros Levitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ. Ideòque ne ulterius fiat à nobis, & Divinâ Lege, & Canonicis admonemus sententiis, ut à 25. annis ætatis, Levitæ consecrentur, & à triginta, Presbyteri ordinentur. *Ibidem. cap. In veteri. Et cap. Episcopus.* Vide, *Diaconus tit. 1. num. 4.*

Æthiopes.

Æthiopes non habent Patriarcham, sed omnes subduntur Alexandrino. Si tamen aliquando habebant, ille tenebat septimum locum in Concilio generali.

Ut non possint Æthiopes creare, nec eligere Patriarcham, quin potius eorum Prælati sub potestate ejus sit, qui tenet Sedem Alexandriæ. Sit tamen apud eos locò Patriarchæ, & appelletur Catholicus: non tamen jus habeat constituendi Archiepiscopos, ut habet Patriarcha: siquidem non habet Patriarchæ honorem & potestatem. Quòd si acciderit, ut Concilium in Græcia habeatur, fueritque præfens hic Prælati Æthiopum, habeat septimum locum post Prælatum Seleuciæ, & quando facta fuerit ei potestas constituendi Archiepiscopos, in provincia sua non licebit illi constituere aliquem ex illis; & quicumque non paruerit, Synodus eum excommunicat. *Conc. Nican. 1. ex Arabico cap. 36.*

Ethruria.

1. Ethruræ Dux creatur Magnus Dux à Pio V. *constit. 88. Romanus.* Cosinus Medicæ fuit primus. *Ibid.* Vide, *Dux.*

2. Habuit facultatem eligendi in commendas militiæ Sancti Stephani hospitalia per laicos regi solita, de quibus Papa non disponebat, & quomodo. *Sixtus V. constit. 65. Præclara.* Vide, *Equites S. Stephani.*

Eva.

Eva fuit mater & socrus filiorum suorum.

Paret quippe & socrus, duarum sunt necessitudinum nomina. Dum ergo habet quis alium patrem, alium socrum, numerosius se charitas porrigit: utrumque autem unus Adam esse cogebatur, & filius, & filius sui, quando fratres & sorores connubiò jungebantur. Sic & Eva uxor ejus utriusque sexui filiorum fuit

& focus, & mater; quæ si duæ feminae fuissent, mater altera, & focus altera, copiosius se focalis dilectio colligaret. 35. qu. 1. cap. *Chem ignitur.*

Evangelium.

1. Evangelium in latina lingua antiquitus & ab initio recitabatur in Civitate Constantinopolis.

In tantam verò furoris abundantiam prorupistis, ut linguae latinæ injuriam irrogaretis, hanc in epistola vestra Barbaram & Scythicam appellantes, ad injuriam ejus, qui fecit eam. Omnis enim operis derogatio ad opificis redundat injuriam. --- Istius enim dictione linguae, Constantinopolitana Ecclesia lectionem Apostolicam & Evangelicam in stationibus ferunt primitus recitare, sicque demum Græcò sermone propter Græcos utique ipsas lectiones pronuntiare, &c. *Nicolaus I. ep. 8.*

2. Evangelium, cum aliis sacris scripturis, legendum est in Festis, &c.

Quòd in Sabbatis Evangelia cum aliis scripturis legi conveniat. *Concilium Laodicenum cap. 16.*

3. Evangelium audiri debet stando, non sedendo.

Dum sancta Evangelia in Ecclesia recitantur, Sacerdotes, & cæteri omnes præsentés, non sedentes, sed venerabiliter curvi in conspectu Sancti Evangelii stantes, Dominica verba intente audiant & fideliter adorent. *Anastasius I. epist. 1. cap. 1. De consecratione dist. 1. c. Apostolica.*

4. Evangelia non permittantur legi extra Missam ad petitionem Laicorum, vel foeminarum. *Concilium Saleguntadiense capit. 10. Vide, Defuncti tit. 5. num. 2.*

5. Evangelium obligat homines ad observantiam ejus. *Concilium Tridentinum sess. 6. capit. 20. Vide, Diaconus.*

I. Eucharistiæ natura, institutio, forma, materia & efficiens.

1. In Eucharistia, facta consecratione, non remanet substantia panis & vini. *De fide & summa Trinitate capit. 1. Concilium Lateranense 4. cap. 1. Vide, Christus tit. 14. num. 2. Concilium Constantiense contra articulum primum Wicleff. Vide, in Bullario. Vide, Accidentia.*

2. In Eucharistia transubstantiatur panis in Corpus, & vinum in Sanguinem Christi. *De celebratione Missarum capit. Cum Marthe. §. Quæstio. Vide, Aqua. titulo 3. numero 1. Vinum & aqua transubstantiantur. Ibid. Concilium Tridentinum. sessione 13. cap. 4. & Canone 2. Concilium Florentinum in litteris unionis Eugenij IV. §. 5. Ecclesiasticorum. Vide, in Bullario.*

3. In Eucharistia per consecrationem fit transubstantiatio totius substantiæ panis, in substantiam Corporis Christi, & totius substantiæ vini, in substantiam sanguinis. *Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 4. & Canone 2.*

4. In Eucharistia sub speciebus panis & vini est verum Corpus & verus Sanguis Christi. Christus ipse in vera præsentia corporali. Adest Corpus Christi vivum.

In Ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis veritas Corporis & Sanguinis Christi inter communia Sacramenta fidei taceatur, quia in illa mystica distributione spiritualis

alimonia hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem celestis cibi, in carne ipsius, qui caro nostra factus est, transcamus. Idem est cibus refectio- nis, est cibus Sanguinis. Sicut enim caro Domini verè est cibus, ita Sanguis verè noster est potus; est etiam Corpus, de quo dictum est: (Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus.) *De consecratione dist. 2. cap. In quibus.*

Nos autem in specie panis & vini, quam videmus, res invisibiles, id est, Christi Carnem & Sanguinem honoramus; nec similiter comprehendimus, has duas species, ex quibus consecratur Dominicum Corpus, quemadmodum ante consecrationem comprehendebamus, cum fideliter fateamur, ante consecrationem esse panem & vinum, quod natura formavit: post consecrationem verò Christi Carnem & Sanguinem, quod benedictio consecravit. *Ibidem. cap. Nos autem.*

Panis est in Altari usitatus ante verba Sacramentorum: ubi accessit consecratio, de pane fit Caro Christi. *Ibidem. cap. Panis est. Concilium Romanum 6. sub Gregorio VII. cap. 1. Vide, Berengarius. cap. Fortè dicas. Vide, Consecratio tit. 6. n. 1. cap. In illo Sacramento. Vide, Christus tit. 28. n. 14. cap. Accesserunt. Vide, Corpus Christi numero 6.*

Ante Benedictionem verborum celestium alia species nominatur, post benedictionem Corpus significatur. In illo Sacramento Christus est, qui manducaverit hoc Corpus, fiet ei remissio peccatorum. *Ibidem. capit. Ante benedictionem.*

Docendus est itaque populus Christianus certissima fide credere, quòd in hoc Sacramento fit verum Corpus & verus Sanguis CHRISTI JESU; neque enim Veritas mentitur, quæ apud Matthæum, Marcum & Lucam, hoc Sacramentum instituens, ac porrigens, simplicissimè dixit: Accipite & comedite, hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hic est Sanguis meus Novi Testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. *Concilium Colonienfè 2. parte 7. capit. 14. Concilium Constantiense contra articulum 3. Wicleff. Vide, in Bullario. Concilium Romanum 6. sub Gregorio VII. uti supra. Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 1. & Canone 3. & 4.*

5. In Eucharistia accidentia manent in subiecto.

Quid enim panis vini que species aliud sunt post consecrationem, quam species Sacramentales, & accidentia sine subiecto? *Concilium Colonienfè 2. locò citat. cap. 15. De celebratione Missarum. cap. Cum Marthe. §. Quæstio. Concilium Constantiense, & Tridentinum. Ubi supra. Ac Florentinum, ut infra.*

6. Voluit CHRISTUS, ut manerent species panis & vini, quia horrebant discipuli manducare carnem. *De consecratione distinctione 2. capit. Fortè dicas. Vide, ubi sup. n. 4.*

7. Eucharistiæ consecratio quòd ritu olim fiebat. *Vide, Consecratio Eucharistiæ.*

8. Eucharistia sive parva, sive magna, continet æqualiter CHRISTUM. *De consecratione. dist. 2. cap. Quid sit Sanguis. Vide, Corpus Christi num. 4.*

9. Eucharistia in qualibet sua parte continet totum CHRISTI Corpus. *Post epistol. Hilarij Papæ. cap. 1. De consecratione dist. 2. cap. Ubi pars. Vide, Christus tit. 28. num. 3. Concilium Florentinum ut infra. Ante, & post separationem. Ibidem. Concilium Tridentinum sessione 13. capite 4.*

10. Totus CHRISTUS est sub specie panis, & totus sub specie vini. *Concilium Florentinum sessione ultima in litteris unionis. Vide, in Bullario.*

11. Eucharistiæ materia est panis & vinum. Est panis triticeus, & vinum ex uva. Miscenda est modica aqua in vino.

Quia passus est Dominus pro nobis, commendavit nobis in isto Sacramento Corpus & Sanguinem suum, quod etiam fecit, & nos ipsos. Nam & nos ipsius Corpus facti sumus, & per misericordiam ejus, quod accipimus, nos sumus. --- Quomodo ergo videtur esse unum, quod factum est, sic unum estote vos, diligendo, tenendo unam fidem, unam spem, individuum charitatem. Hæretici, quando hoc accipiunt testimonium, contra se accipiunt, quia illi quarunt divisionem, cum panis iste indicet unitatem, sic & vinum in multis racemis, post pressuram torcularis, &c. ita Dominus JESUS CHRISTUS nos significavit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & unitatis nostræ in sua mensa consecravit, &c. *De consecratione dist. 2. cap. Qui passus. & Concilium Constant. sess. 13. cap. 1. Vide, infra. num. 25.*

Panis est in Altari usitatus ante verba Sacramentorum, ubi accessit consecratio, de pane fit Caro CHRISTI, &c. Ergo CHRISTI sermo hoc conficit Sacramentum, &c. & sic, quod erat panis ante consecrationem, jam Corpus CHRISTI est post consecrationem; qui sermo CHRISTI creaturam mutat, & sic ex pane fit Corpus CHRISTI, & vinum cum aqua in Calicem missum, fit Sanguis, consecratione Verbi celestis. *Ibidem. cap. Panis est. Concilium Florentinum sess. ultima, in litteris unionis Eugenij IV. Vide, in Bullario.*

12. Valide fit in fermentato & azymo. Græcus debet facere in fermentato. Latinus in azymo. *Concilium Florentinum. Ibidem. Eugenius IV. constit. 17. Lætentur Celi. §. 4.*

13. Eucharistia instituta est sub speciebus panis & vini, propter unitatem, quòd ex multis granis fit panis, & vinum, ita Ecclesia, quæ ex multis fidelibus constat, fit unum quid cum Christo. *De consecratione dist. 2. cap. Quia passus est. supra. num. 11.*

14. Eucharistiæ faciendæ forma sunt verba: *Hoc est, &c. Hic est, &c. Conc. Florent. in litteris unionis.*

15. In Eucharistia manducatur vera Caro CHRISTI, & verus Sanguis bibitur. *De consecratione dist. 2. cap. In illo Sacramento. capit. Accesserunt. Vide, uti supra. num. 4.*

16. In ea sumitur Christi Corpus, quod fuit in Cruce, & nunc est in Cælo.

Non hoc Corpus, quod videtis, manducatur estis, & bibitur illum Sanguinem, quem fusi sunt illi, qui me crucifigunt, ipsum quidem, & non ipsum, ipsum invisibiliter, non ipsum visibiliter. Unde & subditur: Et si necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamen illud invisibiliter intelligi. *Ibidem. cap. Non hoc Corpus.*

17. Eucharistiam ipsemet Christus comedit in cœna. *Ibidem. cap. Nec Moyses. Vide, Christus. tit. 27. num. 5.*

18. In Eucharistia Christus non dividitur, licet species dividantur. In qualibet sui parte continet totum Christum.

Sic docet Paulus Apostolus: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonnè communicatio Sanguinis CHRISTI est? Et panis, quem frangimus, nonnè participatio Corporis Domini est? Unde consequitur, in Eucharistia totum esse Christum, quanquam ibi sit sub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit verum Corpus & Sanguinem, haud dubiè tradidit vivum. Quare, si credimus, in sepulchro Divinam naturam

non fuisse separatam ab exanimi Corpore, quandò magis credemus, eam è vivo corpore non esse separatam in Sacramento. *Concilium Colonienfè 2. part. 7. cap. 14.*

Docebit Parochus, Corpus & Sanguinem Domini alterà tantum specie perfectè consistere, aded ut Laicus, qui sub specie panis communicat, non tantum Corpus, sed & Sanguinem Domini non minus recipiat, quam qui capit sub utraque specie, & panis & vini. Ecclesiam quoque Laicis unam tantum speciem dare, quòd pro reverentia ipsius Sacramenti & salute fidelium Ecclesia (cui dispensatio Sacramentorum DEI commissa est) sic viderit expedire. Nam cum nullatenus ambigendum sit sub specie vini Sanguinem tantum, sed sub qualibet specie totum Christum contineri. *Concilium Colonienfè. Ibidem. cap. 15. Concilium Moguntinum 4. c. 31. Vide, infra. n. 25.*

19. Eucharistiæ Sacramentum consecratione conficitur.

Panis & Calix, non quilibet, sed certà consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde, quòd ita fit nobis, quamvis fit panis & calix alimentum, est resurrectionis, non Sacramentum Religionis, non quòd benedicimus, gratiasque agimus Domino in omni ejus munere, non tantum Spirituali, verum etiam corporali. *De consecratione dist. 2. c. Panis & Calix.*

20. Eucharistiæ Sacramentum à solo Sacerdote potest confici. *Concilium Lateranense 4. cap. 1. De fide & summa Trinitate. cap. 1. Vide, Claves num. 2.*

21. A Sacerdote habente potestatem clavium, quas CHRISTUS dedit Apostolis & Successoribus. *Concilium Lateranense 4. c. 1. Vide, uti supra. Concilium Florentinum. §. 5. in litteris unionis Eugenij IV.*

22. Tam à bono, quam à malo Sacerdote, valide fit Eucharistia. Quia fit non merito Sacerdotis, sed virtute Christi & verborum.

Docendus item est populus, quòd tantum miraculum in hoc Sacramento virtute Christi fiat, non ex merito Sacerdotis, quòd est in cæteris Sacramentis, obtinet. Nam intra S. Ecclesiam Cathol. in mysterio Corporis Christi, nihil à bono magis, nihil à malo minus perficitur Sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris & in virtute Spiritus Sancti. Si enim in merito esset Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem, sicut ipse est, qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum Sanctum hanc suam efficit Carnem, & transit vinum in Sanguinem. Sed hoc tantum interest, quòd malus Sacerdos tibi tantum nocet, indignè tanta mysteria tractans. Nam quòd ad veritatem Corporis Domini attinet, ita percipit hic, cui dicit Apostolus: Qui manducat indignè, judicium tibi manducat, sicut is, cui dicitur: Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo. *Concilium Colonienfè uti supra. cap. 17. Vide, Minister Sacrament.*

23. Eucharistia aliquando Sacrificium vocatur.

Qui benè non custodierit Sacrificium, & mus vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdidit illud in Ecclesia, aut pars ejus ceciderit, & non inventa fuerit, triginta dies pœniteat. *De consecratione distinction. 2. capit. Qui benè. ex Concilio Arclat. 3. cap. 5.*

24. Eucharistia dicitur mysterium fidei, quia in ea aliud cernitur, & aliud creditur.

Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur, & aliud cernitur, quam credatur; cernitur species panis & vini, & creditur veritas Carnis & Sanguinis CHRISTI, ac virtus unitatis & charitatis. *De celebratione Missarum. c. Cum Marthe.*

25. Eucharistia est Sacramentum à Christo institutum. Tunc enim post panis & vini benedictionem testatus est, suum Corpus & Sanguinem illis præberi.

Hoc præfens Concilium Sacrum generale Constantiense, &c. declarat, decernit, & definit, quòd licet CHRISTUS post Cœnam instituerit, & suis discipulis administraverit sub utraque specie panis & vini hoc Venerabile Sacramentum, tamen hoc non obstante, Sacrorum Canonum auctoritas laudabilis & approbata consuetudo Ecclesie servabit, & servat, quòd hujusmodi Sacramentum non debet confici post Cœnam, neque à fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, à jure, vel Ecclesia concessio, vel admissio. *Concilium Constantinense sess. 13. cap. 1. De celebratione Missarum. cap. Cum Martine supra num. 2. Concilium Florentinum sess. ultima in litteris unionis. Concil. Colonienf. 2. part. 7. c. 14. supra n. 4. De consecr. dist. 2. Per totam, cujus quam plurima & præcipua capita habentur in his titulis, & 5. partim in aliis in subjecta materia. Concilium Tridentinum sessione 7. De Sacramentis cap. 1. sess. 13. cap. 1. Concilium Moguntinum 4. capit. 21. Vide, Christus tit. 28. numero 7.*

26. In Eucharistia, sub specie panis, ex vi verborum, adest Corpus, & sub specie vini ex vi verborum adest Sanguis; at Corpus sub specie vini, & Sanguis sub specie panis, & anima sub utraque sunt, ex vi unionis naturalis & comitantie, quâ partes Christi Corpori sunt copulatæ; Divinitas verò est cum anima & corpore ob unionem hypostaticam. *Conc. Trid. sess. 13. cap. 3.*

27. Eucharistia habet commune cum aliis Sacramentis, quòd est signum sensibile rei factæ, & forma visibilis gratiæ invisibilis. *Concilium Tridentinum ibidem. capite 3.*

28. Habet verò hoc singulare, quòd Authorem gratiæ includit ante usum ejus. *Ibid. c. 3. & Canon. 4.*

29. Eucharistia est pignus futuræ gloriæ, & symbolum Corporis illius, cujus Christus est caput, & nos membra, id est, Ecclesie. *Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 2.*

30. In Eucharistia non solum spiritualiter, sed etiam sacramentaliter Christus manducatur. *Concilium Tridentinum sessione 13. Can. 8.*

31. Eucharistiæ multa encomia & laudes. *Clementina de reliquiis & veneratione Sanctorum cap. un. Ex Urbano IV. constitutione 1. Transiurus. Vide, in Bullario.*

32. Eucharistia est signum dilectionis mutuae.

Neque interim negligendum, sed perpetuò inculcandum erit: Hoc Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini sub specie panis & vini institutum esse, ut præter veritatem Corporis & Sanguinis, quæ in eo continetur, & recipitur, quoddam etiam extrinsecum signum mutuae dilectionis & charitatis extrinsecum in nobis foret, quemadmodum Divus Paulus inquit: Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, qui de uno pane & de uno calice participamus. *Concilium Colonienf. 2. parte 7. cap. 23. Vide, Accidentia. Vide, Corpus Christi. Vide, Christus in Eucharistia. Vide, Conversio. Vide, Panis. Vide, Viaticum.*

II. Eucharistia à quibus, & quâ dispositione antè & post sumenda.

1. Eucharistia à poenitentibus sumenda, (si non sint in peccato.)

Poenitentes, qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant. *Concilium Carthaginense 4. cap. 77.*

2. Eucharistiam sumpturus, præparare se debet per confessionem, contritionem & bona opera. Exceptâ causâ infirmitatis, quæ non sinit aliquem confiteri.

Nihil conducit ad susceptionem Eucharistiæ, se præparare per contritionem, confessionem, satisfactionem & alia bona opera. *Inter errores damnatos, relictos in Concilio Senonensi cap. 17.*

Pròinde nemo admittendus est, nisi ejus conscientia Parocho sit, aut cui potestas super hac re legitime facta est, per exomologesim explorata, & qui poenitenti ac contrito corde Corpus Domini diducans, accesserit, quod jubet Apostolus, cum ait: Prober autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, nè cum Juda, qui Cœnæ Dominicæ ad iudicium interfuit, lætam Diabolo præbeat. Mens ergo ab omni affectu peccandi longè absit; nam si adhuc habet voluntatem peccandi, gravatur magis Eucharistiæ perceptione, quam purificatur. E contra, quamvis quis peccato morderetur, si tamen poeniteat, & peccandi voluntatem nullam habeat, confidens de Domini miseratione, accedat ad Eucharistiam intrepidus & securus. *Concilium Colonienf. 2. parte 7. cap. 19.*

Parochis etiam & Ministris Ecclesiarum ferè inhibemus, nè cui extra casum infirmitatis aut necessitatis Sacro-Sanciam Eucharistiam, nisi jejuno & confessio, porrigere præsumant. *Conc. Mogunt. 4. cap. 33.*

3. Sumenda cum multa præparatione & probatione, id est, sine conscientia mortalis. *Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 7.*

4. Etiam contritus debet confiteri, ante Eucharistiam, etiam Sacerdos, nisi desit Confessor, & urgeat necessitas, tunc enim potest celebrare, & quamprimum confiteri. *Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 7. & Can. 1.*

5. Eucharistia cum gratiarum actione sumenda.

Estote verò præstò omni tempore ad agendas gratias, tanquam fideles & grati servi, ac pro Eucharistia quidem, in hunc modum: Gratias agimus tibi, Pater noster, pro vita, quam nobis per JESUM Filium ostendisti, &c. Adhuc agimus tibi gratias, Pater noster, pro Sanguine pretioso JESU CHRISTI, pro nobis effuso, ac pro pretioso Corpore, cujus hæc Antitypa celebramus, qui nobis constituit, ut mortem ejus denunciaremus, per ipsum enim tibi gloria in sæcula, Amen. *Lib. 7. constitutione Apostolicarum c. 26.*

Post Communionem sic est gratiarum actio adhibenda: Gratias agimus tibi DEUS, & Pater JESU Salvatoris nostri pro Sancto Corpore tuo, quod in nobis habitare fecisti, & pro cognitione, & fide, & charitate, & immortalitate, quæ dedisti nobis, per JESUM Filium tuum, &c. *ib. c. 27.*

6. Eucharistiam sumpturus, credere tenetur, saltem antè veritatem hujus Sacramenti.

Omnium autem maximè instruendus est populus, ut rectâ fide accedat sermone Domini firmiter credens, quòd nos edocet CHRISTUS, dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis & veritatem sui Corporis admittit, & credentibus, dignèque suscipientibus, remissionem peccatorum promittit, jubens, ut hoc faciamus in suam commemorationem. *Concilium Colonienf. 2. p. 7. c. 22.*

7. Non

7. Non est necessè, ut sumens actu credat, se gratiam consequi, neque hæc præparatio est necessaria. *Leo X. constitutione 40. Exurge.*

8. Eucharistia à jejunis tantum accipienda.

Ut Sacramenta Altaris non nisi à jejunis hominibus celebrentur, exceptò unò die anniversariò, quò Cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridianò tempore defunctorum, sive Episcoporum, sive cæterorum commendatio faciendâ est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, jam pransi inveniantur. *Concilium Africanum cap. 8. De consecratione dist. 2. c. Sacramenta.*

9. Eucharistia in Cœna Domini tantum olim sumebatur à non jejunis, (sicut factum fuit in Cœna Christi) cur Apostoli pransi acceperunt.

Liquidò apparet, quando primò acceperunt discipuli Corpus & Sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est univerfæ Ecclesie, quòd à jejunis semper accipitur; ex hoc enim placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicum Corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam idèd per univèrsam Orbem mos iste servatur. Neque enim, quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi aut cœnati Fratres ad illud Sacramentum accipiendum convenire debent, aut sicut faciebant, quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere. Namque Salvator, quò vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit infingere cordibus & memoriæ discipulorum, quibus ad passionem digestus fuit erat, & idèd non præcepit, quò deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, servare hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post alios cibos semper acciperetur, credo, quòd eum morem nemo mutasset. *De consecr. dist. 2. cap. Liquidò.*

10. Nunc à jejunis semper sumenda, exceptis infirmis.

Tunc rectè non licet cuilibet Communionem CHRISTI percipere, quando gulæ deditus, non invenitur jejunis, adeò, ut mysticam mensam parvi pendens, prius cibi Laici sumptu jejunium solvissè videatur, Christi que venerandum Corpus ac pretiosum Sanguinem, à cæteris non discernens alimentis, non præposuissè omni humanæ refectio, sed postposuissè noscatur. Remedium quippe salutiferum est Corpus Christi contra peccatum, & qui hoc ante omnem escam veneranter non sumit, & certè quotidie medicos vacuis visceribus sua carnibus pocula propinare, & si hoc pro sanitate corporis agitur, quantò potius est pro animæ salute patrandum. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum cap. 65. De consecratione dist. 1. cap. Sacramenta. supra num. 8. Ibid. Distinct. 2. cap. Liquidò. supra num. 9. Concilium Moguntinum 4. cap. 33. supra n. 2.*

11. Eucharistiam dignè sumit, qui peccata prius confitetur, &c. *Leo X. constit. 40. Exurge.*

12. Pollutionem passus in nocte ex causa peccaminosa, non potest sequenti die sumere Eucharistiam.

Quæro etiam, si post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel Corpus Domini quilibet accipere valeat, vel si Sacerdos sit, Sacra mysteria celebrare?

Et quidem, cum ex natura superfluitate, vel infirmitate evenit, omnimodè illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulissè, magis lolendus est, quàm fessissè. Cum verò ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterii, vel Millarum solemniam celebrandi, cum fortallè, aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium pro eo, quòd Sacerdos alius

in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adfuerint alii, qui implere mysterium valeant, illusio per capulam facta, à perceptione Sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione Sacri mysterii abstinere, ut arbitror, humiliter debet; si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. ---

Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus. Videt enim, à qua radice inquinatio illa processerit; quia quod cogitavit sciens, hoc pertulit nesciens, sed pensandum est, ipsa cogitatio utrum in suggestione, an delectatione, vel quod majus est, peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum. Videlicet: suggestione, delectatione & consensu; suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum. --- Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodò perpetratum non est. Cum verò caro delectari cœperit, cum peccatum incipit nasci. Si autem etiam ad consensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici, &c. *Gregorius I. lib. 12. epist. 31. cap. 11. distinctione 6. capit. 1. Testamentum. Vide, Pollutione.*

13. Eucharistiam sumpturus per aliquot dies ante abstinere ab operibus carnis, sive cum uxore, sive cum aliis; at ab uxore saltè in præcedenti nocte.

Oportet itaque, legitima carnis copula, ut causa prolis sit, non voluptatis, & carnis commixtio creatorum liberorum sit gratiâ, non satisfactio vitiorum. Si quis ergo suâ conjuge non cupidine voluptatis raptus, sed solummodò liberorum creatorum gratiâ utitur, iste profectò de ingressu Ecclesie, seu de sumendo Corpore Domini, Saagunisque mysterio, suo est relinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus, nescit ardere. Cum verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent conjuges, etiam de sua commixtione, quòd desinant. ---

Vigilanti ergo mente pensandum est, quòd in Syna monte Dominus ad populum locuturus, prius eundem populum abstinere à mulieribus præcepit. Et si illic, ubi Dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur, tantâ provisione est munditia corporis requisita, ut qui verba DEI perciperent, mulieribus mixti non essent: quantò magis, qui Corpus Domini Omnipotentis accipiunt, custodire in se munditiam carnis debent, ne ipsi inestimabilis mysterii magnitudine prægraventur? Hinc etiam ad David de pueris suis per Sacerdotem dicitur, ut si à mulieribus mundi essent, panes propositionis acciperent, quos omnimodò non acciperent, nisi prius mundos eos David à mulieribus fateretur. Tunc autem vir, qui post commixtionem conjugis locus fuerit aqua, etiam sacre Communionis mysterium valet accipere, cum ei juxta præfinitam sententiam Ecclesie etiam licuerit intrare. *Gregorius I. lib. 12. ep. 31. c. 10. Post Conc. Eliberitanum. De consecratione dist. 2. cap. Omnis homo. Vide, Communitio tit. 1. num. 10.*

Quòd autem orationis tempore conjugali operi vacari non liceat, Beatus Hieronymus in quodam sermone scribit, ita dicens: Sciatis Fratres charissimi, quoniam, quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec de carnibus Agni comedere debet. Si panes propositionis non poterant ab eis, qui uxores suas retigerant, comedi, quantò magis panis ille, qui de Cælo descendit, non potest ab his, qui conjugalibus paulò antè hæere complexibus, violant, atque contingi? Non quò nuptias condemnemus, (hoc enim non dicimus) sed quòd eò tempore, quò carnes Agni manducaturi sumus, vacare operibus carnis non debeamus. *33. qu. 4. cap. Quod autem. & cap. Sciatis. De consecr. dist. 2. c. Liquidò. supra n. 9.*

In perceptione Corporis & Sanguinis Domini magna discretio adhibenda est. Cavendum est enim, nè si nimium in longum differatur, ad perniciem

animæ pertineat, dicente Domino: Nisi manduca-
veritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indifferetè accipiatur, timendum est illud, quod ait Apostolus: Qui manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit. Juxta ejusdem ergo Apostoli documentum, probare se debet homo, & sic de pane illo manducare, & de Calice bibere, ut videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque suam, præparet se ad percipiendum tantum Sacramentum, exemplò David, qui nisi se fastus fuisset, abstinuisse ab opere conjugali, ab heri & nudius tertius panes propositionis nequaquam à Sacerdote accepisset. *Concil. Cabilonen. 3. c. 46.*

14. Eucharistia non est sumenda cum aliis cibis.
15. Neque post eam statim accedendum est ad alios communes cibos, sed per aliquot horas abstinendum est ab eis.

Qui autem residua Corporis Domini, quæ in Sacramento relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant, nè putent sanctæ portioni miscere cibum, qui per aqualios digestus in feces funditur. Si igitur manè Dominica portio editur, usque ad sextam jejunent ministri, qui eam consumpserunt, & si tertiâ vel quartâ horâ acceperint, jejunent usque ad vespèram, sic secretâ sanctificatione æterna custodienda sunt Sacramenta. *De consecrat. dist. 2. capit. Tribus gradibus.*

16. Non est necessè, ut sumatur sine cingulis.
Jam verò, quòd asseritis, Græcos vos prohibere Communionem suscipere sine cingulis, quibus Sacra Scripturæ testimoniis hoc prohibere jure perhibetur, nos penitus ignoramus, nisi forè illò, quò Dominus præcipit, dicens: Sint lumbi vestri præcincti. Verùm hoc Sancti Evangelii testimonium non per litteram, sed per Spiritum oportet impleri. Nam si ad hoc istud præceptum est, ut taliter ferventur, cur non sunt pariter, quæ sequantur, ut lucernæ ardentes? Et sicut agnum comedentibus jubetur, ut baculum in manibus teneant, habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut eâ magis, quâ decet significatione, ferventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus honorum splendor operum, de quibus dicitur: Sic opera vestra luceant, indicatur. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum c. 35.*

17. Eucharistiam evomens ex ebrietate, &c. si est Laicus, pœniteat per 40. dies, si Clericus vel Monachus per 70. si Episcopus per 90. si ex infirmitate per septem.
Si per ebrietatem vel voracitatem Eucharistiam evomuerit, quadraginta diebus pœniteat, si Laicus est, Clerici, vel Monachi, seu Diaconi, & Presbyteri, septuaginta diebus pœniteant, Episcopi nonaginta, si pro infirmitatis causa evomerint, septem diebus pœniteant. *De consecratione Dist. 2. cap. Si per ebrietatem.*

18. Eucharistiam acceptam, non comedens, ut sacrilegus abiciatur ab Ecclesia.
Si quis autem acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumperit, velut sacrilegus propellatur. *Conc. Tolosanum 1. cap. 14.*

19. Perpetuò excommunicetur, nisi ex infirmitate accadat, ut non deglutiat.
Non ergo hujusmodi à corpore Ecclesiæ separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt, præsertim hi, de quibus nihil fidei sinistra sentitur. Placuit ergo definire, quòd nec fidei officiat, nec infideli nulum existat. Quicumque ergo fidelis, inevitabili quâlibet infirmitate coactus, Eucharistiam perceptam rejecerit, in nullo Ecclesiæ damnationi subiaceat. Similiter nec illos cuiusquam punitionis censura redarguet, qui talia aut tempore infantie faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, quid fecerint, ignorare videntur. Jam verò, quicumque

aut defidelium vel infidelium numero Corpus Domini absque inevitabili (ut dictum est) infirmitate proferat, si fidelis est, perpetuà Communionem privetur: si infidelis, & verbis subdatur, & perpetuò exilio relegatur. Quòd si horum quilibet hujusmodi excessus dignâ pœnitentiæ satisfactione deserverit, post quinquennium licebit illum Communioni pristina reformari. *Concil. Tolet. 11. c. 12.*

20. Eucharistiam indignè sumentes inficiuntur.
Qui sceleratè vivunt in Ecclesia, & communicare non desunt, putantes se tali Communionem mundari, discant, nil ad emendationem sibi proficere, dicente Prophetâ: (Quid est, quòd dilectus meus fecit in domo mea scelerata multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas?) Et Apostolus: (Probet, inquit, seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. *De consecratione Dist. 2. cap. Qui sceleratè.*)
Timorem docet nos Apostolus, dicens: (Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit.) Fidem verò edocet nos sermo Domini, dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis dabitur; hoc facite in meam commemorationem, &c. *Ibidem. cap. Timorem.*

21. Eucharistiam indignè sumens, recipit Sacramentum, sed non ejus effectum. Nota, quòd in hoc Capitulo locò effectus dicitur: (Non recipit Corpus Christi) sed est falsatus locus, quia in cap. Sicut Judas, dicitur, &c.

Qui discordat à Christo, nec manducat carnem ejus, nec sanguinem bibit, etiam si tantæ rei Sacramentum ad judicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat. *Ibidem. cap. Qui discordat.*
Sicut Judas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se diabolo præbuit; sic indignè quisque sumens Dominicum Sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil accipiat. Corpus enim Domini, & Sanguis Domini, nihilominus etiam illis, quibus dicebat Apostolus: (Qui manducat indignè, judicium sibi manducat & bibit.) *Ibidem. cap. Sicut Judas.*

22. Eucharistiam etiam à Sacerdote malo accipere potest fidelis.
Qualiscunque Sacerdos sit, quæ sancta sunt, coquinare non potest; idcirco ab eo usquequo Episcoporum judicio reproberetur, Communitio percipienda est, quoniam mali bona ministrando se tantummodò lædunt. Et cerea fax accensa, sibi quidem detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat, & unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite igitur intrepidè ab omni Sacerdote Christi mysteria, quoniam omnia in fide purgantur. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 71.*

23. Eucharistia tripliciter sumitur. Primò sacramentaliter tantum, sicut sumunt peccatores. Secundò spiritualiter tantum, sicut illi, qui voram & desiderium habent illius, & participant de fructu, scilicet gratia. Tertiò spiritualiter & sacramentaliter, & hoc modò sumitur ab iis, qui dignè accedunt ad illud. *Concilium Tridentinum. sess. 13. cap. 8. & Canone 8.*

24. Eucharistia sumenti, dari non potest vinum in calice consecrato, vel in alio vase simili.
Populo, postquam Eucharistiam sumperit, vinum calice consecrato, vel aliò vase, quod ad sacri calicis formam factum sit, nè præbeat. *Concilium Mediolanen. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Eucharistia.*

25. Eucharistiam primò sumens, instruendus est de virtute hujus Sacramenti, ac reverentia ei debita.

Adolescentibus, qui tunc primùm Eucharistiam sumere voluerint, Paschus non præbet, nisi eos ante aliquot dies examinârit, & de vi & ratione Sacramenti diligenter instruxerit. *Concil. Mediolan. Ibidem.*

26. Eucharistiam sumere non tenentur parvuli ante usum rationis, neque hoc est de necessitate salutis. *Concil. Tridentinum. sess. 21. cap. & Canone 4. Vide, Parochi.*

27. Eucharistia non est danda mortuis.
Item placuit, ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Dictum est enim à Domino: Accipite, & edite. Cadavera autem nec accipere possunt, nec edere. Cavendum est etiam, nè mortuos baptizari posse, fratrum infirmitas credat, cum Eucharistiam mortuis non dari animadvertit. *Concil. Carthaginen. 3. cap. 6.*

III. Eucharistia sumenda, quando, quoties, ubi, & à quo.

1. Eucharistia sumenda ab omnibus adultis, non sumentes sunt puniendi.

Hi qui intrant in Ecclesiam, & deprehendantur nunquam communicare, admoneantur. Quòd si non communicant, ad pœnitentiam accedant. Si communicant, non semper abstinant; si non fecerint, abstinantur. *De consecratione. Distinct. 2. cap. Hi qui.*

2. Ab Eucharistia se alienantes ob luxuriam, ejiciendi sunt ab Ecclesia.

Si quis intrat in Ecclesiam, & sacras Scripturas audit, & pro luxuria sua avertit se à communionem Sacramenti, & in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, illum talem projiciendum de Ecclesia Catholica esse decernimus, donec pœnitentiam agat, & offendant fructum pœnitentiæ suæ, ut possit Communionem percepta indulgentiam promereri. *Ibidem. cap. Si quis intrat.*

3. Eucharistia olim pluries sumebatur ex præcepto. Quodam tempore quater in anno, scilicet in Nativitate, Cœna Domini, Paschate & Pentecoste.

Quatuor temporibus in anno, id est, in Nativitate Domini, in Cœna Domini, Pascha, & Pentecoste, omnes fideles ad Communionem Corporis & Sanguinis Domini accedere admonete, certis diebus & temporibus conjunctos abstinere ab uxoris exhortamini. *Leo IV. Homilia de cura Pastoralis. De consecratione. Dist. 2. cap. Et si non frequentius. Vide, Communitio. tit. 1. n. 1. Et cap. Omnis homo. Vide, Communitio. tit. 1. num. 10.*

4. Aliquando erat præceptum de ter in anno, etiam secularibus, scilicet Paschate, Pentecoste & Nativitate Domini, & qui toties non sumebant, non habebantur ut Catholici.

Ut si non frequentius, vel ter Laici homines in anno communicent, nisi forè quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur. *Concilium Turonense 3. cap. 50.*

Et ut cohortandus est populus, quò sæpè numero communicet, quemadmodum olim singulis diebus Dominicis fieri consuevit; Quòd quidem nunc, quò minus fiat, per Laicos stat, quibus non debet cælestis ille cibus invitatus aut nauseantibus obrudi. Ità ad minimum populus ipse in disciplina Ecclesiastica retinendus est, ut saltem totò annò semel ab omnibus, qui ad discretionis annos pervenissent, confessis & contritis, Eucharistia summa cum reverentia suscipiatur. Olim, qui non communicassent in anno saltem ter, in Paschate videlicet, Pentecoste, & Nativitate Domini, inter fideles Catholicos non connumerabantur. Sed cum sensim omnis penè refrigerit charitas, in hoc quoque Ecclesiastica disciplina caput esse remissior. *Concil. Colonien. 2. p. 7. cap. 21. Post Concilium Eliberitanum. De consecratione. Dist. 2. cap. Omnis*

homo. Vide, nri supra n. 3. Ibidem. cap. Seculares. Ex Concil. Agathen. cap. 18. Vide, Communitio Eucharistica. num. 1. Vide, Communicare.

5. Aliquando in aliqua Provincia omni Dominicâ erat sumenda.

Sanè Communicatio Corporis Domini omni die Dominicò debuit celebrari. Ideòque necessè est, quantum ratio permittit, ut moderna corrigitur consuetudo, nè forte, qui longè est à Sacramentis, quibus est redemptus, longè sit à salute, quam fuerat consecutus. *Concil. Aquigranen. 3. p. 4. c. 21.*

6. Sed magno tempore fuit in praxi & præcepto, ut semel in anno in Cœna Domini, vel Paschate sumeretur, exceptis iis, qui gravi crimine detinerentur. Omnes, qui perveniunt ad annum discretionis, tenentur omni annò accipere.

In Cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistia negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis iis, quibus pro gravibus criminibus inhibetur) percipienda sit, Ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam penitentes eadem die ad percipiendam Corporis & Sanguinis Domini Sacramenta reconcilientur. *Post Epist. 2. Soteris. Concil. Cabilonen. 3. cap. 47. Et de consecrat. Dist. 2. cap. In Cœna Domini. Concil. Lateranen. 4. cap. 31. De pœnit. & remiss. cap. Omnis utriusque. Vide, Communitio Eucharistica. num. 3. Concil. Trevirense 2. cap. 12. Vide, Confessio. tit. 6. num. 5. Concil. Colonien. 3. tit. Censura. cap. 34. Vide, Ibidem. num. 4. Concil. Trident. sess. 13. cap. 9.*

7. Eucharistiam semel in anno non sumens, si vivit, ab Ecclesia arceatur, si moritur, careat Ecclesiæ sepulturâ. *Concil. Lateran. 4. cap. 21. & cap. Omnis utriusque sexus. Concil. Trevirense 2. cap. 12. Vide, Confessio. tit. 6. n. 5. Concil. Colonien. 3. tit. Censura. cap. 34. Vide, Confessio. tit. 6. num. 4.*

8. Si sumatur in hebdomada sancta, vel infra Octavam Paschæ, satisficit præcepto. *Eugenius IV. Constit. 20. Fide digna.*

9. Eucharistia frequenter sumenda, (ex consilio.) Dicitur enim panis quotidianus.

Sed quia inter cætera, quæ tibi contra Principem mundi arma (DEO favente) contuli, quod potissimum est, ut Corpus Dominicum frequenter acciperes, indicavi, & ut certæ fiducia Matris Domini te omnino committeres præcepi. Quid inde B. Ambrosius, videlicet de sumendo Corpore Domini, senserit, his in literis intimavi. Ait enim, &c. Si quotiescunque effunditur Sanguis Domini, in remissionem peccatorum funditur, debeo semper illum accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper peccat, semper debeo accipere medicinam, sicut quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? --- Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit. Sic vive, ut quotidie merearis accipere. *Gregorius VII. Lib. 1. ep. 47. Et de consecrat. Dist. 2. cap. Si quotiescunque.*

10. Eucharistia sumi potest quotidie in Quadragesima, à persona carente peccatis.

Corpori & Sanguini Dominico quotidie in Quadragesima majori, si deberis communicare, confitit, quod ut fiat, Dominum Omnipotentem suppliciter exoramus, & vos omnes vehementissimè exhortamur; si tamen mens in affectu peccandi non sit, vel si hanc non de criminalibus peccatis conscientia impenitens, vel reconciliata, fortassis accuset, vel si Fratri discordanti quis vestrum suò vitio reconciliatus mints existat. --- Interim tantum Quadragesimâ, quam mos Ecclesiæ majorem appellat, omni est die, servato superiori tenore, communicandum. *Nicolaus I. Ad consulta Bulgarorum, cap. 9.*

11. Eucharistiam quotidie sumere, non laudatur, nec vituperatur.

Quotidie Eucharistiae Communionem percipere, nec laudo, nec vitupero. Omnibus tamen Dominicis diebus communicandum suadeo, & hortor; Si tamen mens sine affectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, gravari magis dico Eucharistiae perceptione, quam purificari, &c. Dixerit quispiam, non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius asserit quotidie; faciat unusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat Corpus & Sanguinem Domini, si saluberrimum Sacramentum certatim honorate contendant. *De consecrat. Dist. 2. cap. Quotidie.*

12. Eucharistia sumenda est saepe in medicinam contra peccata. Ibidem. cap. Quotiescunque. supra n. 9.

13. Eucharistiam sumentes in hebdomada sancta. Vide, Communicare.

14. Eucharistia in Parochia à secularibus sumenda, tempore praecepti.

Statuimus, ut si quis ex necessitate, vel alia iusta causa, ab Episcopo vel proprio Parocho comprobanda, extra Parochiam suam diebus tempore Eucharistiam sumserit, Parocho suo de eo fidem faciat. Sin minus, in eum agatur, ac si non communicasset. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quae pertinent ad Sacramentum Eucharistiae.*

15. Potest sumi extra Parochiam cum Parochi licentia, sed ferenda est fides eius, à quo est sumpta. Ibidem.

16. Eucharistia non sumatur in campis, sed in Ecclesia. De consecrat. Dist. 1. cap. Non oportet. Vide, Defuncti. tit. 3. n. 6.

17. Eucharistiam accipiens in E. sed non sumens, est anathema.

Eucharistiae gratiam, si quis probatur acceptam in Ecclesia non sumpsisse, anathema sit in perpetuum. *Concil. Caesarogustanum. 1. cap. 3.*

18. Nec etiam in Paschate accipi potest ab haereticis. 1. q. 1. cap. Superveniente 24. q. 1. cap. ultimo. Vide, Communio tit. 1. num. 12.

IV. Eucharistia quibus neganda, & quibus non.

1. Eucharistia non potest dari mortuis.

Non licet mortuis nec Eucharistiam, nec osculum tradi, nec velo, vel pallis corpora eorum involvi. *Concil. Antiodorense. cap. 12. Concil. Carthaginense. 3. cap. 6. Vide, tit. 2. num. 27.*

2. Usurariis dari non potest, dans suspenditur ab officio, arbitrio Ordinarii.

Denunciamus, seu declaramus, hoc sacro approbante Concilio, omnes usurarios manifestos, donec de usuris, prout patiuntur facultates eorum, plenarie satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum idoneam praestent cautionem, fore Communionem Altaris & Ecclesiasticam sepulturam privatos, eorumque oblationes recipi non debere, nec ipsos absolvi posse: testamenta quoque ipsorum non valere, sed esse irrita ipsò jure. Omnes etiam, qui hujusmodi usurariis Communionem Altaris, ac Corpus Christi tradiderint, ac eos ad Ecclesiasticam admiserint sepulturam, donec ad arbitrium Ordinarii loci satisfecerint, ab officio sui executione decernimus, seu declaramus esse suspensos. Adjicientes, ut poena hujusmodi subiaceant omnes, qui tales usurarios absolvent, aut ad Communionem Altaris admiserint, sive testamentis, aut sepulturae interfuerint eorundem. Tabelliones quoque, de mutuis & contractibus usurariis, vel in fraudem usurarum initis, instrumenta

conficientes, vel recipientes scienter, quibus usurarii poenis subiaceant ipsò factò. *Concil. Ravennaten. 4. sub Joann. XXII. cap. 15.*

3. Non potest dari excommunicato.

Præcipimus etiam, ne excommunicato Ecclesiae, sive Laico, de fragmentis oblationum Domini ponatur ad mensam. *Clemens 1. ep. 2.*

4. Non danda concubinariis, usurariis publicis, blasphemis recidivis.

Publici concubinarij, foeneratores, ac blasphemij, & alij ejusmodi facinorosi homines, semel ad poenitentiam & ad Communionem admissi, si postea eos in eodem luto peccatorum herere cognovimus, amplius ad sacram Communionem ne recipiantur, nisi postea eos vitam & mores re ipsa emendasse Parochi perspexerint. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quae pertinent ad Sacramentum Eucharistiae.*

5. Non est danda pueris. Conc. Turon. infra.

6. Neque existentibus in mortali.

Presbyteri omnino admonendi sunt, ut cum sacra Missarum solemnia peregerint, atque communicaverint, pueris, aut aliis quibuslibet personis adstantibus Corpus Domini indidiceret non tribuant. Qui si forte majoribus peccatis fuerint irretiti, magis sibi damnationem, quam remedium comparant, juxta sententiam Apostoli dicentis: Quicumque manducaverit panem, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. *Concilium Turon. 3. c. 19.*

7. Non est danda histrionibus, dari eis potest, si convertantur.

De histrione quodam, qui apud vos constitutus, in ejusdem adhuc artis suae dedecore perseverat, & magister & doctor, non erudiendorum, sed perdiditorum puerorum, id, quod male didicit, ceteris quoque insinuat, an talis debeat communicare nobiscum. Quod ego puto, nec Majestati Divinae, nec Evangelicae disciplinae congruere, ut pudor & honor Ecclesiae tam turpi & infami contagione foedetur. *De consecrat. Dist. 2. cap. Pro dilectione.*

Scenicis atque histrionibus, ceterisque hujusmodi personis, vel Apostaticis conversis, vel reversis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur. *Ibidem. cap. Scenicis.*

8. Non detur alicui, de quo est dubium, an sit confessus, nisi ferat testimonium de absolutione.

Et ne contemptò confessionis remediò, homines Sacro-Sanctam Eucharistiam percepturi, periculum sibi, quòd Apostolus indignis & inexploratis graviter comminatur, accersant, Parochis nostris injungimus, ne posthac quemquam Parochianum, qui non suo Parocho confessionem fecerit, (saltem ubi non facta Confessionis suspicio subsit) sine testimonio ejus, cui confessionem fecit, ad Sacro-Sanctam Eucharistiam admittere praesument. *Concil. Moguntinum. 4. cap. 24. Concil. Colonien. 3. tit. Censura. cap. 34. Vide, Confessio. tit. 6. n. 4.*

9. Negari non potest occulto peccatori, publice petenti.

His adjiciendum decrevimus, ut secretò non detur Communio Eucharistiae impetrenti; Sed publicè & instantè petenti danda est, nisi publicum sit ejus delictum. *Concilium Londinense. 1. cap. 2.*

10. Negari non debet morientibus in patibulis.

Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè poenitentibus, Communio in fine secundum Canonicum justum danda est, cur non vis, qui pro peccatis suis poenam extremam perfolvunt scriptum est enim: Non vindicat DEUS bis in id ipsum. *13. q. 2. cap. Quæritum.*

Fures & latrones, si in furando aut depradando occidantur, visum est pro eis non orandum. Si com-

pre-

prehensant vulnerati Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, Communionem eis non negamus. *Ibidem. cap. Fures. Vide, Vaticum.*

V. Eucharistia à quo dispensanda, & quo ritu.

1. Eucharistia à Presbytero dispensanda. Sacerdotes à se sumere debent; (dum consecrant) Laici verò, & alii, à Sacerdote accipere.

Tribus gradibus commissa sunt Sacramenta Divinorum secretorum, id est, Presbytero, Diacono & ministro. Qui cum timore & tremore Clericorum reliquias fragmentorum Corporis Domini custodire debent; tanta in Altario certè holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quòd si remanserint in crastinum, non referantur, sed cum timore & tremore, Clericorum diligentia consumantur. *De consecrat. Dist. 2. cap. Tribus gradibus. Concil. Tridentinum. sess. 23. cap. 8.*

2. Eucharistia etiam à Diacono dispensari potest, præsentè Presbytero, sed jubente. Ab aliis inferioribus Diacono non potest dispensari. Neque hoc fiat, nisi in necessitate. Constit. AA. Lib. 8. cap. 28. Concil. Carthaginens. 4. ep. 38. Vide, Diaconus. tit. 2. num. 1. & 3.

3. Ubi fieri potest, dispensetur foemina separatim à masculis.

Eucharistiae Sacramentum, ubi pro Ecclesiarum amplitudine commodè fieri poterit, maribus scotim à foeminis ministretur. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quae pertinent ad Sacramentum Eucharistiae.*

4. Eucharistia non sumenda ab haeretico, neque etiam in Paschate. 1. q. 1. cap. Superveniente. 24. qu. 1. capit. ultimo. Vide, Communio. tit. 1. n. 12.

5. Eucharistia non potest dispensari intincta in poculo.

Illud verò, quòd pro complemento Communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc probatum testimonium ex Evangelio recipit, ubi Apostolis Corpus suum & Sanguinem commendavit. Secorsum enim panis, & scorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, exceptò illò tantum discipulo, quem intincta buccella Magistri proditorum ostenderet, non quæ Sacramenti hujus institutionem monstraret. *Concil. Bracharen. 3. cap. 1.*

6. Non potest in campis distribui Eucharistia, sed in Ecclesia. De consecrat. Dist. 1. cap. Non oportet. Vide, prout tit. 3. num. 16.

7. Eucharistia, quæ remanet post Communionem aliorum, consumatur à Sacerdote. De consecrat. Dist. 2. cap. Tribus gradibus. Vide, supra n. 1.

VI. Eucharistia, an sub utraque specie dispensanda.

1. Eucharistia olim etiam in Sanguine sumebatur à Laicis.

Cum nemo fidelium dubitet, virtutem Sacro-Sanctæ Eucharistiae, non ex speciebus pendere, sed ex vivifica Christi Carne & Sanguine provenire, jam ne hoc quidem quilibet fidelis dubitare debet, illum sub una specie communicandi morem ad salutem fumentium aequè utilem & efficacem esse, quam alterum sub utraque: cum constet, non minus recipi in una specie, & cum quoque communicandi morem, in una specie, jam inde ab initio praxis Christi & Apostolorum in Ecclesiam introduxerit. Unicuique autem fidelium ex his duobus communicandi modis,

Tomus II.

eum meritò tenendum esse, quem Ecclesia propter causas rationabiles pro temporum ratione elegerit, & populo tradiderit observandum. *Concilium Moguntinum. 4. cap. 32. Concilium Cabilonense 3. cap. 47. Vide, Communio Eucharistica num. 3. Conc. Constantiense sess. 13. cap. 1. Vide, Christus. tit. 28. n. 4.*

2. Tempore Berengarii decrevit Ecclesia, ut sub utraque specie sumeretur, ad eum confutandum.

Neque quis communicet de Altari, nisi Corpus separatum, & Sanguinem similiter sumat, nisi per necessitatem & cautelam. *Concilium Claromontanum. cap. 28.*

3. Eam sumere sub utraque specie nullus tenetur. Neque Clerici. Concil. Tridentin. sess. 21. c. 1. Canone 1. & 2.

4. Eucharistia nunc à solo Sacerdote consecrante sumenda est sub utraque specie. A Laicis verò, & ab aliis non consecrantibus, sub specie panis tantum sumenda.

Præcipimus idcirco, &c. & mandamus omnibus Provinciae nostrae incolis, qui Christiani nomine censentur, ut Corporis & Sanguinis Christi veritatem sub una Sacramenti specie percepisse contenti, vitium pacis cum gratiarum actione servent. *Conc. Colonien. 3. tit. Censura. c. 7.*

Ubi sunt, quibus contra Ecclesiae consuetudinem persuasum est, oportere Laicos participare Corpus & Sanguinem Domini, sub utraque specie, ibi docebit Parochus, hos, qui gravatam habent conscientiam, Corpus & Sanguinem Domini alterà tantum specie perfectè consistere; adeò ut Laicus, qui sub specie panis communicat, non tantum Corpus, sed & Sanguinem Domini non minus recipiat, quam qui capit sub utraque specie panis & vini, Ecclesiam quoque Laicis unam tantum speciem dare, quòd pro reverentia ipsius Sacramenti & salute fidelium, Ecclesia, (cui dispensatio Sacramentorum DEI commissa est) sic viderit expedire. Nam cum nullatenus ambigendum sit, sub specie panis non tantum carnem, nec sub specie vini Sanguinem tantum, sed sub qualibet specie totum Christum contineri, cur se Laicus iudicio Ecclesiae, quam Dominus audiri voluit, non submitteret? Quæ non temerè, sed multis rationibus permota, decrevit, salubrius esse, ut non tantum populus, sed & Sacerdotes non sacrificantes, Christum sub una tantum specie, quam sub duobus perciperent. Quid enim panis vini que species aliud sunt post consecrationem, quam species sacramentales, & accidentia sine subiecto? Ut non habeat Laicus, cur queratur sibi alteram subtrahi speciem, ubi totum, quòd sub utraque specie continetur, integrè accipiat. *Concil. Colonien. 2. part. 7. cap. 15. Concilium Constantien. sess. 13. cap. 1. Vide, ubi supra num. 1. & sub verbo, Communio. tit. 2. num. 2.*

5. Eucharistiam sumens sub una specie tantum, non minus sumit totum Christum, secundum Corpus & Sanguinem, quam qui sumit sub utraque. Concilium Colonien. 2. part. 7. cap. 15. supra. Concilium Moguntinum 4. capit. 32. supra num. 1.

6. In altera tantum specie totus & integer Christus sumitur. Concilium Tridentin. sess. 21. cap. & Can. 3. Concilium Mogunt. 4. c. 32. supra.

7. Ecclesia non temerè, sed multis mora rationibus, decrevit dare Laicis Eucharistiam sub una specie. Concilium Colonien. 2. part. 7. cap. 15. Concilium Tridentin. sess. 21. cap. & Canone 2. Conc. Mogunt. 4. cap. 32. uti supra.

8. Eucharistiam sub utraque specie sumere, potest Papa concedere alicui Regno, vel

R

na-

nationi, si expedire iudicaverit. *Concil. Tridentinum. sess. 22. in fine. Vide, Sacerdos, circa ministerium Eucharistiæ.*

VII. Eucharistia pro infirmis conservanda, & ad eos deferenda, & quomodo.

1. Eucharistia conservanda est in Pixide super Altare, ut in necessitate deferatur ad infirmos.

Super Altare nihil ponatur, nisi capsula cum Reliquiis Sanctorum, aut fortè quatuor Sancta DEI Evangelia, aut pixis cum Corpore Domini, ad Viaticum pro infirmis, cætera in nido loco recondantur. *Leo IV. Homilia de cura Pastoralis.*

2. Tenenda est semper parata pro infirmis.

Presbyter Eucharistiam semper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine Communionem moriatur. *De consecratione. dist. 2. c. Presbyter.*

Et quoniam in hoc Sacramento Christus continetur, cohortandus est populus, ut ad hæc mysteria contremiscens, cum in celebratione Missarum elevatur Hostia salutaris, se reverenter inclinet, corporeque humi fusò, mente adoret Crucifixum: facturus idem, cum Presbyter deferat ad infirmum Eucharistiam, quam ob id paratam semper habere debet, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine Communionem decedat. *Conc. Coloniense. 2. part. 7. cap. 16.*

3. Eucharistia infirmis pœnitentibus danda est.

De his verò, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc, ita si fortè quis recedat ex corpore, ultimò & necessariò vitæ suæ viaticò non defraudetur. Quòd si desperatus aliquis, acceptâ Communionem, supervixerit, sit inter eos, qui in sola oratione communicant, donec statutum tempus compleatur. De omnibus tamen his, qui à corpore recedunt, & Eucharistiam postulant, in tradenda eis Communionem, cura & probatio sit Episcopi. *Concilium Nicæn. 1. c. 12. & 26. q. 6. c. De his verò.*

Pœnitentes, qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant. *Conc. Carthagin. 4. c. 77.*

4. Omni petenti in fine vitæ, si sit pœnitens, danda est Eucharistia.

Si quis de corpore exiens, novissimum & necessariam Communionem viaticum expetit, non ei denegatur. Quòd si in desperatione positus, post perceptam Communionem, iterum sanus fuerit factus, tantum in oratione particeps sit. Nam non accipiat Sacramentum, donec constitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere Sacramentum, cum consideratione & probatione Episcopi accipere debent. *Concil. Lucense. cap. 82.*

Ab infirmis, in mortis periculo positis, per Presbyteros pura inquirenda est confessio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, & Elcemofynarum studiis, pondus pœnitentiæ sublevandum est, à quo periculo si divinitus erepti convalescerint, pœnitentiæ modum à suo confessore impositum, diligenter observent. Et idè secundum Canonicam auctoritatem, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus Ecclesiasticis, sacra cum unctio DEI animati, secundum statuta SS. PP. Communionem viatici resciantur. *Concilium Moguntinum sub Leone IV. cap. 26. 26. q. 7. c. Ab infirmis. Concilium Ravennatense 2. sub Clemente V. c. 7. Vide, Christum tit. 6. n. 1.*

5. Dari debet etiam morientibus in patibulis, si sunt dispositi. 13. qu. 2. cap. Questum est. & cap. Fures. Vide, tit. 4. num. 10.

6. Eucharistia, quæ conservatur pro infirmis, non debet durare per annum, sed ad sum-

um per 15. dies. *Innocentius IV. constitutione 14. Sub Catholice. Clemens VIII. statuit, renovandam singulis Dominicis, const. 34. Sanctissimus.*

7. Illa, quæ fit in Cœna Domini, non est conservanda per totum annum, neque coquenda, aut oleò linienda, ut servetur. *Ibidem.*

8. Eucharistia ad infirmos per Sacerdotes feratur.

Pervenit ad notitiam nostram, quòd quidam Presbyteri in tantum parvi pendunt Divina mysteria, ut Laico, vel sceminarum sacrum Corpus Domini tradant, ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur, ne sacramentum ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis Sancta Sanctorum committuntur. Quòd quàm sit horribile, quàmque detestabile, omnium Religiosorum animadvertit prudentia. Igitur interdicit per omnia Synodus, ne talis temeraria præsumptio ulterius fiat, sed omnimodis Presbyter per se ipsum infirmum communicet. Quòd si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. *De consec. dist. 2. cap. Pervenit.*

9. Cum feratur Eucharistia ad infirmum, duæ particulae ferantur, ut in reditu Sacramentum etiam feratur, cum umbella, tintinnabulo sonante antè, sed prius deferatur signum campanæ.

Ut SS. Eucharistia ad ægros summa cum Religione deferatur, Parochi populum sæpissimè, ut frequens semper prosequatur. Quamobrem etiam Sodalitates Corporis Christi in parochiis instituant. Cum verò deferenda erit, tum cum campanæ sonitu præmoncant. Lumina, tintinnabulum, & decorum vasculum, velò etiam decenter contextum, ac præterea, ubi fieri poterit, umbellam adhibeant. Duas autem sacra Eucharistiæ particulas deferant, ne eis ad Ecclesiam redeuntibus, populus inane vasculum adoret. *Concilium Mediolanense 1. parte 2. tit. Qua pertinent ad Eucharisticam. &c.*

10. Eucharistia olim in vase ferri poterat ad infirmos, ab Acolythis, iussu Sacerdotis, sed nunc non est in praxi.

Nullus Lector vel Ostiarius vasa sacra contingeret: nullus Acolythus rem sacratam à Presbytero jam alio porrigeret, nisi tantum suppositaret, quod ei Sacerdos imponeret, suo ore benedictum. *Concil. Romanum 2. sub Sylvestro cap. 9.*

11. Eucharistia deferenda ad infirmum, ante pectus, habitu decenti, cum lumine, &c. Manifestè ferenda.

Sacerdos verò quilibet frequenter doceat plebem suam, ut cum in celebratione Missarum elevatur Hostia salutaris, se reverenter inclinet, idem faciens, cum eam deferat Presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu, superposito mundò velamine ferat, & referat manifestè ac honorificè ante pectus, cum omni reverentia & timore, semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur. Prælati autem huiusmodi mandati graviter puniri non differant transgressores, si & ipsi Divinam & nostram volunt effugere ultionem. *De celebratione Missarum. c. Sanè olim. ex Honorio III.*

His adjicimus, ut reponatur Eucharistia in pyxide munda & honesta, deferatur ad ægrum lintèò mundò superposito, lucernâ præcedente, ac cruce, nisi æger valde remotus fuerit. Renovetur quoque Hostia ipsa singulis Dominicis diebus, habeaturque certitudo circa ipsam Eucharistiam, ita quòd non sumat non consecratam pro consecrata. *Conc. Londinense. 1. cap. 2.*

Quòd faciens, decenti habitu indutus, hanc salutarem hostiam palam ac honorificè ante pectus cum omni reverentia ac timore ferat & referat, lumine semper præ-

precedenti, ut signò populus intelligat, illic eum esse præsentem, qui est candor lucis æternæ. Hæc denique Sacro-Sancta Hostia reponatur semper in loco singulari mundo & signato, honorificèque collocata, devotè ac fideliter conservetur. *Concilium Coloniense 2. part. 6. cap. 16.*

12. Sed in partibus infidelium deferri potest veste ordinariâ, & sine luminibus. *Clemens VIII. Const. 40. Ex omnibus.*

VIII. Eucharistia quò ritù & reverentia custodienda.

1. Eucharistia cum maxima munditia servanda. Si aliquod animal eam comedat, custos sit in pœnitentia per quadraginta dies, & alia pœnæ.

Tribus enim gradibus commissa sunt Sacramenta, &c. qui cum timore & tremore Clericorum reliquias fragmentorum Corporis Domini custodire debent, ne qua putredo in sacrario invenitur, ne cum negliger agitur, portioni Corporis Domini gravis inferatur injuria. Communionem enim Corporis Domini nostri JESU Christi si negligenter erogatur, & Presbyter minora non curet admonere officia, gravi anathemate & dignâ humiliationis plagâ feriatur. *Clemens I. ep. 2. Concilium Arelat. 3. cap. 1. De consecratione. Distinctione 2. cap. Qui bene. Vide, tit. 1. num. 23. De custodia Eucharistiæ cap. 1. Vide, Christum. tit. 6. num. 2.*

2. Decenter conservanda & custodienda.

Ne propter incuriam Sacerdotum Divina indignatio gravius exardescat, districtè præcipiendo mandamus, quatenus à Sacerdotibus Eucharistia in loco singulari, mundo & signato, semper honorificè collocata, devotè ac fideliter conservetur. *De celebratione Missarum c. Sanè olim. De custodia Eucharistiæ c. 1. supra.*

3. Eucharistia conservanda in Pyxide super Altare.

Provideatur etiam, ut in pyxide munda & honesta Hostia referretur; singulisque Dominicis diebus renovetur. *Conc. Eboracense. 1. Leo IV. Homilia de cura Pastoralis. Vide, supra. tit. 7. num. 1. Concilium Londinense. 1. c. 2. Concilium Coloniense. 2. part. 7. cap. 16. Vide, tit. præc. n. 11.*

4. Non custodiens Eucharistiam, si aliquod nefarium in eam committitur, quomodo puniendus. *De custodia Eucharistiæ c. 1. supra.*

5. Conservanda est clausa, ne tangatur ab aliis. *Concilium Ravennatense 2. sub Clemente V. cap. 7. Conc. Lateranense 4. cap. 20. Concil. Oxoniense 1. cap. 17. Vide, Christum tit. 6. num. 1.*

6. In Altari majori tenenda, nisi alia causa impediatur.

Episcopus diligentissimè curet, ut in Cathedrali, Collegiatis Parochialibus, & aliis quibusvis Ecclesiis, ubi sacro-sancta Eucharistia custodiri solet, vel debet, in majori Altari collocetur, nisi necessaria vel gravi de causa aliud ei videatur. *Concilium Mediolanense 1. part. 2. tit. Quo pertinet ad Sacramentum Eucharistiæ.*

7. Conservari non debet in choro, vel intrâ septa Monialium. *Concilium Trident. sess. 25. De reformatione Monialium. cap. 10.*

8. Ante Eucharistiam semper lampas ardeat.

Ante ipsam semper lampas accensa coluceat. Tabernaculum, quò aservatur, ornatum & benè munitum sit. *Concilium Mediolanense titi supra. Tomus II.*

IX. Eucharistiæ cultus & veneratio.

1. Eucharistia cultu patriæ est adoranda. *Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 5. & Canone 6.*

2. Speciali solemnitate ejus festum celebrandum, processionaliter est circumgestanda. *Ibid. Vide, Christi Corpus.*

3. Eucharistiam adorans, non est idololatra. *Concilium Tridentin. sessione 13. Canone 6.*

4. Dum Eucharistia elevatur, omnes debent ei reverentiam humilem exhibere etiam perfecti. *Concilium Viennense generale. Clement. De hæreticis. ad nostrum. Vide, Beguardi. Omnes debent genu flectere, cum elevatur, & cum ad infirmum portatur. Ibidem. De celebratione Missarum c. Sanè olim. ex Honorio III. Concil. Coloniense 2. part. 7. c. 16. Vide, tit. 7. num. 11.*

5. Eucharistia manu nudâ à muliere non potest accipi. Non licet mulieri nudâ manu Eucharistiam accipere. *Concilium Antisiodoren. c. 36.*

X. Eucharistiæ renovatio.

1. Eucharistia sæpè est renovanda. *Concilium Ravennatense 2. sub Clemente V. cap. 7.*

2. Omni Dominicâ est renovanda. *Concilium Londinense 1. c. 2. lb. n. 3.*

3. Eucharistiam non esse servandam pro infirmis per totum annum, sed ad summum per dies quindecim, decrevit *Innoc. IV. constit. 14. Sub Catholice.*

4. Clemens VIII. statuit renovandam quâlibet Dominicâ. *Constitutione 34. Sanctissimus. §. 2.*

5. Non est coquenda, nec oleò linienda, ut conservetur per totum annum Eucharistia, quæ fit feriâ quintâ in Cœna Domini. *Ibidem. §. 2.*

XI. Eucharistiæ effectus in sumente.

1. Eucharistia causat remissionem peccatorum. Sed hæc non est præcipuus fructus, neque hic solus.

Mysterium fidei dicitur: quia credere debes, quòd tibi salus nostra consistit. Providens enim nobis Dominus, dedit hoc Sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ille jam mori non potest, per istud Sacramentum Corporis sui peccatorum remissionem consequamur. *De consec. dist. 2. cap. Quid sit Sanguis.*

Postulat quippe Sacerdos, ut Corpus Christi, quòd sub specie panis & vini nunc geritur, manifestâ visione, sicut reverà est, quandoque capiatur. De qua visione Dominus in Evangelio secundum Joannem ait: (Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.) Quamvis non improbabiler quidam exponant hoc locò carnis & sanguinis veritatem, ipsam eorundem efficientiam, id est, peccatorum remissionem. *Ibid. cap. Species. Concilium Tridentinum sessione 13. Canone 5.*

2. Eucharistia confert gratiam sumentibus.

Caro enim mea (inquit Dominus) verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus; qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo. Et rursum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam. Quibus hæc luce clarius constat, hoc sacro-sanctum Eucharistiæ Sacramentum non solum gratiam conferre, sed & alia pleraque adversus hæreticos roborari, quæ

de ipso Catholica tradit Ecclesia, atque adeo quidem, ut post tam aperta scripturarum oracula plura confarcire supervacuum foret. *Concilium Senonense cap. 16. De Eucharistia. Eugenius IV. in litteris unionis. §. 5. Ecclesiasticorum.*

3. Eucharistia continet remedium salutis.

Sacramenta Ecclesiastica, in quibus tanquam in vasis cœlestibus, salutis remedia continentur. *Conc. Londinen. 2. c. 3.*

4. Est remedium, quo à culpis quotidianis liberamur. *Concilium Tridentinum sess. 13. c. 2.*

5. Eucharistia roborat non corpus, sed animam.

Non iste panis est, qui vadit in Corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. *De consecratione distinctione 2. capit. Non iste.*

6. Est spiritalis cibus, quo aluntur & confortantur viventes. *Concilium Trident. sess. 13. cap. 2. Eugenius IV. in litteris unionis ubi supra.*

7. Est remedium, quo homo præservatur à peccatis. *Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 2.*

8. Est pignus futuræ gloriæ, & Symbolum Corporis illius, cujus Christus est Caput, scilicet Ecclesiæ. *Ibid.*

9. Eucharistiæ fructus non est sola remissio peccatorum, (neque hæc est præcipuus fructus) sed alii: contrarium dicens, est anathema. *Concilium Trident. sess. 13. Can. 5.*

10. Per Eucharistiæ sumpcionem olim in monasteriis monachorum erant purgandæ imputationes de furtis, & per Abbatem omnes eam accipiebant, nunc autem non potest hoc fieri.

Sæpè contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committunt, ignorentur. Idcirco statuitur, ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debeant, missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus: & sic in ultimâ missæ celebratione, pro expurgatione sua Corpus & Sanguinem Domini nostri JESU Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant. *Concil. Vornat. cap. 15. §. 2. qu. 5. c. Sæpè contingit.*

Eulogiæ.

1. Eulogiæ sunt panes, qui oblati à fidelibus, benedicuntur, & sicut Missa per Presbyteros dispensantur, quod adhuc in aliquibus Ecclesiis est in usu.

Ut de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & consecrationi supersunt, vel de panibus, quos offerunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis Presbyteris convenienter partes incisas habeat in vase nitido, ut post Missarum solemniam, qui communicare non fuerunt rati, Eulogias omni die Dominicæ & in diebus festis exinde accipiant, & illa unde Eulogias Presbyter daturus est, ante in hæc verba benedicat: Oremus: Domine Sancte Pater, Omnipotens æternus DEUS, benedicere digneris hunc panem, tuâ Sanctâ & spiritali benedictione, ut sit omnibus salus mentis & corporis, &c. *Concil. Naranen. 1. cap. 9.*

2. Eulogiæ populo non communicanti dabantur, erantque panes benedicti.

Ut de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & consecrationibus, quæ supersunt, vel de panibus, quos dederunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis, Presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido & convenienti, ut post Missarum solemniam, qui communicare non fuerint parati, Eulogias omni die Dominicæ & diebus festis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat. *Post epist. 4. Pii I. decret. 8.*

Eunuchi.

1. Eunuchus non spontè factus, sed per insidias, vel natus, potest fieri Episcopus. *Concilium, quod dicitur Apostolorum c. 21. Vide, Castrans n. 3.*

2. Eunuchus spontè factus, fieri non potest Clericus. *Conc. quod dicitur Apostolorum. Vide, Ibid.*

3. Factus verò in Clericatu, ejiciatur. *Ib. c. 23. Vide, Ib.*

4. Eunuchus laicus spontè factus, per tres annos excommunicetur. *Ib. c. 24. Vide, Ib. n. 2.*

5. Eunuchi non possunt contrahere matrimonium, & est nullum, si contrahitur. *Vide, Matrimonium. Vide, Castratus.*

Eutyches.

Eutyches, qui docebat, naturas Christi, humanam & Divinam, esse confusas, & esse unam, licet ante unionem essent duæ, damnatur à Conc. Chalcedon. a. 5. Vide, Nestorius.

Examen, examinatus, examinador ad Ordines, &c.

1. Examen Episcoporum. *Vide, Episcopus quoad examen.*

2. Omnis promotus ad Ecclesiasticum Regimen, examinari debet.

Ut nullus ordinetur, nisi, qui publicum à primario Sacerdote, vel Magistratu Patriæ suæ, aut ejus loci, ubi majorem vitæ suæ partem exegerit, de vitæ ejus & moribus probatis, testimonium litteris consignatum attulerit, qua in re primarii Sacerdotis, seu Magistratus, & testium conscientiam oneramus; Ad hæc, ut ordinandi scientia, explendis saltem Ecclesiæ ministeriis sufficiens, non titulis, sed diligenti constet examinatione. Eandem quoque rationem in his, qui ad Prælaturas admittendi, & ad EE. Parochiales provehendi sunt, volumus haberi, atque ad Parochiales EE. quemquam, nisi populum docere & velit, & scias, nolumus admitti. Postremo neminem ad Prælaturas, aut EE. Parochiales, sive per electionem, sive per inferiores collatores aut Patronos designatus fuerit, prius investiri, aut ad Ecclesiæ munera subeunda admitti debere, quam examini satisfecerit, & vocationi suæ satisfacturum se pro viribus, pollicitus fuerit, statim usque mandamus. *Concilium Augustanum cap. 5. Concilium Colonien. 3. tit. De altero modo. cap. 6. Vide, Beneficium. tit. 47. n. 3.*

Nos igitur ad honores & dignitates EE. submotis minus idoneis, dignis modò & idoneis viam aperire volentes, constituimus & ordinamus, ut hi, qui ad Prælaturas (quæ sub nostram, aut aliorum Prælatorum nobis subditorum dispositionem cadunt) assumendi sunt prævid examine de doctrina, de moribus, deque omnibus disciplinis, quæ ad regimen, cui destinantur, necessaria sunt, accuratè explorentur, ab iis, qui jus investendi & confirmandi habent. Qui nisi digni reperti fuerint, confirmationem recipere non debent, sed iis abjectis, alii in eorum locum magis apti & digni substituantur. *Concilium Moguntinum 4. c. 63.*

3. Examinari debent omnes, qui ordinantur in Presbyteros, Clericos, &c. *Conc. Naranen. 1. cap. 11. infrâ.*

4. Examen faciendum de genere, patria, vita, moribus, ætate, sufficientia, &c.

Ut Presbyteri non ordinentur, priusquam examinentur: ut excommunicationes passim & sine causa non fiant. *Concil. Vornat. cap. 56.*

Episcopus quando ordinationem facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feriâ quartâ ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem, unâ cum Archiepiscopis, qui eos re-

præsentare debent. Et tunc Episcopus è Latere suo dirigere debet Sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros Legis Divinæ, & exercitatos in Ecclesiasticis functionibus, qui ordinandorum vitam, genus, Patriam, ætatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si sint benè litterati, si in Lege Domini instructi, diligenter investigent. Ante omnia, si fidem Catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratiâ, aut cuiuscunque muneris cupiditate illecti, à vero deviant, ut indignum & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos, Episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille, qui indignè accessit, ab Altari removebitur, & ille, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram DEO jam condemnati, Ecclesiasticâ dignitate carebunt. Igitur, per tres continuos dies diligenter examinentur, & sic Sabbatò, qui probati inventi sunt, Episcopo repræsententur. *Dist. 24. cap. Quando. Ex Conc. Naranen. 1. c. 11. Vide, Ordinandorum examen. Vide, Clerici.*

Statuimus & ordinamus, ne quis ad Sacrorum Ordinum perceptionem admittatur, nisi diligenter examinatus de fide, quam teneat, de affectu, quò ducatur ad petendos Ordines, de scientia, quæ sufficit ad Ordinis, quem petit, ministeria explenda, de moribus Ordinem decentibus, & ætate legitima. *Concilium Colonien. 3. tit. De altero modo. c. 1. Concil. Augustan. c. 5. Et Conc. Moguntinum 4. cap. 63. supra n. 2.*

5. Examen faciendum à viris doctis & probis.

Declaramus, Episcopos non debere hujuscemodi examinationibus (quando non ignorant, eas perfunctoriè factas) statim acquiescere, & inquisitionis specie, quam ex reliquiis antiqui moris retinent, in Altari, cum rogant, utrum sint digni, justi & sancti, putare se satisfecisse, atque ita inutiles & indignos homines, nonnunquam etiam sceleratos, ab aliis forè (quos ea cura non admodum tangit) dignos iudicatos, sacris illis Ordinibus, contra conscientiam propriam insignire. Eaque de causa requirimus provinciarum nostrarum Episcopos in Domino, ut vel ipsimet huic suo muneri satisficiant, vel curam illam imponant viris piis, doctis, & de Ecclesiæ profectu sollicitis, quorum diligentia sit eis explorata, nisi certissimò experimentò cognoverint, scholasticum, vel eum ad quem hoc pertinet, diligentiam talem, cui meritò fidant, adhibuisse. *Concilium Colonien. 3. tit. De altero modo. cap. 2. Concil. Naranen. 1. cap. 11. supra. Vide, Episcopus quoad ordinationes.*

6. Examen ordinandorum incipere debet à die Mercurii, & durare debet per duos sequentes.

Ut ordinandi, maxime ad Sacerdotii gradum, quod die Sabbatinò ex more Ecclesiastico fieri solet, die Mercurii proximè præcedente ad nostras Civitates, ubi Vicarii nostri in Pontificalibus Ordinibus ipsos sacros impertient. Sed se conferant, quò duobus de hinc sequentibus diebus, videlicet Jovis & Veneris, quos ejuscemodi disquisitioni peragendæ deputamus. Vicarius nostris, ipsisque nostrâ autoritate in eorum munere adjungendis Theologis se repræsentent, examinationique eorum submittant. *Concil. Colonien. 2. part. 1. cap. 24.*

7. Examinis forma pro Parochiis. *Vide, Parochiæ.* Circa formam examinis Concilium Provinciale potest addere, vel mutare, minuire, vel &c. *Concil. Trid. sess. 24. De reformat. cap. 18.*

8. Examinari debent Clerici, tam Sæculares, quam Religiosi, nisi aliter Episcopus iudicet eos idoneos.

A qua quidem neminem excipimus, & si magisterii titulum præterat, nisi quem publicum scit, & vitam integram egisse, & ea quæ Ordo impertiendus requirit, facile callere. Quamobrem ne dum Clerici, qui Sæculares appellantur, sed & Religiosi, cuiuslibet

etiam professionis fuerint, hanc censuram experientur. *Concilium Colonien. ubi supra. cap. 25.*

9. Examen faciendum ab Episcopo proprio, qui dimissorias concedit. *Concil. Trid. sess. 23. De reformat. cap. 3. Vide, Ordinandorum examen. Vide, Episcopus quoad ordinationes.*

10. Examen faciendum est ab iis Prælati, ad quos spectat conferre beneficia, gradus, &c. *Concil. Colonien. 3. tit. De altero modo. cap. 6. Vide, Beneficia. tit. 47. n. 3.*

11. Licet ab aliis conferri debeant beneficia, examen tamen faciendum est ab Episcopo. *Concil. Trid. sess. 24. De reformat. cap. 7. Vide, Episcopus quoad Ordinationes.*

12. Examinari debet promovendus, & jurare, quòd in eo acta non commiserit simoniam. *Concil. Colonien. 3. tit. De altero modo. cap. 7. Vide, Beneficia. tit. 47. n. 4.*

13. Examinare facientes alios pro se ad beneficia, incurrunt excommunicationem, & impetratio est nulla. *Benedictus XII. constit. 7. Quoniam.* Illi verò qui se examinant pro aliis, ut isti obtineant beneficia, privantur beneficiis, si habent, & si non habent, fiunt inhabiles ad illa. *Ibidem. Vide, Beneficium impetrans.*

14. Examinatores, admittentes ad sacros Ordines eos, qui nesciunt latine loqui, ab officio & beneficio per annum suspendantur, nisi magna adsit necessitas. *Concil. Toletanum, 22. cap. 3. Vide, Beneficium. tit. 7. n. 17.*

15. Examinatores debent esse prudentes, periti Divinæ legis, & exercitati in Ecclesiasticis. *Concilium Trid. sess. 23. De reformat. cap. 7.*

16. Examinatores pro Parochiis, non sint pauciores tribus. *Concil. Trid. Ibid.*

17. Examinatores in Synodo quolibet annò fiant, sintque sex, ex omnibus, quos Episcopus vult. *Ibidem. cap. 13. Et per tres eorum saltem fiat examen. Ibidem.*

18. Examinatores debent esse Doctores, sive in Theologia, sive in Jure Canonico, Clerici, sive Sæculares, sive Regulares, jurare debent de fidelitate & integritate servanda & operanda absque passione. *Concil. Tridentinum. Ibidem.*

19. Examinatores nihil accipere possunt ab examinatis, nec antè, nec post. *Ibid. Et poena. Vide, Ordinandorum Examen. Vide, Parochia. Vide, Beneficiati.*

Examinatus in iudicio.

1. Examinatus, qui consuevit dicere veritatem, audiendus est post depositionem, si, quæ dicit, non destruat, sed exponat Confessionem.

Mandamus, quatenus eisdem Legatis ex parte nostra mandetis, ut sub qua forma juramentum præstiterit, studeant fideliter intimare, si secundum responsionem eorum sub secunda forma juraverit, aut ipse sufficienter probaverit, se sub illa forma jurasse, aut per depositiones testium, quos produxit, aut etiam aliorum, cum depositiones illæ non fuerint publicæ, nec productioni testium renuntiare curaverit, quoniam secundum eandem non tenerentur ex-

debito iuramenti, nisi ad quæsitâ solummodo respondere, vos excusationes suas audire cureris, & si eas probaverit, cum excusationes huiusmodi confessiones ejus non perimant, sed exponant, quod tales sunt, ut ad bonum & malum valeant retorqueri, & ideo judicari debent ex causâ, cum sublaro appellationis obstaculo absolvas. Cum etiam repertus sit culpabilis in quibusdam, ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hanc causam incurrit, huiusmodi levis culpa leviter ei valeat indulgere. Quod si excusationes illas super dilapidatione, naufragio & simonia probare nequiverit, aut sub prima forma juraverit; cum secundum eandem, nec veritatem tacere, nec admiscere debuerit falsitatem, vos (non obstantibus excusationibus, quas de novo proposuit, cum in confessionibus suis nullam omnino de illis fecerit mentionem, quamvis firmiter asseruerit, quod plures ex illis Legatis prædictis exposuit, cum hoc per se probare non posset, tanquam qui solus examinabatur ab illis) eum ab administratione Agathensis Ecclesiæ remove curetis. *De accusationibus. cap. Cum Dilecti.*

2. Examen hæreticorum quomodo faciendum.
Martinus V. constit. 1. Inter cunctas. cap. Super præmissis. Et sunt 37. Interrogationes.

Exceptio, Excipere.

1. Exceptiones inter terminum dilationis audire possunt, postea verò non. *De Exceptionibus. cap. Pastoralis. Vide, Dilation. n. 1.*

2. Exceptiones rationabiles semper admittende.
Respondemus, quod si quandoque judici expediat, formam institutam servare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in causâ secundum juris æquitatem procedere, nisi exprimat in litteris nostris, quod nullæ debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec aliquem prædecessorum nostrorum credimus expressisse. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De except. cap. 1.*

3. Exceptio falsi potest post sententiam opponi.
De exceptionibus. cap. Cum venerabilis. Vide, Error. n. 11.

4. Exceptione jurisdictionis exclusivâ probatâ, Judex debet supersedere.

Mandamus, quatenus si procurator dicti G. probare potuerit exceptionem, quam coram Archi-Episcopo proposuit sæpè dicto: Videlicet se in causam trahi ultra duas dietas, contra constitutionem Concilii generalis, vos appellationem dicti G. legitimam decernentes, negotio supersedere curetis. *Ibidem. cap. Olim.*

5. Exceptio excommunicationis, perjurii, &c. Quando opponi potest pro defensione suâ Ecclesiæ.

Cumque dictus M. præfatis G. & P. perjurium & S. excommunicationem, in modum exceptionis & replicationis objiciens, eorum exceptionem elidere niteretur, procurator eorum proposuit, quod ejus super hoc probatio recipi non debebat, quia etiam objectum præfatis Canonis perjurium probaretur, non essent propter hoc à defensione Ecclesiæ repellendi. Adjecit etiam, quod contra excommunicationem, dicto M. in modum exceptionis objectam, excommunicatio supradicti S. replicati non poterat, quia exceptio ipsi M. opposita, & probata, eundem repelleret ab agendo: replicatio verò sæpè dictum S. nequaquam à defendendo repelleret, si etiam probaretur. Ipsi verò iudices interlocuti fuerunt, quod prius probationes reciperent super replicatione præmissâ, propter quod ad nostram fuit audientiam appellatum. Quocirca mandamus, quatenus si res ita se habet, revocato in irritum, &c. *Ibidem. cap. Dilecti filii. ex Honorio III.*

6. Exceptio suspensionis de nullitate non retardat ordinationem Ecclesiæ, sed ad cautelam remittitur.

Sanè vobis apud S. A. constitutis, quædam suspensionis & amotionis à beneficiis Ecclesiæ, fuerunt in modum exceptionis objectæ. Quas licet proponeretis, vos posse, nullas esse, per testes idoneos & instrumenta probare: Nè tamen ordinationem Pragensis E. propter quam veneratis, huiusmodi objectionis obstaculo contingeret retardari, sententias ipsas relaxavimus ad cautelam. *Ibidem. cap. Apostolica.*

7. Exceptio excommunicationis quando non obstat, ne sententia sit valida.

Dilectæ in Christo filiæ, &c. Coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendi propositum, quod cum post appellationem legitimam dicta sententia lata fuerit, & cuilibet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati iudices exceptionem partis contrariæ (sicut nec debebant) admittere noluerunt. - - Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocato in statum debitum, &c. *Ibidem. cap. Dilectæ.*

8. Exceptio inimici valet.

Quia verò te non decet in hac parte appellationi ejusdem H. deferre, cum idem illius manifestus fuerit inimicus, & contra eam testimonium tulerit, mandamus, &c. *De accusat. Sc. cap. Meminimus.*

9. Exceptio criminis non obstat agenti de possessorio, nisi sit infamatus. *Ibid. cap. Accedens. Vide, Desiciens. n. 1.*

10. Exceptiones inimicitia & conspirationis tantum opponi possunt à superiore accusato de Simonia. *De Simonia. cap. Licet Heli. Vide, Accusatus. n. 19.*

11. Episcopus accusatus de crimine, non potest excipere eum, quem habuit familiarem.

Nulli Episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos, antequam se ab eis impetendum cognosceret, à sua communi familiaritate neglexerit separare. *De accusat. Sc. cap. Nulli Episcoporum.*

12. Exceptio peremptoria quando impedit litem. *De litis contestat. in 6. cap. 1. Exceptionis. Ex Conc. Lugdun. 1. Vide, Contestatio litis. n. 5.*

13. Exceptione peremptoriâ non fit contestatio litis.

Si oblatò ab actore libellò, ex parte rei exceptio peremptoria proponatur, nequaquam per hoc litem contestatio intelligitur esse facta, imò eâ non obstante (nisi sit de illis exceptionibus, quæ litem contestationem impediunt) fieri oportebit eandem. *Ibidem. cap. fin.*

14. Qui objicit exceptionem, non fatetur intentionem adversarii.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adversarii confiteri. *De regulis juris. in 6. Reg. 63.*

15. Exceptio excommunicationis opponi potest quocumque, non obstante peremptoriâ.

Excommunicationis exceptio dilatoria in qualibet parte litis opponi potest, terminò peremptoriâ per iudicem assignatò, ad proponendum exceptionem declinatorias, & dilatorias, non obstante, servatâ tamen constit. F. R. Innoc. P. IV. editâ circa hoc in Concilio Lugdunen. *Clem. de exceptionibus. cap. unico.*

16. Exceptionem objiciens in causâ beneficiâ, (si actor fundavit intentionem suam) obligatur ad solvendum expensas ex tunc ab altera parte in iudicio faciendas.

Ut postquam intentionem suam alicui pars fundaverit, si reliqua fortè voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit, aut nequeat in continenti probare: Quia frequenter ad impediendum, vel differendum procellum exceptiones huiusmodi per excogitatum malitiam opponuntur, ad solvendas alteri parti inmoderatâ expensas, ex tunc in iudicio faciendas, cum

cum acceptis induciis, si forsitan in probatione defecerit, condemnatur. Et si solvendo non fuerit, alias secundum arbitrium discreti iudicis puniatur, ut hoc saltem timore perteritus, non facile quis in gravamen alterius falsas exceptiones opponat. *De dolo & contumacia. cap. Finem litibus.*

17. Exceptio de corruptione testium potest opponi ante & post sententiam.

Post hoc idem obicit in testes prædictos, quod corrupti falsa dixissent. Unde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi, licet &c. *De probat. cap. Licet causam.*

18. Exceptio contra testes dari potest recepto testimonio.

Testis autem, si quos idem A. in sua assertionis testimonium invocaverit, monere curetis, ut coram vobis super his perhibeat testimonium veritati. *De testibus. cap. Ex parte.*

19. Exceptio contra testes non valet publicatis testimonii, nisi ante publicationem quis fuerit protestatus, vel ostendat, quod post publicationem didicit, quæ potest objicere in personas.

Si quis post depositionem testium publicatas objicere voluerit in personas eorum, ei tunc tandem id liceat, cum juramentò firmaverit, quod ad hoc malitiâ non procedat: nisi forsitan ante publicationem id fuerit protestatus, vel ostendere poterit, quod post publicationem didicerit, quod obicit in personas. Ceterum, cum quis personas testium se velle post publicationem depositionum repellere, fuerit protestatus, si quid pro ipso dixerint, de facili non credatur. *Ibid. cap. Præsentium.*

20. Exceptio rei judicatæ non admittitur reo absolutò.

Adversariò tuò per iudicem absolutò, quoniam tempore motæ litem petitam ab ipso sine dolo defierat possidere: si eam modò possideat, tibi petenti denudò rei judicatæ exceptio non obstat. *De exceptionibus. cap. Adversaria.*

21. Exceptio spoliationis ab actore admittitur in civilibus. In criminalibus admittitur à reo. Uterque ultrâ 15. dies tenetur probare, aliâs condemnatur in expensis.

Statuimus, ut in civilibus negotiis spoliationis objectu (quæ ab alio quam ab actore facta proponitur) iudex in principali procedere non postponat; Sed si in civilibus ab actore, in criminalibus autem se spoliatum reus asserat à quocumque, infra quindecim dierum spatium, (post diem, in quo proponitur) quod asserit, comprobabit. Alioquin in expensis, quas interim actor ob hoc fecerit, judiciali taxatione præhabita condemnatur, aliâs (si iudici æquum visum fuerit) puniendus. Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cum criminaliter accusatur, qui totâ suâ substantiâ, vel majori parte ipsius, se per violentiam destitutum affirmat, & secundum hoc loqui Canones, sanò credendum est intellecto: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicos opponere nos debemus. Habet enim spoliatus privilegium, ut non possit exiri, jam nudatus. *De restitutione spoliat. in 6. cap. 1. & Concilium Lugdunen. 1.*

22. Excipere potest omnis, qui admittitur agere.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus. *De reg. juris in 6. Reg. 71.*

23. Exceptio facta à tertio, quando admittitur. *Vide, Spoliatus.*

24. Excipientes in causâ judicata à iudice in foro sæculari, debent audiri.

Cum quidam sæculares iudices (dum coram eis excipitur de re per Ecclesiasticum iudicem judicata, in casu, quo ad eum pertinet cognitio de consuetudi-

ne, vel de jure) recitent excipientes audire, in derogationem jurisdictionis Ecclesiasticæ & contemptum: decernimus, ut per censuram Ecclesiasticam ab iniquitate coercantur huiusmodi, & ad admitendum exceptionem eandem (ubi aliâs de jure debet admitti) à locorum Ordinariis compellantur. Similiter Ecclesiastici iudices (si coram ipsis excipitur de re, per sæcularem iudicem judicata) exceptionem ipsam admittant in his, quæ animarum periculum non judicent, per superiores suos (nisi fecerint) animadvertione debitâ castigandi. *De exceptionibus. in 6. cap. finali.*

25. Papa nunquam committit causas exceptione remotâ. *Concil. Lateran. 3. In appendice. tit. De exceptionibus. cap. 1. supra num. 2.*

26. Exceptio iuramenti facti non admittitur, nisi constet, quod sine metu, vi & dolo sit factum.

Nulla ratio verisimile reddit, ut quisquam beneficiò multis fortè laboribus & expensis acquisitò, & quò sustentari debet, sine magna causâ renunciet suâ spontè elegerit, ideòque supervacaneum esse non credimus, causam resignationis, sive renunciationis diligenter inquirere, quatenus si fortè probabilem, hoc est, non vi, non metu, non interventu pecuniæ, non promissione extortam, iudex ordinarius, sive delegatus invenerit, & maxime si juramentum, quod vix fieri de spontanea voluntate credimus, quia juramentum ferè semper à malo est, intercesserit admittere, nisi replicatio Canonica fuerit opposita, non proponat. *Concil. Lateranen. 3. p. 49. cap. 9.*

27. Exceptiones quando impediunt fieri contestationem litis, & quando non, licet contra rescriptum opponantur. *Concil. Lugdunense 1. De litis contestatione. in 6. cap. 1. Vide, supra n. 12.*

28. Exceptio spoliationis de rebus privatis in causis Ecclesiasticis non potest opponi.

Ad hoc sancimus, ut rerum privatarum spoliatio agenti super Ecclesiasticis, vel è contrario, nullatenus opponatur. *Concil. Lugdun. 1. De restitutione spoliatorum. in 6. cap. 1. §. finali.*

29. In exceptione excommunicationis, quæ exprimi debeant, & qualiter ab excipiente probanda, nè secus in expensis damnetur. *Conc. Lugdun. Generale 1. De except. in 6. cap. 1. infra.*

30. Exceptio excommunicationis bis tantum potest opponi, nisi nova excommunicatio emergat. *Ibid.*

31. Exceptio excommunicationis post rem judicatam impedit executionem, sed sententia firma est, nisi actor sit publicè excommunicatus, & iudex id sciat; esto reus non excipiat, tunc iudex repellere debet actorem.

Piâ consideratione statuit Mater Ecclesia, quod majoris excommunicationis exceptio in quacumque parte iudiciorum opposita litem differat, & repellat agentes, ut ex hoc magis censura Ecclesiastica timeatur, Communionis periculum evitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati (dum à communibus actibus excluduntur) rubore suffusi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum facilius inclinentur; sed hominum succrescente malitiâ, quod provifum est ad remedium, tendit ad noxam. Dum enim in causis Ecclesiasticis frequentius hæc exceptio per malitiam opponitur, contingit interdum differri negotia, & partes fatigari laboribus & expensis; proinde (quia morbus iste quasi communis interpres) dignum duximus, communem adhibere medelam.

Si quis igitur excommunicationem opponit, speciem illius & nomen excommunicatoris exprimat, sciturus eam rem se deferre debere in publicam notionem, quam infra octo dierum spatio (die, in quo proponitur, minimè computatò) probare valeat apertissimis documentis. Quòd si non probaverit, iudex in causa procedere non omittat, reum in expensis, quas actor ob hoc diebus illis se fecisse docuerit, præhabita taxatione condemnans. Si verò postmodum instantià durante iudicii, & probationis copiâ succedente, de eadem excommunicatione, vel alia excipiatur iterum, & probetur, actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere: his quæ præcesserunt, nihilominus in suo robore duraturis. Provisò, quòd ultra duas vices hæc non opponatur exceptio, præterquam si excommunicatio nova emerferit, vel evidens & prompta probatio supervenerit de antiqua. Sed si post rem iudicatam talis exceptio proponatur, executionem impedit, sed sententia, quæ præcessit, non minùs robur debitum obtinebit. Et tamen salvò, ut si actor excommunicatus sit publicè, & hoc iudex noverit, quandoquæ (& si de hoc reus non excipiat) iudex ex officio suo actorem repellere non postponat. *Concil. Lugdun. Generale. 1. De Except. in 6. cap. 1.*

31. Exceptio excommunicationis potest opponi à reo in qualibet parte litis, sed si malitiosè differt, & actor fatigatur impensis, tenetur ad expensas.

Exceptionem excommunicationis in dilatoriis proponendis, reus scienter omittens, in qualibet parte litis opponere minimè prohibetur, quod est in hac exceptione specialiter observandum: nè quisquam in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur. Qui si eam omiserit, ut actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. Excommunicatus autem publicè, est huiusmodi exceptio non opponitur, nihilominus est officio iudicis repellendus. *De exceptionibus. cap. Exceptionem. Vide, Pars. Vide, Beneficiorum pluralitas, circa medium.*

Excommiffæ.

Excommiffæ fieri non possunt pro vita, vel morte Papæ, neque pro electione ipsius, neque pro Cardinalium promotione, sub pena excommunicationis & amissione pecuniæ, vel aliarum rerum excommiffarum; Clerici verò præter hæc incurrunnt privationem beneficiorum & dignitatum, quas habent. *Gregor. XIV. consil. 4. Cogit. Vide, Papa circa successorem.*

1. Excommunicationis natura, antiquitas, & forma, ac ritus ferendi eam.

1. Excommunicatio differt ab anathemate. *3. q. 4. cap. Engeltrudam. Vide, Anathema. num. 1.*

2. Quia excommunicatio separata à fraterna societate, anathema ab ipso Christi corpore, quod est Ecclesia, rescindit. *Ibid.*

3. Excommunicatio simpliciter lata, intelligitur de majori.

Si quem sub hac forma verborum illum excommunico, vel simili à iudice suo excommunicare contingat, dicendum est, cum non tantum minori, quæ à perceptione Sacramentorum, sed etiam majori excommunicatione (quæ à Communionem fidelium separata) esse ligatum. *De sententia excommunicationis cap. Si quem.*

4. Excommunicatione usi sunt Apostoli, & præcipuè S. Petrus.

Clementem hunc Episcopum vobis ordino, &c. propter quod ipse tradit à Domino mihi traditam potestatem ligandi & solvendi, ut de omnibus, quibuscunque decieverit in terris, hoc decretum sit & in Cælis. Ligabit eam, quod oportet ligari, & solvet, quod expedit solvi, tanquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam noverit. *Clemens 1. epist. 1. cap. 2.*

5. Excommunicatione usus est primò S. Paulus.

Nè autem quis excommunicationis originem ignoret, primus excommunicationis in Ecclesia usus, qualis fuerit, Paulus I. ad Corinth. 5. manifestè ostendit, ubi Corinthium publicè cum Noverca fornicantem, tradit Satanæ in interitum carnis, ut spiritus ejus salvus fieret in die Domini nostri JESU Christi; non tantum exemplò indicans, sed & expressim jubens, ut qui ejusmodi sunt, à medio Ecclesiæ ejiciantur. Si is (inquit) qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, maledicus, aut ebriosus, aut rapax, aut huiusmodi, nec cibum sumere permitto. Quin ante discipulum, ille, qui solus verè Magister est, Christus ejusmodi excommunicationis usum Matthæi 18. docuit. Quem optamus in Ecclesiam revocari, ac frequentissimum esse, nempè ut tales publicè, ac enormiter peccantes, nè aliis offenculo sint, & notari tandem respiciant, extra Communionem Sacramentorum, ac vitæ communis ponantur, donec ad cor & Ecclesiæ gremium reverti, suum reatum deplorent. *Concil. Colonienfe 2. part. 13. capit. 2.*

6. Non faciliè, aut statim ferenda excommunicatio.

Nè igitur facilis sis & præpropertus ad secundum, neque celeriter ad ferram dentatam proficias, quin potius utere prius scalpello ad secundum apostema, ut causâ morbi, quæ intus residet, educiâ, corpus servetur à dolore incolume. At verò quem à penitentia alienum videris, & obdurnissè, hunc tu cum mœnore, ut insanabilem, ejice ex Ecclesia. *Libro 2. consil. AA. v. 41.*

Pacem, quæ inter te & fratrem tuum Ducem convenit, multis modis perturbare non desinis, præcipuè cum suos absque Canonica culpa & legali iudicio excommunicas. Quod quidem tibi maximè periculosum est, quoniam sicut Beatus Gregorius dicit: Qui infantes ligat, sibi ipsi potestatem ligandi atque solvendi corrumpit. Unde te admonemus, ut anathematis gladium nunquam subito, neque temerè in aliquem vibrare præsumas, se culpam uniuscujusque diligenti prius examinatione discutias, & si quid est, quod inter te & homines sapè fati fratris tui emerferit, cum eo imprimis, ut suos ad justitiam compellat, fraternè & amicabilem agas, & si æquitatem tibi denegaverit, aut temeritatem suorum aliquâ dissimulatione contra te (quod non credimus) intumescere sine vindicta permiserit, nobis indicare non te pigeat. Et præstante Dominò, hujus quærelæ occasionem sollicitis admonitionibus sine mora decidere procurabimus. *Gregorius VII. lib. 2. ep. 6.*

Excommunicationem, quæ nulla pena major esse potest, cautè ab Officialibus nostris, & non nisi ex inevitabili necessitate, & propter manifestam contumaciam in quenquam intentari volumus. Idèdque Officialibus nostris & Prælati omnibus, qui aliqui excommunicandi potestatem habent, mandamus, nè sententiam excommunicationis, nisi competentem admonitione præmissâ, & in præsentia fide dignorum hominum (ut, si necesse sit, testimoniò eorum probari queat) promulgare præsumant. Qui aliter excommunicationem in quemquam promulgaverit, & admonitus, errorem suum non revocaverit, per mensè ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus, & sic à se excommunicato, omnes expensas, quas talis excommunicationis occasione necessariò fecit, restituere cogatur. *Concilium Moguntinum 4. cap. 103.*

7. Excommunicatio adhibenda in quibusdam gravibus delictis.

Viduas igitur oportet esse honestas, graves, obedièntes Episcopis, Presbyteris, Diaconis, adhuc etiam Dia-

Diaconissis, adhibentes reverentiam, observantiam, metum, non liberas & licentiæ compotes, neque præter scriptum quidquam facientes, sine Diaconi sententia, ut si velint ire ad aliquem ad comprandendum, aut bibendum, aut ab aliquo accipiendum. Sin verò injussu aliquid hujusmodi fecerit, pena sit ei jejuniatum, aut excommunicatio, ut petulantia & temeraria. *Lib. 3. Constitutionum Apostolicarum. cap. 7.*

8. Ferri non potest pro futura culpa.

Caveant etiam, ne tales sententias excommunicationis, sive specialiter, sive generaliter, in aliquo pro futuris culpis, videlicet, si tale quid fecerint, vel etiam pro jam commissis sub hac forma, si de illis infra tale tempus minimè satisfecerint, proferre præsumant: Nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seu offensa præcesserit, quibus meritò ad injungendam satisfactionem hujusmodi, & taliter prohibenda similia inducantur, aut alia rationabilis (quam in ipsis sententiis expriment) causa subsit. *De sententia excommunicationis in 6. cap. Romana.*

9. Excommunicatio ligat excommunicatos.

Si verò sunt, qui dicunt, quia compulsus quispiam necessitate, si anathematizatus fuerit, anathematis vinculo non tenetur: ipsi sibi testes sunt, quia Christiani non sunt, quia ligamenta Sanctæ Ecclesiæ variis se existimant conatibus solvere, ac per hoc nec absolutionem S. E. quam præstat fidelibus, veram putant, si ligaturas ejus veras esse, atque valere non æstimant. *Gregorius 1. lib. 9. ex regest. epist. 39. In fine.*

10. Excommunicatio timenda est.

Excommunicationes non sunt timendæ, sed optandæ. *Inter errores damnatos, relatos in Concilio Senonem. Leo X. consil. 40. Exurge.*

10. Excommunicandi forma & modus.

Debent duodecim Sacerdotes Episcopum circumstare, & lucernas ardentis in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis projicere debent in terram, & conculcare pedibus. Deinde Epistola per Parochias mittatur, continens excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis. *ii. q. 3. cap. Debent.*

Canonica instituta & Sanctorum Patrum exempla sequentes, Ecclesiarum DEI violatores, autoritate DEI & iudicio Sancti Spiritus, à gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ, & consortio totius Christianitatis eliminamus, quoad usque respiciant, & Ecclesiæ DEI satisfaciant. *Ibidem. cap. Canonica.*

12. Excommunicatio separata à DEO.

Certum est, quòd, qui impius demonstratus est, omni modò separatus est à DEO, sicut etiam ille, qui anathematizatus, tanquam impius separatus est. Nihil enim aliud significat anathema, nisi à DEO separationem. *24. q. 3. cap. Certum est.*

13. Non est sola externa pœna, sed privat spiritualibus & communibus Ecclesiæ orationibus. *Leo X. constitutione 40. Exurge.*

14. Excommunicatio scriptò ferenda, aliàs est nulla.

Legum Ecclesiasticarum consuetudo & autoritas talis est, ut in causis gestorum semper scripturam requirant, aded, ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur. Qui ad summum Sacerdotium provehitur, decretò manibus omnium roboratò, eligitur. Ordinatus autem à suis ordinatoribus litteras accipere jubetur. Qui etiam ab Ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libelli inscriptione aut recipitur, aut rejicitur. Sed & qui accusatur, aut excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari, vel reconciliari jubetur. Et sic in cæteris hujusmodi in tantum scriptura deponitur, ut sicut Beatus Gregorius in communitario ad Joannem defensorum, ex Romanis legibus sumens, scribit: (sententiam, quæ sine scripto proferatur, nec nomen sententiæ habere meretur.) *2. quest. 1. cap. Legum Ecclesiasticarum.*

Statutis generalibus iustissimus, ut universi iudices, quibus reddendi juris in provinciis permixtus facultatem, cognitio causis, ultimas definitiones descripti recitatione proferant. Huic adjicimus sanctioni, ut sententia, quæ dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententiæ habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis solemnitas requiratur. *Ibidem. cap. Statutis.*

15. Et expressâ causâ excommunicationis, aliter faciens, suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, & à Divinis, & superior, ad quem recurritur, relaxat, & condemnat excommunicatorem ad expensas. Et si celebrat, sit irregularis.

Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum verò hujusmodi scripturæ, teneatur excommunicato tradere intrâ mensè, si fuerit requisitus, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel litteras testimoniales confici, sigillò authenticò consignatas. Si quis autem Judicium hujusmodi constitutionis temerarius existiterit violator, per mensè unum ab ingressu Ecclesiæ & Divinis officiis noverit se suspensum. Superior verò, ad quem recurritur, sententiam ipsam, sine difficultate relaxans, latore excommunicato ad expensas & omne interessè condemnet, & aliàs puniat animadversione condignâ, ut pœnâ docente, discant iudices, quàm grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in suspensionis & interdicti sententiis volumus observari. Caveant autem EE. Prælati & Iudices universi, nè prædictam pœnam suspensionis incurrant, quoniam si contingeret, eos sic suspensos Divina officia exequi, sicut prius, irregularitatem non effugient, juxta Canonicas sanctiones, super qua non nisi per summum Pontificem poterit dispensari. *Concilium Lugdunense generale 1. & de sententiâ excommunicationis in 6. cap. 1. 2. quest. 1. c. Statutis. Vide, supra num. 14.*

16. Excommunicatio sive iusta, sive injusta, est timenda. *Greg. VII. lib. 9. ep. 22. Vide, Censura Ecclesiastica. num. 3.*

17. Excommunicatio lata sine scripto, est irrita. *De sententiis excommunicat. in 6. c. 1. supra n. 15.*

18. Ferri non potest sine ordine iudiciario. *Concilium Lateranense 3. in appendice. De simonia capit. 7. Vide, Censura n. 11.*

19. Excommunicatio fieri non potest, nisi præviis pluribus monitionibus, saltem tribus.

De excommunicationis articulo, quæ tamen interpositâ conditione gradus sequendò, vel tertio jam, ut ita dicam, ex necessitate subjuncta est, beatitudo vestra immeritò queritur, cum Paulus Apostolus dicat: (In promptu habentes ulcersi omnem inobedientiam.) *24. q. 3. cap. De excommunicat. articulo. Vide, Censura.*

20. Nunquam ferri potest à nullo Prælatò, sine monitione, nisi culpa ex se inducat excommunicationem.

Sacrò approbante Conciliò, prohibemus, nè quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competentem monitione præmissâ, & præsentibus idoneis personis, per quas, si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat. Quòd si contra præsumperit, etiamsi iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum Ecclesiæ per mensè unum sibi noverit interdictum, aliâ nihilominus pœnâ mulctandum, si visum fuerit expedire. *Concilium Lateranense 4. c. 47. & de sententiâ excommunicat. c. Sacro.*

Cum speciali sit prohibitione provisum, nè quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competentem monitione præmissâ, promulgare præsumat, volentes etiam providere, nè fortè communitus, fru-

frustratorie recusationis, vel appellationis obtentu, momentis declinare possit examen, &c. *Concil. Lateranense 4. cap. 48. Concilium Lateranense 3. capit. 6. De appellat. & recusat. cap. Reprehensibilis. Vide, Appellatio. tit. 3. n. 5.*

Ad hæc Ecclesiastici Ordinis utilitate pensata, pariter & honore decrevimus, ne Archidiaconi, vel eorum Officiales, sententias excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, in aliquem audeant promulgare, ubi excessus non est manifestus, nisi admonitione Canonica præcedente. Si quis autem contra præmissa excommunicationis sententiam tulerit in quacunque, pœnæ subiaceat in Lateranensi Concilio promulgata. Pro suspensione vero, vel interdicto, superioris arbitrio puniatur, quod & superiores Prælati observent. *Conc. Oxoniense 1. cap. 21.*

Quare firmiter prohibemus, ne in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas, si necesse fuerit, possit probari admonitio, promulgate præsumat. Et si Prælati contra hoc fecerit, & admonitus errorem suum non revocaverit, per mensem ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus. *Conc. Germanicum. c. 4.*

Prohibemus, quatenus de cætero nullæ excommunicationes concedantur, nisi pro gravi causa, & ea cognita, secundum formam juris, generaleque monitiones, in forma malefactorum, non decernantur, pro injuriis verbalibus, nisi forte atrocioribus, quarum distinctio arbitrio Officialium relinquatur. Quos nihilominus diligenter & distictè monemus, ut omnino caveant ab illatum multiplicatione, ne in vilipendium & contemptum deducantur. *Concilium Senonense. De excommunicatione cap. 31. Concilium Moguntinum 4. cap. 103. supra num. 6.*

21. Excommunicationem ferens, absque prævia monitione, per unum mensem interdicatur ab ingressu Ecclesiæ. *De sententia excommunicationis cap. Sacro. Concilium Lateranense 4. cap. 47. Concilium Moguntinum 4. cap. 103. De sententia excommunicationis in 6. cap. 1. Et si celebrat, sit irregularis. Ibid. Vide, supra n. 6. 15. & 20.*
22. Excommunicatio, lata contra participantes vel loquentes excommunicatis, sine prævia monitione, est nulla. *De sententia excommunicationis in 6. capit. 1. ubi supra.*
23. Monitio talis esse debet, ut possit probari. *Concilium Germanicum 1. capit. 4. supra numer. 20.*
24. Excommunicatio ferri potest absque eo, quod sciatur, delinquentem esse à DEO excommunicatum. *Concilium Constantiense, contra articulum 11. Wicleff. Vide, in Bullario.*
25. Excommunicatio, suspensio & interdictum non suspenduntur per appellationem. Sanè sicut excommunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu Ecclesiæ lata suspensio, aut ipsius effectus, per appellationem sequentem minime suspenduntur. *De sententia excommunicationis in 6. cap. 15. cui.*
26. Excommunicatio sive Papæ, sive Episcopi, est timenda. *Concilium Constantiense contra articulum 30. Wicleff. Vide, in Bullario.*
27. Excommunicationis sententia lata à iudice, non potest teneri occulta, sed intrà mensem est publicanda.

Prohibemus, ne quis sententiam excommunicationis latam per iudicem, occultam teneat, sed ipsam intrà mensem à tempore, quo lata fuit, faciat publicari. *Concilium Turonense 4. cap. 11. Concil. Lugdu-*

nense generale 1. de sententia excommunicationis in 6. c. 1. supra. num. 15.

28. Excommunicatio etiam in mortuum potest pronuciari, id est, mortuus declarari potest excommunicatus. *De hæreticis cap. Si quis Episcopus. Vide, Episcopus tit. 17. num. 6.*

29. Excommunicatio lata in participantes, non tenet, nisi isti sint nominati.

Constitutionem F. r. Innoc. P. IV. prædecessoris nostri, quæ prohibet participantes excommunicatis eâ participatione, quæ solam minorem excommunicationem inducit, monitione Canonica non præmissa, majori excommunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis sententiam non tenere; ad tollendum omnem ambiguitatis scrupulum, declarantes: Decernimus, ita demum esse monitionem Canonica in hoc casu, si alii ritè servatis, eos qui monentur, exprimat nominatim. Statuimus quoque, ut inter monitiones, quas (ut Canonice promulgetur excommunicationis sententia) statuunt jura præmitti, iudices, sive monitionibus tribus utantur, sive unâ pro omnibus, observent aliquotum dierum competentia intervalla, nisi facti necessitas aliter ea suaserit moderanda. *De sententia excomm. in 6. cap. Constitutionem.*

Statutum Greg. P. X. factum ad declarationem constitutionis Innocentianæ, quæ prohibet, participantes excommunicatis eâ participatione, quæ solam minorem inducit, majori excommunicatione ligari, monitione Canonica non præmissa, in suspensionis & interdicti sententiis, quæ pro hujusmodi participatione plerumque ab ordinariis, vel delegatis iudicibus promulgantur, præcipimus inviolabiliter observari: Decernentes, easdem sententias non tenere aliter promulgatas. *Ibidem cap. 13. Statutum. Vide, Absolvere. Vide, Archiepiscopus.*

30. Excommunicatio ferri non potest sub hac forma: Si tale feceris, vel, nisi intrà tale tempus satisfeceris, &c. *De sententia excommunicationis in 6. cap. Romana, supra num. 8.*

31. Excommunicatio contra hæreticos in diebus Dominicis & solemnibus est promulganda.

De Brebantionibus, & Arrogenos Navarriis, Basculis, Doterellis & Triaverdinis, qui tantam in Christianos inhumanitatem exercent, ut nec Ecclesiis, nec Monasteriis deferant, non viduis & puellis, non senibus & pueris, nec cuilibet parcent ætati, aut sexui, sed more paganorum omnia perdant & vastent, similiter constituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenerint, vel foverint, per regiones, in quibus taliter debachantur, in Dominicis & aliis solemnibus diebus per Ecclesias publicè denuntientur, & eadem omnino sententiâ & poenâ cum prædictis hæreticis habeantur adstricti, nec ad communionem recipiantur Ecclesiæ, nisi societate illâ pestiferâ & hæresi abjuratis. *Concilium Lateranense 3. cap. 27.*

32. Excommunicati pulsatis campanis & candelis accensis solemniter publicantur. *Clement. de pœnis cap. 1. Vide, Episcopus tit. 61. n. 13.*

33. Excommunicato succedens in officio, non est excommunicatus.

Cùm Remensis Archiepiscopus in Officiale aliqujus Suffraganei sui excommunicationis sententiam ex aliqua rationabili causa profert, illos, qui vices ipsius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo non adstringit, cùm non communicent ob id Officiali eidem in crimine, qui Ecclesiæ censuræ distinctione, pro eo, quod suum exercent officium, non arctantur. Ea tamen, quæ ipsi gerendo hujusmodi vices agunt, eò taliter excommunicatò manente (si jurisdictionem tan-

tantum recipiunt ab eodem) non possunt obtinere vigorem. *De officio Vicarii in 6. cap. 1.*

34. Nisi antecessor sit excommunicatus, eò, quod exegit à Clericis aliquid indebitum, quia tunc & antecessor post officium remanet excommunicatus, & successor, nisi satisfaciatur intrà mensem.

Cæterum, quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vanò decipiatur errore, ut infra tempus regimini sustineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionem debitam compellendus. Nam & ipsum, qui satisfacere recusavit, & successorem ipsius, si non satisfecerit intrà mensem, manere decernimus Ecclesiasticâ censurâ conclusum, donec satisfecerit competenter, cùm succedat in onere, qui substituitur in honore. *Concil. Lateran. 4. c. 46.*

II. Excommunicatio major & minor, earumque differentia.

1. Excommunicatio major non solum à participatione Sacramentorum, sed ab omni Communionem separat. Minor vero à prima tantum. *De sententia excommunicationis. cap. Si quem. Vide, titul. præced. num. 3.*

2. Excommunicatio simpliciter lata, intelligitur de majori. *Ibid.*

3. Excommunicatio major aliquando incurritur, communicando cum excommunicato. *Vide, Communicare. Vide, Conubinarius.*

4. Excommunicatio minor non impedit eligentes eligere; sed major.

Quia pro certo didicimus, electionem Canonica extitisse, ipsam Autoritate Apostolicâ duximus confirmandam, suppletentes de plenitudine potestatis, si quis in ea ex eo fuisset defectus, quod quidam interfuissent electioni ejusdem, qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum incidunt. *De electione. capit. Illa quotidiana.*

5. Excommunicatione minori ligatus, si celebrat, non fit irregularis. Sed jam major fit. *De Cleric. celebr. excommunic. cap. fin. infra.*

6. Excommunicatione minori excommunicatus, non potest eligi, sed eligere, & facere, quæ sunt jurisdictionis.

Si celebrat minori excommunicatione ligatus, licet graviter peccet, nullus tamen notam irregularitatis incurrit, nec eligere prohibetur, vel ea, quæ ratione jurisdictionis sibi competunt, exercere; si tamen scienter talis electus fuerit, ejus electio est irritanda, pro eo, quod ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à Sanctis Patribus est privatus. Peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacramenta; sed ab eo collata, virtutis non carent effectu, cùm non videatur à collatione, sed participatione Sacramento (quæ in sola consistit perceptione) remotus, dummodò non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excommunicatorum pertinaciter se ingesserit, in quo casu est anathemate feriendus. *De Clerico Excomm. celebr. cap. fin.*

7. Excommunicatio minor non impedit, quòd quis possit accusare. *De exceptionibus. cap. Anobis. Vide, Actor. n. 16.*

8. Excommunicatio minor non impedit, ne quis exerceat jurisdictionem. *De Cleric. Excomm. celebr. cap. finali. supra n. 5.*

9. Talis excommunicatus peccat graviter, si celebrat. *Ibidem.*

10. Excommunicatus minori excommunicatione, non perdit potestatem absolvendi alium à minori. *De sententia excommunicationis. cap. Duobus. Vide, Absolutio. tit. 15. num. 5.*

11. Excommunicatio minor incurritur etiam per communicationem cum excommunicato excommunicatione majori. *De sent. excomm. in 6. cap. Constitutionem. Vide, tit. præc. n. 29.*

12. Excommunicatione minori excommunicatus, potest alium absolvere. *De sententia excommunicat. cap. Duobus. Vide, ubi supra n. 10.*

13. Excommunicatio major impedit, ne quis possit accusare. *De except. cap. A nobis. Vide, supra num. 7. Vide, infra, Excommunicati cavendi. Et Excommunicati ad multa sunt inhabiles.*

III. Excommunicatio ex causa ferenda, & quæ.

1. Excommunicare nullus potest sine causa, & antequam hoc probetur.

Nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiastici Canones hoc fieri jubent. Si quis autem adversus eam excommunicaverit aliquem, ille quidem, qui excommunicatus est, majoris Sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ Communionis redeat; si autem, qui non legitime excommunicavit, in tantum abstineat tempus Sacro-Sanctæ Communionem, quantum majori Sacerdoti visum fuerit, ut quod injustè fecit, ipse justè patiatur. *2. q. 1. cap. Nemo Episcopus.*

Inter querelas autem multiplices, Ildorus vir clarissimus, à f. t. frustra se excommunicatum, anathematizatumque conquestus est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à Clerico tuo, qui præsens erat, voluissimus addiscere, pro nulla alia causa, nisi pro eo, quòd te injuriaverat, factum innovit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod si ita est, nihil te ostendis de cælestibus cogitare, sed terrenam te conversationem habere significas, dum pro vindicta propriæ injuriæ, quod factis regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexit. Unde de cætero omnino esto circumspectus, atque sollicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ injuriæ tuæ inferre, denudò non præsumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum. *Gregor. 1. lib. 2. ep. 34.*

Insuper nostro Apostolorum intimavit, ut eum sine ratione discussa excommunicare vultis. Quapropter Apostolicâ auctoritate jubemus, ut nemo vestrum eum excommunicet, antequam ad legis examen conveniat. Scitote, quemadmodum in centesimo capitulo Africani Concilii legitur. Similiter in secundo Novellarum Justiniani libro, ut nemo Episcopus, aut Presbyter aliquem excommunicet, antequam causa probetur, qui excommunicatus majorem Sacerdotem adeat, & ille, qui injustè excommunicavit, ab ipso justè patiatur, & nemo vestrum, aut quilibet Laicorum, præfati res antè legis sanctionem invadere audeat. Nam, quod non credimus, si quis contra hanc nostram Apostolicam auctoritatem ire tentaverit, sciat se anathematis vinculo innodatum. *Joan. VIII. ep. 163.*

2. Causa debet esse rationabilis.

Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cujusquam absque manifesta & rationabili causa procedat: ad quam si taliter forè processerit, & requisitus humiliter processum hujusmodi non curaverit absque gravamine revocare, gravatus apud Superiorem deponat de injusta excommunicatione querelam. Qui si absque periculo moræ potest, ad excommunicationem

tozem illum cum suo mandato remittat, infra competentem terminum absolvendum, alioquin ipse se, vel per alium, prout viderit expedire, sufficienti cautione recepta manus ei absolutionis impendat; cumque adversus excommunicatorem de injusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnatur ad interesse excommunicato: alius nihilominus, si culpæ qualitas postulaverit, Superioris arbitrio puniendus, cum non levis sit culpa, tantam intelligere poenam infanti, nisi forsitan erraverit ex causa probabili, maxime si laudabilis opinio existat. *De sententia excommunicationis. cap. Sacro.*

3. Excommunicatio ferenda pro causa gravi, quando quis non corrigitur. Est magna poena contra tales, ex levi causa excommunicantes. *11. q. 3. cap. Nemo Episcoporum. Ex Conc. Meldens. cap. 56. Vide, Anathema. n. 1. Conc. Senon. c. 31. De excom. Vide, tit. 1. n. 20. Conc. Colonien. 2. parte 13. cap. 1. & 5. Vide, Censura Ecclesiastica. num. 10.*

4. Non ferenda pro levi causa. *11. q. 3. cap. Nullus Sacerdotum. Ex Conc. Aurelian. 5. cap. 2. & Vornat. 1. cap. 13. Vide, Causa tit. 2. num. 4.*

Ut Presbyteri non ordinentur, priusquam examinentur, & excommunicationes passim & sine causa non fiant. *Conc. Vornat. cap. 56.*

5. Excommunicatio ferri non potest ob lucrum, quod ex ea habetur. Sic excommunicans, si injuste, tenetur ad restitutionem & satisfactionem pro injuria, (nisi errore sit deceptus) vel aliter privatur.

Sub interminatione Divini iudicii penitus interdicitur, ut causa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel absolvere innodatum, in illis maxime regionibus, in quibus ex consuetudine, cum excommunicatus absolvitur, pecuniaria poena mulctatur: statuentes, ut cum excommunicationis sententiam injustam fuisse constiterit, excommunicator ad restituendam pecuniam sic extortam, per censuram Ecclesiasticam compellatur, & nisi probabili fuerit errore deceptus, tantundem injuriam passo persolvat, & si forte solvendo non fuerit, animadversione alia castigetur. *Conc. Lateran. 4. cap. 49.*

6. Excommunicatio sine mortali culpa non fulminetur. *Concil. Meldens. cap. 56. Vide, Anathema. num. 1.*

7. Abstineant iudices Ecclesiastici ab excommunicatione, quando fieri potest executio personalis, ut in civilibus. *Concil. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 3.*

8. Excommunicatio ferri non potest pro injuriis, nisi isti sint atrociores, & Officiales ipsi possunt judicare, an sint tales. *Concil. Senonens. tit. De excomm. cap. 31. Vide, tit. 1. num. 20. Vide, Causa, quomodo tractanda. Vide, Censura.*

9. Excommunicati ex levi causa, si ab Episcopo non recipiuntur, recipiantur à vicinis usque ad Synodum.

Episcopi verò, si Sacerdotali moderatione postposita, innocentes, aut in minimis causis culpabiles, excommunicare præsumpserint, & ad gratiam festinantes, recipere fortassis noluerint, à vicinis Episcopis cujuslibet provincie Communio illis usque ad tempus Synodi non negetur. *Concil. Vornat. 1. cap. 14.*

10. Non audiens & non obediens Episcopo, excommunicari potest.

Si igitur vobis tribus crediderit, benè habet; si aliquis durus, obstinatusque erit, dic Ecclesiæ; hanc si contempserit, neque audire voluerit, sit tibi ut Ethnicus & Publicanus, & nè eum ad Ecclesiam tanquam Christianum admittas, imò tanquam publicanum devita. Si autem vult agere poenitentiam, assume eum; neque enim Ethnicum aut publicanum ad Communionem Ecclesiæ admittit, priusquam eos eorum, quæ prius impiè commiserunt, poeniteat; poenitentia enim ductis, D. N. J. C. DEUS locum poenitentia constituit. *Libr. 2. Constituti. Apostol. cap. 38.*

11. Excommunicatio ferri potest ex contumacia publica.

Usum ergo excommunicationis, præsertim adversus publicè criminosos, in lucem revocari convenit, deinde posthac in aliis causis excommunicatio tantum in manifestè contumaces feratur. *Concil. Colonien. 2. p. 13. cap. 4.*

12. Excommunicans malos obedit Evangelio, sic & hæreticos.

Notandum est, quòd quidam dicunt, contra Evangelicam parabolam nos facere, ubi de Zizaniis non eradicandis Dominus præcepit, cum aliquos, excommunicatione dignos, excommunicationi subjicimus, & ajunt, etiam Sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, ubi ait: (Quia non est præcedenda unitas, ferendi sunt mali, non abjiciendi.) Quibus hoc primum respondendum est, si hæretici & mali homines excommunicandi non sunt, quare ipse Augustinus Pelagium & Celestinum, novam hæresim in sanctam DEI Ecclesiam introducentes, excommunicavit, & ab Ecclesia DEI separavit? &c. Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, apertè alibi excommunicationem fieri jubet, dicens: (Frater, qui corripitur ab Ecclesia, & non obedit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.) Unde apparet, liquidò aliud esse excommunicationem, aliud eradicationem: qui enim excommunicatur, (ut Apostolus ait) ad hoc excommunicatur, ut spiritus ejus salvus fiat in die Domini. Disciplina enim est excommunicatio, & non eradicatione. *24. q. 3. cap. Notandum est.*

13. Perjuri, & perjurare facientes, possunt excommunicari.

Ut calumniatorum improbitas, & temerè jurantium malicia, timore cœlestis iudicii recundantur, præcipimus, ut quilibet Sacerdos de cætero ter in anno solenniter accensis candelis, pulsatisque campanis, eos excommunicet, qui recognitionibus aliisve testimoniis scienter & spontè pejerant, & eos, qui malitiosè alios facient pejerare, eosque singulis Dominicis diebus excommunicatos denunciaret, ut crebra maledictionis iteratio eos à sua iniquitate retrahat, quos accusatio propriæ conscientia non deterret. Si verò de perjuro poeniteant, ad Archiepiscopum, Episcopum, vel Generalem Diœcesis Confessorem, absente Archiepiscopo vel Episcopo, transmittantur, ab eo poenitentiam susceperint. *Conc. Ebor. 1.*

14. Excommunicatio non potest ferri pro futura culpa, neque sub hac forma: si non satisfeceris. *De sent. excom. in 6. cap. Romana. Vide, tit. 1. n. 8.*

15. Ferri potest ob recuperandas res amissas, & quomodo. *Concil. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 3.*

16. Excommunicatus sine causa, recurat ad Superiorem, qui potest eum absolvere, vel remittere ad excommunicantem, ut absolvat, & si hic non facit, ipse faciat. *De sent. excomm. cap. Sacro ex Concil. Lateranen. 4. cap. 47. Vide, supra. n. 2.*

IV. Excommunicatio à quo ferri potest, & à quo non.

1. Excommunicare non possunt hæretici. Et tales non habentur præ excommunicatis.

Apertè, inquit, Sedis nostræ sanxit autoritas, nullum, sive Episcopum, sive Clericum, seu professione aliquâ Christianum, qui à Nestorio, vel ejus similibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel locò suo vel communione dejecti sunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri; sed hi omnes in nostra communione, & fuerunt, & hucusque perdurant, quia neminem vel deicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat. Intellexistis, nè Imperator ex superius memoratis potuisse, ut non dicamus Prælatum suum, saltem quemlibet removere, qui fuerant elim ipsi remoti, nec deicere quemquam, qui fuerant jam antea prostrati. *24. q. 1. cap. Apertè.*

Miramur, quomodo excommunicati ad judicandum recepti sint, cum secundum Apostolicos Canones, sine commendatiis litteris in communione sola recipi prohibeantur. Absurdum etenim est, ut cui non licet, etiam cum minimis juxta SS. Regulas communicare, liceat penes vos etiam de majoribus judicare. *Ibidem. cap. Miramur.*

2. Excommunicatus non potest excommunicare. Et irritè facit.

Audivimus, quòd Henricus Ravennas, dictus Archiepiscopus, nisus sit se excommunicare. Verum, quia excommunicatus te excommunicare non potuit, Apostolicâ autoritate, te tuosque absolvendo, mandamus exinde nunquam curare. *24. q. 1. cap. Audivimus.*

Ait Cœlestinus Papa Orientalibus Episcopis scribens: Si quis ab Episcopo Nestorio, vel ab aliis, qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus est, seu Antifitis, seu Clerici dignitate, in nostra hunc communione durasse, & durare manifestum est. Nec judicamus eum esse remorum, quia non poterat quemquam ejus removeri sententia, qui jam se præbuerat ipse removendum. *Nicolaus I. in Decretis. tit. De iudicis. cap. 14.*

3. Archidiaconus de jure communi non potest excommunicare. *De officio Archidiaconi. cap. Archidiaconus. Vide, Archidiaconus. n. 22.*

4. Excommunicatio ab Ecclesiasticis ferri potest tantum, non à secularibus. *Concilium Trid. sess. 25. De reformat. cap. 3.*

5. Excommunicatio, quæ fertur ad effectum revelandi perditam, ferri non potest ab alio quam ab Episcopo, & tunc magna cum maturitate hoc fiat, neque adducatur Episcopus ad hoc faciendum ob auctoritatem Magistratum, Dominorum, &c. *Concil. Trid. ut supra.*

6. Excommunicans tenetur dare sententiam excommunicationis intrâ Mensem, si petatur. *Concil. Lugdun. generale. De sententia excommunicationis. in 6. cap. 1. Vide, tit. 1. n. 15.*

7. Excommunicandi facultas delegata, non potest subdelegari. *De officio & potestate iudicis delegata. cap. ultimo §. fin. Vide, Absolvere. tit. 1. n. ultimò.*

V. Excommunicatio injusta.

1. Excommunicatus injustè, seipsum condemnat. Sibi nocet.

Comperimus, quòd Laurentius, quondam frater & Coepiscopus noster, nullis te culpis exigentibus Communione privaverit. Ideoque hujus præcepti nostri auctoritate munitus, officium tuum securè perage; Et Communione sine aliqua sume formidine. *24. q. 3. cap. Comperimus. Tomus II.*

Non in perpetuum damnatur, cum injustè judicatur, dicente Psalmò: (Nec damnabit illum, cum judicabitur illi.) Multi Sacerdotum culpam zelo DEI se persequi profitentur; Sed dum indiscreto hoc agitur, sacrilegii facinus incurunt: & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multò magis deterioris cadunt. *Ibidem. cap. Non in perpetuum.*

Illud planè non temerè dixerim, quòd si quisquam fidelium fuerit anathematizatus injustè, potius ei oberrit, qui facit, quam qui hanc patitur injuriam. Spiritus enim Sanctus habitans in Sanctis, per quem quisque ligatur aut solvitur, immeritam nulli ingerit poenam. *11. q. 3. cap. Illud planè.*

2. Excommunicans ob lucrum, tenetur ad restitutionem, si facit injustè. *Concil. Lateran. 4. cap. 49. Vide, tit. 3. n. 5.*

3. Excommunicans injustè, per 30. dies poeniteat, & Communione privetur eò tempore. Tenetur ad restitutionem & satisfactionem pro injuria, (nisi ex errore fecerit) & si non potest solvere, aliter puniatur.

Nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa proberetur, propter quam Ecclesiastici Canones hoc fieri jubent. Si quis autem adversus eam aliquem excommunicaverit, ille quidem, qui excommunicatus est, majoris Sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ Communions redeat; is autem, qui legitime non excommunicaverit, in tantum abstineat à sacra Communione tempus, quantum majori Sacerdoti visum fuerit. Ut quod injustè patiatur. Et hic Sanctus Gregorius ad Joannem Episcopum injustè excommunicantem inter cetera scribit, dicens: Cælestis prius, atque in nihilum reddatis prædictæ sententia: tuæ decretis, ex B. Petri Principis AA. auctoritate decernimus, triginta dierum spatium, se sacrâ Communione privatum, ab Omnipotenti Deo nostro tanti excessus veniam cum summa poenitentia ac lachrymis exorare. *24. q. 3. De illicitis. Concil. Lateranen. 4. cap. 49. Vide, ut supra.*

4. Excommunicatus injustè adhuc debet absolvi.

Statutum est autem ibi, ut quicumque Episcopo suo, nec offi: id, nec communione privato excommunicatus esset, & si injustè, nullatenus tamen reciperetur ad Communione; nisi absolutus Ecclesiastico more. *Concil. Quinlunburgense. cap. 2.*

Proinde notificamus dilectioni tuæ nobis &c. innotuisse, Robertum Flandrensem Comitem, ab Huberto Legato nostro, & Hugone Linguenli Episcopo, per machinationes inimicorum suorum excommunicatum esse. - Si inveneris eum non canonicè excommunicatum, absolvas eum, ex B. Petri AA. Principis & nostra parte; Sin autem (quod non optamus) canonicè & tamen voluerit satisfacere, iterum ne differas eum ovili Dominico reconciliare, quia ipse summus Pastor ovem perditam propriis humeris voluit ad gregem reportare. *Greg. VII. Lib. 6. ep. 7. Concil. Lateranen. 3. In appendice. tit. De appellat. cap. 21. Vide, Absolvere. tit. 16. num. 2.*

5. Statim absolvi debet.

Quod si ita est, quia temerè illum excommunicare non debuisti, præcipimus, ut eum de presentè absolvas, tuæque communioni restituas; nam si ausu improbo aliter feceris, nos quidem eum auctoritate Apostolicâ procul dubio absolutum esse jubemus. *Joann. VIII. ep. 228.*

6. Excommunicatus injustè, hic læditur.

Cum aliquis exit à veritate, à timore DEI, à fide, à charitate, exit de castris Ecclesiæ, etiam si per Episcopum vocem minimè abjiciatur; Sicut è contrario, dum aliquis non rectò iudicio foras mittitur, scilicet si non ante exierit, id est, si non egerit, ut mereret exit, nihil læditur. Interdum enim, qui foras mittitur, intus est, & qui foris est, intus retineri videtur. *24. q. 3. cap. Cum aliquis.*

7. **Excommunicatus injustè petere potest sarciri in expensis, nisi causa fuerit probabilis.** *De sent. excomm. cap. Sacro. Vide, tit. 3. n. 2.*

8. **Excommunicatus injustè ab aliquo Episcopo, absolvitur à Papa.**

Nos suam causam audientes, & qui eum accusare non debuerant, ex parte Archiepiscopi non inveniētes, poteramus ipsum absolvere, sed nolimus, usque quò Archiepiscopo missemus, &c. Sed coram omnibus se innocentem ostendit, & Divini, mundanique juris autoritate se conjugatum probavit. Quapropter unà cam sancta Synodo illum absolvimus, & eum communioni nostræ recipimus. *Joan. VIII. ep. 276.*

9. **Excommunicans injustè, tenetur ad damna & expensas excommunicati, & alias pœnas incurrit.** *Concil. Lateranen. 4. cap. 47. Nisi causam habuerit probabilem. Ib. De sententia excommunicationis. c. Sacro. Vide, tit. 3. n. 2.*

10. **Excommunicatio etiam injusta, est timenda.** *Gregorius VII. lib. 9. ep. 22. Vide, Censura Ecclesiastica. n. 3.*

VI. Excommunicatio quando est nulla.

1. **Excommunicatio lata etiam contra subditum, qui non obedit, contra suum privilegium, est nulla.**

Ideoque discretionem vestræ Apostolicæ autoritate concedimus, ut si Ecclesiarum Prælati numerum electionis, & personarum, in Lateranensi Concilio constitutum, cum EE. viderent, excedere fortè præsumperint, & pro illis procuracionem exegerint, liberum sit vobis, autoritate Apostolicâ denegare: & si propter hoc in Ecclesias vestras, vel Clericos, aliquam sententiam promulgaverint, ipsam decernimus non tenere. *De excessibus Prælatorum. cap. Cum ad quorundam.*

2. **Excommunicati non canonicè, adhuc indigent solutione.** *Gregorius VII. lib. 6. ep. 7. Vide, tit. præc. n. 4.*

Vide, *Excommunicatio injusta.*

VII. Excommunicatus alicubi, est excommunicatus ubique.

1. **Excommunicatus in una Civitate, in nulla recipi potest.**

Si quis Clericus, aut Laicus, à communione suspensus, seu communicans, ad aliam properet civitatem, & suscipiatur præter commendatitias litteras: Et qui suscepit, & qui susceptus est, communione priventur; excommunicatio autem proteletur ipsa correptione, tanquam qui mentitus sit, & Ecclesiam Dei seduxerit. *Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 13.*

Si quis Presbyter, aut Diaconus, ab Episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso, qui eum sequestraverat, nisi fortitan obierit Episcopus ipse, qui eum segregasse cognoscitur. *Ib. cap. 33.*

2. **Excommunicatus ab uno Episcopo, in omnia alia Diocesi visitandus est. Episcopus recipiens, excommunicatur usque ad Synodum.**

Placuit cunctis, ab eo Episcopo quis recipiat communionem, à quo abstinens in crimine aliquo fuerit. Quòd si aliquis Episcopus præsumperit eum admittente, illò adhuc minimè sciente, vel consentiente, à quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse, cum status sui periculo præstaturum. *Conc. Eliberit. c. 53. dist. 11. qu. 3. c. Servetur. Ex Conc. Nicæno 1. c. 5. Vide, Concilia. tit. 15. n. 2.*

Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his, qui per domos conveniunt, de-

vitantes orationes Ecclesiæ, simul orandum est. Ab alia quoque Ecclesia non suscipiendum, qui in alia minimè congregatur. Si quis autem de Episcopis, aut Presbyteris, vel Diaconis, seu quilibet ex Clero, deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste privetur communione, tanquam, qui regulam confundat Ecclesiæ. *Concil. Antiochenum c. 2.*

Si quis à proprio Episcopo Communione privatus est, non antè suscipiatur ab aliis, quam suo reconcilietur Episcopo, aut certè ad Synodum, quæ congregatur occurrens, pro se satisfaciatur, & persuadens Concilio sententiam suscipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa Laicos, & Presbyteros, & Diaconos, omnesque, qui sub regula esse monstrantur. *Ibid. c. 6. Conc. Aquisgran. sub Ludovico Pio. c. 72. 11. qu. 3. c. Si quis à proprio.*

Osus Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, ut si Diaconus, si Presbyter, si quis Clericorum, ab Episcopo suo Communione fuerit privatus, & ad alterum perrexerit Episcopum, & fuerit ille, ad quem confugit, cum ab Episcopo suo fuisse abjectum, non oportet, ut ei Communione indulgeat. Quòd si fecerit, sciat se convocatis Episcopis, causas esse dicendum. Universi dixerunt: Hoc Statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet. *Conc. Sardacen. c. 16.*

Si quis excommunicatum alterius, si Clericum, si secularem, recipere post interdictum præsumperit, noverit se reum fraternitatis factum, causam in Concilio reddendum. *Concilium Arelatense 2. cap. 8. Concilium Taurinense. c. 6. Vide, Clerici. tit. 38. num. 1.*

Et quia universis Sacerdotibus ita convenit, ut si quis de eis à communione Ecclesiæ pro contemptu Canonum, aut pervasione rerum Ecclesiasticarum aliquem fortasse suspenderit, à nullo penitus Episcopo recipi præsumatur. Quòd si factum fuerit, is, qui eum contra interdicta receperit, & à fratrum suorum erit concordia separatus, & æterni Judicis in futurum erit confidimus iracundiam sustinebit. *Conc. Parisien. 3. c. 7.*

Illud etiam, quod SS. PP. salubriter ordinant, placuit iterari, ut si quisque Episcopus pro reatu aliquo quenquam à communione suspenderit, apud omnes Sacerdotes eatenus à communione habeatur alienus, usquequò ejus judicio debeat recipi, à quo meruerat pro reatu suo à charitate Ecclesiæ sequestrari. *Conc. Lugd. 1. cap. 4.*

Si quis Episcopus, sive alicujus Episcopi Presbyter, aut Diaconus, in alicujus hæresi opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus Episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi Concilio, pro rectæ fidei suæ libello, satisfaciatur omnibus, & ita liberam suam teneat purgationem. Hoc idem & de fidelibus Laicis sic decretum, si in aliqua hæresi opinione fuerint nominati. *Concil. Lucens. 2. cap. 36. 1. qu. 7. cap. Si quis Episcopus.*

Quicumque Episcopus illum, quem alter Episcopus excommunicatum habet, postquam fuerit de ipsius excommunicatione communitus, communicare præsumperit, usque ad Synodum excommunicatus habeatur. *Concil. Turon. 2. cap. 8. Concil. Aquisgran. sub Ludovico Pio. cap. 42. Vide, Concilia. tit. 15. num. 2. Idem. cap. 72. Vide, supra cap. Si quis à proprio.*

Ad reprimendam malitiam perverforum, pœnæ certæ sunt in Canonibus constitutæ, quas sicut latas à vobis interdum in subditos, vultis inviolabiliter observari, ita latas ab aliis, debetis inviolabiliter observare. *De offic. jud. ordin. cap. Ad reprimendam.*

Curandum verò maximè, & omni cautela est providendum, ne quis fratrum, Coepiscoporumque nostrorum, aut etiam Presbyterorum, in alterius civitate, vel Diocesi, penitentem, vel sub manu positum, Sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se esse dixerit, sine Episcopi, vel Presbyteri testimonio, & litteris, ad cuius pertinet Parochiam, Presbyter, aut Episcopus in civitate suscipiat. Quòd si aliqua dissimulatione negligitur, culpa tangit etiam Clerum, qui in locis, in quibus hoc minus curatum fuerit, commoratur. *Felix III. ep. 7.*

Hæc ergo cognoscetes, postquam vobis nullam de-

ignorantia excusationem assumere potestis, togo, hortor & moneo, ut à prohibita vos communionis consortio per omnia suspendatis, nec cuiquam, Sacerdoti supra scripto Maximo communicanti, contra animam suam quicquam vestrum communione præsumat. *Gregorius I. lib. 5. ep. 48.*

Quia una & eadem est Sancta Mater Ecclesia, statimus, sacro probante Concilio, ut si super fractione, violatione, aut derogatione libertatis, seu immunitatis Ecclesiæ, & honorum immobilium, EE. occupatione, Prælati, seu Officiales, vel Vicarii aliquem excommunicaverint, & voluerint, quòd hujusmodi excommunicatio in aliis Diocesis observetur, tunc Episcopi, qui per eum fuerint requisiti, receptis litteris suis, illas pro plena probatione, quantum ad hoc habentes, nullà partis allegatione vel exceptione admittant, teneantur excommunicationem prædictam in suis Diocesis observare, & observari facere & publicari. *Conc. Tolet. 22. c. 23.*

A suis Episcopis excommunicatis ab aliis recipi, magnoperè perhibemus. *Conc. Melfi. c. 15.*

Excommunicatos, & nominatim interdictos, tam ab illis, (id est, à Templariis, &c.) quam ab omnibus aliis, juxta Episcoporum sententiam, statimus evitandos. *Conc. Later. 3. c. 4.*

Volimus autem, ut hæc censura ab omnibus (jure non tantum humano, sed & Divinò id ipsum postulante) timeatur: ut quæ excommunicari in familiari conversatione vitentur, & à nemine recipiantur, quemadmodum antiquissima Concilia, sub gravis reatus incurfu, id ipsum fieri præceperunt. *Concil. Colonien. 2. p. 13. c. 6.*

3. **Excommunicatus, si ex timore & reverentia abstinet à jure suo, non proinde probatur possessio juridica pro adversario.** *De restitutione spalia. cap. Olim inter. Vide, Possessio. n. 19.*

4. **Excommunicatus à suo Episcopo, etiam à regularibus est vitandus.** *Concilium Lateranen. 3. c. 9. supra num. 2.*

5. **Episcopus excommunicans aliquem, debet aliis significare, ut eum noverit.** *Concil. Germanicum cap. 8. Vide, Episcopus tit. 6. 7. n. 2. Vide, Clerici excommunicati.*

VIII. Excommunicati cavendi: cum eis non communicandum, & pœna.

1. **Excommunicato non communicetur: communicans, vel cum eo orans, excommunicatus est. Si Episcopus sic communicat, suspenditur à celebratione Missæ.**

Qui communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, sive Clericus, sive Laicus, excommunicetur. *Conc. Carth. 4. cap. 73.*

Si vidua Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi, maritum acceperit, nullus Clericus, nulla Religiosa cum ea convivium sumat: nunquam communicet, morienti tantum ei Sacramento subveniat. *Concil. Tolet. cap. 18.*

Si quis Presbyter ab Episcopo suo degradatus fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio, sine commætu, facere præsumperit, & postea ab Episcopo correptus & excommunicatus fuerit: qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum. Similiter, quicumque Clericus, aut Laicus, vel femina, incestum commiserit, & ab Episcopo suo correptus, si se emendare noluerit, & ab Episcopo suo excommunicatus fuerit, si quis cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum. Et ut sciatis, qualis sit modus istius excommunicationis: In Ecclesia non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum aut potum sumere, nec ejus munera accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se junge-

Tomus 11.

re, nec salutare, antequam Episcopo suo fuerit reconciliatus. *Concil. Vernen. cap. 9.*

Si quis Presbyter, aut quilibet de Clero, aut de populo excommunicatum, absque voluntate ipsius, qui eum excommunicavit, sciens receperit, aut cum eo panem manducaverit, vel colloquium habere decreverit, simili sententiæ subiacebit. *Concil. Antiochen. c. 39.*

Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introeuntes, orare cum eis, neque liceat cum eis in aliqua E. segregari. Si quis autem Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet Ecclesiasticus ei communicaverit, quasi perturbans omnem disciplinam Ecclesiasticam, excommunicetur. *Conc. Lucens. 7. cap. 84.*

Eos verò, quos Photius Neophytus, & Constantinopolitana Sedes invalor, in quolibet Ecclesiastico Ordine prorexit, quoniam manifestum est, eos in omnibus consecratoris sui pravitatibus, consentisse, atque ei post invasionem communicasse, omni Clericali officio privamus, & Apostolicâ, atque Canonicâ autoritate, & Synodali decreto eos penitus sequestramus. --- Et si Episcopus, qui damnatus à Synodo juxta est SS. Canones, si ausus fuerit aliquid de sacro ministerio, juxta præcedentem consuetudinem contingere, & ante audientiam communicare, ipse in se damnationem protulit, ita ut nullò modò liceat ei, nec in alia Synodo, restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed & communicantes ei omnes abjici de Ecclesia. Quantà puras Gregorius pœnâ multandus est, qui post damnationem, sive anathema, hæc omnia commisisse probatur. *Nicolaus I. ep. 10.*

2. **Excommunicato communicans, excommunicatur. Etiam Episcopus præsumens communicare cum excommunicato ab alio, ejicitur à plebe.**

Præcipue Gualdrada, pellicis tuæ, & jam dudum à te repudiatae communionem declina: Excommunicata est enim, & usque ad præsentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata. Quamobrem cavendum est, nè cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro unius mulierculæ passione vincas, & obligatus, ad perenne traharis exilium. *11. qu. 3. cap. Præcipue.*

Sicut Apostoli statuerunt, dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum, & si quis cum excommunicatis, averfando regulas, scienter saltem in domo simul locutus fuerit, vel oraverit, ille communione privetur. *Ib. c. Sicut Apostoli.*

Excommunicatos quoscunque à Sacerdotibus, nullus recipiat, ante utriusque partis justam examinationem; nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec ave ei dicat, quia quicumque in his, vel aliis prohibitis, scienter excommunicatis communicaverit, juxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiacebit. *Ib. cap. Excommunicatos. ex Felice ep. 2. cap. 2.*

Cum excommunicato, neque orare, neque loqui, (nisi, quæ ad eandem excommunicationem pertinent) nec velti liceat. Si quis enim cum eo, aut palam, aut abscondè locutus fuerit, statim cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam. *Ib. c. Cum excommunicato.*

Qui communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, si Laicus est, excommunicetur, si Clericus, deponatur. *Ibidem. cap. Qui communicaverit. cap. Si quis Episcopus. Ex Conc. Brachar. 2. cap. 37. Vide, Damnatus. num. 5. c. Si quis frater. & c. Qui merito. Vide, Communicare. tit. 3. num. 2. 11. quest. 1. Ex Clerico excommunicato, & c. c. Si quis Presbyter. Vide, Clerici. tit. 42. n. 5.*

3. **Excommunicati, sive Clerici, sive Laici, ab omnibus vitandi. Licet alii communicent, non debet quis, licet solus, communicare.**

Si quis Laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum ejus, vel Clericorum, vel Religiosorum nullus accedat. Similiter & Clericus si abstinetur, à Clericis devertatur. Si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertinet

ad eos Clericos, qui eius sunt Episcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerunt de eo, qui abstinetur, sive Laico quolibet, sive Clerico. *Concilium Tolet. 1. c. 15. qu. 2. ex Concil. Valsen. 2. cap. 8. Vide, Episcopus tit. 72. num. 1. Concil. Bracharen. 2. cap. 37. ubi supra.*

Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum sumere. *Conc. Antisiodor. c. 8.*

Cum eis, qui à Sede Apostolica, in qua BB. Petri ac Pauli semper autoritas vivit, pro suis manifestis sceleribus excommunicati merito existunt, contra jus Ecclesiasticum, ante audientiam, & veram in reddendo satisfactionem, communicare, non mediocri animi dolore turbati existimus, cum idem de talibus cavendis Doctor egregius dicat: Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam, hunc notare, ut non commisceamini cum eo. Hinc etiam & Coapostolus eius Joannes, huiusmodi nec ave dicendum concedit: Si quis, inquit, venit ad nos, & hanc doctrinam non affert, novit eum recipere in Domino, nec ave ei dicite: qui enim dixerit ei ave, communicat operibus ipsius malignis. *Joannes VII. epist. 234.*

Nolle volumus fidelitatem, & unanimitatem vestram, quia Romanum Archiepiscopum vestrum, pro perjuri reatu manifestè pollutum, aliisque nefandis criminibus impeditum, & idcirco ad Synodum pro sui purgatione vocatum, occurrere contemnentem: omni Ecclesiastica communione, unà cum S. Synodi decreto privavimus, quodque suam specialem spud nos exhibere præsentiam. -- Quicumque autem ei ante audientiam, & absolutionem nostram, aliquatenus communicare præsumpserit, eodem excommunicationis laqueo, secundum SS. PP. institutionem, maneat irretitus, usque dum à nobis fuerit misericorditer absolutus. *Id. ep. 278.*

Consilium postulantem, quid statuere dignarentur pro talibus, & similibus, qui pro diversis erroribus, & certis criminibus sunt incorrigibiles, & iusto anathemate, mucrone Apostoli sermonis absconduntur, quod ait: Tradite huiusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. Et iterum: Cum huiusmodi nec cibum sumere. -- Mittentes etiam ei contra eos scripta instituta canonica, in Canonibus SS. AA. Capitulo 11. quod cum excommunicatis non sit orandum. In Nicæno magno Concilio, capitulo 5. Qui suò peccaverunt evidente Episcopò, excommunicati rationabiliter ab omnibus æstimentur. In Antiocheno S. Concilio, cap. 2. Ut si quis Episcopus, &c. ut supra. In epistola Calixti Papæ: Ut nemo cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, aut osculo communicet, nec eis ave dicat. *Conc. Tribur. cap. 2.*

Idcirco non potentiam ostendentes, sed iustitiam exhibentes, præcipimus, & autoritate nostrâ injungimus, omnibus Regni nostri Comitibus, postquam ab Episcopis anathemate excommunicationis percelluntur, & tamen ad penitendum non inclinantur, & ab ipsis comprehendantur, & ante nos perferantur: ut qui divina iudicia non verentur, humanâ sententiâ feriantur. *Ib. cap. 3.*

Si quis videns excommunicatum ex nomine hospicio suscepit, vel ei pecuniam scienter accommodaverit, quia nostri sunt contempores mandati, prohibemus, nè Christianus, vel Christiana ei serviat, donec inde satisfecerit. *Conc. Later. 3. in app. tit. De excommunic. c. 6.*

Cum hæreticis & cum excommunicatis ullam participationem, vel societatem habentem, præcipue excommunicamus, nisi correctionis, vel admonitionis causâ, ut ad fidem redeant Catholicam. Si quis autem adjuvantes eos defendere conati fuerint, vinculo simul excommunicationis cum eis subditâ permaneat. *Conc. Tolosan. c. 13.*

Nulli se possunt privilegio Apostol. Sedis tueri, quò minus excommunicatos vitare debeant, & pro involentia manuum injectione in Clericos, sicut excommunicati vitari. *De sent. excom. cap. Nulli. ex Concil. Lateranens. tit. De illis, qui incidunt. cap. 4.*

F. r. respondemus, quòd nisi excommunicati à te super absolutione sua litteras nostras, vel illius, cui vices nostras in hac parte commisimus, reportaverint,

aut aliò modò legitime de illorum absolutione tibi constiterit, tu ipsos pro excommunicatis, ut prius, habeas, & facias evitari. *Ib. c. Sicut nobis. De Clerico excommunicato. Ec. c. Si quis Presbyter. Vide, ubi supra.*

4. Sive iuste, sive iniuste excommunicato, communicandum non est.

Si Episcopus quis, fortè iracundus, (quod esse non debet) citò & asperè commoveatur adversus Presbyterum, sive Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est, nè innocens damnetur, aut perdat communionem. Et idèdè habet potestatem is, qui abjectus est, ut Episcopos finitimos interpellat, & causa ejus audiat, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negare, audientiam roganti. Et ille Episcopus, quia aut iuste, aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat, ut negotium discutatur, ut vel probetur sententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinetur, eum, qui fuerit à communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut eum communioni societ. *11. qu. 3. c. Si Episcopus. ex Conc. Sardicen. cap. 17.*

Si quis Presbyter ab Episcopo suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quòd nisi fecerit, sed superbiâ (quod absit) inflatus, secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. At si quæritoniam iustam habuerit adversus Episcopum, inquirendum est. *Ibid. cap. Si quis Presbyter.*

5. Cum diffamato de excommunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel absolvatur ad cautelam. De sent. excommunic. c. Cum desideres. Vide, Absolutio. tit. 10. n. 6.

6. Excommunicatis non communicandum, ex traditione Apostolica habetur, & cum eis cibis non sumendus. Nec cibo, nec salutatione.

Similiter ab omnibus, quos Apostolus commemorat, dicens: Cum eis nec cibum sumere. Quia & illi, sicut & isti sunt repellendi, & ante satisfactionem Ecclesiæ non sunt suscipiendi, quoniam illi, cum quibus sumere non licet, manifestè apparent sequestrati usque ad satisfactionem è reliquis fratribus, quamobrem non debent, ac possunt in accusatorem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum consortio, usque ad jam dictam satisfactionem, repelli, nè similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subjaceant, quoniam sic AA. statuerunt, dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. *Fabianus. ep. 1.*

Cum iis igitur, quos propter peccatum excommunicastis, habere, & congressus, & convivium, curantes, consulentes, fulcientes, illudque dicentes: Invalescite remissa manus, & soluta genua. *Lib. 2. const. Apost. c. 40.*

7. Excommunicato communicans, præviâ monitione declarari potest excommunicatus. De sent. excomm. in 6. c. Statutum. Vide, tit. 1. n. 29.

8. Neque si contritus sit excommunicatus, potest aliquis cum eo communicare.

Contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus, & qui liber sit apud Deum, Ecclesiasticâ sit sententiâ innodatus. Vinculum ergo, quò peccator ligatus est apud DEUM, in culpe remissione dissolvitur: illud autem, quò ligatus est apud Ecclesiam, cum sententiâ remittitur, relaxatur, &c. Unde quantumcumque se, qui juramento præstitit, quòd Ecclesiæ mandatò pareret, humilitate curaverit, quantumcumque penitentia signa præcesserint, si tamen morte præventus absolutionis non potuit be-

beneficium obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus: potest tamen & debet Ecclesiæ beneficium subveniri, ut si de ipsius viventis penitentia per evidentia signa constiterit defuncto, etiam absolutionis beneficium impendatur. Nec obstat, quòd Ecclesiæ legitur attributa esse potestas ligandi atque solvendi homines super terram, tanquam non possit absolvi & ligari sub terra sepultos, & quòd legitur: Non communicent mortuo, cui non est communicatum, & vivo: cum etsi communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset, quem non contemptus Religionis, sed necessitatis articulus impedivit, & in certis casibus à Canonibus denotatis, ligasse legatur Ecclesia mortuos, & solvissè. Hæredes quoque ipsius ad satisfaciendum pro ipso, si monitione præmissa noluerint, per distractionem Ecclesiasticam compellantur. *De sentent. excommunicationis. cap. A nobis.*

9. Participantes cum excommunicatis, ut loquentes, &c. Si moniti non desistunt, possunt excommunicari excommunicatione majori.

Quòd si ex locutione, & aliis, quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius inducat: Poterit iudex post monitionem canonicam, huiusmodi participantes consimili damnare censurâ. Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat, & profertentes penam legitimam poterunt formidare. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Statuimus.*

10. Ab excommunicato nihil accipiendum. Ab excommunicatis verò, ne prius accipiatis, quam ut membra Ecclesiæ fiant, digni habeantur. Lib. 4. const. Apost. cap. 7.

11. Excommunicatus si post admonitionem non respicit, non recipiatur ad Sacramenta, nec ad communionem, aut familiaritatem fidelium. Concil. Trident. sess. 25. De reform. cap. 3.

12. Excommunicatus ab Episcopo, etiam à regularibus est vitandus. Concil. Lateranen. 3. cap. 9. Vide, tit. præced. n. 2.

13. Excommunicatum defendens excommunicatur. Concil. Tolos. cap. 13. supra n. 3.

14. Excommunicatò Episcopò, quando censetur excommunicatus Vicarius. Vide, Vicarius.

15. Excommunicato communicans, minorem incurrit excommunicationem.

Illi autem, qui nominatim excommunicatis præsumptuose participant præter personas à dicto Canone annotatas: nisi ab eorum participatione communiti fortè desisterint, excommunicationis vinculo sunt innodandi: secus autem, si scienter ei communicant, qui cum participibus suis est vinculo excommunicationis sententialiter innodatus: tunc enim & ipsi sententiam excommunicationis incurunt. *De sententia Excommunicationis. cap. Quod in dubiis. eod. tit. in 6. cap. Constitutionem. Vide, tit. 1. n. 29.*

16. Excommunicato communicans in crimine, est excommunicatus. De sentent. excom. cap. Nuper. Vide, Absolutio. tit. 15. num. 2.

17. Excommunicato communicans coactè, non excommunicatur.

Distinguiamus autem, utrum is, qui communicat excommunicatis invitus, sit per coactionem adstrictus, aut per metum inductus: in primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati, quam agere convincatur. In secundo, licet metus attenuet culpam, quia tamen non cum profertur excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale pec-

catum incurtere, excommunicationis labe creditus inquinari. *De iis, que vitentur, Ec. cap. Sacris.*

18. Excommunicatus appellans, pendente articulo probationis, etiam est vitandus in cæteris, in iudicio.

Soler à nonnullis in dubium revocari: An ante absolutionem huiusmodi, is qui se offert in iudicio probaturum, se post appellationem legitimam excommunicatione innodatum, vel intolerabilem errorem in sententia fuisse patenter expressum: sit in cæteris (exceptò probationis illius articulo) vitandus? Statuimus, ut is, qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo, in cæteris, quæ ut actor in iudiciis attentaverit, interim evitetur. Extrâ iudicium verò, in officiis, postulationibus & electionibus, ac aliis legitimis actibus, nihilominus admittatur. *Concil. generale Lugdun. 1. De sent. Excomm. in 6. cap. 2.*

19. Excommunicati publicandi sunt, ut ab omnibus fugiantur.

Cura sit omnibus Episcopis, excommunicatorum omnino nomina tam Episcopis vicinis, quam suis Parochianis pariter indicare, eaque celebri locò posita, præforibus Ecclesiæ, cunctis convenientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia, & excommunicatis ubique Ecclesiasticis aditus excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur. *11. qu. 3. cap. Cura sit.*

20. Excommunicatis non communicat, qui animò non consentit. 11. q. 3. cap. Quod predecessor. Vide, Communicare. n. 6. Vide, Concubinarius. Ubi iuvenes, quòd excommunicatio major aliquando incurritur, communicando cum excommunicato. Vide, infra, Excommunicati ad multa sunt inhabiles.

IX. Cum excommunicatis aliquando communicari potest, & à quibus.

1. In necessariis potest communicari cum excommunicatis. 11. q. 3. cap. Quoniam multos. Vide, Communicare. n. 5.

2. Excommunicato loquens de iis, quæ pertinent ad salutem animæ, & de aliis incidenter, non incurrit excommunicationem.

Cum voluntate ac proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel alias ad salutem animæ pertinent, in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter (ut apud eum magis proficiat) interponat. *De sententia excommunicationis. cap. Cum voluntate.*

3. Excommunicatis loquentes prædicatores, non incurunt excommunicationem, etiam si petunt ab eis Eleemosynam, si non possunt aliter sustentari. Ibidem. §. Prædicatores. Vide, Eleemosynæ. n. 6.

4. Cum excommunicato potest communicari, causâ conversionis. Concil. Tolos. cap. 13. Vide, tit. præcedenti. n. 3.

5. Excommunicato potest prædicari Verbum DEI.

Responsò nostrò postulas edoceri, an cum Ferrarientes Cives excommunicationis & interdicti sententia sunt ligati, liceat tibi viros & mulieres semel in hebdomada, vel in mense, apud aliquam Ecclesiam convocare, quibus prædices Verbum DEI, & eodem ad correctionem inducas, super quo respondemus, quòd sine scrupulo conscientia hoc facere poteris, cum videris expedire, dummodo contra formam interdicti nullum eis Divinum Officium celebres. *De sent. excommunicationis. cap. Responsò.*

6. Excommunicatus non denunciatus, non est vitandus.

Nec Canonici suo Decano excommunicationem possunt obijcere: cum super hoc nec commonitus, nec impetitus fuerit, neque ipsi propter hoc eum duxerint evitandum, sed Episcopus in mensa, & Canonici communicaverint ei etiam in Divinis. *De sent. Excomm. cap. In presentia.*

7. Excommunicatus non vitatus ab Episcopo vel Canonici, non est vitandus. Ibid.

8. Excommunicatio licet impediatur actorem, non tamen reum, ne se defendat. Honorius III. Ex Cirone. De except. cap. 4. Vide, Exceptio. n. 5.

9. Excommunicatus non est vitandus, nec in Divinis, nec in aliis, nisi certe, expressè ac determinatè sit excommunicatus, sive à jure, sive ab homine, vel ita notoriè in eam incidit, ut non possit celari, aut tergiversari.

Nemo deinceps à communione alicujus in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut in aliis quibuscunque Divinis, vel extrà, prætèxtu cujuscunque sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ, aut suspensionis, vel prohibitionis ab homine, vel à jure generaliter promulgatæ occasione, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut Ecclesiasticum interdictum servare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura Ecclesiastica hujusmodi fuerit, vel contra personam, Collegium, Universitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam, à iudice publicata, vel denunciata specialiter aut expressè, aut si aliquem ita notoriè excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quòd nullà possit tergiversatione celari, aut aliquò juris suffragio excusari. *Concilium Moguntinum. 4. cap. 104.*

10. Excommunicato potest communicare, qui priùs ei tenebatur ex obsequio familiari. De sent. excomm. cap. Inter alia. infra.

11. In casibus necessitatis communicare potest cum excommunicato, ut ad emendum, &c.

Cum quædam personæ in præmissò capitulo denotate, illis, in quos lata fuerat excommunicationis sententia, ante prolationem ipsius obsequiò tenerentur familiariter adherere, neque postmodum ad contrarium teneantur, (cum adhuc debitum doret) beneficium Canonis id agente à priorè non sunt obnoxietate solutæ, sed ad familiare tenentur obsequium, & ita per consequens ad Communionem tenentur, sine qua illud nequeunt exhibere. Illud autem non ad omnes personas Capituli credimus referendum, ut videlicet obnoxietati hujusmodi sint subiectæ, cum viatores peregrini & mercatores à communione talium personarum (nisi articulus necessitatis imminet) debeant abstinere, ut in sine colligimur manifestè, sed ad illas duntaxat, quæ talibus arctiori tenentur obnoxietate constrictæ, quibus tamen in his, pro quibus sunt excommunicatione notatæ, ut in criminibus, communicare non debent, sed ab eis penitus abstinere. *De sententia excommunicationis. cap. Inter alia. § cap. Si verò. Vide, Communicare. n. 4.*

12. Excommunicatus tenetur intrà annum probare suam innocentiam.

Rursus constitutum est, ut quoties Clericis convictis, vel confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundia parcitur, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hereticorum, atque gentilium, si fortè causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intrà annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiantur. *11. q. 3. cap. Rursus.*

Quicumque intra anni spatium civiliter, sive publicè causam suam coram suis excommunicatoribus non

peregerint, ipsi sibi aditum audientie clausisse videantur. Quòd si obstinatò animò sine Communione defuncti fuerint, nos eorum causam juxta B. Leonis prædecessoris nostri sententiam divinò iudiciò reservantes, quibus vivis non communicavimus, nec mortuis communicare debemus. *Ibid. cap. Quicumque intrà.*

X. Excommunicati ad Divina non admittendi, & pœna utrorumque.

1. Orans cum excommunicato, est excommunicatus. Concil. Carthaginens. 4. cap. 73. Concil. Lucense. 2. cap. 84. Vide, tit. 8. n. 1. Vide, Clerici, quoad sua munera.

2. Excommunicatus ob Clerici percussione, si suscipit Ordines, sciens excommunicationem, si est sæcularis Clericus, perpetuò deponitur: si regularis, suspenditur ab executione. De sententia excommunicationis. cap. Cum illorum. Vide, Dispensare. num. 13.

3. Excommunicatus celebrans per tres annos continuos, ter in hebdomada jejunct abstinendo à vino.

De illis Presbyteris, qui tempore Sanctissimi D. N. Papæ Nicolai excommunicati factum ministerium contingere præsumperunt, ipsi in se damnationis (sicut sacri Canonis statuunt) sententiam intulerunt, tamen, quia miseratio Apostolica veniam solet præstare correctis, ob multitudinem misericordie illis hanc indulgentiam exhibemus, ut sanctà Communionem saginati, studeant tribus continuis annis per hebdomadam omni secundà, & quartà, & sextà ferià à vino & carne penitus jejunare, & ultra lugenda nequaquam committere. *11. qm. 3. cap. De illis Presbyteris.*

4. Excommunicato participans in Divinis, incurrit excommunicationem reservatam Papæ. De sentent. excommunicationis. cap. Significavit. Vide, Absolutio. tit. 15. n. 1.

5. Excommunicatus ministrans in Ordine, est deponendus. Sed priùs monetur, ut desistat.

Clerici autem, si qui à suis, aut etiam de mandato R. P. ab alienis Episcopis interdicti, vel excommunicati, ante absolutionem Divina Officia celebrant, nisi ad communionem nostram, sine dilatione redierint, perpetuò depositionis sententiam pro ausu tantæ temeritatis incurrant. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De deposit. cap. 10.*

Latores præsentium &c. suam nobis excessum penitus intimaverunt, scilicet, quòd tam ipsi, quam alii multi, postquam interdicti, vel excommunicati fuerant, Divina præsumperunt Officia celebrare, &c. F. t. &c. mandantes, quatenus rei veritate diligentius inquisitè, si quadraginta solummodò, vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio Sacerdotali deponas. Si verò multitudinem magnam in hoc peccasse cognoveris, eos, quos magis causam esse delicti constiterit, perpetuè depositione condemnes, & alios qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tempus suspendas, & omnibus penitentiam secundùm discretionem tibi à DEO datam injungas. *Conc. Later. 3. in appen. p. 40. cap. 51. De Clerico excomm. celeb. cap. Latores.*

6. Si excommunicationem suam sciebat per famam, & celebrat, deberet deponi, sed dispensatur.

Illud autem, quòd sub spe veniæ Divina sibi fecit (postquam se à nobis excommunicatum noverat) celebrari, & communioni fidelium se ingessit, porius contra eum facere credimus, quam pro eo, cum sub fiducia penitentiae non debuerit deliquisse, & excommunicato non vitare, multò magis, quam non vitari periculo-

losum existat, non vitare: Siquidem cum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest; sed cum ex aliis pendeat, sine suo delicto poterit non vitari, cum eo misericordiam facientes, pœnam, quam Canon infligit his, qui post excommunicationem Divina præsumperunt Officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint Divinorum, ei non duximus infligendam. *De Cler. excomm. celeb. cap. Illud Dominus. § cap. Apostolica. Vide, Celebrare. n. 5.*

7. Excommunicatus celebrans, privatur beneficio.

Presbyteros autem, & alios Clericos, qui pro suis excessibus à te nexibus anathematis Canonice innodati, præsumperunt, vel præsumunt Officia celebrare Divina, rationabiliter poteris omnibus beneficiis Ecclesiasticis spoliare. *De Cler. &c. cap. Fraternalitati.*

8. Excommunicatus dicens Missam, vel Marutino assistens, graviter puniendus. Concil. Lucen. 2. cap. 84. supra n. 1. Concil. Lateran. 3. In appendice. tit. De depositione. cap. 10. supra. n. 5.

9. Excommunicatus ignorans, si celebrat, nihil incurrit. De Cler. excomm. celeb. cap. Apostolica. supra n. 6.

10. Si crasse ignorat, incurrit irregularitatem, si celebrat. Ibidem.

11. Excommunicatus ab Episcopo non potest recipi in Capitulo Religiosorum.

Universitati vestræ districtiùs per Apostolica scripta prohibemus, nè cum ratione feudorum emptorum, aliterve acquisitorum, vel etiam aliò modò jus patronatus in EE. Parochialibus acquisieritis, in eis Presbyteros nisi per Episcopos institutis, nec Episcopo ita jus parochiale minuire, vel auferre aliquatenus præsumatis, excommunicatosque ipsius Episcopi, vel Archidiaconorum suorum, contra authentica scripta Romanæ Ecclesiæ, ad digna officia in Capitulis vestris recipere non audeatis. *Conc. Later. 3. in append. tit. De jure patronatus. cap. 13.*

12. Excommunicatus non potest admitti ad Divina, quando tempore interdicti permittitur, ut personæ loci admittantur ad Divina.

Concedimus, quòd tempore interdicti ab homine, vel à jure prolati, non tantummodò morientes, sed etiam viventes, tam sani etiam, quam infirmi, ad penitentiam (quæ propter prolixitatem & facilitatem hominum ad peccandum summè necessaria est) licetè admittantur: Dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti (præterquam in mortis articulo) nolumus ad eundem. *De sentent. excomm. in 6. cap. Alma mater.*

13. Regulares non possunt admitttere excommunicatos ad Divina.

Excommunicatos quoque, nominatim interdictos, tam ab illis, quam ab aliis omnibus juxta Episcoporum sententiam statuimus evitandos. *De privilegiis, cap. Cum plantare. §. Excommunicatos. Vide, Regulares.*

14. Excommunicatò existente in Ecclesia, si quis celebrat, non fit irregularis. De sentent. excomm. in 6. cap. Is qui. Vide, Celebrare n. 6.

15. Excommunicatus, si post appellationem Divina cantavit, non est molestandus. De appellat. & recus. cap. Ad presentiam. Vide, Appellare. tit. 14. n. 3.

XI. Excommunicati fiunt inhabiles ad multa, exceptis quibusdam in casibus.

1. Excommunicatus privatur Communione

cum fidelibus in omnibus, si excommunicatio est major, in sacris & spiritualibus, si minor. Vide, *Excommunicatio major. Vide, Excommunicati cavendi.*

2. Eucharistiam sumere non potest.

Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis, non se debet à medicina Corporis & Sanguinis Domini separare. *De consecrat. Dist. 2. cap. Si non sunt.*

3. Excommunicatus non potest accusare. 4. q. 1. cap. Desimus. ex Concil. Carthag. 7. cap. 1. & Africano. cap. 95. 2. qu. 7. cap. In sancta. Vide, Accusare. tit. 2. n. 4. De judiciis. cap. Intelleximus. Et De exceptionibus. cap. A nobis. Vide, Actor. n. 16.

Omnes illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus commemorat, dicens: Cum eis nec cibum sumere, & antè satisfactionem Ecclesiæ non sunt suscipiendi. *6. q. 1. cap. Omnes illi. ex E. biano. epist. 1.*

4. Excommunicatus Sacerdos ministrans, quas pœnas incurrit. Vide, Sacerdos. Vide, Excommunicati non admittendi ad Divina.

5. Non potest in cibo nec potu communicare cum fidelibus, non in salutatione, nec oratione. Lib. 2. Const. Apost. cap. 40. Concil. Vernen. cap. 9. Vide, tit. 8. n. 1. & 6.

6. Excommunicatus à nullo recipiendus. Calixtus I. ep. 2. ibid. n. 2. Concil. Lateran. 3. in append. tit. De excomm. cap. 6. Neque hospitio. Ibidem. Vide, tit. 8. n. 3.

7. Excommunicatus ab hereticis ob aliquod atrox crimen, quare aliquando non recipitur à Catholicis.

Quisquis pro aliquo flagitio, vel facinore projectum à vobis, ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui exceptò errore, quo à nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt, displicet nobis. *24. quest. 1. cap. Quisquis.*

Ego, si Domino placet, istum modum servo, ut quisquis apud eos propter disciplinam degradatus, ad Catholicam transire voluerit, in humilitatione penitentiae recipiatur, quòd & ipsi eum forsitan cogent, si apud eos manere voluissent. *Ibidem. cap. Subdiaconus.*

8. Excommunicatus non potest habere officium publicum, ut iudicis, &c. neque jurisdictionem.

Excommunicati illicitè manus imponunt, quia potestatem ordinandi non habent. Ubi autem illicitè est manus impositio, vultus infligitur. Unde reiterari necesse est, quòd minimè probatur esse collatum. *9. q. 1. cap. Excommunicati.*

9. Excommunicati iudicis sententia est nulla.

Vos autem interim agnoscat de confirmationis sententia, &c. ita ut si pro eo, quòd unus ex delegatis iudicibus, qui eandem sententiam protulerunt, excommunicationis vinculo esset publicè innodatus, quando sententia lata fuit, sicut per Metropolitanam literas perhibetur: aut ex alia iusta causa eandem sententiam constiterit infirmendam, ipsa cassatà, de ipsius electione custodis iterum agnoscat. *De sententia & re iudic. cap. Ad probandum.*

Quòd autem hi, qui à jam fato Fratres & Communitro nostro Ignacio depositi, excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam adversus eum intorquere damnationem potuerint, ex prolato secundæ universalis Synodi Capitulo declaratur, cum dicitur: Si verò Ecclesiasticum fuerit crimen, quòd Episcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accusantium personas, ut primò quidem hereticis non liceat accusationes contra Orthodoxos Episcopos pro Ecclesiasticis negotiis facere. Sed nè hos hereticos esse denegatis, audite sequentia: Hereticos autem, inquit, dicimus tam eos, qui olim ab Ecclesia projecti sunt, quam

quàm qui post hæc à nobis anathematizati sunt. Porro si adhuc nec sic creditis, audite, quod subditur: Præter hos autem, ajunt, & eos, qui fidem sanam simulant, confiteri: Schismaticos etiam, & eos, qui eorum à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt. *Nicolaus I. epist. 8.*

10. Revocata sententia judicis excommunicati, iterum agitur de principali. *De sent. & re judicata. cap. Ad probandum. supra.*

11. Possunt excommunicato committi causæ contra hæreticos.

Præsidentes regimini alicujus Regni, Provinciae, sive loci, licet excommunicati, vel de facto tantum, & non de jure jurisdictionem habentes, ac eorum Officiales, ad requisitionem Ordinariorum, vel delegatorum ipsorum, aut inquisitorum hæreticæ pravitatis non valentium sine moræ dispendio, vel negotij periculò recursum habere ad Superiores, qui legitime in locis ipsis possint justitiam exequi, possunt & debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores & defensores eorum justitiam & suum officium exercere. Nec requirentes hujusmodi excommunicatos propter hoc sententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen præsentibus prælibatis, vel Officialibus eorundem propterea in aliis casibus intelligatur concessum aliquid, vel permissum. *De hæreticis in 6. cap. Præsidentes.*

12. Excommunicatus non potest prædicare, etiam si sit Sacerdos. *Concilium Constantien. contra articulum 17. Joannis Hus. Vide, In Bullario.*

13. Non potest esse testis. *Fabianus ep. 1. De jud. cap. Intelleximus. supra num. 3.*

14. Potest esse testis contra hæreticos, fautores, &c. in causâ fidei. *De hæreticis in 6. cap. In fidei. Vide, Deposito tit. 1. num. 3.*

15. Non potest levare puerum de fonte.

Caveant verò Parochi, nè excommunicatos, vel eos, qui eò annò Paschæ tempore ex præcepto Ecclesie peccata confessi non fuerint, & sanctissimam Eucharistiam non sumpserint, admittant ad levandum baptizatum de sacro fonte. *Concil. Mediolan. p. 2. tit. De baptismo.*

16. Non potest eligere, (intellige de majori.) *De electione cap. Illa quotidiana. Vide, tit. 2. num. 4.*

17. Excommunicatus traditur Satanæ. Quid sit tradere Satanæ.

Omnis Christianus, dilectissimi, qui à Sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur, quomodo? Scilicet, quia extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus, ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica Communionem remouetur. Unde illos, quos tunc Apostolus Satanæ esse traditos prædicat, excommunicatos à se esse demonstrat. *11. qu. 3. cap. Omnis Christianus.*

Nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari à Corpore Christi. Si enim separatur à Corpore Christi, non est membrum ejus. Si non est membrum ejus, non vegetatur Spiritu ejus. Quisquis autem, inquit Apostolus, Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. *Ibidem. cap. Nihil. Vide, Satana.*

18. Damnari dicitur æternæ morti, & quare. *11. qu. 3. cap. Nemo Episcoporum. Vide, Anathema. num. 1.*

19. Non potest ordinare. Nota, quòd ibi dicitur, *invalidè facere.* Sed est mendosus, vult dicere, *illicite.*

Ab excommunicatis quondam tamen Catholicis Episcopis ordinatos, siquidem non simoniacè Ordines ipsos acceperunt, & si ipsos Episcopos simoniacos non fuisse constiterit, ad hæc, si eorum religiosior vita

& doctrinæ prerogativa visa fuerit promereri, poenitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt, Ordinibus permanere permittas: ad Superiores autem conscendere non concedimus, nisi necessitas, vel utilitas maxime flagitaverit, & ipsorum sancta conventio promeruerit. *9. qu. 1. cap. Ab excommunicatis.*

Ordinationes, quæ ab hæresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt, & ab eis, quæ Catholicorum adhuc viventium Episcoporum Sedes invaserunt, irritas esse judicamus, nisi probare valuerint, se, cum ordinarentur, eos necesse damnatos. Qui verò ab Episcopis, quondam Catholicè ordinatis, sed in Schismate à R. E. separatis, consecrati sunt, eos nimirum, cum ad E. unitatem redierint, servatis propriis Ordinibus, misericorditer suscipi jubemus. Si tamen vita & scientia eos commendat. Amodò verò, quicumque à prædictis Schismaticis, sanctæque R. E. adversariis se ordinari permiserit, nullatenus hæc venia dignus habeatur. *Ibidem. cap. Ordinationes. Vide, Episcopus excommunicatus.*

20. Excommunicatio impedit actorem, non reum, nè se defendat. *Honorius III. ex Cirone. De exceptionibus. cap. 4. Vide, prout tit. 9. num. 8.*

21. Excommunicatio potest opponi contra actorem in qualibet parte causæ. Sed si maliciosè differt, & actor fatigatur impensis, reus tenetur ad expensas. *De exceptionibus cap. Exceptionem. Vide, Exceptio num. ult. Clement. De exceptionibus. cap. unic. Vide, Ibidem. num. 15.*

22. Excommunicatis Dominis, non est à subditis servandum fidelitatis juramentum, nisi reconcilientur. Sed expectandum tempus determinatum, & quomodo.

Nos SS. Prædecessorum nostrorum Statuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate aut Sacramento conficti sunt, Apostolicâ autoritate à Sacramento absolvimus, & nè eis fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus, quòd usque ipsi ad satisfactionem veniant. *15. q. 6. c. Nos Sanctorum.*

Juratos milites Hugoni Comiti, nè ipsi, quamdiu excommunicatus est, serviant, prohibeto. Qui si Sacramenta præstenderint, moneantur, oportere DEO magis servire, quàm hominibus. Fidelitatem enim, quam Christiano Principi juraverunt, DEO, ejusque Sanctis adversant, & eorum præcepta calcanti, nullâ cohibentur autoritate persolvere. *Ibidem. cap. Juratos.*

23. Excommunicatò Dominò, ex causâ hæresis, vel suspitionis, si per annum in ea manet, Papa absolvit subditos à juramento fidelitatis. *De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Moneantur. Cui danda talis terra, vel Civitas. Ibidem. Vide, Dominus num. 3.*

24. Sed declarandum prius est, quòd non teneantur.

Discretionem vestræ mandamus, quatenus, si Comes prædictus post commotionem vestram non parverit plenè juri, vos Ecclesias, in quibus aliquod jus habere dignoscitur, ab ejus debito absolventes, fideles ipsius (quamdiu in excommunicatione persistit) ab ejus fidelitatis juramento denuntieris penitus absolutos. *De penis. cap. finali. ex Honorio III.*

25. Excommunicatus in contumacia, ob hæresis suspitionem, si per annum non responderit, declaratur hæreticus. *De hæreticis in 6. cap. Cum contumacia. Vide, Contumacia. num. 5.*

26. Excommunicatus moriens, si noluit absolvi in vita, neque absolvitur, aut declaratur

ratur absolutus post mortem. *24. qu. 2. cap. 1. Vide, Absolutio post mortem num. 1.*

27. Excommunicati tenentur abstinere à Communionem in Divinis, & ab omni alia fidelium. *Concil. Constantiense contra articulum 13. Joannis Wicleff. Vide, in Bullario.*

28. Excommunicatus non potest stare in judicio, nisi sit reus. *De judiciis. cap. Intelleximus. Nonquam ut actor. Ib. Vide, Ador. num. 16.*

29. Expellendus est ab omni actu judiciario, & Ecclesiasticus potest compellere secularium judicem ab hoc. *Judex ex officio tenetur eum repellere.*

Decernimus, ut judices seculares, per censuram Ecclesiasticam, ab Ecclesiasticis Judicibus, Canonica admonitione præmissâ, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando in suis citiis & judiciis compellantur. *De sent. excommunicationis in 6. cap. Decernimus. De exceptionibus. cap. Significaverunt. Vide, Appellare. tit. 1. num. 10.*

Cum quidam seculares Judices, dum coram eis excipitur de re per Ecclesiasticum Judicem judicata, in casu, quò ad eum pertinet cognitio de consuetudine, vel de jure reculent, excipientes audire in derogationem jurisdictionis Ecclesiasticæ & contemptum, decernimus, ut per censuram Ecclesiasticam ab iniquitate coërceantur hujusmodi, & admittendum exceptionem eandem (ubi aliàs de jure debet admitti) à locorum Ordinariis compellantur. Similiter Ecclesiastici Judices (si coram ipsis excipitur de re per secularem Judicem judicata) exceptionem ipsam admittant, in his, quæ animarum periculum non indicent, per Superiores suos (nisi fecerint) animadversione debita castigandi. *De except. in 6. cap. finali.*

30. Non potest esse Procurator, si probatur esse excommunicatus per litteras Ordinarii.

Cum igitur per litteras Judicis ordinarii, quibus standum est, donec probeatur contrarium, nobis constiterit, quòd V. excommunicatus erat, cum procuratoris officium assumpsit: ipsum tanquam procuratorem non duximus admittendum. *De probationibus. cap. Post cessionem.*

31. In causâ suæ Ecclesie potest, & non obstat excommunicatio, si defendit. *De exceptionibus. cap. Dilecti Filii. Vide, Exceptio. num. 5.*

32. Excommunicationis exceptione probatâ, actor non potest in reliquis prosequi. *De except. in 6. cap. 1. Vide, Ibidem. num. 29. & seqq.*

33. Excommunicationis exceptio bis opponi potest actori, non amplius. *Ibidem.*

34. Excommunicatus non potest admitti ad pingendum imagines in Ecclesia. Admittens, excommunicatur.

Valdè proficuum est, & venerabiles imagines pingere, sed & proximos disciplinas Divinæ ac humanæ sapientiæ docere. Non autem bonum est, nè omninò proficuum ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratiâ, nequaquam imagines operari in sacris templis, sed neque in quovis loco docere anathematizatos, ab hac Sancta & universali Synodo definimus & promulgamus, quò usque à propria seductione ac malitia convertantur. Quisquis ergo post hanc definitionem ad picturæ sanctorum imaginum in EE. aut doctrinæ actionem quovis modò eos admiserit, si quidem Clericus fuerit, propriò gradu periclitetur, si Laicus, Communionem privetur. *Concil. Constantinopolit. 4. cap. 7.*

35. Excommunicatus manens per annum in excommunicatione, est suspectus de hæ-

resi. Et contra eum potest procedi, ut de hæresi suspectum. *De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Moneantur. Vide, ubi supra num. 23. Conc. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 3. Vide, infra.*

36. Excommunicatus ob suspitionem hæresis, si per annum manet in excommunicatione, proceditur contra eum, ut hæreticum.

Qui autem inventi fuerint, solâ suspitione notabiles, nisi juxta considerationem suspitionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congruâ purgatione monstraverint, anathematis gladiò feriuntur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita quòd si per annum in excommunicatione persistierint, ex tunc velut hæretici condemnentur. *De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Qui autem.*

37. Non potest ab ullo defendi sub pœna excommunicationis. *Conc. Tolosanum cap. 13. Vide, tit. 8. num. 3.*

38. Non potest ullum reconvenire. *De exceptionibus. cap. Cum inter. Vide, Appellare. tit. 1. num. 10.*

39. Allegans contra se excommunicationem, non potest se defendere.

Attendentes igitur, quòd Fratres & Patroni Sancti Allucii pro se, imò potius contra se turpitudinem allegabant, videlicet perjurium, excommunicationem & fraudem, non utique contra ipsos, sed ab ipsis commissa. --- Quia non deceptoribus, sed deceptis jura subveniunt; unde per ea, quæ superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant, &c. *De donationibus. cap. Inter dilectos.*

40. Non potest recipi ad beneficia, &c. Nec etiam à Regularibus. *Concil. Lateranen. 3. in append. tit. De jure patronatus. cap. 13. Vide, tit. præc. n. 11.*

41. Non potest à peccatis absolvi, nisi prius ab excommunicatione absolvatur. *Extra. de privilegiis. cap. Inter cunctas. Vide, Absolutio tit. 1. num. 10.*

42. Excommunicatus moriens non potest sepeliri in Ecclesia, nec Cœmeterio.

Mandamus, quatenus hospitalis præcipias, ut si quos in excommunicatione defunctos in cœmeteriis Ecclesiarum sepeliverint, eos extra cœmeteria ejiciant; Quod si facere noluerint, tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, exequaris. *De privilegiis. cap. Ad hæc. ex Conc. Lateran. 3. in append. tit. De excommunicat. cap. 5.*

43. Non potest ingredi Religionem Mendicantium, & absolvi, nisi factâ prius satisfactione. *Conc. Lateran. 5. sess. 11. constit. 4. Dum intrâ. Vide, In Bullario.*

44. Non est capax beneficii, & si conferatur, nulla est collatio. *De Clerico excommunicato. celeb. cap. Postulâstis. Vide, Beneficia tit. 7. num. 9.*

45. Est autem capax, si ei conferatur tempore absolutionis. *Ibidem. cap. Proposuit. Vide, Ibidem.*

46. Impetrans rescriptum, nulliter impetrat excommunicatus.

Ipsò jure rescriptum, vel processus per ipsum habitum non valeat, si ab excommunicato super alio, quàm excommunicationis vel appellationis articulo fuerit impetratum. *De rescriptis in 6. c. 1.*

47. Excommunicatus, si post monitionem non respicit, non recipiatur ad Sacramentum, neque ad Communionem, aut familiaritatem fidelium. *Concil. Trident. sess. 25. De reformat. cap. 3.*

48. Non potest eligi, etiam si excommunicatio sit minor. *De Cler. excomm. celeb. cap. fin. Vide, tit. 2. num. 6.*

49. Non potest fructus Ecclesiae facere suos. Nos itaque respondemus, quod cum executionem excommunicatio secum trahat, & excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denuntiare potest, ut ab aliis evitetur, & illi proventus Ecclesiastici merito subtrahantur, cui Ecclesiae Communio denegatur. *De appellat. & recusat. cap. Pastoralis. §. Verum in fine.*

50. Excommunicatus ex eo, quod à Clericis exegit tallias, tributa, &c. etiam post officium manet excommunicatus. *Concil. Lateranen. 4. cap. 46. Vide, tit. 1. n. 34.*

51. Et successor ejus, nisi intra mensem satisfaciat, excommunicatus est. *Ibid.*

52. Excommunicati vitandi, tenendi sunt, qui sciunt se esse declaratos tales, & impediunt, ne ad eos perveniant monitiones & denuntiationes.

Præterea sunt nonnulli, qui crassam præterentes ignorantiam (quæ eum non excuset à culpa, nec eos à pœna poterit excusare) coram his Divina celebrare præsumant, qui excommunicationis vinculo sunt innotati, dicentes, quod eis excommunicatio nec per litteras, nec per nuntios fuerit nuntiata, eum ipsi excommunicati impediunt sapere, ne possit ad eos denuntiatio vel citatio pervenire, vel malitiosè se occultant: Et cum talis sit meritò contumax censendus, statuimus, ut postquam tales excommunicati fuerint, & in vicinis locis publicè denuntiati, Sacerdos, qui coram eis celebraverit, simili pœnâ puniatur. *Concilium German. 1. cap. 7.*

53. Excommunicatus contumax potest juxta Canones aliquando tradi curiæ seculari, & doctrina contraria est hæretica. *Concil. Constantien. contra articulum 14. Joannis Hus. Vide, In Bullario.*

54. Excommunicatio Episcopò, quando est excommunicatus Vicarius. Vide, *Vicarius.*

XII. Excommunicati, ob Clerici percussione, & qui sint Clerici.

1. Excommunicatus ob Clerici percussione ab omnibus est vitandus, etiam exemptis. *De sententia excommunicat. cap. Nulli. Vide, tit. 8. num. 3. Ignorans esse Clericum non incurrit. Vide, Clericorum percussores.*

2. Etiam si non sit denunciatus Clerici percussor, est vitandus, nisi sit occultus. A Communione illius, qui pro sacrilega manuum injectione in Clericum in edictum excommunicationis incidit, licet denunciatus non sit, debes abstinere, nisi fortè id tibi sibi pateret; In quo casu ipsum privatum tantummodò vitabis, quamdiu ab Ecclesia toleratur, ut saltem verecundie rubore suffusus, pro latentis excessu satisfacere compellatur. *Ibidem. cap. Cum non ab homine. Concil. Lateranen. 3. in append. tit. De illis, qui incidunt. cap. 4. Vide, tit. 8. num. 3. sup.*

3. Cum infamato de tali excommunicatione non est communicandum, nisi se purget vel absolvatur ad cautelam. *De sententia excommunicat. cap. Cum desideres. infra.*

4. Tali excommunicato non communicatur ante absolutionem, licet fecerit cautionem de parendo.

Cum cautio juratoria, quam hodie, qui excommunicati sunt, præstant, potius ad cautelam ex consuetudine Ecclesiae, quam rigore Canonum sit inducta; neque momenti tam validi reputetur, quod nisi absolutionis beneficium subsequatur, ille qui excommunicatur, debeat Communioni aliorum restitui, præsertim cum ex eo juramento absolutionem consecutus non sit, & constet eum excommunicatum fuisse, & verum sit, absolutum non esse, nec Episcopus, nec alii debent communicare eidem, nisi fuerit secundum formam Ecclesiae post juramentum præstitum absolutus: quia qui excommunicato scilicet communicaverit, excommunicationis pœnam contrahit cum eodem. *De sententia excommunicat. cap. Cum desideres. Ibidem. Vide, Absolutio. tit. 10. n. 6.*

5. Ei communicandum non est, nisi fecerit pacem cum percussore.

Tertiò locò tua discretio requisivit, si Clericus verberatus Episcopò mediante cum suo verberatore composuerit, & ille reconciliatus sibi fuerit, an per hoc is debeat ad aliorum Communionem admitti? Super quod tibi breviter respondemus: quod licet ille, qui violentas manus injectit, ei, quem læsit, satisfecisse taliter videatur, E. tamen, quam offendit, ex hoc non satisfecisse dignoscitur; & nisi forma E. quæ pro absolutione talium introducta est, observetur, non est communicandum eidem. *Ibid.*

6. Excommunicationem non incurrit, qui Clericum occidit ad propulsandam mortem. *De sententia excommunicationis cap. Perpendimus. Vide, Clerici. tit. 44. n. 28.*

7. Excommunicatus ob percussione Clerici suscipiens Ordines, si est Clericus secularis, perpetuò deponitur, si regularis, suspenditur ab executione. *Ibidem. cap. Cum illorum. Vide, uti tit. 10. num. 2.*

8. Talis excommunicatus, si ingreditur Religionem, quomodo potest absolvi. Vide, *Regularium Superiores.*

9. Excommunicatus est, qui percussit Clericum etiam volentem. *De sententia excommunicationis cap. Contingit. Vide, Clerici tit. 44. num. 19.*

10. Excommunicatus ob Clerici percussione appellare non potest, si casus est notorius. *De appellat. & recusat. cap. Per venit. & cap. Consuluit. Vide, accusatus. n. 25.*

11. Excommunicatus ob Clerici percussione denunciandus est talis. Vide, *Clerici. tit. 44. n. 1. per totum.*

12. Mandans percussione Clerici excommunicatur ut percussor. *De sententia excommunicationis. cap. Mulieres. §. Illi verò. Vide, Clerici tit. 44. num. 12.*

13. Judex etiam Ecclesiasticus faciens percussione Clericum per Laicum, & etiam Minister excommunicatur. Excommunicatio Papæ reservata est.

Utrum Laicus incidat in excommunicationis edictum, qui ad jussionem Abbatis, in cuius servitio commoratur, in Clericum Monachum, aut conversum temerarias manus præsumit injicere, &c. Nobis autem videtur, quod nisi causa regularis discipline hoc faciat Abbas in propria persona, vel (si necessitas urget) per Clericum, vel Monachum fieri jubeat: tam qui tales verberari præcipit, quam illi, qui verberant, (etiam si causa subesset) excommunicationis sententiam,

tiam, donec ad Apostolicam Sedem veniant, nequam evadunt. *Ibidem. cap. Universitatis.*

14. Potens spoliare Clericum vel Religiosum excommunicatur.

Si quis de potentibus Clericum, aut quemlibet pauperem, aut Religiosum exspoliaverit, & mandaverit, eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, & contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes Episcopos Provinciae, & quoscunque adire poterint, ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena. *24. qu. 3. cap. Si quis de potentibus.*

15. Excommunicatio ob Clerici percussione extenditur ad Monachos Hospitalarios, Equites Sancti Joannis Hierosolym. conversos Religiosorum. *Conc. Later. 3. appendice. tit. De his, qui incidunt. cap. 6. Vide, Equites. tit. 1. num. 4.*

XIII. Excommunicati possunt appellare, quando, & quomodo.

1. Excommunicatus à suo Episcopo putans se gravatum, potest appellare. *11. qu. 3. c. Si Episcopus. ex Conc. Sardicen. cap. 17. Vide, tit. 8. num. 4.*

2. Excommunicatus ab Episcopo ex ira appellat ad Metropolitanum. *Ibid.*

3. Appellare non potest ad Principem secularem, aliàs nulla venia ei datur. *21. qu. 4. c. Si quis Episcopus ex Conc. Brachar. seu Lucensi 2. cap. 35. Vide, Clerici. tit. 35. n. 5.*

4. Excommunicatus potest appellare & excipere, sed non reconveniri. *De exceptionibus cap. Cum inter. Vide, Appellare tit. 1. num. 10. & cap. Significaverunt. Vide, uti tit. 11. n. 29.*

5. Excommunicatus ab Episcopo ad Metropolitanum remittendus est, si appellat. *De offic. judicis ordin. cap. Ad reprimendam. Vide, Archiepiscopus. tit. 4. n. 14.*

6. Excommunicatio appellante ad Metropolitanum, durat excommunicatio, donec judicetur causa.

Quod si aliquis reclamaverit, quod injustè sit excommunicatus, licentiam habeat ad Metropolitanum Episcopum venire, & ibidem secundum Canonicam institutionem dijudicetur; interim suam excommunicationem custodiat. *Concil. Vernen. cap. 9.*

Licet excommunicationis sententia, post appellationem legitimam promulgata, per negligentiam appellantis, appellationem suam minimè prosequentis, non ratificetur, nec etiam convalescat: excommunicatus tamen, nominatim, vel specialiter, & expressè, qui post appellationem legitimam excommunicationis sententiam asserit in se latam: si appellationem eandem infra tempus, ad ipsam prosequendam ab homine, vel à jure statutum, non fuerit (ut debuit) prosecutus, lapsò eodem tempore excommunicatus publicè nuntiari, & nedom in judicialibus, sed etiam in extrajudicialibus vitari, ac à legitimis actibus removeri debet, quòdque quòd post appellationem legitimam excommunicatus fuerit, vel aliàs de ipsius sententia docuerit nullitate. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Licet. & cap. Is cui. Vide, Appellare. tit. 9. n. 5.*

7. Talis appellans potest absolvi, sed debet ad eum mitti. *De sententia excommunicat. cap. Per tuas infra.*

8. Talis non auditur, si vult probare, se non esse excommunicatum, sed bene si probet sententiam esse nullam.

Nos igitur credimus distinguendum, utrum quis proponat, se post appellationem legitimè interpositam excommunicatione fuisse notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse patenter expressum: in quibus casibus ad probationem eorum, etiam si absolutionem non petat, debet admitti. Sed donec de ipsis constiterit, in aliis vitari debet, quamquam A. S. etiam tales consueverit absolvere ad cautelam. Verum in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri: ne sententiam Ecclesiasticam contemnere videatur, & per hoc amplius ex suo contemptu ligetur. Quòd si absolutionis beneficium humiliter postulaverit, Metropolitanus eum debet absolvi, nisi suo duxerit Suffraganeos deferendum, cui tamen si Suffraganeus absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiae noluerit exhibere, ipse nihilominus illum absolvat, cautione recepta, quòd suo debeat parere mandato; Ac deinde causam audiat, & quod Canonicum fuerit, (justitià mediante) decernat. Quòd si forsitan Episcopus subditum suum propter manifestum excommunicasset excessum, Metropolitanus non debet ipsum absolvi, nisi Suffraganeus requisitus malitiosè sibi absolutionis beneficium denegaret. *De sententia excommunicationis. cap. Per tuas. & cap. Sacro. Vide, tit. 3. num. 2.*

9. Excommunicatus, si post appellationem Divina cantavit, non molestetur. *De appellat. & recusat. cap. Ad presentiam. Vide, Appellare. tit. 14. n. 3.*

10. Per appellationem censura non suspenduntur. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Is cui. Vide, uti supra n. 6. Vide, Appellatio. Vide, Archiepiscopus in fine. Vide, infra. Excommunicatus absolvendus ad cautelam. Vide, Absolutio ad cautelam.*

11. Excommunicatus per appellationem ad majorem judicem, non eget absolutione, ut audiatur. Si verò ante appellationem eget absolutione, & absolvi potest, vel ab illo Superiore, vel ab excommunicante.

Si post appellationem inter eos sententia excommunicationis est promulgata, absolutione non indigent, cum sententia post appellationem lata neminem ligare possit; si autem ante appellationem fuerint excommunicati, ante ingressum causæ receptò ab eis juramentò, secundum E. consuetudinem debes eos absolvi, nisi Episcopo, à quo fuerint excommunicati, in hac parte volueris deferre, & eos ad ipsam absolvendos remittere. Cum autem ab Episcopo, vel à te fuerint absoluti, causam audire debes, & eam sine debitò terminare, quia nec excommunicati ante absolutionem sunt audiendi, nec causa ad eos, à quibus est appellatum, debet aliquatenus remitti. *Concil. Lateranen. 3. in appendice. tit. De excommunicat. cap. 4.*

12. Excommunicatus sine monitione & causa, &c. si appellat, reintegratur in expensis. *De sent. excommuni. cap. Sacro. Vide, ubi supra. n. 8.*

13. Excommunicatus, qui promissit stare iudicio Ecclesiae, si appellat, cogendus est stare iudicio Ecclesiae, vel prosequi appellationem. *Concil. Lateran. 3. p. 50. cap. 53. Vide, Appellatio. tit. 4. n. 18.*

14. Excommunicatus non potest excludi ab appellatione. *De exceptionibus. cap. Significaverunt. Vide, Appellatio. tit. 1. num. 10.*

15. Potest uti rescriptò appellationis, licet mentionem non fecerit de appellatione. *Ibidem. cap. fin. Vide, Appellatio. tit. 1. n. 10.*

16. Excommunicatus appellans, & volens probare, se malè excommunicatum, interim in

in cæteris, quæ actor opponit, non vitetur, nisi causa sit manifesta. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Solet. Vide, tit. 8. n. 18.*

17. Excommunicatus appellans, & volens probare, se nulliter excommunicatum, interim extrâ iudicium vitandus non est in actibus legitimis, ut electionibus & postulationibus, nisi causa sit manifesta. *Concil. Lugdun. 1. General. Ibidem.*
18. Excommunicatus ob Clerici percussione appellare non potest, si casus sit notorius. Secus è contra. *De appellat. & recusat. cap. Consuluit. Et cap. Peruenit. Vide, prout tit. præced. n. 10.*
19. Excommunicatus appellans, adhuc potest denunciari, & spoliari fructibus.

Verùm quia multoties quis ad tempus per appellationem legitimam à iudicis sui, quoad aliquem certum articulum, eximitur potestate, consuluit nos, utrùm si quis excommunicationis sententiâ innodatus, ante denunciationem ipsius, ab ea, tanquam minus rationabiliter promulgata, in eo casu, in quo ante sententiam appellatio vires obtinuerit, curaverit provocare; eò quod per appellationem interpositam excommunicantis videtur iurisdictio dormitasse, ipse denunciare possit eundem, & ad tempus Ecclesiasticis beneficiis spoliare. (*Residuum. Vide, supra tit. 11. n. 49.*) *De appellat. Sc. cap. Pastoralis. §. Verum.*

20. Excommunicatus appellans etiam si non prosequitur, non remanet vitandus.

Sed si intra tempus non prosequitur, eo lapso remanet vitandus in iudicio & extra, donec doceat de nullitate. *De sent. excom. in 6. c. licet supra. n. 6.*

XIV. Excommunicari qui possunt, & qui non.

1. Subditi proferentis tantùm, possunt excommunicari, alii verò non, nisi delegatio plus se extendat.

A nobis fuit ex parte tua quæsitum, utrùm si quis ita pronunciarit: Quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit, hæc generalis clausula ad ipsius excommunicantis subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius: Ad quod dicimus, quod hæc sententiâ non nisi subditi obligantur, nisi forte plus contulerit major & largior auctoritas delegantis. *De sent. excommunicationis. cap. A nobis.*

2. Excommunicari non potest Universitas, vel Collegium, sed de his illi, qui sunt culpabiles.

In Universitatem, vel Collegium proferri excommunicationis sententiam, penitus prohibemus: Volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contingeret, innocentes huiusmodi sententiâ irretiti; sed in illos dumtaxat de Collegio, vel Universitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgentur. *De sent. excom. in 6. cap. Romana.*

3. Etiam personæ incognitæ possunt excommunicari ob delicta.

Quidam maligni spiritus consilio repletus, contra Castorium, Notarium ac responsalem nostrum, nocturnò silentiò in Civitatis loco contestationem posuit, in ejus crimine loquentem, mihi quæ etiam de faciendâ pace callidè contradicentem. --- Quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tantæ iniquitatis consilio præbuit, ex DEI & D.N. J.C. Spiritu definimus, ut Sancti ejus Corporis & Sanguinis participatione privatus sit. Si verò, quia latet,

& quoniam nescitur, teneri à disciplina non valet, si tanti mali conficius, etiam prohibitus Corpus ac Sanguinem Domini præcipere præsumit, anathematis ultione percussus sit, & ut fallax ac pestifer à sanctæ E. corpore divisus. *Greg. I. Lib. 1. epist. 30.*

4. Papæ Legati, Nuncii, & alii Officiales, excommunicari non possunt sine Papæ licentia, neque ab Inquisitoribus. *Extra. De heret. cap. Cum Matheus. Vide, Episcopus. tit. 57. num. 10.*

5. Excommunicari non potest, non accusatus & indefensus. *Gregorius VII. Lib. 9. ep. 15. Vide, Deposito. tit. 2. n. 4.*

6. Etiam mortuus potest denunciari, seu declarari excommunicatus. *De hereticis. cap. Si quis Episcopus. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 6.*

XV. Excommunicationis absolutio, à quo dari potest, & ubi.

1. Excommunicatus absolvi debet ab excommunicante. *Concil. Lateran. 3. tit. De penit. cap. 4. Vide, Absolutio. tit. 15. n. 9.*

2. Excommunicatus in loco delicti absolvi debet.

De his, qui pro delicto suo à Communionem separantur, ita placuit, ut quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco Communionem consequantur. *Concil. Arelaten. 1. cap. 16.*

3. Excommunicatus ab uno Episcopo, non potest absolvi ab alio, vel ab inferiori.

Tales ergo ab Episcopo Civitatis, in cuius Parochia scelus commissum est, statim Communionem privati, ad agendam penitentiam cogantur; scribet autem, qui eum Communionem privaverit, aliis quoque Episcopis, in quarum Parochiarum territoriis huiusmodi prædia possidet, ut & ipsi non scientes à sua illum Communionem removeant; nè forte postmodum per ignorantiam sibi subreptum querantur. Manifesta etenim & Ecclesiastica sanctio continet, ut qui ab uno Episcopo excommunicatus est, ab aliis ei non debeat Episcopis communicari. *Concilium Regiaticinum. cap. 11.*

Ut tanta inter nos largiente Dōmīnō charitas & unitas teneatur, ut quoties aliqui in populis, quibus regendis præesse dignoscimur, adversus Ecclesiam & Sacerdotalem Communionem contemptores & rebelles existunt, tantâ instantiâ invicem & litteris & verbis jurare studeamus, ut pondere Ecclesiastici vigoris retrusi & pressi, vel ad humilitatem penitentiam compellantur, aut si ab una Ecclesia fuerint excommunicati, in nulla alia falsò & furtivè communicandi inveniant facultatem. *Concil. Valentinum 3. cap. 13.*

4. Aliquando potest absolvi à Metropolitanò, & in quibus casibus relaxari potest ab eo excommunicatio. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Venerabilibus. §. Sanè. Vide, Absolutio. tit. 16. num. 2.*

5. Excommunicatus ex causa manifesta non potest absolvi, nisi satisfecerit. *De verb. signif. cap. Ex parte. Et cap. olim. Vide, Absolutio. tit. 11. n. 1.*

6. Excommunicati à Papa, à nullo alio possunt absolvi sine ejus facultate.

Interea notum sit, F. r. quia litteris acceptis quorundam FF. nostrorum, Præsulum, & Ducum, auctoritate A. S. licentiam dedimus his Episcopis excommunicatos à nobis absolvere, qui non timerunt se à communionem Regis abstinere. De ipso autem Rege omninò contradiximus, ut nullus eum præsumat absolvere, quousque illius certa penitentia & sincera satisfactio nobis per idoneos testes fuerit no-

no-

notificata, ut si inveniamus, qualiter se eum Divina pietas respexerit, ad honorem DEI, & illius salutem, eum absolvamus. Non enim nos later, quod sine aliqui vestrum, qui aliquâ occasione, quasi à nobis acceptâ, timore, vel humanâ gratiâ seducti præsumerent eum, si non contradiceremus, absolvere, vulnerique, pro medicina vulnus adhibere. *Gregorius VII. Lib. 4. ep. 2.*

Illud autem inter omnia ex parte B. Petri interdiximus, ut nullus vestrum eum præsumat ab excommunicatione absolvere, quousque eis, quæ prædiximus, nobis indicatis, A. S. consensum, & iteratum responsum recipiatis, &c. *Ibid. ep. 3.*

7. Excommunicatus ab Episcopo potest absolvi à successore, si ille moritur.

Si Episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum, aut penitentem successori licebit absolvere. *Conc. Epaunen. cap. 28. §. 11. q. 3. cap. Si Episcopus. Concil. Nicanum. 1. Ex Arabico. cap. 47. Vide, Episcopus. tit. 67. n. 1.*

8. Excommunicans potest excommunicatum absolvere, si appellat, sed cum cautione de parendo.

Siverò Judex cognoscens errorem, paratus sit talem revocare sententiam, & pro quo lata fuerit, ne absque satisfactione revocet illam, appeller, appellationi non deferat in hac parte, nisi talis sit error, de quo meritò debeat dubitari, & tunc sufficienti cautione receptâ, quod coram eo ad quem appellatum existerit, vel delegata ab ipso juri parebit, excommunicatum absolvat: Si quæ pœnæ præscriptæ minimè subiacebit. *De sententia excommunicationis. cap. Sacro.*

9. Excommunicatus à delegato Papæ non potest, nisi à successore æquali, vel Papa absolvi, exceptò mortis articulo.

Cum delegatus, quantum ad illud, sit major ordinario, sine mandato summi Pontificis excommunicatus ab huiusmodi delegato, non potest per alium (præterquam in mortis articulo) absolutionis gratiam obtinere, nisi forsitan delegatus talis existerit, cui alius succedat in onere, & honore, nec per alium quam per summum Pontificem recuperare poterit possessionem amissam. *De Officio Jud. Ordin. cap. Pastoralis. §. Præterea.*

10. Sed ne currat præscriptio annalis, potest dare cautionem de parendo jure Canonum, coram Ordinario.

Verùm tamen nè alius post annum verus officium possessor, coram Ordinario, vel si ejus copiam habere nequiverit, coram publicis & honestis personis, ut quasi præscriptionem interrumpat annalem, offerre ac præstare, quòd juri parebit, poterit cautionem: Ut sic post annum recuperare possessionem per S. A. mereatur. *Ibidem.*

11. Excommunicatio minor, quæ contrahitur ob communicationem cum excommunicatis in verbo, osculo, cibo, &c. absolvi potest à quolibet Sacerdote. *Concil. Toletanum. 18. cap. 8. Vide, Clerici. tit. 18. n. 5. De sentent. excommunicationis. cap. Nuper. Vide, Absolutio. tit. 15. n. 2.*

12. Excommunicatus ob levem percussione Clerici, ab Episcopo absolvitur. *De sententia excommunicationis. cap. Peruenit. Ex Concil. Lateran. 3. in appendice p. 50. cap. 67. Vide, Absolutio. tit. 12. num. 3.*

13. Excommunicati injustè, vel non canonicè,

Tomus II.

adhuc absolvendi sunt ab excommunicante. Vide, *Excommuni. injusta.*

14. Excommunicatus ob percussione Clerici, à Papa debet absolvi, nec potest ab alio.

Parochianos vestros, si qui in monachos vel conversos præfati Ordinis violentas manus injecerint, sublatò appellationis remediò, secundum tenorem generalis decreti, excommunicatos publicè nunciatis, ipsosque faciatis sicut excommunicatos acerbè vitari, donec lætis congruè satisfaciant, & cum litteris vestris Apostolicè se conspectui representent. *De sententia excommunicationis. cap. Parochianos. cap. Porro. Vide, Clerici. tit. 44. n. 21. cap. Nulli. Vide, tit. 8. n. 3. cap. Tua nos. Vide, Absolutio. tit. 15. n. 1. de appellat. Sc. cap. Peruenit. ex Concil. Lateranen. 3. in append. eo. tit. cap. 13. Vide, Appellatio. tit. 1. n. 18.*

15. Talis excommunicatus, si adfic impedimentum adeundi Papam, absolvitur ab Episcopo, sed eò cessante tenetur Papam adire. Sed jurare tenetur, se aditurum Papam.

F. T. duximus respondendum, quòd is, qui asserit se in Canonem lætæ sententiæ incidisse, non aliter, quam per Sedem Apostolicam, vel ejus Legatum, absolutionis potest beneficium obtinere, nisi fortè sit in mortis articulo, vel paupertate, aut infirmitate, vel senectute tantâ gravetur, quòd ad Ecclesiam Romanam laborem subire non valeat ventendi, vel ab hoc aliò impedimentò canonicè retrahatur. Cæterùm ab his in forma Sacramenti exigi consuevit, ut resumptis viribus, & oportunitate concessâ, R. E. in propria persona debeant visitare. *De sententia excommunicationis. cap. Quod de his. Concilium Lateranen. in append. parte 50. cap. 67. Vide, Mulier. tit. 6. n. 1. De sententia excommunicationis. cap. De cætero, & cap. Ex tenore. Vide, Absolutio. tit. 12. n. 1. & 2.*

16. Talis excommunicatus si absolvitur ex delegatione Papæ, dat cautionem de parendo iudicio Ecclesiæ, & jurare debet. *Ibid. cap. Ex tenore, & cap. De cætero. Satisfacere tenetur juxta mandatum. Ibid. cap. Ea noscitur. Vide, Absolutio. tit. 12. n. 4.*

17. Excommunicatus ob Clerici percussione, si est infirmus, debilis, mulier, ab Episcopo potest absolvi, sed jurare debet, quòd datâ opportunitate adibit Papam. Si delicatus, consulitur Papa. *De sentent. excommunicationis. cap. Ea. & cap. Quod de his. Concil. Lateranen. 3. loco citatò. Vide, ut supra. cap. Mulieres. Vide, Clerici. tit. 44. n. 12.*

18. Impuberes excommunicati ob Clerici percussione, ab Episcopo absolvi possunt, sive ante, sive post pubertatem. *De sent. excommunicationis. cap. su. Vide, Absolutio. tit. 12. n. 4.*

19. Aliæ etiam personæ, quæ sunt sui juris, ab Episcopo absolventur. *Ibidem. cap. Mulieres. Vide, Clerici. tit. 44. n. 12.*

20. Mandans percussione Clerici, à Papa est absolvendus. Vide, *Ibidem. §. Illi verò.*

21. Excommunicatus ob percussione Clerici, absolvi potest etiam à Legato Papæ à latere. *De sententia excomm. cap. Ad eminentiam. Vide, Absolutio. tit. 12. num. 3.*

22. Servus excommunicatus ob Clerici percussione (si Dominus non fuit in culpa, & patitur damnum ex itinere ejus ad Papam) absolvi potest ab Episcopo, si ex-

T

cessus

- cessus non sit gravis & scandalosus. *Ibidem. cap. Relatum. Vide, Absolutio. tit. 15. num. 4.*
23. Excommunicatus à pluribus Prælati, ob plures causas, singulariter absolvi debet ob omnes causas. *Ibid. cap. Officij. Vide, Ibidem.*
24. Excommunicatus pluribus excommunicationibus, si unam tantum exprimit, & ab ea absolvitur, non censetur absolutus ab omnibus.
- Discretionem vestram mandamus, quatenus si vobis constiterit, dictum E. Archidiaconum, ob duplicem causam excommunicatum fuisse, & expressisse tantum alteram in litteris, quas super absolutione sua impetravit, ipsum tanquam excommunicatum satisfacere Ecclesie sue pro altera, monitione præmissa, cogatis. *De sententia excommunicationis. cap. Cum pro causa.*
25. Excommunicatus, si ex justa causa impeditur adire Papam, potest ab Episcopo absolvi, præstita juratoriâ cautione de parendo, & ad eundem, remotò impedimentò.
- Verùm, si difficile sit ex aliqua justa causa, quòd ad ipsum excommunicatorem accedat, concedimus indulgendo, ut præstita juxta formam Ecclesie cautione, quòd excommunicatoris mandatò parebit, à suo absolvatur Episcopo, vel proprio Sacerdote. *Ibidem. cap. Nuper. in fine.*
26. Excommunicatus communicans in crimine, est absolvendus ab excommunicante. Si verò sine crimine communicet, à quolibet Sacerdote. *Ibidem. cap. Nuper. Vide, Absolutio. tit. 15. n. 2.*
27. Et licet impugnet postea excommunicatum, non censetur absolutus.
- Licet is, qui voluntarius excommunicatis illis communicaverat, qui cum omnibus fautoribus & participibus suis excommunicationis sententiâ sunt adstricti, ad cor rediens, de mandato Ecclesie excommunicatos, quos prius fovet, expugnaverit: non tamen, priusquam absolutionis gratiam perceperit, habendus est absolutus, nec si occubat in hujusmodi bello, sunt absolutiones vel oblationes recipiendæ pro eo, vel orationes Domino porrigendæ, nisi cum de ipsius viventis penitentia per evidentia signa constiterit, & juxta cujusdam constitutionis nostræ tenorem, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. *Ibidem. cap. Sacris.*
28. Excommunicatus per hoc, quòd jurat de parendo, &c. non intelligitur absolutus.
- Excommunicato, licet, quòd sit mandato Ecclesie, juramentò firmaverit, communicari non debet, donec per Ecclesiam fuerit absolutus. Alioquin post juramentum non esset absolutio necessaria; nullus autem scienter nominatim excommunicato communicare tenetur, nisi quædam personæ, quæ per illud Gregorii P. capitulum: *Quoniam multos*, specialiter excusantur. *Ibidem. cap. Quod in dubiis.*
29. Excommunicatus salutat à Papa per litteras, non censetur absolutus.
- Si aliquando fortè contigerit, quòd eis, qui auctoritate Apostolicâ sunt excommunicationi subiecti, nostræ litteræ cum salutationis alloquio destinentur, non propter hoc excommunicationis credatur sententia relaxata. Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam per subreptionem contingat hujusmodi litteras insperrari. *Ibidem. cap. Si aliquando.*
30. Excommunicatus quando absolvendus est cum juramento.
- Super eo, quòd Monachi Græci, & Eremitæ, propter inobedientiam, sententiâ suspensionis & excommunicationis ligati, nolunt ad mandatam Ec-

- clesiæ, nisi per manualementem redire: hoc tibi duximus respondendum, quòd si nullatenus possunt induci, ad præstandum juxta formam Ecclesie juramentum, ipsos hac vice cum permissione poteris recipere manuali: Cum interdum consideratis locorum & temporum qualitatibus, severitati sit aliquid detrahendum. *Ibid. cap. Super eo.*
31. Excommunicatus ob fractionem treugæ, vel pacis, non potest ab Episcopo absolvi.
- Si quis autem treugam frangere tentaverit, post tertiam commonitionem, si non satisfecerit, Episcopus suis sententiam excommunicationis dicet, & scriptam vicinis suis annunciet, Episcopus autem nullus excommunicatum in communionem suscipiat, imò scriptam susceptam sententiam, quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumpserit, Ordinis sui periculò subiaceat. *Conc. Later. 3. cap. 21.*
32. Incendiarii excommunicati, & denunciati, à Papa debent absolvi. *De sent. excommunic. cap. Tua nos. Vide, Absolutio. tit. 15. num. 1.*
33. Excommunicatus ob participationem in Divinis cum excommunicato, à Papa est absolvendus. *Ibid. cap. Significavit. Vide, Ibid.*
34. Excommunicatus ob effractionem Ecclesie, à Papa est absolvendus. *De sent. excommunic. cap. Conquesti. Vide, Ecclesia. tit. 40. num. 25.*
35. Judex Ecclesiasticus faciens percutere Clericum, per Laicum, à Papa est absolvendus. *Ibid. cap. Universitatis. Et etiam minister. Ibid. Vide, tit. 12. num. 13.*
36. Excommunicatione opposita contra actorem, coram Delegato, ab hoc potest absolvi, si Papæ non sit reservata, vel ob aliam evidentem causam ab Ordinario lata, quia sic ad proprios superiores absolvendus remittitur. *De off. & potest. judicis deleg. cap. Prudentiam. §. Sexta. Vide, Delegatio. tit. 2. n. 10.*
37. Talis actor in causa, ob quam fuerat excommunicatus, coram quo stare debet & absolvi. *Vide, Ibid.*
38. Excommunicatus appellans ad superiorem, sive justa, sive injusta sit excommunicatio, potest ab excommunicatione absolvi: & quando à superiore potest absolvi. *De sentent. excommunic. in 6. cap. Venerabilibus. Vide, Absolutio ad cautelam. num. 2. & 3.*
39. Excommunicatus quomodo absolvendus solemniter ab Episcopo. *Post Concilium Arausicanum 1. cap. 2. Vide, Absolutio. tit. 17. num. 1.*
40. Excommunicatus non potest absolvi à peccatis, nisi prius absolvatur ab excommunicatione. *Extra. De privilegijs. cap. Inter cunctas. Vide, Absolutio. tit. 1. numer. 10.*
41. Excommunicatus absolutus, quando incidit in eandem excommunicationem. *Vide, Absolutus. Vide, Infra.*
42. Excommunicatus ab Episcopo, si Romæ absolutionem obtinet, celatâ causâ excommunicationis, nulliter absolvitur.
- Quia nos consulete voluisti, utrum illa absolutio teneat, si occultatis excessibus, pro quibus excommu-

nitati fuerunt, absolutionis meruerunt beneficium, sive excommunicationis aliam causam prætendentes: consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si ita constiterit, eos cogere debes censurâ Ecclesiasticâ, cum litteris tuis rei veritatem continentibus, ad Sedem Apostolicam redire. Si verò id tibi non constiterit, & eos suspectos habueris, quòd non fuerint veritatem confessi, ipsos compellere debes exinde coram te, quòd veritatem confessi fuerint, purgationem præstare. *Conc. Lateranense 3. in append. tit. De excommunic. cap. 1. Vide, Cardinales Legati. Vide, Moribundus.*

XVI. Excommunicatus absolvendus ad cautelam, seu ad tempus, quando, & quomodo.

1. Excommunicatus, pendente absolutione, potest absolvi, & celebrare, si appellatio fuerit legitima. *De appellat. & recusation. cap. Ad præsentiam. Vide, Appellare. tit. 14. num. 3.*
2. Excommunicatus datâ cautione potest absolvi ad cautelam, licet pars contradicat. *Ibid. cap. Qua fronte. Vide, Absolutio. tit. 10. num. 8. Ex Lateranen. Concilio. tit. De excommunicatis. cap. 2.*
3. Excommunicatus potest ad cautelam absolvi, si de viribus excommunicationis est dubius. *De sententia excommunicationis cap. Venerabili. Vide, Absolutio. ad cautelam. num. 1.*
4. Excommunicatus vel interdictus pro contumacia potest absolvi cum cautione. *De verborum signific. cap. Ex parte. Vide, Absolutio. tit. 11.*
5. Excommunicatus, dicens excommunicationem esse nullam, absolvi potest ad cautelam, etiam opponente parte, dummodo causa non sit manifesta, in quo casu excipiens tenetur intrâ octo dies probare exceptionem excommunicationis legitimam. Et absolutus det cautionem de parendo juri.
- Solet à nonnullis in dubium revocari, an cum aliquis per superiorem absolvi postulat ad cautelam, dum in se latam excommunicationis sententiam asserit esse nullam, sine contradictionis obstaculo minus ei debeat absolutionis impendi? Et an, &c. In prima igitur dubitatione sic statuimus observandum, ut petenti absolutio non negetur, quamvis in hoc excommunicator, vel adversarius se opponat: nisi eum excommunicatum pro manifesta dicat offensam. In quo casu terminus octo dierum indulgebatur, sic dicenti: si probaverit, quod opponit, non relaxetur sententia, nisi prius sufficiens præstetur emenda, vel competens cautio de parendo juri, si offensa dubia proponatur. *De sent. excommunic. cap. Solet. ex Conc. Lugdun. general. 1.*
6. Excommunicatus potest absolvi ad tempus.
- Notum sit Sanctitati vestræ, quia Fulcardum, & Berelindam uxorem ejusdem, ab excommunicationis vinculo absolvimus, donec canonicâ regulâ exactè reperiamus judicium. Unde vobis in communionem eos recipi mandamus. *Joannes VIII. ep. 151.*
7. Excommunicatus, si vocatur ad effectum comparendi, potest absolvi cum cautione de parendo, &c. *Conc. Lateranen. in append. De excommunicat. cap. 2. Vide, supra. num. 2.*
8. Excommunicati poenitentes possunt absolvi cum cautione de parendo.

- De his etiam, qui se conqueruntur irrationabiliter excommunicationi, vel interdictioni suppositos, illud idem dicimus, etiam si hi, pro quibus tulerint sententiam, ad S. A. duxerint appellandum. *Ibidem. cap. 3.*
9. Excommunicati absolvi possunt ad cautelam, ad effectum agendi & testificandi. *Honorius III. ex Cirone. De judicijs, & eod. tit. cap. Significaverunt. Vide, Appellare. num. 18.*
- Quò circa discretionem vestram mandamus, quatenus tam eundem Syndicum, quam ejusdem Monasterii Monachos, quorum testimonio nū voluit, si excommunicationem contra eos ad impediendum causæ processum opponi contingat, absolventes, sublatò appellationis obstaculo ad cautelam, ne tali prætextu valeant ab agendo vel testificando repelli, præmissis exceptionibus non obstantibus, in negotio juxta recepti formam mandati, ratione prævia procedatis, &c. *Honorius III. ex Cirone de judicijs. cap. 5.*
- ### XVII. Excommunicati morientes.
1. Excommunicatus moriens, si à suo Presbytero fuit absolutus, sepeliri potest in loco sacro. Si autem non sit absolutus, in sacro non sepeliatur. Et si fuerit sepultus, & ossa ejus possint discerni, exhumari debent & projici, aliàs non.
- Parochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet: homicidio, incendio, violenta manuum injectione in personas Ecclesiasticas, EE. violatione vel incestu fuit, dum ageret in extremis, per Presbyterum suum, juxta formam Ecclesie absolutus, non debent cognerentur, & alia Ecclesie suffragia denegari, sed ejus hæredes & propinqui, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciant, censurâ Ecclesiasticâ sunt compellendi. *De sepulturis cap. fin. Parochiano. Concilium Lateranense. 3. part. 50. cap. 52. Vide, infra. n. 11.*
- Sacris est Canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis, & ut careant Ecclesiasticâ sepulturâ, qui prius erant ab Ecclesiastica unitate præcisi, nec in articulo mortis Ecclesie reconciliati fuerint. Unde si contingat interdum, quòd excommunicatorum corpora, per violentiam aliquorum, vel aliò casu, in cœmeterio Ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & procul ab Ecclesiastica sepultura jactari. Quòd si discerni non poterunt, expedire non credimus, ut cum excommunicatorum ossibus corpora extumulentur fidelium: cum licet non obstit justis sepultura nulla, vel vilis; impijs tamen celebris vel speciosa non profit. *Ibidem. c. Sacris est.*
2. Talis excommunicatus moriens in poenitentia, potest post mortem declarari absolutus, ab habente potestatem absolvendi, sed hæredes tenentur ad satisfaciendum in bonis pro eo. *De sententia excommunic. cap. Anobis. Vide, tit. 8. num. 8. De sepulturis. cap. fin. Conc. Lateran. 3. p. 50. cap. 52. Vide, supra. Si hæredes recusant, non detur mortuo sepultura. Ibid.*
3. Moriens excommunicatus, etiam post mortem potest denunciari excommunicatus, seu declarari. *De hæreticis. c. Si quis Episcopus. Vide, Episcopus. tit. 17. num. 6.*
4. Excommunicati sepulturâ cœmeterium poluitur, & Ecclesia. *De sepultura. cap. Sacris. supra. num. 1.*
5. In mortis articulo, excommunicatione Papali excommunicatus, potest ab Episcopo absolvi, datò juramentò, quòd resumptis viribus Papam adibit. *De sententia excommunic. cap. Quòd de his. Vide, tit. 15.*

num. 15. Vide, *Excommunicationes in Bulla Coenae.*

6. Sic etiam alii, ut percussores Clericorum, violatores Ecclesiae, &c. *Concil. Lateranen. 3. In append. tit. De excommunicatis. cap. 6.* Vide, *Cœmeterium. num. 2.*

7. Moricus excommunicatus, si noluit absolvi in vita, non potest absolvi post mortem. *24. qu. 2. cap. De Communione.* Vide, *Absolutio post mortem.*

8. Cum morientibus in excommunicatione, communicari non potest in Sacrificiis, si impenitentes mortui sunt.

Quod si nullus schismate, quod contra Sanctam & Apostolicam Ecclesiam præsumptum, contra ultimum quemlibet Ecclesiae ministrum fieri nullatenus debuisse. Ipse aut quicumque sua sponte subscripsit, & Regi excommunicato scienter communicans, sine penitentia & satisfactione decesserit, vel discesserit, ab illa SS. PP. sententia discrepare non possumus, videlicet: quibus vivis non communicavimus, nec mortuis communicare audemus. *Greg. VII. lib. 4. ep. 6.*

9. Si verò poenitent ante mortem, possunt pro eis offerri Missæ & eleemosynæ.

Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui jam sit confusus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad Sacerdotem, sed præoccupavit eum mors in domo, aut in via, faciant pro eo parentes ejus oblationem ad Altare, & dent redemptionem pro captivis. *26. q. 6. cap. Si aliquis.*

10. Excommunicatis tempore mortis dari potest viaticum, si poeniteant. Sed si supervivunt, poenitere debent juxta Canones.

Hi verò, qui eum contra Dei timorem & Canonum Statuta condemnaverunt, excommunicati in monasterium ad agendas poenitentiam sex mensibus mittendi sunt: ita sanè, ut si cuiquam eorum mortis contigerit imminere periculum, viatici benedictio non negetur. *Gregorius I. lib. 11. ep. 52. Conc. Nicænum 1. Canone 12.* Vide, *Eucharistia. tit. 7. num. 3.*

11. Excommunicati pro incendio, incestu, violatione Ecclesiae, &c. dum moriuntur, carent sepulturâ, si hæredes, vel propinqui, dum ille absolvitur, non promittunt satisfacere.

De secunda verò questione, hoc tuam volumus discretionem tenere, quod propinqui ejus, quem pro manifestis excessibus, videlicet: homicidio, incendio, violenta manuum injectione in Clericos, violationem multarum EE. & incestu, vinculo excommunicationis adstringis, monendi sunt, ut pro eo satisfactionem exhibeant. Quod si fecerint, qui laborans in extremis, præstitit juramentum per Presbyterum obtinuerit, ab excommunicationis sententia relaxari, in Cœmeterio sepeliri poterit: si autem propinqui ejus, tuis acquiescere monitis contradixerint, quia jam non est peccatum purgatum, defuncto neganda est Ecclesiastica sepultura. *Concil. Lateranense 3. in appendice part. 50. cap. 52.* Vide, *Sepelire.* Vide, *Sepultura.* Vide, *Mortuus.* Vide, *Mortuus.*

XVIII. Excommunicati à Papa.

1. Excommunicati à Papa malè perierunt.

Primo quidem Claviger Cœli Petrus, & primus scissor Sedis istius, Simonem magnum, non ferro, sed linguæ mucrone prostravit. Sed ille Principum utens virtute, non solum in nequitia sua permansit, sed & malè moriens, sui causa in ejusdem damnatoris sui mortem Principes inflammavit. Deinde cum Asiati omnes inter ceteros, Evangelistâ Joanne auctore. quartâ decimâ lunâ, cum Judæis, putarent Pascha celebrandum, hos Præful meritis & nomine Victor,

à communione Collegii separavit. At illi omnes cum nonnullis Ecclesiarum Præfulibus, non solum huic manus minime præbuerunt, verum etiam pertinaciæ redarguerunt. Felix quoque Papa Constantinopolitanum Acatium non solum deposuit, verum & insolubilibus anathematis vinculis innodavit. Sed adeo est contemptus, ut idem Acatius mundi dilectorum tuitione protectus, etiam nonnullis RR. PP. decedentibus, & officio Sacerdotali juxta præcedentem consuetudinem fungeretur, & exceptis paucis, omnium Orientalium communione frueretur. Porro Agapitus A. S. Præful, Anthimum Constantinopolitanum similiter Antistitem, condemnavit, & in loco ejus ordinavit Mennam, pro quo videlicet Anthimo Silverius, & Vigilius RR. PP. ab Augusta Theodora multa incommoda, sed & discrimina sunt perpeffi; sed ad restitutionem ejus nullatenus inclinati. (*Præcedentia vide sub verbo Judicia. n. 15.*) *Nicolaus I. ep. 9.*

2. Cum excommunicatis à Papa nullus potest communicare.

Considerantes, ac sollicitè pensantes, quàm districto Judici de dispensatione crediti nobis per Beatum Petrum AA. Principem ministerii rationem reddituri sumus, cum dubitatione Apostolicam tibi benedictionem mandavimus, quoniam Judiciò S. Apostolicæ, ac synodali censurâ excommunicati verum tuam scienter exhibere diceris. Quod si verum est, tu ipse cognoscis, quod nec Divinæ, nec Apostolicæ benedictionis gratiam percipere possis, nisi his, qui excommunicati sunt, à te separatis & compulsis ad poenitentiam, de transgressione tua condignâ poenitudine & satisfactione prius absolutionem consequaris & indulgentiam. *Greg. VII. lib. 3. ep. 10. Joannes VIII. ep. 234. & 278.* Vide, *tit. 8. n. 3.*

3. Communicans cum eo, est excommunicatus.

Quicumque autem Episcoporum, vel Laicorum, timore, vel gratiâ humanâ seducti, à communione Regis se non subtraxerunt, sed ei faventes, animam suam, & illius, diabolo tradere non timuerunt, si non respuerint, & condignam poenitentiam exegerint, nullam cum eis communionem vel amicitiam habeatis. *Id. lib. 4. ep. 1.*

Episcopi namque, qui sint excommunicati Sacerdotes, vel Laici, non est opus ut à me quæretis, quia indubitanter illi sunt, qui excommunicato Regi Henrico (si fas est dici Rex) communicare cognoscuntur. Non enim verentur, humanam gratiam vel timorem Regis aterni præcepto præponere, neque timent suo favore ad iram DEI Omnipotentis eundem Regem impellere. Ille quidem suis communicando familiaribus excommunicatis, pro simoniaca hæresi, excommunicatioem incurrere non timuit, & ut alii secum communicando excommunicentur, attrahere non crubescit. *Idem. Ibidem. epist. 2.*

4. Excommunicatus à Papa à nullo potest absolvi. *Gregorius VII. lib. 4. ep. 2.* Vide, *tit. 15. num. 6.*

Vide, *Absolutio.* Vide, *Papa.*

XIX. Excommunicatos occidens.

1. Excommunicatum occidens ex zelo justitiæ, non est habendus pro homicida, id est, quoad culpam.

Excommunicatorum interfectores, (prout in ordine Ecclesie Romanæ didicistis) secundum intentionem, modum congruæ satisfactionis injungi. Non enim eos homicidas arbitramur, quos adversus excommunicatos, zelo Catholice Matris ardentes, alios eorum trucidasse contigerit. Ne tamen ejusdem Ecclesie Matris disciplina deferatur, eò tenore, quem diximus, poenitentiam eis indicio congruentem, quæ Divinæ simplicitatis oculos adversus se complacere valeant, si forte quis dupliciter pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint. *23. qu. 5. c. Excommunicatorum.*

2. Nulla

2. Nulla poena imponenda est ministro, qui capere volens excommunicatos, in temeritate eorum aliquem occidit.

Si enim tam rebelles existerint, ut comprehendendis repugnare studuerint, & in tali temeritate interfecti fuerint, Judiciò Episcoporum interfectores nulla interponatur poenitentia, & præceptò nostro Weregeldi, nulla ab eis extorqueatur compositio. Constringanturque proximi, & eorum cognati cum juramento, nè in illis eos vindicent, sed pacem ad eos, & concordiam servent. *Conc. Triburien. 1. c. 3.*

XX. Excommunicationem spernentes.

1. Excommunicationem spernentes, etiam Principes sæculi puniri curant.

Nos igitur, quibus regni cura & sollicitudo Ecclesiarum Christi commissa est, aliter regnum & imperium jure Ecclesiastico regere & gubernare non possumus, nisi hos, qui E. Christi, non habentem (ut Apostolus ait) maculam, neque rugam, conturbant, zelo fidei persequamur. --- Idecirco non potentiam ostendunt. *Cetera Vide, tit. 8. num. 3. & tit. præced. num. 2. Conc. Triburien. c. 3. tit. Responsio Regis, & de excommunicatis sententia universalis.*

2. Spernentes, à Principibus exilio multandi.

Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopos minime emendare potuerit, Regis Judiciò, exilio condemnatur. *Concil. Vernen. cap. 9.*

3. Excommunicatus per multum tempus contemnens, & non curans absolvi, sit suspectus de hæresi. *Honorius III. Ex Cirone. De poenis. cap. 2. Et in decretali de poenis. cap. fin.* Vide, *tit. 11. n. 24. Concil. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 3.*

4. Si verò sit excommunicatus ob suspicionem hæresis, quomodo tractandus. Vide, *Excommunicati sunt inhabiles.*

XXI. Excommunicationes Bullæ Coenæ, quot, quæ & à quo absolvendæ.

1. Excommunicationes in Bulla Coenæ in unum colliguntur, num. 20. *Gregor. XIII. cons. 81. Consueverunt.* Præfata litteræ Bullæ Coenæ dicuntur, quia seriâ quantâ Coenæ Domini leguntur, & publicantur omni annò in Capella Papali.

2. Renovantur hæ litteræ à Paulo V. *constit. 63. Pastoralis. Ab Urbano VIII. constit. 62. Pastoralis. & ab Alexandro VII. constit. Pastoralis. Data 13 Aprilis. 1656.*

3. Excommunicati in Bulla Coenæ sunt sequentes, juxta ordinem litterarum *Pauli V. & c.*

I. Hæretici, Apostatae, eis credentes, receptatores & defensores eorum, Legentes libros continentis hæresim, vel tractantes de Religione, sine licentia Papæ.

II. Appellantes ad generale futurum Concilium, sic dantes ad hoc auxilium, vel favorem. Si verò sint Collegia, Capitula, vel Universitates, interdiciuntur.

III. Piratae, & cursarii, discurrentes mare Ecclesiastici Status, à monte Argentario, usque ad Terracinam, sic & eorum fautores, vel receptatores.

IV. Naufragantium bona, vel in littoribus inventa, sibi capientes.

Tomus II.

V. Imponentes in suis terris novas gabellas, pedagia, &c. non permittit à legibus, aut sine Papæ licentia, vel ea exigentes.

VI. Falsificantes litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, sive gratiæ, sive justitiæ, vel falsò publicantes litteras Apostolicas, vel falsò signantes.

VII. Deferentes ad Turcas, seu Saracenos, arma, equos, ferrum, filum ferri, stannum, calibem, vel alia metalla, vel bellica instrumenta, ligamina, ligna, cannabes, funes. Sic etiam, qui significant Turcis, vel hæreticis, quæ sunt in damnum Christianæ Religionis: vel dant ad hoc favorem, auxilium, aut consilium. Vide, *Christiani.*

VIII. Impedientes eos, qui ad Romanam Curiam deferunt victualia, seu alia necessaria.

IX. Occidentes, mutilantes, detinentes, capientes eos, qui veniunt ad Romanam Curiam, vel ab ea recedunt, vel in ea morantur ad negotia. Item vendicantes sibi auctoritatem delegatam Papæ, vel alterius Papæ Judiciis Romæ.

X. Occidentes Peregrinos venientes Romam, mutilantes, detinentes, vulnerantes, vel sic facientes cum eis, qui recedunt à Roma. Et dantes ad hoc consilium, favorem, vel auxilium.

XI. Occidentes, mutilantes, vulnerantes, capientes Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Legatos, Nuncios Papæ, Item ejicientes eos de dominiis & terris suis, vel eorum habentes.

XII. Occidentes, percipientes, spoliantes per se, vel per alios, eos, qui ob negotia, aut causas Romam veniunt, vel in ea morantur. Item dantes ad hoc favorem, auxilium, vel consilium. Item qui tale aliquid contra procuratores & agentes faciunt.

XIII. Qui à gravamine, vel executione litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, sive gratiæ, sive justitiæ, sive à citatione, inhibitione, vel processu, à Papa, Legato, Nuncio, Auditore Camerae, vel aliis delegatis Papæ ad seculari tribunal appellat. Sic etiam, qui impediunt, ne præfata decreta, litteræ, monitoria, &c. executioni mandentur. Sic qui executores, sive mandatarios, sive Notarios, subexecutores capiunt, vulnerant, percipiunt, carcerant, detinent, vel eorum consanguineos, partes, seu agentes, sic tractant, sive per se, sive per alium. Vel impediunt, ne litteras Apostolicas obtineant, aut impetratis utantur.

XIV. Causas spirituales, beneficiales, vel decimales ad se advocantes Laici: vel eorum cursum impedientes. Vel qui partes adstringunt ad revocandum citationes, inhibitiones, aut alia acta in causis præfatis, etiam si id facientes sint Superiores, Can-

T 3 gel-

- cellarii, Consilarii, Ordinarii, &c. cujuscunque Principis.
- XV.** Qui personas Ecclesiasticas, Collegia, seu Capitula, ad suum forum trahunt Laici, sive directè, sive indirectè, vel quomocunque juri Ecclesiastico præjudicant.
- XVI.** Qui impediunt Episcopos, vel alios Prælatos Ecclesiasticos, ne suò jure utantur in Ecclesiasticis, capiendò, vel persequendo agentes eorum, consanguineos, affines, vel procuratores. Et qui decreta Ecclesiasticorum cludentes recurrunt ad Cancellarias sæculares, & mandata, seu revocationes contra ea procurant, & qui illa faciunt, vel dant auxilium, favorem, consilium, vel patrocinium.
- XVII.** Usurpantes jura, fructus, &c. Sedis Apostolicæ, vel aliarum Ecclesiarum, vel qui ea sequestrant absque licentia Superioris competentis.
- XVIII.** Imponentes decimas, tallias, collectas, vel alia onera Ecclesiastica, vel eorum bonis, absque licentia Papæ: vel qui sic imposita exigunt, aut recipiunt. Sic etiam, qui directè, vel indirectè ea exequi faciunt, vel procurant, aut dant auxilium, favorem, vel consilium, cujuscunque gradus, aut dignitatis sint.
- XIX.** Causas criminales Ecclesiasticorum judicantes, tractantes, &c. ut Judices, Notarii, Scribæ, executores, pro cessando, bandiendo, capiendò, vel contra eos sententiando, sine licentia Papæ.
- XX.** Occupantes, vel invadentes directè, vel indirectè, terras & Civitates Ecclesiæ, Regnum Sardinia, Corsicæ & Sicilia, citrà Farum, &c. loca mediata, vel immediata Ecclesiæ subiecta. Sic etiam retinentes, adhærentes, favorem, consilium, vel auxilium dantes.

XXII. Excommunicationum Bullæ Cœnæ vigor & observantia.

1. Excommunicationes Bullæ Cœnæ habent vigorem, etiam mortuò Papâ. *Gregor. XIII. constit. 81. Consueverunt. §. 22. Paulus V. constit. 63. Pastoralis.* Donec ab alio Papa revocentur. *Ibid. §. 21.*
2. Excommunicationes in Bulla Cœnæ à nullo alio absolvi possunt, nisi à Papa, vel in mortis articulo, & tunc juratur de stando mandatis Ecclesiæ, & satisfaciendo, & datur de hoc cautio. *Paulus V. Ibid. §. 22.*
3. Absolventes ab aliqua excommunicatione Bullæ Cœnæ, sine Papæ delegatione, incurrunt excommunicationem. *§. 23. Sed nota, quod eam non reservant, nec Paulus V. Nec Urbanus VIII. Nec Alexander VII.*
4. Absoluti ex Papæ licentia non censentur absoluti, nisi revocaverint acta, decreta, &c. facta contra Ecclesiasticam immunitatem, & habeant firmum propositum non committendi de cætero, & certiorient Sedem Apostolicam de revocatione facta. *Ibid. §. 24.*

5. Excommunicatio Bullæ Cœnæ incurritur à quocunque transgressore, cujuscunque gradus & dignitatis sit, etiamsi habeat privilegium, ne possit excommunicari. *Ibid. §. 25.*
6. Excommunicationum præfatarum litteræ legi debent, semel saltem in anno in Ecclesiis. Et Confessarii, sive Sæculares, sive Regulares, habere debent penes se copiam illarum. *Ibid. §. 28.*
7. Hæc omnia confirmat *Urbanus VIII. constit. 62. Pastoralis. & Alexander VII. constit. Pastoralis. Datâ 13. Apr. 1656.*
8. Nota, quod singulæ excommunicationes præfate dispersæ prius erant per volumen textus Canonici, & alias Pontificum Constitutiones, & ipsis reservatæ, ut de singulis patet in suis locis.

XXIII. Aliæ Excommunicationes.

1. Excommunicationes, dictæ Sancti Eleutherii, prohibentur fulminari. *Paulus III. constit. 27. Licet.*
2. Excommunicatio contracta ex abortu, quæ prius erat Papæ reservata, ex *Constit. Sixti V.* potest à quolibet Confessario absolvi. *Gregor. XIV. constit. 8. Sedes.*
3. Excommunicationis litteræ contra Henricum VIII. Regem Angliæ ob dissolutionem Matrimonii, & inductionem Annæ Bolenæ. *Paulus III. Constit. 7. Ejus.*
4. Suspensa fuit executio talis Bullæ; deinde executioni mandata. *Ibid.*
5. Excommunicationis litteræ, quæ expediuntur contra furantes, vel non revelantes, quomodo expediendæ. *Pius V. constit. 150. Sanctissimus.*

Excubiæ.

Excubiæ tempore obsidionis. Vide, *Vigilia.*

Excusatio.

Excusari non possunt, qui præmoniti non obediunt.

Carent etiam excusatione, quos præmonitos contigit excedere, & acerbiter cumulant excessum, quos ignorantia non tuetur. *Agapinus. ep. 2.*

Exempla.

Exempla seu copiarum Scripturarum Romæ, quando & quomodo dari debent. *Paulus V. Constit. 71. tit. De registris.*

Vide, *Notarij.* Vide, *Scripturæ.*

Exemptio, Exempti.

1. Exemptio ab Episcopo non probatur per solutionem census Curie Romanæ. Neque per hoc, quod est Filius spiritualis Romanæ Ecclesiæ.
- Si Papa in aliquo privilegio, vel scriptura, non facta principaliter super donatione, vel sententia exemptionis, seu etiam libertatis, aliquam Ecclesiam ad jus & proprietatem R. E. pertinere, vel consimilia verba narret: non propterea illius E. exemptio est probata, nisi de libertate aliter doceatur, nisi de ipsius exemptionis privilegio concedendo, vel super ipsius exemptione sententiando, cum de ipsius exemptionis negotio ageretur, asserat ipsam E. fore exemptam, aut eam juris B. Petri existere, sive ad jus

& proprietatem R. E. vel ad R. E. specialiter aut sine medio, vel etiam simpliciter pertinere, per hoc plenè debet exempta hujusmodi Ecclesia judicari. *De privilegiis. in 6. cap. Si Papa. De privilegiis. cap. Recepiimus. Vide, Censur. n. 13.*

2. Exemptio non probatur, nisi per privilegium Papæ, vel per sententiam, quæ declarat aliquem esse exemptum.

Similiter si aliqui recipiantur in proprios & speciales subiectos, censentur exempti. Non sicut in proprios & speciales filios R. E. sunt suscepti: quippe exempti propterea non existunt. Si verò dicatur simpliciter, quod aliqua Ecclesia Romanæ Ecclesiæ annuum censum solvat, non propter hoc exempta Ecclesia dici debet, &c. *De privilegiis. in 6. cap. Si Papa.*

3. Item probatur exemptio, si Papa explicat, quod quis gaudet libertate E. R. vel quod est liber, (sive persona, sive E.) vel quod ab Ordinario exemptus, vel quod Ordinarius non potest Cathedralam in loco aliquo collocare, vel imperare.

Cum enim juri communi omnes Ecclesiæ per Orbem diffuse ad R. E. pertineant, si ad alium concedatur E. vel de ea per sententiam judicetur, ex hoc ipsius comprobatur exemptio, ut privilegii nihil aliud allatura concessio, ei cui conceditur, & sententia, nullum aliter datur subsidium Ecclesiæ, pro qua fertur, prærogativam (cum verba aliquid operari debeant) conferat gratiæ specialis. Et est idem, si privilegium contineat, vel ipse Papa per modum exprimat supra scriptum, quod Ecclesia sit libera, seu quod portatur R. E. libertate, vel quod in hoc prærogativâ gaudeat specialiter: aut si dicat indiffinitè, quod R. E. annuum censum solvat, ad perceptæ judicium libertatis, sive quod ipsam E. eximit ab Ordinario potestatem, vel quod non audeat illic Episcopus Cathedralam collocare: aut imperandi, seu ordinationem, quamvis levissimam, faciendi, exercere aliquam potestatem. *Ibidem.*

4. Exemptio concessa monasterio non fert semper exemptionem Capellarum.

Nos igitur his & aliis diligenter auditis, cum à neutra parte sit probata præscriptio, sententialiter distinguimus, quod Evafen. Cœnobium liberum est in capite, tanquam ab Episcopali jurisdictione profus exemptum, & soli R. E. subiectum. Tutela tamen ipsius Cantuariensis Archiepiscopo reservata: in membris autem, quæ non probatur exempta, Diocesanò Episcopo ipsum subiacere decernimus. *De privilegiis. cap. Ex ore.*

5. Eximi non dicitur Ecclesia per hoc, quod pertinet ad Romanam, nisi aliunde probetur exemptio. *De privilegiis in 6. cap. Si Papa. supra.*

6. Exempti non tenentur obedientiam promittere Diocesanis. *De privilegiis. cap. Cœnolim. il. 2. Vide, Ecclesia. tit. 3. n. 3.*

7. Exemptus facere non potest novam Ecclesiam in loco non exempto. *Ibidem.* Si facit, subditur Episcopo.

8. Exemptus ratione alicujus loci vel rei, non est exemptus ratione omnium.

Cum Capella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur hujusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus, vel Episcopus in personas Canonicorum ejusdem Capellæ suspensionis, vel excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare, &c. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt, ejusdem ratione Capellæ Apostolicis privilegiis deferat reverenter; sed in quantum ratione Parochialium EE. vel aliis jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur officii tui debitum in eisdem liberè prosequaris. *Ibidem. cap. Cœnolim.*

9. Exempti non possunt interdicti ab Ordinariis, nisi in certo casu.

In eos autem, quibus nè interdicti, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à S. A. est indultum, sicut sunt Religiosi quamplures; in quorum privilegiis continetur, nè quisquam Episcopus, vel Archiepiscopus Monasteriorum suorum Monachos pro illa causa, ullòve locò interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat: Iidem Ordinarii jurisdictionem suam, quantum ad istam, ubicunque illi fuerint, penitus exercere non possunt: nisi forsitan ipsi Monachi ad Monasteriorum suorum Prioratus, Ordinariis eisdem subiectos; (ut vel gerant eorum regimen, vel in eis, tanquam proprii locorum ipsorum monachi resideant) fuerint destinati; Tunc enim, &c. *De privilegiis. in 6. cap. 1. §. In eos autem.*

10. Exempti in locis non exemptis non possunt Capellas ædificare sine licentia Episcopi. *De privilegiis. in 6. cap. Autoritate. Vide, Capella privata. n. 1.*

11. Exempti in aliis locis exemptis, non possunt ædificare Capellas, sine licentia Papæ. *Ibidem.*

12. Exempti non possunt interdicti ab Ordinariis, nisi in certo casu.

Frequens & assidua nos quorundam religiosorum querela circumstrepit, quod plerique Episcopi & eorum Superiores, ac cæteri E. Prælati, ipsorum Religiosorum quietem injustè in subsequenter multipliciter inquietant. Quidam enim exemptos capiunt, & incarcerant, in casibus non concessis à jure. *Et in fine:* Universis itaque Prælati EE. præsentis sanctionis edictò districtè præcipiendo mandamus, quatenus ipsi à prædictis gravaminibus omninò cessantes, & cessare suos subditos facientes viros Religiosos, exemptos, privilegiatos, & non exemptos, mendicantes, & non mendicantes, charitativè tractent, & foveant, & sua jura & privilegia inviolabiliter eis servent. *Clement. De excessibus Prælatorum. cap. unico.*

13. Exempti non veniunt sub nomine Clericorum, si Papa præcipit correctionem Clericorum.

Gravè gerimus, quod cum in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Orbitello, & quasdam alias in tua Diocesi existentes, ad Monasterium Sancti Anastasii de Urbe spectantes, nullam jurisdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam, occasione litterarum nostrarum, quas super correctione Clericorum tibi transmisimus, in eas interdicti, ac in Clericos earundem suspensionis sententias promulgasti, quamquam Abbas ejusdem Monasterii eos corrigere sit paratus; mandamus, quatenus si est ita, prudenter corrigens per te ipsum, quæ minus providè attentasti, prædictas sententias sine difficultate relaxes. *De offic. judicis ordinarii. cap. Grave.*

14. Exempti non possunt in se assumere causas suorum censualium, tanquam suas, neque ut auctores, neque ut defensores.

Causas quoque sive lites proprias suorum hominum liberorum, quæ videlicet tantum ad ipsos homines pertinent, iidem exempti sub nomine, sive ut actores, sive ut defensores, aliquatenus non assument. Etiam si sint ipsi dicti homines censuales, cum id nequaquam licitum sit eisdem. *De privilegiis. in 6. cap. Autoritate.*

15. Exempti Prælati possunt eligere sibi Confessorem. *De penit. & remiss. cap. fin. Vide, Confessor. tit. 7. n. 1.*

16. Exempti pro contractu, vel delicto, extra locum exemptum possunt conveniri, & judicari ab Ordinariis: exceptò si delictum sit commissum in alio loco, etiam exempto, vel si alibi contrahant, vel delinquant.

quia tunc nec judicare eos possunt, nec remittere ad loca illa, in quibus deliquerunt.

Diffiniunt, quod quantumcunque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, siue contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum Ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere. Nunquid ergo carent omnino in his commodis libertatis? Non utique, quia nec coram Ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec ubi domicilium habent, si alibi delinquant, vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum prætextu, locorum Diocesani (si ubi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipsa consistit, illi conveniantur) remittendi eos illud, vel ipsis, ut illic respondeant, injungendi habent aliquam potestatem, salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos Episcoporum jurisdictioni subesse Canonica præcipiunt instituta, & id ipsum decernimus circa illos, quibus ut non nisi sub uno certo iudice teneantur de se conquerentibus respondere, Apostolicum privilegium est concessum. *De privilegiis. in 6. cap. 1.*

17. Exempti Ecclesiæ, intelliguntur exempti Clerici & Monachi, non verò Parochi. *De privilegiis. in 6. cap. Per exemptionem. Vide, Canonici. tit. 13. n. 1. & 2.*

18. Exemptis Canonici non eximitur Ecclesia. *Ibidem.* Sed exemptis Clericis, intelliguntur exempti Canonici. *Ibidem.*

19. Exempti ab Episcopo, compelli possunt ad exequenda legata & onera EE. *Clem. De jure Patronatus. cap. 1. Vide, Episcopus. tit. 56. n. 26. Vide, Curati.*

20. Exempti possunt à Diocesanis puniri, si eorum Superiores non procedant, ut debent, & quomodo hoc. *Leo X. constit. 10. Regimini.* Processus verò mitti debent Romam clausi. *Ibid. §. 3.* Tales processus cum expensis exemptorum fieri debent. *Ibid. Conc. Lateranen. 5. sess. 10. constit. 2. Vide, Episcopi circa Regulares. Vide, Clerici à quo judicandi.*

21. Exempti tenentur accedere ad Synodum Provinciale. *Leo X. constit. 10. Regimini. §. 12. Vide, Concilia. Vide, Archiepiscopus quoad Pontificalia. Vide, Canonici exempti. Vide, Regulares circa Episcopos. Vide, Episcopi Regulares.*

22. Exemptiones ab oneribus camerilibus concessæ Laicis, revocatæ sunt. *Sixtus V. constit. 2. Inter varias. Vide, Camera onera.*

23. Exemptiones omnes, à solvendis iis oneribus concessæ cuicumque personæ, Communitati, Magistratui, &c. etiam si per instrumenta fuissent concessæ pro quacunque causa, revocantur. Exciipiuntur personæ Ecclesiasticæ, siue Sæculares, siue Regulares quoad exemptiones, quæ sibi de jure conveniunt. Item Cardinales, Prælati & Officiales Romanæ curiæ, & Patres, qui habent 12. filios. *Paulus V. constit. 11. In maximis.*

24. Exemptiones omnes concessæ cuicumque, in præjudicium cameræ, gabellarum, dationum, tributorum, &c. revocantur rursus ab Innocentio X. *const. 7. Et si ea,*

25. Exciipiuntur. Primò, Religiosi & Ecclesiastici, quibus de jure competit exemptio.

Secundò: Omnes illi, qui eas obtinuerunt titulo oneroso, ut emptionis, &c.

Tertiò: Cardinales, Camerales actuales, Cubicularii secreti, & Secretarii, & alii familiares, & continui commensales Papæ in rotulo descripti.

Quartò: Consanguinei Papæ, vivente Papâ.

Quintò: Officiales curiæ Romanæ.

Sextò: Prælati domestici Papæ.

Septimò: Illi, qui habent privilegium duodecim filiorum. Omnia ad hoc spectantia, distinctè. *Ibidem.*

26. Et Alexander VII. *Const. In sublimi. datâ die 22. Augusti 1656.* confirmat eandem revocationem exemptionum concessarum, quæ in jure non habentur, quibuscuque personis, Universitatibus, Civitatibus, siue concessæ sint in forma Brevis, siue sub plumbo, &c. ex quocunque motivo. Omnia autem hujusmodi privilegia concessa quibuscuque personis, siue Sæcularibus, siue Ecclesiasticis, reducuntur ad limites juris communis: excipiuntur, qui eas habent titulo oneroso, & aliæ personæ nominatæ in constitutione Innocentii X. ubi supra, & alia circa hoc distinctè.

Exequiæ.

1. Exequiæ defunctorum, quomodo faciendæ. *Vide, Defunctorum funeralia, &c. Vide, Funeralia.*

2. Pro exequiis faciendis, nihil exigatur à Clericis. *De Simonia. cap. Suam. Vide, Defuncti. tit. 2. n. 5.*

3. Exequiæ, seu funeralia, fieri non possunt in EE. Fratrum Minorum ipsis volentibus, *Clem. IV. constit. 4. Virtute.*

4. Exequiæ pro Episcopo, quomodo faciendæ.

Quia notum est, quæ dignitas in exequiis morientis Episcopi ex Canonibus conservetur, traditioni moris antiqui hoc tantum adscribitur: Ut si quis Sacerdotum secundum statuta Concilii Valentini, ad humanda decedentis Episcopi membra venire communitus, pigra voluntate distulerit, appellandus Clericis obentis Episcopi, apud Synodum, siue apud Metropolitanum Episcopum, tempore anni unius, nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem, siue ceteri Clerici, quibus major honoris locus apud eandem E. fuerit, cuius Sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis, aut jam mortui, aut continuo morituri Antistitis, ad commonendum Episcopum tardi inveniantur, aut per quamcunque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spatium ad penitentiam in monasteriis deputentur. *Concil. Toleranum. 7. cap. 3. Vide, Funeralia. Vide, Episcopi moriente.*

5. Exequiæ pro Cardinalibus. *Vide, Cardinalium funeralia, &c.*

Vide, Convivia in sine. Vide, Funera.

Executor, Executoria.

1. Executor datus à Papa ad gratiam, ipsò mortuo potest exequi. *De officio judicis delegati in 6. cap. Si super. Vide, Delegatus. tit. 2. num. 17.*

2. Executor datus à Papa, nisi sibi prohibeatur, potest subdelegare. *Ibid. cap. Is cui. Vide,*

Vide, Ibid. num. 26. Sed Urbanus VIII. *Constit. 6. cap. 48.* præcipit, ut per se ipsum exequatur litterarum Apostolicarum mandatum, &c.

3. Executor litterarum Papæ in provincia de beneficiorum provisione, non potest generaliter inhibere, nè fiant provisiones, nisi hoc sibi concedatur in mandatis.

Executor super provisione alicujus, à S. A. per generales litteras in aliqua Provincia deputatus, Prælati & aliis, ad quos beneficiorum in eadem provincia spectat collatio, nè ad provisionem aliquorum procedant, donec illi, pro quo scribitur, sit provisor, non potest generaliter inhibere, nisi expressè in ipsis litteris facultas hujusmodi inhibitionis concedatur; potest tamen reservationem & eidem inhibitionem facere speciale de primo, vel (si hoc illi ex beneficio competat litterarum) de secundo, vel ulteriori beneficio, inibi vacaturo, eidem Clerico conferendo. Quod autem contra talem reservationem & inhibitionem ab eo, ad quem beneficium reservari collatio pertinebat, fuerit attentatum, non tenet. *De concessione præbende. in 6. cap. Executor.*

4. Executor sententiæ à Papa factæ, potest admittere exceptionem fraudis, sed non potest pronuntiare super negotio.

De cætero noveris, quod si sententiam à nobis latam præcipimus per aliquem executioni mandari, & fraus intervenierit, non est facultas executori, de toto negotio cognoscendi, sed deferri quaestiones, quæ inciderint, ad Sedem Apostolicam oportebit. *De sententia & rejudic. cap. De cætero. Vide, Sententia.*

5. Executor non potest recusari.

Cum secundum jus ab executoribus appellari non possit, nisi forsitan modum excederent in exequendo. *De appellatione. & recusat. cap. Novit ille.*

6. Executor testamentorum compelli potest ab Episcopo ad exequendum, licet testator interdixerit, nè compellatur.

Cum igitur in omnibus piis voluntatibus sit per locorum Episcopos providendum, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet etiam à testatoribus id contingeret interdici: mandamus, quatenus executores testamentorum hujusmodi, ut bona ipsa fideliter & plenarie in usus prædictos expendant, monitione præmissa compellas. *De testamentis. cap. Tua nobis.*

Joannes Clericus & P. Laicus, executores ultimæ voluntatis O. Clerici Sanctæ Crucis, qui venerabilibus & piis locis de bonis suis in ultima voluntate legavit: mandans insuper satisfieri creditoribus per eandem, post mandatum susceptum, per Diocesana cogi debent, testatoris explere ultimam voluntatem. *Ibid. cap. Joannes. Vide, Testamenta.*

7. Executor quando potest inhibere, & quando non.

Si soli Ordinario pro te beneficiando executore non dato, &c. mandatum Apostolicum sit directum; per talis præsentationem mandati, Ordinario ipsi factam, licet si contrafaciat, puniendus existat: ei tamen potestas sic non adimitur conferendi, quin teneat alteri facta collatio ab eodem, nisi nos in gratia tibi facta decrevissemus irritum & inane, quod fieret contra ipsam: aut executor hujusmodi Ordinatio, suam insinuans potestatem, nè alteri conferret beneficium, de quo tibi est, secundum tenorem hujusmodi mandati Apostolici, providendum, interdixisset eundem, præsertim cum interpositione decrevit; vel nisi tu juxta dictum mandatum esses in Canonium jam receptus, tunc præbendæ collatio alteri facta, firmiter aliquam non haberet. *De concessione Præbende. in 6. cap. Si soli Ordinario. Vide, Delegatio. num. 7.*

8. Executores testamentarii, si plures sint, & aliqui nolunt adesse, vel in remotis agunt,

unus potest exequi, nisi testator aliud disposuerit.

Sanè pluribus à testatore simpliciter executoribus deputatis, uno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exequi fortè nolente, nè voluntatem testatoris impediri, vel nimium differri contingat, poterit alius (nisi testator aliud expresserit) officium executionis injunctæ liberè adimplere. *De testamentis. in 6. c. & s. finali.*

9. Executores testamentorum esse possunt Religiosi, de sui Superioris licentia, aliàs non. Sed tenentur reddere rationem Episcopis de executione, &c. non obstantibus privilegiis.

Religiosi etiam exemptis, deputatis ad executionem cujuslibet ultimæ voluntatis, circa ipsius executionis officium, (quod utique non possunt, nisi à Superiore suo perita super hoc licentiâ & obtenti suscipere.) --- Statuimus, quod tales (etiam si prælationis fungantur officio) locorum Ordinariis debitam reddere, ipsique Ordinarii ab eisdem absque dolo, fraude, seu negligentia de susceptæ executionis officio teneantur exigere rationem. Illos, quos circa id deliquisse repererint, in aliorum exemplum poenâ debitâ (quocunque non obstante privilegio) puniari. *Clementina de testamentis. cap. unid. Vide, Testamenta.*

10. Executores litterarum Papæ in aliqua Diocesi, si hæc dividitur, remanet cum potestate in utraque. *Extra. De offic. Jud. Deleg. Vide, Delegatus. tit. 2. num. 18. Vide, Sententia.*

11. Executoriæ litteræ non valent, si in eis sit mentio, quod præcesserint monitoriæ, & hoc sit falsum.

Mandamus, quatenus si nullæ monitoriæ super hoc præcesserint executoriis, super sedentis eisdem, dummodo eadem executoriæ de monitoriis fecerint mentionem, alioquin in executionis negotio, juxta directum ad vos pro ipso mandatum, ratione præviâ procedatis. *De rescriptis. cap. Ex infirmatione.*

12. Executoriæ litteræ, si dantur à Papa successore, & monitoriæ à præcessore, ab isto intelligitur gravatio facta.

Litteris Apostolicis ad vos directis, ut G. Clericum reciperetis in Canonicum & in fratrem, nisi pro alio fuisset per nos E. vestra gravata, mandatum nostrum vos exequi volumus & mandamus. Non obstante, quod T. Subdiaconum per nostras litteras executorias recepistis, qui à b. m. H. Prædecessore nostro monitorias impetravit. Cum factum Prædecessoris nostri potius, quam nostrum fuerimus profecti. *Ib. cap. Litteris Apostolicis.*

13. Executio sententiæ in causa, quando potest differri, & quando non, si adversarius petit restitui in integrum.

Nè verò per excogitatum malitiam (sicut ex præsumptionibus pluribus videbatur) effectum sententiæ in damnum Episcopi contingeret impediri, nève monasterium per executionem sententiæ, propter diversas suspensiones, incurreret detrimentum: Nos equitate pensatâ, jure duximus providendum, ut ante omnia prædicta sententia executioni mandetur; volumus nihilominus, & mandamus, ut ab ipso Episcopo recipiatis idoneam cautionem, quod si monasterium in causa ipsa prævaluerit, universa, quæ mediò tempore sententiæ ipsius occasione perceperit, monasterio restituat memorato. *De in integr. restit. c. Suscitata.*

14. Executores, quando possunt capere. *Vide, Delegatio.*

15. Executio litterarum Apostolicarum impediri non potest à Prælati, vel aliis, sub præ-

- prætextu cujuscunque privilegii, sub pœna privationis jurisdictionis per tres menses. *Martini V. const. 2. Quod Antidota.*
16. Executores litterarum Papæ non possunt proficere in sententia, si litigantes dant exceptionem, & ipsi non admittunt, ac proinde appellandum est ad Papam. *De appellation. cap. Dilecto filio. ex Honorio III. Vide, Appellatio. tit. 4. num. 8.*
17. Executores testamentorum, ad quid tenentur. *Vide, Testamenta. Vide, Dispositio.*
18. Executionem impediens. *Vide, Citatio. Vide, Litteræ Apostolicæ. Vide, Sententia.*

Exigere, Exigens.

1. Exigens ultra debitum peccat.
- Quod debetur, etsi benignè dimititur, non tamen iniquè repetitur. Peccat autem, qui exigit ultra debitum: Ideoque lex modum figens, pœnam rationis instituit. Sed tu cò longè es à peccato injusti exactoris, quò omnino non exigit debitum; Ideoque bonus Magister ait: (Qui te percutit in unam maxillam, præbe ei & alteram) præsertim, nè cogamur & ipsi reddere debitum ab eo, qui nullum habet debitum. *14. quest. 1. cap. Quod debetur.*
- Quisquis præceptis non obtemperat, reus est, & debitor pœna. Præcepto Domini non obedire, peccatum est, consiliò si uti nolueris; minus boni adipsicis, non mali aliquid perpetrabis. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, pœnam habet. Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est: ubi præceptum, necessitas est servientis. *Ibid. c. Quisquis.*
2. Exigere non potest aliquid Episcopus à Dicecesi. *16. qu. 1. cap. Constitutum. Vide, Diœcesis. num. 2. Vide, Episcopus, quoad procuraciones, &c.*
3. Exigere non potest aliquid Episcopus à Clericis, Monachis, locis piis, &c. ultra statutum.
- Nulli Episcoporum liceat à subiecto Sacerdote, vel alio quolibet Clerico, & piis locis, dationes ultra Statuta Patrum exigere, aut superposita in angariis inferre. Sed cum optimus sit perspector, ita prospiciat, ut universæ sibi oves committat, à se maximè alantur, atque in necessitatibus adjuventur, non illicitis exactioibus opprimantur: quia Dominus pascere & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lucris, vel avaritiis delectari. *16. qu. 1. cap. Nulli Episcoporum.*
- Definimus, Episcopum nullatenus turpis lucri gratià excogitare ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum, vel argentum, aut aliam speciem ab Episcopis, vel Clericis, vel Monachis, qui sub ipso sunt. Ait enim Apostolus: Iniqui Regnum DEI non possidebunt, nec debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. *Ibidem. cap. Predicator.*
4. Exigendi à Clericis, &c. Privilegia concessa quibusvis Principibus abrogantur.
- Non obstantibus quibuscunque privilegiis, sub quibuscunque tenoribus, formis, seu modis, aut verborum conceptione, concessis Imperatoribus, Regibus, & aliis supradictis, quæ contra præmissa in nullo volumus alicui, vel aliquibus suffragari. *De immunitate Ecclesie. In 6. cap. Clerici. §. finali.*
5. Exigentes à Clericis pœdagia, &c. excommunicantur, non verò dantes. *Extra. De immunit. cap. unic. Quod olim. Vide, Clerici. tit. 27. num. 5. Vide, Excommunicationes Bullæ Cœnæ.*
6. Exigentes à Clericis gabillas, pœdagia, ex-

- communicantur, & per Episcopos publicantur. *Clement. De censibus. cap. fin. Vide, Episcopus. tit. 64. num. 8. Vide, ibid. n. 7.*
7. Exigentes ultra debitum pro expeditione litterarum Apostolicarum, primâ vice privantur officio per menses sex: secundâ autem vice privantur in perpetuum.
- Ceterum ut prædicta, &c. Statuimus, ut præfati omnes & singuli, tam litterarum nostrarum, quam registri nostri scriptores, quam abbreviatores nostrarum ipsarum, (quibus etiam Abbreviatoribus specialiter ultra infra scriptas pœnas, quatenus prædictas taxationes observent, sub excommunicationis pœna mandamus) qui contra præmissa fecerint, plus scilicet præfatas nostras beneficentes litteras, vel noras ipsarum, vel earundem in dicto registro scripturas, taxando, exigendo, vel recipiendo pro ipsis, quam superius sit taxatum, usque ad semestre tempus officio, in quo sic deliquerint, sint eò ipso suspensi, & si secundò deliquerint in eodem, ipsò factò eòdem officio (quò quantum in ipsis fuerat, maculari conati sunt,) perpetuò se privatos agnoscant. *Extra. Joannis XXII. De sententia excommunic. cap. unic.*

Exorbitantia.

Exorbitantia à jure, non sunt trahenda in consequentiam.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. *De regulis juris. in 6. regul. 28.*

Exorcista, exorcizare, Exorcismus.

1. Exorcista idem sonat, ac adjurans, seu increpans.
- Exorcista ex Græco in Latinum adjurantes, increpantes vocantur: invocant enim super Catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, Nomen Domini JESU, adjurantes per eum, ut egrediantur ab eis. *Dist. 21. cap. Cleros.*
2. Exorcista ordinatur per acceptionem libri exorcismorum.
- Exorcista, cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe, & commenda memoria, & habeto potestatem, imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive Catechumenum. *Concil. Carth. 4. cap. 7. & dist. 23. cap. Exorcista.*
- Exorcista non fit ordinatione; certare enim pro premio exorcistæ, liberæ voluntatis est, ac DEI gratiæ per Christum & adventum Spiritus Sancti. Siquidem, qui gratiam sanitarum accepit, per revelationem declaratur à DEO, cum gratia, quæ in eo est, omnibus est manifesta. Si verò necessitas postulet, ut fiat Episcopus, aut Presbyter, tunc ordinatur. *Lib. 8. constit. Apost. cap. 26.*
- Hi enim cum ordinantur, sicut ait Canon, accipiunt de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, accipientes potestatem imponendi manus super energumenos, sive Catechumenos. *Concil. Aquisgran. sub Ludovico Pio cap. 4.*
3. Exorcistæ munus est, exorcizare Catechumenos & Energumenos, imponendo eis manus.
- Ad Exorcistam pertinet, exorcismos memoriter retinere, manûque super Energumenos & Catechumenos in exorcizando imponere. *Dist. 25. cap. Perlectis.*
4. Exorcistæ quotidiè debent manus imponere Energumenis.
- Omni die Exorcistæ Energumenis manus imponant. *Conc. Carthag. 4. cap. 90. & De consecration. dist. 5. cap. Omni die.*
5. Exorcista habet potestatem super Catechumenos & Energumenos. *Concilium Aquisgran. sup. n. 2.*

6. Exor-

6. Exorcista habet imperium super diabolum.

Meminisse etiam debet F. t. quia major potestas Exorcistæ conceditur, cum spiritualis Imperator ad abjiciendos demones constituitur, quam alicui Laicorum causa secularis dominationis tribui possit omnibus, nempe Regibus & Principibus terræ, qui religiosè non vivunt, & in actibus suis DEUM (ut oportet) non metuunt, demones (heu pro dolor!) dominantur, & miserâ servitute confunduntur. --- Porro Exorcistæ (ut diximus) super demones à DEO imperium habent. Quantò igitur magis super eos, qui demonibus subiecti, & membra sunt demonum? Si ergo his tantum præminent Exorcistæ, quantò amplius sacerdores. *Gregorius VII. lib. 8. ep. 21.*

7. Exorcistatus est Ordo in Ecclesia.

In ordine & ministerio Ecclesiæ decet esse exorcistas secundum officia, quæ in templo Salomonis erant disposita, quæque posterius sunt ab Esdra dispersita. Et invenimus eos, quos Esdras actores memorat templi tunc, nunc esse Exorcistas in Ecclesia DEI, &c. Quid ergo est? Nullam altam curam habebant actores templi, nisi ad facta recta faciendâ, aut quæcunque fuissent veterata in ædificatione templi, aut delapsa, per eosdem actores de thesauris Dominicis reficerentur, atque excolerentur. Ergo actores templi Exorcistæ sunt in populo DEI. Quomodo enim actor prudens & bonus scit, quis sit Domini sui census, & omnis substantiæ modus, & redigit apud se totius possessionis instrumenta originalia: sic & Exorcista redigit in suam diligentiam totius Regni Domini secreta, ut memoriæ mandet, de scripturarum Sacramentis, unde exerceat scilicet donum, quod illi est à Spiritu Sancto concessum, secundum Apostoli præconium. Exorcistas enim memorat Apostolus, cum dicit: Nunquid omnes donationes habent curationem? *Concil. Aquisgran. sub Ludovico Pio cap. 4. lib. 8. Constit. Apostolicarum. capit. 26. Concilium Carthaginen. 4. cap. 7. supra. num. 2. Conc. Trid. sess. 23. c. 2.*

8. Exorcizandi potestas est in Ecclesia. *Concil. Mogunt. 4. cap. 39. infra.*

9. Exorcismò diaboli fugantur. *Ibid.*

10. Exorcismus valet etiam contra alia nociva.

Veterem morem. (*carera Vide, Aqua. tit. 1. num. 3.*) Quem morem nemo reprehenderet, qui secum reputaverit, Ecclesiam inter cetera salutis & utilitatis suæ, tum agenda, tum consecrandæ præfidiâ, etiam exorcizandi potestatem contra insidias demonum, aliasque noxias pestes avertendas accepisse. Quam potestatem, dum per res externas ad utilitatem fidelium exercet Ecclesia, nimirum in eo Sanctorum imitatur exempla, qui ad eliciendos quosdam effectus Divinò jussu res corporales adhibuisse leguntur. Quem morem. (*Residuum hujus capitis, Vide, ubi supra.*) Concilium Moguntinum 4. cap. 39.

Sacerdotes, cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi demonia ejiciunt? *De consecrat. Dist. 4. cap. Sacerdotes.*

11. Exorcismus non fiat ob quæstum.

Caveat etiam, ne intercedat ullus in exorcismis quæstus, nève ulla curiosi percunctatio, præsertim, quæ ad Divinationem pertineat. *Concilium Mediolanen. 1. part. 2. tit. De Exorcista.*

12. Exorcismus fieri etiam potest in domibus privatis. *De consecration. dist. 1. cap. Tabernaculum. Vide, infra num. 16.*

13. Exorcismi faciendi juxta ritum librorum, quos probat Episcopus.

Nemo energumenis manus imponere, aut causâ ejiciendi demones exorcismos legere audeat, nisi Exorcistæ Ordine sit initiatus. Is exorcismos memoriter mandare studeat, idque ex libris Episcopi judicio comprobatis, & cum res postulaverit, ut eò munere fungi oporteat, id nè agat, nisi consultò & consentiente Episcopo. *Conc. Mediolan. ubi supra.*

14. Exorcizantes in Baptismo, ejiciunt demones. *De Consec. dist. 4. cap. Sacerdotes. sup. num. 9.*

15. Exorcismum Baptismi, vel alios spernens, peccat mortaliter. *Concilium Constant. sess. ult. in constit. Martini V. Circummedium. Vide, In Bullario.*

16. Exorcizare non possunt, qui non sunt ab Episcopis ordinati.

Sicutem (ut legitur in Concilio Laodicensi cap. 26.) ii, qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesiis, quam in domibus exorcizare non possunt, multò magis majoris gradûs ministeria, nisi ab eis, qui ad eos gradus sunt consecrati, quibus fungi debent, officia agi, vel Sacrificia offerri non licet. *De consecr. dist. 1. cap. Tabernaculum. ex Felice IV.*

Non oportet exorcizare eos, qui nec dum ab Episcopis sunt promoti, neque in Ecclesiis, neque in domibus. *Dist. 69. cap. Non oportet. Ex Concilio Laodic. cap. 26.*

Quòd hi, qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesiis, quam in domibus, exorcizare non possunt. *Concil. Aquisgranen. ut supra cap. 79. Conc. Mediolan. ubi sup. num. 13.*

17. Exorcizare non permittat Episcopus, nisi personis probatæ vitæ.

Episcopus autem nemini, nè Sacerdoti quidem, permittat, ut id munus exequatur, nisi ejus ætatem & mores probarit. *Concil. Mediolanen. ubi supra. num. 11.*

18. Exorcizans cavere debet à curiositate. *Concil. Mediolan. sup. num. 11.*

19. Exorcista olim per septem testes erat damnandus. *Conc. Romanum. 2. sub Sylvestro cap. 3. Vide, Acolytus n. 8.*

Expectativa.

1. Expectans beneficium, si interim acquirat aliud impossibile cum illo, perdit gratiam expectativæ.

Gratiæ, ut de dignitate, vel beneficio curato tibi provideatur, renuntiare videris, si ante adeptionem ejusdem aliud beneficium pacificè assequaris, quod simul de jure cum dignitate, vel beneficio, virtute dictæ gratiæ tibi debito retinere non posses, licet illud resignaveris, aut sis resignare paratus. *Clem. de rescriptis c. Gratia.*

2. Si plures expectant beneficium ex concessione plurium Pontificum, quomodo tractandi, & quò ordine providendi. *De concess. præb. in 6. cap. Autoritate. Vide, Beneficium. tit. 37. num. 13.*

3. Expectativæ, seu indulta beneficiorum, imposterum nulli concedantur. *Concil. Trident. sess. 24. De reform. cap. 19. Nec etiam in favorem Cardinalium: & si conceduntur, sunt nullæ. Ibid.*

Vide, Beneficia vacatura. Vide, Gratia.

Expensæ.

1. Expensæ, quæ fiunt à Capitulo pro electione Prælaci, de bonis Prælatuæ fiant.

Statuimus, ut expensæ necessariæ, quas Capitulum Constantinopolitanum, vel ejus nuntii vacante Sede, pro electionis negotio fecerint, de bonis Patriarchatus fiant totaliter, vel reddantur: Dummodo ipsi bona decedentis Patriarchæ non occupent, vel usurpent. *De electione &c. v. p. Ut præterita.*

2. Expensarum pœnam subit victus, nisi sententia feratur pro absente.

Præ-

Præcipimus, ut de cætero in causis pecuniariis victus victori in expensis condemnentur; nisi sententia pro absentem feratur. *De penis. cap. Calumniam.*

3. Expensæ factæ à Procuratore de mandato Domini, ab hoc reficiantur.

Discretionem vestram mandamus, quatenus expensas Archidiacono restitui faciatis, si legitime probare poterit, se de mandato Capituli suscepisse prædicta negotia promovenda, & propter hoc ad S.A. accessisse. *De procuratoribus. cap. Cum pro causa.*

4. Expensæ quando solvendæ sunt testibus. Vide, Testes.

5. Expensæ seu procuraciones, dandæ Episcopo visitanti, & quæ. Vide, Episcopus quoad visitationem. Vide, Episcopus quoad procuraciones. Vide, Visitatio, & c.

6. Ad expensas quando condemnandus est citatus, non comparens in termino. De dolo & contumacia. cap. Cum dilecti. Vide, Citatio. n. 17.

7. Ad expensas quando condemnatur, opponens in causa beneficii. Ibidem. cap. Finem litibus. Vide, Exceptio. n. 16.

8. De expensis factis ab Inquisitore in causa hæresis non potest Episcopus petere rationem, sed Papæ hoc reservatur. Extra. De hæreticis. cap. Ex eo. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 15.

Expositi.

1. Expositi quando inveniuntur, quomodo possunt possideri, & quæ monitio requiritur.

De expositis - id servandum visum est, ut secundum statuta fidelissimorum, piissimorumque Augustorum & Principum, quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur, contestationem colligat, nihilominus de Altario Dominico die minister annuntiet; ut Ecclesia sciat, expositum esse collectum, ut intra dies decem, ab expositionis die, expositum recipiat: si quis probaverit se agnovisse, collectori pro ipsorum decem dierum misericordia, prout maluerit, aut præfens retribuat, aut in perpetuum cum DEI gratia, si voluerit, possideat. *Concil. Vasense. 2. cap. 9.*

2. Expositi ante Ecclesiam debent defendi ab ea.

Si expositus ante Ecclesiam, cujuscuque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat Epistolam, ut si is, qui collectus est, intra decem dies quæsitus, agnitusque non fuerit, securus abeat, qui colligit. Sanè qui post prædictum tempus calumniator exstiterit, ut homicida Ecclesiasticâ districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit autoritas. *Dist. 87. cap. Si expositus.*

3. Possideri potest ab inventore, si posita Epistola contestationis intra 10. dies non requiratur. Ibidem.

4. Expositi quorum ignoratur Baptismus, sunt baptizandi, (sed sub conditione, si non es, &c.) De consecratione. Distinct. 4. cap. Parvulos. cap. Placuit de infantibus. & cap. Cum itaque. Vide, Baptismus. tit. 13. n. 1. Vide, Baptismus, an dandus, quando est dubium. Vide, Filii expositi.

Extraneus.

1. Extranei ab Ecclesia, non præponantur emeritis Ecclesiæ pro Episcopatu. Dist. 61. cap. Nec emeritis. Vide, Clerici. tit. 39. n. 11.

2. Extraneus Clericus, ac transmarinus, recipi olim non poterat sine litteris signatis per

quinque Episcopos. *Dist. 98. c. Nullus aliqua. cap. Transmarinos. & cap. Afros. Vide, Ibidem n. 9.*

Extractio, Extrahere.

1. Extrahi non possunt recurrentes ad Ecclesiam. Poena extrahentium.

Quò instigante facere ausus est? Hominem de Ecclesia rapuisti? Tuis si de tuo amico fortè præsumeret fugitivus, possit procul dubiò intercessoris causâ veniam promereri. Ergo si amicus intenditur, cur DEUS offenditur? - Ecclesiæ igitur illa sum revoca, quem ut irreligiosissimum rapuisti. *17. q. 4. cap. Miror.*

Reum ad Ecclesiam confugientem, nemo abstrahere audeat, neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem, ut honor DEI & Sanctorum ejus conservetur, sed obtinere studeant: tamen legitime componat, quod iniquè fecit. *Ibidem. cap. Reum.*

Frater & Coepiscopus noster, Epiphanius, suâ nobis relatione suggessit, Beneventanum & Maurum, Beneventanæ municipes Civitatis, in contumeliam Religionis acerbâ nimis & plechibili contumaciâ profuissent, qui confugientem ad Ecclesiæ septa curialem suam, nè illic quidem tutum, aut de injuria sua securum esse sciverunt; ausi interruptione temerariæ mentis admittere, quod nec potestatis quidem, vel Principibus unquam licuit perpetrare. Ut hominem in Sanctuarii constitutum, (captatâ Sacerdotis absentia) reluctanter, reclamantemque violenter abstraherent. Quos quantum suâ nobis suggestione patefecit, meritò indignos esse factâ Communionem judicavit. Et si reverâ tantî facinoris constat admissum, nostra etiam autoritas in hac parte consentit. - Et idè FF. charissimi, supra dictos, si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus Parochiarum vestrarum Ecclesiis nostræ præceptionis autoritate prohibere, ut non solum hi, qui in injuriâ Sanctorum locorum profuissent probantur, meritò consequantur pro facti sui qualitate vindictam, verum etiam cæteri à tali præsumptione ultionis istius timore revocentur. *Ibidem. cap. Frater. Vide, Ecclesia.*

2. Extrahi non possunt frumenta, &c. de statu Ecclesiæ. Vide, Ecclesiasticus Status. Vide, Status.

Extrema Unctio.

1. Extrema Unctio Sacramentum salutare est. Conc. Constant. sess. ult. in consuet. Martini V. circa medium. Vide, in Bullario.

Illud quoque salutare Sacramentum, quod commendat Jacobus Apostolus, dicens: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros, & orent super eum, ungentes eum in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & suscipiat illum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei; solerti prædicatione populis innoscendum est. Magnum sanè & valdè appetendam mysterium, per quod, si fideliter poscitur, peccata remittuntur, & consequenter corporalis salus restituitur. Sed quia frequenter contingit, ut ægrotus aliquis, aut Sacramenti vim nesciat, aut minus periculosam reputans infirmitatem, salutem suam aggravari distimulet, aut certè morbi violentiâ obliviscatur, debet eum loci Presbyter congruenter admonere, quantum ad hanc spiritualem curam, secundum propriæ possibilitatis vires, vicinos quoque Presbyteros invitare. *Conc. Regiaticum. cap. 8.*

2. Est Sacramentum Novæ Legis.

Sacram Unctionem doceant Pastores nostri, ad infirmorum, & eorum, qui ad vitæ exitum vergunt, præsidium à pio Domino traditum esse, quam ejus iussu primi Apostoli exercuerunt, quæ dum per orationem fidei infirmis adhibetur, per Divinæ virtutis operationem, contra corporis infirmitates & terrores conscientie alleviationem & hilaritatem ritè sumentibus præbet: leviora peccata tollit, & graviorum restantes reliquias

reliquias expurgat, juxta Apostoli testimonium, & receptam consentientis Ecclesiæ doctrinam. *Concil. Moguntinum. 4. cap. 34.*

Sacramenta verò principalia, quæ sunt, & quot propter simpliciores duximus exprimenda, sunt enim, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio, Matrimonium, atque Ordo. *Concil. Tridentinum. 2. cap. 3. Eugenius IV. in litteris Unionis in Concil. Florentino sess. Ultimâ. Vide, in Bullario. Concil. Trid. sess. 7. De Sacramentis Canone 1. & sess. 14. ut infra.*

3. Extremam Unctionem contemnens, peccat mortaliter.

Relatum nobis in Concilio est, impios quosdam homines infirmitatis suæ tempore, Unctionem sacram respuisse, ac contempnisse: Quamobrem statuimus, ut si quis Sacramentum illud nobis ab Apostolo Jacobo tantopere commendatum, contempserit, Ecclesiasticâ careat sepultura. *Concil. Colonien. 3. tit. Consuetudo cap. ultimo. Concil. Trid. sess. 14. de Sacramento Extremæ unctiois Canone 3.*

4. Extrema Unctio à Sacerdote tantum dari potest, vel ab Episcopo. Innoc. I. Epist. 1. cap. 2. & Dist. 95. cap. Illud superfluum. Vide, Episcopus tit. 18. n. 8. Conc. Florent. Eugenij IV. in litteris unionis ubi supra. De verborum significat. cap. Quæsit. Ex Conc. Later. 3. p. 50. cap. 2. infra. n. 8. Concil. Trident. sess. 14. De Sacram. Extremæ Unct. cap. 1. & Canone 4.

5. Extrema Unctio infirmis danda: Sed infirmis, de quorum salute multum timecur.

Et idè secundum Canonicam autoritatem, nè illis janua pietatis clausa videatur orationibus, & consolationibus Ecclesiasticis, sacra cum Unctione DEI animati secundum statuta SS. PP. communionem viatici reficiantur. *Concil. Moguntinum sub Leone IV. cap. 26.*

Secundum B. A. Jacobi documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi, oleo, quod ab Episcopis benedicuntur, à Presbyteris ungi debent. Sic enim ait: Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Non est itaque parvi pendenda hujusmodi medicina, quæ animæ corporisque medetur languoribus. *Conc. Cabilonen. 3. c. 48.*

Restat Extrema Unctio, quæ (quoniam in morte extrema lecta est) adhibetur, ut vel convalescat ægrotus, si Deo ita visum, vel fide, bonaque spe obdormiat in Domino. *Concil. Colonien. 2. p. 7. cap. 49. ut supra. Concil. Trident. uti supra. cap. 3.*

6. Superatâ unâ infirmitate, dari etiam potest in alia infirmitate. Conc. Trid. 16. cap. 3.

7. Danda, dum infirmus est integris sensibus.

Extremæ Unctiois Sacramentum, curet Parochus, ut ægrotus, dum integris est sensibus, adhibeatur. *Concil. Mediolanen. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Extremæ Unct.*

8. Potest ministrari à Sacerdote, præsentem aliò Clericò, vel etiam solò.

Sacerdos unò præsentem Clericò, & etiam solus, potest infirmum unguere. *De verborum significat. cap. Quæsit. Ex Conc. Lat. 3. p. 50. cap. 22.*

9. Continet remedium salutis. Gratiam causat, & peccata remittit.

Sed nè hic noster ungendi infirmos ritus, Christi præceptum, non tamen Sacramentum esse videretur: si quis infirmatur, (inquit Jacobus) in vobis, inducat, &c. uti supra. Quibus liquidò constat, extremam Unctionem non agritudinis tantum corporalis medicamentum esse, sed etiam cæterorum Sacramentorum instar, remissionem peccatorum efficaciter operari. Ac proinde, nec à Jacobo quidem fuisse institutum, sed

Tomus 11.

ab eo tantum, cui peculiare est, ut gratiam & gloriam conferre possit. *Conc. Senonen. De Extrema Unctione. cap. 10. Concil. Londonen. 2. cap. 3. Vide, Unctio. n. 2. Concil. Trid. sess. 14. De Sac. Extrema Unctiois. cap. 1. & 2.*

10. Extrema Unctio fuit instituta Marci 6. & promulgata per Jacobum. Concil. Trid. ut supra. & Canone 1.

11. Non fuit instituta à Jacobo, sed à Christo. Ad Unctiois autem Extremæ Sacramentum Christus manduxit primum videtur, cum Apostoli oleo ungerent multos infirmos, & sanarentur. Neque enim id suo sensu, sed præceptoris institutò fecisse, putandi sunt. *Concil. Senonen. De Extrema Unctione cap. 10.*

12. Eam ministrarunt etiam Apostoli. Concil. Moguntinum 4. cap. 34. supra. num. 2.

13. Extremæ Unctiois materia est oleum olivæ, benedictum per Episcopum. Eugenius IV. in litteris unionis. Conc. Florent. in sess. ultima. Vide, in Bullario. Concilium Trident. sess. 14. De Extrema Unctione. cap. 1.

14. Forma hujus Sacramenti sunt hæc verba: Per istam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum, vel &c. deliquisti. Eugenius IV. Ibidem. Tridentinum. Ubi supra. cap. 1.

15. Effectus Extremæ Unctiois, præter gratiam & remissionem peccatorum, est sanatio mentis, & in quantum expedit, etiam sanatio corporis. Eugenius IV. Ibidem.

16. Extrema Unctio est contra terrores conscientie, dat hilaritatem & alleviationem tormenti. Leviora peccata tollit, & purgat reliquias graviorum. Concilium Moguntinum. 4. cap. 34. supra. Et Trid. sess. 14. De Sacramento Extremæ Unctiois. cap. 1. & 2. Præterea alleviat animam ægroti, excitat in ea fiduciam in DEI misericordiam, laborum morbi sufferentiam, virtutem ad resistendum tentationibus, & interdum causat salutem corporis, si animæ prodest. Tridentinum. Ibidem.

17. Dum Sacramentum Extremæ Unctiois ministratur, omnes qui infirmo adsunt, orent pro eo.

Idem cum ad unguendum infirmum accesserit, diligenter eum consoletur, & hortetur, ut bono animò sit, & à curis ac desideris hujus vitæ, ad cælestis beatitudinis cogitationem erigat, ut abjectò mortis metu, se à DEO in æternam requiem vocari gaudeat. Omnes verò, qui adsunt, moneat, ut preces Christo Domino pro eo faciant. *Concil. Mediolanen. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Extremæ Unctiois.*

18. In Extremæ Unctiois ministerio Ecclesia Romana facit id, quod S. Jacobus præscribit. Concil. Trid. ubi supra. cap. 3.

19. Extrema Unctio dari non potest pœnitenti publico, nisi reconcilietur.

Hoc tamen sciendum, quia si is, qui infirmatur, publicæ pœnitentiæ mancipatus est, non potest hujus mysterii consequi medicinam, nisi prius reconciliatio- ne perceptâ, communionem Corporis & Sanguinis Christi meruerit. Cui enim reliqua Sacramenta interdita sunt, hoc unò nullâ ratione uti conceditur. *Conc. Regiaticum. c. 8.*

Exulare, Exules.

Exulare facientes Episcopos, Canonicos, & cæteros Ecclesiasticos, Laici, quas pœnas in-

V

cur-

currunt. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ. Vide, Clericorum persecutores. Vide, Ecclesiasticorum percussores. Vide, Banniti. in fine.*

F.

Fabrica, Fabricare.

1. Fabrica Ecclesiæ reparanda à beneficiatis. *De Ecclesiis ædificandis. cap. 1. Ex Concil Mogunt. Vide, Beneficia. tit. 4. n. 7.*
2. Fabricæ Ecclesiæ restauratio spectat ad Canonicos, si ita concludit Episcopus cum majori parte Capituli.
Ex parte tua nobis fuit Fr. Archiepiscopo intimatum, quod ad restaurandam Fabricam Rothomagensis E. tractatum communiter habuistis, te postulante, ut quilibet Canonicorum tecum pariter aliquam suorum reddituum portionem operi tam pio & necessario deputaret: Statuimus, ut si quis vestrum tuis, Fr. Archiepiscopo, & majoris, & sanioris partis Capituli statuti super hoc duxerit resistendum, obtineat sententia plurimorum. *De his, quæ sunt à majori parte. Sc. c. fin.*
3. Fabricæ EE. à Rectoribus reparandæ. *De Ecclesiis ædificandis. cap. De his. Vide, Ecclesia. tit. 68. n. 1.*
4. Fabricæ communi Ecclesiæ subveniendum est de redditibus Ecclesiæ in communi. *Concil. Colonien. 2. p. 3. cap. 23. Vide, Ibid.*
5. Fabricæ Ecclesiæ jura committenda sunt pluribus, scilicet Parocho, seu Rectori Ecclesiæ, & aliis Laicis. *Concil. Mogunt. num. 4. cap. 90. Vide, Ecclesia. tit. 37. n. 13.*
6. Fabricæ Ecclesiæ procurator non potest in suum usum convertere redditus fabricæ. *Concil. Mogunt. 4. cap. 90. ubi supra.*
7. Fabricæ cujusvis Ecclesiæ, vel Hospitalis administratores, omni anno tenentur reddere rationem Ordinario, non obstante consuetudine in contrarium. Secus est, si in fundatione aliter sit dispositum. *Concil. Trident. sess. 22. De reformat. cap. 9.*
8. Si verò ex consuetudine, privilegio, &c. aliis reddenda sit ratio, inter eos adsit Episcopus. *Concil. Tridentinum. Ibidem. Vide, Ecclesiæ à quo reparandæ.*

Fabrica S. Petri Romæ.

1. *Julius II.* volens Basilicam S. Petri restaurare, & ad formam amplissimam, ut decebat, & postea per Successores Pontifices effectum est, reducere; ut fideles manus adjutrices ad opus admovent, indulgentias concessit iis, qui elemosynas pro fabrica erogarent: Etiam si in partibus remotis existerent. *Idem Pont. conf. 23. Liqueat.* Multos excessus per ejusmodi elemosynas componendos indulget. Multa Legata, donationes, malè ablata, &c. in fabricam converti concessit, & alia innumera ad hoc spectantia per 24. §§. diffusè enumerantur.
2. Item privilegia concessa commissariis & collectoribus præfatæ fabricæ. *Ibidem. distinctè.*
3. Fabricæ Sancti Petri Collegium 60. virorum

institutum est à *Clem. VII. conf. 3. Admonet.* Nulli subiacet, nisi Papæ. Cura fabricæ ei demandatur. Quid possit, & quid teneatur facere. Quomodo se gerere in recipiendis Legatis, in litigando, & alia ad id spectantia distinctè. *Ibid.*

4. Impedientes collectores elemosynarum fabricæ, excommunicantur, & ad satisfactionem tenentur. *Ibid.*
5. Notarii, & Rectores Ecclesiarum, qui sciunt hæc Legata, tenentur revelare, & pœna. *Ibidem.*
6. Collegium præfatum potest facere compositiones super malè ablatiis, incertis acquisitis per usuram: iis, in quibus Romana Ecclesia potest succedere: iis, quæ debebant restitui incertis Dominis, & omnibus, quæ incertis Ecclesiis, piis locis, &c. sunt promissa; sed non possunt fieri compulsionem, quia deficiunt probationes: Item potest absolvere præfatas personas componentes, ab obligatione reddendi, &c. *Clem. VII. conf. 3. Admonet. & conf. 9. Dudum.*
7. Collegium præfatum obtinet multa privilegia, tam circa electionem Confessarii, quam circa alia. *Ibid.*
8. Eadem omnia dicti Collegii confirmat *Paulus III. constitut. 31. Dum ad universas.*
9. Indulgentias concedit iis, qui adjuvant dictam fabricam cum elemosynis; declarat, quæ bona pertinent ad dictam fabricam, & quomodo, atque à quibus collectores & commissarii exigere possunt elemosynas pro fabrica, & alia diffusè.
10. Collegium dictæ fabricæ potest facere transactionem pro donationibus, factis inter vivos, si executionem non habuerunt: Item & de aliis Legatis, dummodo solvatur quinta pars pro fabrica Sancti Petri. *Julius III. conf. 15. Accepimus.*
11. Potest in aliquibus casibus prætere quinquantam, pro legatis relictis Sanctæ Domini Lauretanæ, ob negligentiam non exactis. *Pius V. conf. 56. Ad Romanæ.*
12. Duæ sententiæ, latæ in favorem fabricæ Sancti Petri, faciunt rem judicatam. *Pius V. conf. 95. Et si omisissis.*
13. Collegium hoc potest compellere hæredes, ut adimpleant Legata, si transactis 15. mensibus à morte testatoris, id non fecerint; & applicat quintam fabricæ Sancti Petri. *Pius V. conf. 96. Decet.*
14. Item potest cogere hæredes, ut solvant legata pro Missis, & Officiis, & aliis, si intra triennium non fecerint; & retinere potest medietatem pro fabrica. *Pius V. conf. 97. Exigit.*
15. Potest cognoscere alienationes bonorum Ecclesiasticorum, eas causas indicare, & fructus malè perceptos fabricæ applicare. *Pius V. conf. 98. Et si de singulis.* Etiam si tales causæ pendeant coram aliis iudicibus, & annullat privilegia in contrarium.
16. Distinctè assignat, quæ sunt causæ & casus,

sus, ad quæ se extendit Collegium fabricæ, & commissarii ejus; & quas compositiones ab iis fieri possunt; & quas obligationes dirimere, & liberare obligatos à partium molestiis. *Ibid.* Et in declarat. sequenti.

17. Fabricæ Sancti Petri causas quædam judicare potest Archipresbyter, & quas. *Sixtus V. conf. 102. Cum ex debito.*
18. *Alexander VII. in conf. Superni, datâ 30. Aug. 1655.* videns, quod fabrica S. Petri ad optimam formam sit redacta, decrevit, ut legata relicta pauperibus in genere, non possint applicari amplius fabricæ Sancti Petri, tanquam incerta, sed danda esse pauperibus.
19. Quod si hæredes, & executores talium legatorum mortui sint, & execui non possint Ordinarii, & fabricæ ministri id exequantur, & pauperibus erogent. Extenditur hæc constitutio ad futura, præsentia & præterita legata, quæ non fuerunt adhuc applicata fabricæ Sancti Petri. *Ibid. Vide, Notarij.*

Fabricantes Romæ.

Vide, *Roma.*

Factum, Facere, Faciens.

1. Factum in libello est exponendum, ut clarè intelligatur. *De iudiciis. cap. Dilecti filij.* Non tamen est necessarium, ut exprimat nomen actoris. *Ibid. Vide, Actor. num. 15.*
2. Factum non vitiatur, nisi diversò modo narretur, dummodo substantia sit eadem.
Nihil obstat narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur, maxime cum quisque Evangelistarum, eò ordine credat se dicere, quod DEUS voluit. *De verborum signific. cap. Nihil obstat.*
3. Factum ab initio invalidum, tempore non validatur.
Confirmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. *De reg. juris. in 6. reg. 18.*
4. Factum legitime retractari non debet, etiam ob casum in contrarium supervenientem. Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari. *Ibidem. Reg. 73.*
5. Facta ob necessitatem, non possunt duci in exemplum.
In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. *Ibidem. Reg. 73.*
6. Facta contra leges, sunt nulla. Habentur pro non factis.
Imperiali constitutione aperte sancitum est, ut ea, quæ contra leges sunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint. *25. q. 2. cap. Imperiali.*
Nec damnosa Filco, nec juri contraria postulari oportet. *Ibidem. cap. Nec damnosa.*
Rescripta contra jus elicta, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari, nisi forte aliquid est, quod non lædat alium, & pro sit petenti, vel crimen supplicanti indulgeat. *Ibidem. cap. Rescripta.*
Mala facta uniuscujusque supplicantis desiderio concessa prævalere, & effectui mancipari, quæ cum juris & legum ratione concordant. Ea verò, quæ subreptione, vel fallis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicanti bus ferre remedium. *Ibidem. cap. Dicenti.*
Quæ contra jus sunt, debent utique pro infectis haberi. *De reg. jur. in 6. reg. 64.*

Tomus II.

7. Factum per principalem proponendum est iudici, nisi principalis sit adeò indiscretus, ut debeat suppleri.

Statuimus præterea, ut principales personæ non per advocatos, sed per se ipsas factum proponant: Nisi forte sint adeò indiscretæ, ut earum defectus de iudicis licentia per alios suppleatur. *De iudiciis. cap. Pastoralis.*

8. Facti error non nocet ulli negotio non facti. *De confessis. cap. fin. Vide, Confessio judicialis. num. 7.*

9. Facta contra decretalium Statutum, sunt ipsò jure nulla.

Quidquid autem contra præmissa, vel eorum aliquod contigerit attentari, sit ipsò jure irritum & inane. *De rescriptis in 6. cap. Statutum s. ult.*

10. Facta singulorum, exigunt personam veram. Facta quidem, quæ singulorum sunt, personam veram exigunt & requirunt. *Extra. Joan. XXII. Quia quorundam.*

11. Facere non dicitur, qui facit, quod non debet.

Qui ex timore facit, præceptum aliter, quam debeat, facit, & ideo jam non facit. *De regulis juris. cap. Qui ex timore.*

12. Faciens per alium, perinde se habet, ac si ipse faceret.

Qui facit per alium, est perinde, ac si faceret per seipsum. *De reg. juris. in 6. reg. 72.*

Factio. Factionarius.

1. Factionem revelans, præmiò remunerandus est. Et quò. *6. qu. 1. c. Si quis cum militibus. Vide, Majestas.*

2. Factionarius, & attentans factionem, puniri debet pœnâ mortis civilis. Et quæ est hæc mors. *Ibidem.*

Fallere. Falli.

1. Fallere, aut falli in iis, quæ non pertinent ad salutem, non est adeò grave peccatum.

In quibus rebus nihil interest ad capeendum DEI regnum, utrum credantur, an non, & utrum vera sint, five putentur, an falsa. In his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum, aut si est, minimum esse atque levissimum. *22. qu. 2. cap. De quibus.*

2. Falli, & fallere in his, quæ pertinent ad salutem, gravius malum est.

In ipsarum consideratione rerum, quæ dicuntur, tantum interest; quia five quis fallatur, five mentiatur, utcumque falli, quam mentiri, minus est malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem; tamen longè tollerabilius est, in his, quæ à Religione sejuncta sunt, mentiri, quam in his, sine quorum fide vel notitia DEUS coli non potest, falli. *Ibid. cap. In ipsarum.*

3. Fallere nullus debet ullò modò.
Nec artificiosò mendaciò, nec simplici verbò oportet decipere quemquam, quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam. *Ibidem. cap. Nec artificiosò.*

Falliti, seu decocti.

Fallitos se fingentes, pœnâ mortis puniendi in statu Ecclesiæ. *Pius V. constitutio. 112. Postquam. Vide, Ripa. Vide, Mercatores.*

Falsum, Falsitas.

1. Falsum crimen opponens Clerico, excommunicatur usque ad mortem. Est infamis. Talionis pœnâ damnatur.

Si quis Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, falsis criminibus appetierit, & probare non poterit, nec in sine dandam ei Communionem censemus. *29. 3. cap.*

V 2

cap. Si quis Episcopum Concil. Carthagin. 3. in addit. cap. 3.

Si quis circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se acturam infamiae sustinere, ut damnò pudoris & existimationis dispendiò discat sibi alienae verecundiae impunè insidiari saltem de cætero non licere. Ibid. cap. Si quis circa.

Qui non probaverit, quod objecit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur. Ibidem. cap. Qui non probaverit.

2. Falsum crimen opponens cuicumque, communione privandus est, usque ad mortem.

De his, qui falsè accusant Fratres suos, placuit, eos usque ad exitum non communicare. Sed falsum testem, iuxta scripturam, impunitum non licere esse. Concilium Arelatense 1. cap. 14.

Eos, qui falsò fratribus capitula objecisse convicti fuerint, placuit, usque ad exitum non communicare, (sicut magna Synodus antè constituit) nisi digna satisfactione poeniterint. Concil. Arelat. 2. cap. 24.

Criminis ergo ejus auctores te volumus persequari, & nisi, qui eandem transmisit Epistolas, paratus fuerit hoc, quod objecit, canonicis atque districtissimis probationibus edocere, nullatenus ad Sanctae ministerium communionis accedat. 5. qu. 6. cap. Epiphanius.

3. Falsò accusans, & non probans, est infamis, & officio privatur. 5. qu. 6. cap. Quia juxta. Vide, Accusator. tit. 3. num. 2. cap. Omnis. Vide, Ibid. num. 1. cap. Qui calumniam. Vide, Ibid. num. 2. Adrianus I. in decretis. cap. 41. Vide, Ib. num. 1.

4. Poenam talionis incurrit. Ibidem 5. qu. 6. cap. Qui calumniam. ubi supra. Vide, Accusans.

5. Falsus sit, non solum, qui negat veritatem, sed etiam, qui occultat.

Falsidicus testis tribus personis est obnoxius, primum DEO, cujus praesentiam contemnit: Deinde Judici, quem mentiendo fallit: Postremò innocenti, quem falsò testimonio lædit. Uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. De crimine falsi. cap. 1.

6. Falsum deponentes in causa fidei, vel inducentes alios, ob quod aliquis fuit condemnatus, mutilatus, aut bonis spoliatus, vel gravi injurià affectus, damnandi sunt pro gravitate negotii, etiam curiae saeculari tradendo. Leo X. const. 29. Intelleximus.

7. Falsum testimonium, est crimen capitale, & idè falsus testis, ut homicida, subeat poenitentiam.

Noverit falsi testes, quòd si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquam DEUS in Evangelio inter principalia crimina enumerasset; Aut enim: De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, & idè debet poenitere similiter, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, fur & homicida. Post Conc. Agabon. cap. 7.

Si quis Clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censetur. Concil. Epannen. cap. 13.

8. Falsi testes sunt excommunicandi.

Itaque censuimus, homicidas & falsos testes à communionem Ecclesiasticam submovendos, nisi poenitentia satisfactione crimina admitta diluerint. Concilium Vernicum cap. 1. & Concilium Agabon. cap. 37.

9. Falsus testis offendit DEUM, Judicem & innocentem. De crimine falsi. cap. 1. supra num. 5. Vide, Testis falsus. Vide, Inducens ad testificandum falsum, sub verbo, Testes.

10. Si commissio sit falsa, sententia ex ea secuta est nulla.

Super eo, quòd sententiam auctoritate litterarum falsarum laram, noluisse executioni mandare, tuam prudentiam commendamus: Mandantes, ut quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem; & quod per ipsas mandatum fuerit, non observes: sed eum, qui praesentaverit, retineri facias diligenter. Ibid. cap. 2. Super eo.

11. Falsitas instrumenti probari potest per testes.

Porò cum dubitatio fuisset exorta, utrius deberet probatio prevalere, pro tua fuit parte propositum: quia et si eandem vim obtineant instrumentorum, fides & depositiones testium in libris exercendis, non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium, vel plurium idoneorum testimonio depositionibus praeratur. De fide instrumentorum. cap. Cum Joannes.

12. Quomodo recognoscendum privilegium, si arguatur de falso.

Cum privilegia non inspecta, non valeant argui falsitatis, & difficile sit & periculosum, ea apud S. Apostolicam exhiberi: praecipimus, ut vel exhibeantur eidem Archiepiscopo in claustrò praedictorum fratrum, vel in alio loco congruo & securo. Et infra. Jubemus etiam, ut Archiepiscopus in inspectione privilegiorum, duodecim hominum numero faciat esse contentum. Ibid. cap. Accepimus.

13. Falsitas de litteris Apostolicis praesumi non potest, si sunt de simplici justitia.

Si litterae Apostolicae, in quibus falsitas fuerit deprehensa, de simplici justitia formam habeant, (cum praesumi non debeat, quòd pro talibus litteris, quae possunt facile obtineri, fraudem quis commiserit falsitatis) nec litteris usus, postquam eas falsas esse cognovit, tu ei officium beneficiumque restituas, ipsum super hoc ulterius non molestes. De crimine falsi. cap. Accedens.

14. Falsum non censetur rescriptum, per parvarum litterarum rasuram, in loco non suspecto. Ib. cap. finali. Vide, Litterae, tit. 2. num. 2 3.

15. Falsitas lacinitatis reddit suspectum rescriptum Papae. De rescriptis. cap. Ad audentiam. Vide, Apostolica Sedes. num. 3.

16. Falsum imponens. Vide, Crimen.

17. Falsas litteras Sedis Apostolicae habens, intrà viginti dies denunciare debet, sub poena excommunicationis.

Adjicientes, statuimus, ut generalem excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas Parochias faciat frequentius innovari; quòd si quis falsas litteras se habere cognoscit, infra viginti dies litteras illas aut destruat, aut resignet, si poenam excommunicationis voluerit evadere, quam (nisi forsan in mortis articulo) sine speciali mandato nostro à quoquam nolumus relaxari, nec etiam si praesumpta fuerit contra, absolutio quidquam habeat firmitatis. De crimine falsi. cap. Dura sapere. §. Adjicientes.

18. Novem modis contingere potest falsitas in litteris Papalibus.

Ut autem varietates falsitatis circa nostras litteras deprehendere valeatis, eas vobis praesentibus litteris duximus exprimendas. Prima species falsitatis haec est, ut falsa Bulla, falsis litteris apponatur. Secunda, ut filum de vera Bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immittitur, falsis litteris inferatur. Tertia, ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur, incisum, cum vera Bulla falsis litteris immittatur, sub eadem plicatura cum filo similis canabis restauratum. Quartò, cum à superiori parte Bullae, altera pars filii sub plumbo rescinditur, & per idem filum litteris falsis inserta, reducitur infra plumbum. Quinta, cum litteris Bullatis, & red-

& redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur. Sexta, cum scissura litterarum, quibus fuerat apposta vera Bulla cum aqua, vel vino universaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum calce, & aliis juxta consuetum artificium dealbata, de novo rescribitur. Septima, cum charta, cui fuerat apposta vera Bulla, totaliter aboleretur abrase, alia subtilissima charta ejusdem quantitatè, scripta cum tenacissimo glutine conjungitur. Eos etiam à crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram, scienter litteras, non de nostra, vel Bullatoris nostri manu recipiant. Illos quoque, qui accedentes ad Bullam, falsas litteras cautè projiciunt. Unde vera Bulla cum aliis sigillantur. Sed haec duae species falsitatis, non possunt facile comprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturae, vel qualitate chartae, falsitas cognoscatur. In cæteris autem diligens indagator, falsitatem poterit intueri, vel in adjunctione filorum, vel in collatione Bullae, vel in notione, vel obfusione, praesertim si Bulla non sit aequalis, sed alibi magis tumida, & alibi magis depressa. Ibidem. cap. Licet ad Regimen.

19. Falsariorum poenae graves.

Nos enim omnes falsarios litterarum nostrarum, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus, & defensoribus suis, anathematis vinculo decernimus innodatos: stantes, ut Clerici, qui falsari fuerint deprehensi, omnibus officiis & beneficiis Ecclesiasticis, perpetuò sint privati: Ita quòd, qui per se falsitatis vitium exercentur, postquam per Ecclesiasticum Judicem fuerint degradati, saeculari potestati tradantur, secundum constitutiones legitimas puniendi, per quam & Laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitime puniantur. Qui verò sub nomine nostro, litteris falsis utuntur, si Clerici fuerint, officiis & beneficiis Ecclesiasticis spoliuntur: si Laici, tamdiu maneant excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter; ita tamen, ut in istis, & in illis malitia gravius quam negligentia puniatur, quòd & de his, qui falsas litteras imperant, statuimus observandum. Ib. cap. Ad falsarios. De verborum significat. cap. Novimus. §. Pro illo. Vide, infra sub verb. Falsificans. n. 2.

20. Falsas Papae litteras habere detectus, carceretur, & Papa consulatur, quid de illo agendum sit.

Si verò, quod non decet, quilibet, five sit Presbyter, five Diaconus, aliquam perturbacionem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur, falsam ab Apostolico detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde non convenerit, salvà fide, & integrà circa Apostolicum humilitate, penes Episcopum sit potestas; utrum eum in carcerem, aut in aliam detradat custodiam, usquequò per Epistolam, aut per idoneos suae partis legatos, Apostolicam interpellat sublimitatem, ut potissimum suà sanctà legatione dignetur decernere, quid de talibus justò ordine lex Romana statuat diffinire, ut & is corrigatur, & ceteris modis imponatur. Conc. Triburien. 1. cap. 30. Vide, Clerici commutantes, & c. falsum imponens. Vide, Blasphemi.

21. Falsa doctrina. Vide, Carcer. Vide, Doctrina.

Falsificans, Falsarius.

1. Falsificans sigillum Principis, si est Clericus, deponatur. De crimine falsi. cap. Ad audentiam. Vide, Clericus. tit. 34. num. 1.

2. Falsificantes litteras Apostolicas, graviter puniendi. Excommunicantur in Bulla Coenae. In perpetuum carcerem damnandi, in pane & aqua.

Nam inter alia, quae idem Andreas pessimè cogitavit, & fecit, eam quoque, quam ad nos misistis, dum apud irsum à praefato latore esse deposita, ita falsavit epistolam, ut quicumque eam legeret, vos nec Catholica, nec recta sapere eviderent argueret. - - - Et quia inter diversa mala, aliquos etiam sermones scripsit, quos eos ex nostro nomine titulavit, & suspecti

sumus, ne eos alicui transmiserit: Fr. V. sollicitudinem gerat, & si quid tale repererit, eos & excindit, omninò faciat aboleri, ut quod imperitus litterarum, & scripturae Divinae nescius, nostrò, sicut diximus, nomine praenotavit, quotundam animos non possit inficere. Nam nos nec Graecum novimus, nec aliquod Opus aliquando Graecè conscripsimus. Gregorius I. lib. 9. Ex reg. Epist. 69.

Pro illo verò falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem ad agendam poenitentiam ipsum includas, pane doloris, & aqua angustiae sustentandum, ut commissa desinat, & stenda ulterius non committat. De verborum significat. Novimus. §. Pro illo.

De Sacerdote, qui litteras nostras falsavit, quas tibi misimus, discretionem vestrae, &c. ut si inveniri poterit, omni officio Sacerdotis & beneficio Ecclesiastico perpetuò privatum, in aliquod monasterium districtae Religionis detrudas, ut ibi tanti facinoris poenas luens, sceleriter desinat commisisse, & alii per hoc à similibus valeant detereri. Quòd si aliquos de consimilibus comprehendere poteris, ipsos arctissime custodias, sublatò appellationis remedio, retrudas, donec inde Apostolicum susceperis mandatum. Conc. Lateran. 3. tit. De depositione. cap. 3.

3. Falsarii casus Episcopo reservatur. Extra. De privilegijs. cap. Inter curias. Vide, Confessor. tit. 9. num. 3.

4. Falsificatio manus facta à Regulari. Vide, Regul. Casus reservati.

Fama.

1. Fama ut prober, non debet esse paucorum. De accusatione. cap. Inquisitionis. §. Quaevis. Vide, Poena. n. 27.

2. Fama sola non sufficit ad condemnandum. De cohabit. Cleric. & mulier. cap. Tu nos. Vide, Clerici. tit. 2. n. 7.

3. Fama existente contra Clericum fornicarium hic debet se purgare; quòd si nolit se purgare, vel deficiat, puniendus est. Ibidem.

Fames.

Famis, vel alterius necessitatis tempore, omnes tenentur subvenire patienti.

Ut unusquisque tempore famis, aut cujuslibet necessitatis, ad se pertinentes pro viribus suis gubernare studeat, quia scriptum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Er iterum: Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis. Concil. Arelaten. 4. cap. 14.

Familiares Papae.

1. Familiares Papae non residentes, possunt percipere fructus beneficii. De Clericis non residentibus. cap. Cum dilectus. Vide, Beneficium. tit. 42. num. 12. Vide, Papa.

2. Familiaribus Papae fuit olim concessum, gestare vestes rubri coloris. Concilium Lateranense 5. sess. 9. Bulla De reformatione Curiae. capit. 2. Leo X. constitutione 7. Supernae. §. 25.

3. Familiares Papae sunt exempti à solutione pretii, pro expeditione litterarum, pro suis beneficiis, &c. Sixtus IV. constitut. 16. Divina.

4. Non subdantur jurisdictioni Ordinariorum. Leo X. const. 10. Regimini.

5. Familiares Papae, si malè sentiunt de fide, praesertim Romae, quomodo puniendi. Leo X. const. 7. Supernae. §. 42.

6. Familiares Papæ, inferioris familiæ, etiam si habeant pensiones, non tenentur gestare vestem Clericalem. *Sixtus V. const. 92. Cum Sacro-Sancta. §. 3.*

7. Reliqui verò familiares Papæ, tenentur. *Ibid.*

8. Familiares Papæ exempti sunt à gabellis & cæteris oneribus Cameralibus, & non includuntur in revocatione facta ab *Innocentio X. Idem Innocentius X. constitutio 7. Et si ea.*

Vide, *Ordinarius. Vide, Papæ familiares. & c.*

Familiares Cardinalium.

1. Familiares Cardinalium exempti sunt ab Ordinariis, esto à Cardinalibus distent ad recreationem. *Leo X. constit. 10. Regimini.*

2. Qui actu Cardinalibus non inserviunt, non sunt exempti. *Ibid.*

3. Familiares Cardinalium, & famuli, moriente Cardinali non possunt ab hærede exigere aliquid, quod sibi ex pacto non debetur. *Pius V. const. 15. Sanctissimus. Vide, Cardinalium familiares Cappellani, & c.*

4. Familiares Cardinalium circa beneficia. Vide, *Cardinales circa beneficia.*

Famuli.

1. Famulus tenetur diligere Dominum, licet sit malus & improbus. *Lib. 4. const. Apostol. cap. 11. Vide, Dominus, num. 1.*

2. Famuli percussiones se ex furore, ipsimet sunt puniendi, non Domini.

Si quis famulorum cujuslibet conditionis, aut generis, quasi ad exacerbendam Domini discretionem, se, diabolicò repletus furore, percussit, impletantim sanguinis sui reus erit, neque ad Dominum sceleris alieni invidia pertinebit. *Concil. Arelat. 2. c. 34.*

3. Famuli in diebus festis vacare debent à labore.

Ego Petrus & ego Paulus constitimus, ut servi quinque diebus opus faciant, Sabbatò autem & Dominicò die vacent in Ecclesia propter doctrinam Religionis: Diximus enim, habere quidem Sabbatum rationem creationis mundi, Dominicum verò resurrectionis. Totà magnà hebdomadà, & proximà sequenti, vacent servi, quia illa passionis est, hæc Resurrectionis: & opus est docere, quis ille sit, qui mortuus est, & qui resurrexit: Quis item ille sit, qui mori permisit, & suscitavit eum à mortuis. Die assumptionis vacent, quòd tunc fuerit impositus finis ætæternæ Christi. In Pentecoste vacent propter adventum Spiritus Sancti, qui datus est iis, qui in Christum crediderunt. In die Festo Natalis vacent, quòd eò die præter omnem expectationem tributa sit hominibus tanta latitudo, & DEUS Verbum, DEI Filius ex MARIA Virgine, ad salutem mundi natus fuerit. In die autem Festo Epiphaniæ vacent, quòd eò die declarata sit Divinitas CHRISTI, testimoniò Patris in Baptismo, & Spiritus Sancti, qui in specie columbæ ostendit astantibus eum, cui tributum erat testimonium. In diebus Apostolorum vacent, Magistri enim vestri fuerunt ad docendum vos de Christo, vobisque Spiritum Sanctum dederunt. In die Stephani Protomartyris vacent, ac reliquis diebus Sanctorum Martyrum, qui CHRISTUM vitæ suæ anteposuerunt. *Lib. 2. const. Apost. cap. 33.*

4. Famuli Ecclesiæ, si probatæ sunt vitæ, possunt ordinari.

Unde necesse est, ut quisquis ex Juris Ecclesiastici servitute vel secularis militiæ ad DEI servitium converti desiderat, probetur prius, in Laico habitu constitutus, & si mores illius atque conversatio bono desiderio illius testimonium fuerint, absque ulla retracta-

tionem servare in Monasterio Omnipotentis DEO permittatur, ut à servitio humano liber recedat, qui Divinò amore districtiorem subire appetit servitutem. Si autem in Monastico habitu secundum PP. regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post præfixa sacris Canonibus tempora, licenter jam ad quodlibet Ecclesiasticum officium provehatur; si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte mulctantur. *Dist. 54. cap. Multos.*

5. Famuli Ecclesiarum, vel Clericorum, à domino sæculari non possunt applicari officiis publicis. *Concilium Tolet. 3. cap. 21. 12. qu. 1. cap. Ecclesiarum servos. Vide, Clerici tit. 35. num. 11. Vide, Servi.*

Fatum.

Fatò dicens homines adstringi, est hæreticus.

Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit adstringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Concil. Bracharen. 1. cap. 9. Vide, Homo.*

Favores.

Favores sunt ampliandi, odia autem restringenda.

Odia restringi, & favores convenit ampliari. *De regulis juris. in 6. reg. 15.*

Fautores.

1. Fautores bannitorum, latronum, rebellium, &c. in Statu Ecclesiæ quomodo puniendi. *Pius V. const. 10. Ex supernæ in declaratione. Vide, Banniti. Vide, Barones.*

2. Fautores hæreticorum, eorumque pœnæ. Vide, *Hæretici, & c.*

Fœdus.

Vide, *Pañum. Vide, Tregua.*

B. Felix.

1. B. Felix de Cantalicio beatus declaratur. Et primà vice Capuccinis conceditur, ut Officium de illo in determinatis conventibus possint celebrare. *Urbanus VIII. constit. 48. In specula, & in addit. cap. Nuper.*

2. Deinde eisdem conceditur, ut in toto Ordine dici possit Officium & Missa de eo. Item & Sacerdotes, qui in festo B. Felicis conflant ad Ecclesias Capuccinorum, possint Missam de eo celebrare. *Urbanus VIII. const. 36. Alias.*

Fæmina.

1. Fæminæ in cæmeteriis non pervigilent.

Placuit prohiberi, ne fæminæ in cæmeterio pervigilent, eò, quòd sæpè sub obtentu rationis scelera latenter committant. *Concilium Eliberitanum cap. 35.*

2. Fæminæ ornatis vestibus ad pompam non induantur.

Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent, & si fecerint, triennii tempore abstineant. *Ibid. cap. 57.*

3. Fæmina non potest inservire Missæ.

Nulla fæmina ad Altare Domini accedat, & Calicem Domini contingat. *Leo IV. Homilia. De cura Pastoralis. Gelasius epistol. 9. Vide, Altare. tit. 3. num. 2.*

4. Fæminæ testimonium est semper variabile.

Testes antiquitatis superstites dicebantur, eò, quòd super causæ statu proferebantur, nunc parte ablata nominis, testes vocantur. Testes autem considerantur conditione, naturâ & vitâ. Conditione, si liber, non servus; nam sæpè servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Naturâ, si vir, non fæmina; Nam varium & mutabile testimonium semper fæmina producit: Vitâ, si innocens & integer actus; nam si vitæ bona

bona defuerit, fide carebit; non enim potest iustitia cum scelerato homine habere commercium. *De verborum significac. cap. Fornus.*

5. Fæminæ simul cum viris non sunt congregandæ in Ecclesiis.

Quomodo talis, vel susceptus ab aliquo, vel patienter auditus est? Qui insuper leges dedit, libenter exceptus, ut servi DEI cum puellis sacris congregatione decoratissimâ miscerentur? Nam cum Spirituales animi, etiam cum desint ista confortia, imaginariis infestentur illecebris, quemadmodum alterni sexus intuitu, qui illicitè volentes non vehementius incitentur? *Gelasius ep. 7.*

6. Fæmina non potest à iudice trahi ad comparandum personaliter, ut testificetur. Vide, *Judex à quo debet abstinere.*

7. Fæminæ DEO sacratæ, non possunt habitare cum Clericis, vel aliis. Et pœnæ se illis committunt.

Sed quid miramur, EE. Præsules ista negligere, quos, sicut à multis audivimus, contra Canones omnia gerere, & contra Apostolicam disciplinam passim cuncta miscere, manifestum est, non servatis regulis ordinare, licet quæ non solum Monachos, sed etiam ministros Ecclesiæ cum fæminis ad peregrina migrantes, remeare rursus, & ab aliis Episcopis in malitiam proveli Clericalem? - Discreta suis habitationibus virorum, atque fæminarum, sicut sanctum propositum decet, exerceatur circumspècta devotio. *Gelasius ep. 7.*

Virginibus autem sacris temerè se quosdam sociare cognovimus, & post dicatum DEO propositum, incesta fœdera, sacrilegæque miscere. Quos protinus æquum est, à sacra Communione detruendi, & nisi per publicam probatamque poenitentiam omninò non recipi; sed tamen his Viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen poeniterint, non negetur. *Idem. ep. 9.*

8. Fæminæ DEO sacratæ sunt DEI templum, & qui eas violat, est sacrilegus.

Sciendum est omnibus, quòd DEO sacrarum fæminarum corpora per votum propria sponsonis & verba Sacerdotis DEO consecrata templa esse, scripturarum testimoniis comprobantur, & ideò violatores earum sacrilegi, ac juxta Apostolum filii perditionis esse noscuntur. *Conc. Arelat. 3. cap. 7. & 27. qu. 1. cap. Sciendum. Vide, Moniales.*

9. Fæmina convicta de maleficio, vel incantatione, ab Ecclesia ejiciatur.

Perquirendum est, si aliqua fæmina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum immutare se posse dicat, id est, ut de odio in amorem, vel de amore in odium convertat, ut bona hominum aut damnet, aut subtripiat. Et si est, quæ se dicat cum dæmonum turba, in similitudinem mulierum transformata, certis noctibus equitare super quadam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse, hæc talis omnimodis scopsis correctæ ex Parochia ejiciatur. *Post Concilium Agathen. c. 4.*

10. Fæmina occidens ancillam, sive casu, sive voluntate, quantò tempore debet poenitere, & excommunicata manere.

Si qua fæmina zeli furore accensa, flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut infra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eò quòd incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos, si casu, post quinque annorum tempora (actâ legitimâ poenitentia) ad Communionem placuit admitti. Quòd si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat Communionem. *Distinctione 50. cap. Si qua fæmina. ex Conc. Eliberit. cap. 5. & Conc. Formati. c. 39.*

11. Fæminæ habitare non possunt cum Sacerdotibus. Neque cum Clericis possunt habitare.

Neque enim hoc silere debeo, quòd cum gravi animi tristitia dico, Sacerdotes cum fæminis habitare conspicio: Quòd nefarium est dicere, vel audire, & contra SS. Canonum sancita. Ubi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hostis (simuli non desunt. Idedòque admonendi sunt, ut non antiqui hostis decipiantur fraude, quatenus juxta Apostoli vocem non vituperetur ministerium nostrum. Cavere enim nos oportet fratres ab illicitis, ut mundas valeamus ad Dominum levare manus. Scriptum est enim: (Sancti estote, quoniam Sanctus ego sum Dominus DEUS vester.) Si quis verò præsumpserit aliter agere, Sacerdotii sui honore privetur. *Dist. 81. c. Oportet.*

Voluntus, ut Sacerdotes prohiberi debeant, nè cum mulieribus conversentur: Exceptâ dumtaxat matre, sorore, vel uxore, quæ castè regenda est. *Id. c. Volumus.*

Legitur, quòd Beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela magna nobis esse debet instructio. *Ibidem. c. Legitur. c. In omnibus. c. Cum omnibus. cap. Non oportet. Vide, Clerici tit. 13. num. 3. cap. Cum omnibus. Vide, ibid. tit. 12. num. 1.*

Archidiaconum tuum, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuisti, & nunc usque in ea prohibitionem despiceris, qui nisi jussioni tuæ paruerit, eum sacro Ordine volumus esse privatum. *Ibid. c. Archidiaconum.*

Fæminas non alias esse patimur in domibus Clericorum, nisi eas tantum, quas propter necessitudinum causas habitare cum iisdem, Synodus Nicæna permisit. *Ibid. cap. Fæminas. Vide, Clerici tit. 12. num. 2. & cap. Clerici. Vide, Ib. tit. 13. n. 4. Vide, Clerici circa cohabitationem, & c.*

12. Fæminam accipiens, vel tenens Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, priventur officio.

Si quisquam Sacerdotum, id est Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, de quacunque fæmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inveniatu fabulari cum ea, vel aliquò modò conversari, excommunicetur; Fæmina verò Canonice judicetur. *Dist. 81. cap. Si quisquam. & cap. Si quis amodo. Vide, Diaconus tit. 10. n. 2.*

13. Fæminæ non possunt accipere litteras pacificas.

Nè fæminæ suò potius, quàm maritorum nominibus, Laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel litteras alicujus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant. *Conc. Eliberit. c. 81.*

14. Fæminæ dum nubunt, velantur ob subjectionem ad virum, & alia.

Fæminæ, dum maritantur, ideò velantur, ut noverint se semper mariti suis subditas esse & humiles. Item, quòd nubentes post benedictionem, virâ invicem, quali unò vinculo copulantur, videlicet ideò sit, nè compagem conjugalis unitatis dirumpant. *30. q. 3. c. Fæmina.*

15. Fæmina velo sacratæ, si fornicantur, gravi pœnâ sub eodem velamine puniendæ.

Fæminæ scilicet, quæ sacro velamine sunt consecratæ, si fuerint (quòd nolumus) fornicatæ, velamen deponere non præsumant, sed poenitentia jugo submitta, summo perè decetate festinent, ut ad indulgentiæ & remissionis valeant gratiam pervenire. *Concilium Woymatense 1. cap. 20. Vide, Adonysales. Vide, Mulier.*

Fæmoralia.

Fæmoralibus olim non poterant uti fæminæ, sed solum viri.

Quòd de fæmoralibus sciscitamina, supervacuum esse putamus, nos enim non exteriorem cultum vestium vestrarum, sed interioris hominis mores in vobis mutari desideramus. --- Nè quid desiderio vestro sub-

subtrahere videamur, dicimus, quoniam in libris nostris iusta sunt femoralia fieri, non ut his feminae uterentur, sed viri; Nunc autem, ut quemadmodum a veteri ad novum transiit hōmīnem, ita de priori consuetudine ad morem nostrum per omnia transcat, facite. Sin autem, quod placet, agite. Nam sive vos, sive feminae vestrae, sive deponatis, sive induatis femoralia, nec saluti officit, nec ad virtutum vestrarum proficit incrementum, &c. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 59.*

Fera.

Ferarum agitationes prohibentur. Vide, *Bestia. Vide, Agitatores.*

Feria.

1. **Feria quinta in Coena Domini cum jejunio celebranda sub poena excommunicationis.**

Si quis quinta feria Paschali, quae vocatur Coena Domini, hora legitima post nonam jejunus in Ecclesia Missas non tenet, sed secundum sectam Priscilliani festivitatem ipsius diei ab hora tertia per Missas defunctorum soluto jejunio colit, anathema sit. *Conc. Brachur. 7. c. 16.*

Non liceat quinta feria novissima septimanae jejunium solvere, & omnem exhonore Quadragesimam, sed sincere abstinentes, totam Quadragesimam peragere. *Concilium Lucense 2. cap. 50. & De consecratione distinctione cap. Non licet.*

2. **Ferarum dies ex tempore Apostolorum instituta sunt. Concil. Colonienfe 2. part. 9. c. 9. Vide, Dies Dominica num. ultimo.**

3. **In feriis cessant lites & ludi. Vitandae sunt Cauponae, cantilenae turpes, prava colloquia, & DEO soli est serviendum.**

Quamobrem cupimus, his diebus prohiberi nundinas, claudi cauponas, vitari commestiones, ebrietates, sumptus, lites, lusus improbos, choreas plenas insanis, colloquia prava, cantilenas turpes, breviter omnem luxum. Nam hisce & (quae haec ferè semper consequuntur) blasphemias, ac perjurias nomen Domini profanatur, ac Sabbatum (quod nos admonet, ut quietamur perversè agere, & benefacere discamus) contaminatur. *Ib. c. 10.*

Ferraria.

1. **Ferrariae Ducatus declaratur devolutus ad Ecclesiam Romanam, ex morte Alphonsi Ducis, anno 1598. Clem. VIII. const. 22. Sanctissimus.**

2. **Possessio ejus capta fuit, sine sanguinis effusione, & sic unitus Ecclesiae. Clem. VIII. const. 52. in additione.**

3. **Ferrariae instituitur Rota ad decidendas causas, & forma tenenda ibi pro judiciis. Clemens VIII. const. 59. In suprem. per 40. §§.**

4. **Ferrariae instituitur studium generale dicatum multis privilegiis. Facultas Doctorum illius studii, & Franchitiae scholarium. Clem. VIII. const. 94. Sancta Romana.**

Festa, Festivitates.

1. **Festi dies celebrandi in Ecclesia.**

Dies festos agite fratres, ac primum quidem diem Natalis, qui 25. die mensis noni celebratur. Post hunc dies Epiphaniae in maximo honore sit, in quo Dominus Divinitatem suam nobis patefecit, his vero dies sit sextus mensis decimi. Post quos dies servandum vobis est jejunium Quadragesimae, quod vitæ Christi & legis latae recordationem continet. Celebratur verò jejunium hoc ante jejunium Paschae, incipiens quidem a secunda feria, desinens verò in sextam. Deinde

dimisso jejunio incipit Sanctam hebdomadam Paschae, jejunateque omnes, cum timore & tremore facientes per eos dies precationem pro pereuntibus. *Lib. 5. const. Apostol. cap. 12.*

2. **Festa cum gentilibus aut Judaeis celebrantes excommunicantur. Idem de feriandis in Sabbatho, vel Dominico die more Judaeorum.**

Si quis Christianus oleum deferat in templum gentilium, vel in Synagoga Judaeorum in eorum festis, vel lucernam accendat, segregetur. *Conc. quod dicitur Apostolorum. cap. 70. Conc. Laodic. c. 29. Vide, Christiani. tit. 1. num. 1.*

Quod non oporteat sacris Officiis deditos, aut Clericos, aut continentes, vel omnem Laicum Christianum, lavata cum mulieribus celebrare; quia haec apud gentes reprehensio prima. *Ibidem. cap. 30.*

3. **Festa Sanctorum celebrari non debent ritu Paganò cum saltibus, convivijs, jocis, &c.**

Illud etiam petendum, ut quae contra praecepta Divina convivia multis in locis exercentur, quae ab errore gentili attracta sunt, (ita ut nunc à paganis Christiani ad haec celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum Imperatorum persecutio altera fieri occultè videatur) vetari talia jubeant, & de Civitatibus & de possessionibus imposita poena prohiberi: maxime cum etiam in Natalibus beatissimorum Martyrum, per nonnullas Civitates & in ipsis locis sacris, talia committere non reformident. Quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exercent, ut matronalis honor & innumerabilium feminarum pudor, devotè venientium ad sacratissimum diem, injuriis lascivientibus appetatur, ut etiam ipsius sanctae Religionis penè fugiatur accessus. *Concil. Africanum. cap. 27.*

Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo, quam vulgus per Sanctorum solemnitates agere consuevit. Populi, qui debent Officia Divina attendere, saltationibus & turpibus invigilant cancticis, non solum sibi nocentes, sed & Religiosorum Officiis. Hoc etenim ut ab omni Hispania depellatur, Sacerdotum & Judicum à Concilio sancto curae committitur. *Concil. Toletanum. 3. cap. 23. De consecratione. Dist. 3. cap. Irreligiosa.*

4. **Festa sanctificare est, in illa die non laborare, sed hymnis & canticis vacare. Concil. Colonienfe 2. part. 9. cap. 9. Vide, sub verbo Feria. num. 2.**

5. **Festis diebus ire non licet ad spectacula, theatra, &c.**

Et quò DEI gloria in observatione Divini cultus magis illustretur, & fidelium devotio minus impediatur, diebus Dominicis & Festivitatibus celebratoribus mercimonia, tripudia, saltationes, quas damnat *Concil. Toletanum*, & prophana spectacula decernimus non permittenda, simul etiam ludicra quaedam à pietate aliena, & theatris, quam templis aptiora, censemus in Ecclesiis non admittenda. *Concil. Moguntinum. 4. cap. 61. Concil. Africanum. cap. 28. Vide, Dies Dominica. num. 9.*

6. **Festa Martyrum olim in Quadragesima non poterant celebrari, nisi in Sabbatho, vel Dominica.**

Quòd non oporteat in Quadragesima Martyrum Natalitia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus Sabbathorum & Dominicarum fieri conveniat. *Concil. Laodic. cap. 51.*

Non liceat in Quadragesima Natalitia Martyrum celebrare, sed tantum Sabbatho & Dominica pro commemoratione eorum oblationem offerre. Sed nec Natalitia, nec nuptias liceat in Quadragesima celebrare. *Concil. Lucense. cap. 48. Concil. Bracarense. cap. 28. & 33. q. 4. cap. Non licet.*

7. **Festa observanda sunt, & quae. De reliquijs**

& venerat. in 6. cap. un. Vide, ut infra num. 32. Pius V. constit. 5. Cum primum.

8. **Festivitates in Ecclesia celebrandae sunt, sed dies Dominica plus omnibus. Concil. Forojulienfe cap. 13. Vide, Dies Dominica num. 2.**

9. **Observanda festa juxta Statutum Ecclesiae.**

In quorum Apostolorum, vel Martyrum, seu Confessorum, atque Virginum diebus festis à labore terreno recedere debeatis, inquiritis. In solemnitatibus utique B. MARIE Virginis, & SS. duodecim Apostolorum, ac Evangelistarum, atque praecursoris Domini Joannis, & Sancti Stephani primi Martyris, nec non in eorum Sanctorum Natalitijs, quorum apud vos Deo favente memoria celebris, & dies festivi habebitur. Sanè sciendum est, quoniam idcirco in diebus festis ab opere mundano cessandum est, ut liberius ad Ecclesiam ire, Psalmis & hymnis & canticis spiritualibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memorijs Sanctorum communicare, admirationem eorum assurgere, elogijs divinis intendere, Eleemosynas indigentibus ministrare valeat Christianus. Quae omnia si quis negligens, orationi tantum vacare voluerit, & ad ceteras mundi vanitates licitos labores converterit, melius illi fuerat, ipso die, B. Apostoli Pauli praecipis obaudiens, laborare manibus suis, ut haberet, unde tribueret necessitatem patientibus. *Nicolaus I. Ad consulta Bulgarorum. cap. 11.*

10. **In festorum observantia Romana Ecclesia est obediendum. Concil. Tridentinum. sess. 25. De reformat. in fine. De delectu ciborum.**

11. **In festis non possunt fieri placita populorum, seu consilia. Concilium Triburiense 1. cap. 35. Concilium Epsfordiense. cap. 2. Idem, ac caput. Placita secularium. Vide, Dies Dominica. n. 2.**

12. **In festis non faciendae judicia.**

Quòd interrogatis, utrum liceat in festivitatibus Sanctorum Judicium peragi, & eorum eadem die debeat homo, si dignus fuerit, ad mortem judicari? Sciendum, quoniam in his festivitatibus, in quibus superius ab omni opere mundano cessandum esse monstravimus, multò magis à secularibus negotijs & adhuc à mortibus abstinentium fore, decernimus; Quoniam, quamvis utrumque fortasse sine culpa valeat exerceri, quando tamen his, quae Dei sunt, actibus homo debet herere: quæ mundi sunt, à se convenit penitus refecere; praecipue cum eò die ad militiam divinam accedens homo implicari non debeat negotijs secularibus, & ob reverentiam tantæ solemnitatis non oporteat in medium deferri, nisi unde omnibus gaudium, pax & spiritalis lætitia generetur. *Nicolaus ad Consulta Bulgarorum. cap. 12. 15. q. 4. cap. Nullus Episcoporum. Vide, Dies Dominica. num. 3.*

13. **Neque alii tractatus causarum, & nullus est processus, aut sententia.**

Nullus Episcopus, vel infra positus, Die Dominico causas judicare praesumat. *15. q. 4. cap. Nullus Episcopus. cap. Placita secularia. Vide, Dies Dominica. n. 2.*

Quamvis non prorogati, sed expedire deceat quaestiones, debet tamen judicialis strepitus diebus quietescere feriatis, qui ob reverentiam DEI noscuntur esse statuti, scilicet: Natalis Domini, Sancti Stephani, Joannis Evangelista, Innocentium, Sancti Sylvestri, Circumcisionis, Epiphaniae, septem diebus Dominicae Passionis, Resurrectionis cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duobus, qui sequuntur, Nativitatis Joannis Baptistae, Festivitatum omnium Virginis gloriosae, duodecim Apostolorum, & praecipue Petri & Pauli, Beati Laurentii, Dedicationis B. Michaelis, Solemnitatis omnium Sanctorum, ac diebus Dominicis, ceterisque Solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis Dioecibus cum Clero & populo

duxerint solemniter venerandas, quibus utique solemnibus feriis (nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat) usque adeò convenit, ab hujusmodi abstinere, ut contententibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, de sententia, quam contringit, diebus hujusmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia vindictarum, vel mellium, ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate. *De feriis. cap. finali.*

14. **In festo si adsit necessitas, bellari potest. Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 34. Vide, Bellum. n. 12.**

15. **In festis fieri non possunt mercato. Domini verò, qui permittunt, pravià monitione excommunicantur.**

Seridè prohibemus, nè imposterum in locis nostrae provinciae subjectis, diebus Dominicis, aut praecipuis Ecclesiae Festivitatibus mercato (nisi forte earum rerum, quae ad usum quotidiani victus necessariae sunt) exerceantur, aut nè subditi nostri ulli operi servili, quod sine evidenti detrimento dilationem sustinere potest, manum admoveant, sed dies Dominicis & festivos spiritualibus lucris conquirendis, & salutis animarum procurandae, adeoque pietatis & Divini cultus exercitijs impendant. *Concil. Moguntinum. cap. 98.*

Prohibeant igitur ii, nè illiberales artes exercentur, aut ullum opus fiat eò tempore aliud, nè quid ematur aut vendatur, praeter id, quod ad victum illius diei, vel ad aegrotorum curationem necessarium sit. Nè officinae, aut omnino, aut aliqua ex parte aperta habeantur. Nè fiant nundinae, sed quae festo die fieri consueverint, in antecedentem, vel sequentem diem, qui festus non sit, transferantur, qui secus fecerit, severe plectatur Episcopi arbitratu. Pro officinis apertis, rebuque venditis, si filius, famulus, ministri deliquerint, etiam pater, dominus & artifex poenam subeant. *Conc. Mediolanen. 1. p. 1. tit. de Festorum dierum cultu.*

16. **Festum Dedicationis templi observandum.**

Festos dies in anno celebrare sancimus, hoc est, diem Dominicum Paschae, cum omni honore & sobrietate venerari. Simili modo tota hebdomada illa observari decrevimus, diem Ascensionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecosten, similiter ut in Pascha, in Natali AA. Petri & Pauli diem unum, Nativitatem Sancti Joannis Baptistae, Assumptionem Sanctae MARIE, Dedicationem Sancti Michaelis, Natalem Sancti Remigii, Sancti Martini, Sancti Andree. In Natali Domini dies quatuor, Octavas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem Sanctae MARIE, & illas Festivitates Martyrum, vel Confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaque Parochia Sancta Corpora requiescunt. Similiter etiam dedicationem templi. *Concil. Mogunt. cap. 36. Vide, Dedicatio.*

17. **Dedicationis Metropolitanæ festum ab omnibus Suffraganeis celebrari debet.**

Visum nobis est, ut per Dioeceses nostras, unò certò die anni, quò ejusmodi Festum Dedicationis in Metropolitana nostra colitur, in reliquis quoque EE. omnibus, extra civitatem nostram Coloniam Agrippinam constitutis, observetur. Nam intra Coloniam summo nostro Templo suus honos constare debet, quod & in alijs oppidis insignioribus, ubi una ceteris EE. praeminet, obtinere placuerit: Videlicet, ut ibi minores EE. pridie ejus diei, qui dedicationi Ecclesiae summae ejus loci consecratus est, aut die Dominico proximo procedente, suas singulae Dedicationes celebrent, observetur. Docendus autem est populus, dedicatione Templi significari Dedicationem Ecclesiae Catholicae, ac cujuslibet hominis Christiani, quae copulatur DEO. *Concil. Colonien. 2. p. 9. cap. 11.*

18. **Festi dies feriari debent à Vesperis usque ad vesperam, nè cum Judaismo conveniamus. Juxta mores Regionum hoc servetur.**

Pronuntiandum est Laicis, ut sciant tempora feriandi per annum, id est, omnem Dominicam à vespera usque ad vesperam, ne Judaismo capiantur. Feriandi verò per annum isti sunt dies, Natalis Domini, Sancti Stephani, Sancti Joannis Evangelistae, Innocentium, Sancti Sylvestri, Octava Domini, & Theophania, Purificatio Sanctae MARIE, Sanctum Pascha cum tota hebdomada. Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, Sancti dies Pentecostes, Sancti Joannis Baptistae. Duodecim AA. maximè tamen SS. Petri & Pauli, qui mundum sua prædicatione illuminaverunt, Sancti Laurentii, Assumptio Sanctae MARIE, Nativitatis Sanctae MARIE, Dedicatio Ecclesiae, Sancti Michaelis Archangeli, Dedicatio cujusvisque Oratorii, & omnium Sanctorum, & Sancti Martini, & illa Festivitates, quas singuli Episcopi in suis Episcopatus cum populo collaudaverint, quæ vicinis tantum circumstantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Reliquas verò festivitates per annum non sunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Inductum verò jejunium, quando fuerit denunciatum, ab omnibus observetur. *De consecratione Dist. 3. cap. Pronuntiandum.*

Licet scriptum sit: de vespera in vesperam celebrabit Sabbata vestra; Festorum tamen principium & finis, juxta eorum qualitatem & diversarum Regionum consuetudinem debet attendi, & sicut magnitudo dierum exigit, prius incipere, & tardius terminari. Et infra: Diebus autem Dominicis, & aliis præcipuis festivitibus, sive inter Pascha & Pentecosten, genus flexio nequaquam debet fieri, nisi aliquis ex devotione id velit facere in secreto. *De feriis. cap. Quoniam.*

19. In festis cantari non possunt turpia, vel obscœna à feminis, vel aliis, in Ecclesiis. Episcopi verò, qui ea permittunt, degradentur.

Multa quidem eveniunt, quæ dum leniter corriguntur, sæpius majora conflunt. Valde enim omnibus noscitur esse indecorum, quod per dedicationes Basilicarum, aut festivitates Martyrum, ad ipsa Solemnia confluentes, Chorus fœmineus turpia quidem & obscœna cantica decantare videntur, dum aut orare debent, aut Clericos psallentes audire. Unde convenit, ut Sacerdotes loci talia à septis Basilicarum, vel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atriis vetare debeant & accerere. Et si voluntariè noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere. *Concil. Colonien. 2. cap. 19.*

20. Festi & feriati dies in Missa sunt annunciandi.

Statuimus insuper, quod Festa SS. Patronorum Cathedralium Prov. Raven. semper die, in qua occurrunt, denuncient celebrantes Officia, & studeant celebrare; & clero, & populo civitatis, & Diocesis ejusdem præcipiant celebrari, in tota provincia Ravennat. & quod de festo B. Apollinaris, & de omnibus Sanctis Præsulibus Ravenn. per columbam electis, fiant festa per totam provinciam Ravenn. suis diebus, & ut in hoc errare non possint, ipsa festa in suis Calendariis inscribi faciant, & apponant: & ut præmittitur, denuncientur. Monemus omnes & singulos Sacerdotes, Parochiales maximè, ut omnibus diebus Dominicis, quando debuerint Missas celebrare, populis, lectò Evangelio, vel offertoriò, vel cantatò, festa celebranda, & ferianda juxta consuetudinem, & ipsorum vigiliis jejunandas, si qua scilicet habuerint, & certa jejunia, si occurrerint, debeant nunciare, vel indicare ipsas debere festari jejunari præcipere. *Concil. Ravennaten. 2. sub Clemente V. cap. 10. De consecratione. Dist. 3. cap. Pronuntiandum. supra. n. 18. Vide, Parochus.*

21. In festis diebus laborandum non est nisi propter necessitatem.

Licet tam Veteris, quam Novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputaverit, & tam eum, quam alios dies Majestati altissimi deputatos; nec non Natalitia SS. Martyrum

Ecclesia decreverit observanda, & in his ab omni opere servili cessandum, indulgemus, ut liceat Parochianis vestris diebus Dominicis & aliis festis, (præterquam in majoribus anni Solemnitatibus) si alicui terræ se inclinaverit, eorum captioni ingruente necessitate intendere, ita quod post factam capturam, Ecclesiis circumpositis & CHRISTI pauperibus congruam faciant portionem. *De feriis. cap. Licet.*

22. Potest in eis laborari circa res, quæ facile pereunt. Sed petenda est licentia Sacerdotis. Ex causa etiam pietatis laborari potest.

Diebus Dominicis & festivis ab omni servili opere fideles quietere jubemus, nec licet cuiquam rusticallia, seu artificialia opera exercere, aut agros colere, nisi urgente necessitate, vel evidenti pietatis causâ, & hoc de licentia sui Sacerdotis. Infideles verò præfatis diebus officiis suis publicè non utantur. Contrarium verò facientes, per judices, Officiales, vel alios, ad quos spectat, legitime puniantur, qui si negligentes in hoc fuerint, graviter puniantur. Si verò dolò, vel pretiò contrarium permiserint, ipsò factò sententiam excommunicationis incurrant. *Concil. Tolet. 22. cap. 7.*

Nè igitur ex transgressione hujusmodi fidelis populus indignationem DEI Omnipotentis incurrat, statuimus, ut nullus in diebus Dominicis & festivis agros colere audeat, aut artificia manualia exercere præsumat, nisi urgente necessitate, vel evidenti pietatis causâ, & tunc de speciali licentia Sacerdotis. Transgressores autem præfatis constitutionis per excommunicationis sententiam à suis Ordinariis puniantur. *Conc. Sabinen. cap. 5. Vide, Laborare. Vide, Dies Dominica.*

23. In festis etiam infidelibus prohibendum est laborare, aliàs puniantur, & si judices per pecuniam hoc permittunt, excommunicantur. *Concil. Tolet. 22. cap. 7. supra.*

24. In festis possunt consecrari Ecclesiae. De consecratione Ecclesiae. cap. Tua Fratemitas. Vide, Consecratio. tit. 1. n. 15.

25. Festa quædam solemnia à civibus non in villis, sed in Civitate celebranda sunt.

Nulli civium Pascha, Natalis Domini & Quadragesimæ solemnitatem in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur. *De consecrat. Dist. 3. c. Nulli civium.*

26. Festa aliqua servari possunt per totam hebdomadam. *Conc. Moguntiacum. cap. 36. supra. n. 16.*

27. Festa duodecim Apostolorum celebranda sunt cum vigiliis. *Concil. Epsfordien. cap. 1. Vide, Vigilia festorum n. 4. Vide, Jejunium.*

28. Festum Sancti Matthiae in anno bissextili celebrandum est juxta locorum consuetudinem. Vigilia ejusdem debet continuare cum festo. *De verborum significat. cap. Quæsit. ut infra.*

29. Hoc festum propter bissextilem non debet mutare diem.

Festum verò Beati Matthiae juxta consuetudinem Ecclesiasticam Vigilia eatenus præcedat, ut nec bissextò, nec pro quolibet alio modo inter se & solemnitatem aliam diem admittat, in qua utique Vigilia (nisi venerit in Dominica) jejunium celebratur. Ipsum autem festum, sive fiat in præcedente die, sive in sequenti, (qui duo quasi pro uno reputantur) nullus error, sed consuetudo Ecclesiae teneatur. *De verborum significat. cap. Quæsit. §. Festum.*

30. Festa quædam celebrari debent sine ullo prorsus labore: alia cum minori labore possunt celebrari.

Statuimus, quod festa subscripta sub omni veneratione serventur, videlicet omnes dies Dominicis, quin-

que dies Natalitii, Circumcisio, Epiphania Domini, omnia festa B. MARIE, præter festum Conceptionis, cuius celebrationi non imponitur necessitas. Conversio Sancti Pauli, Cathedra S. Petri, festa omnium Apostolorum, festum Sancti Gregorii, dies Parasceves, feria 2. & 3. in hebdomada Paschali: Dies Ascensionis Domini, feria 2. & 3. & 4. in hebdomada Pentecostes; festum Sancti Augustini in Mayo. Dno festa Sanctae Crucis. Translatio Sancti Thomae Martyris, utrumque, festum Sancti Joannis Baptistae, festum S. Margaretae, festum S. Mariae Magdalene, festum S. Petri ad vincula, festum Sancti Laurentii, festum S. Michaelis, festum omnium Sanctorum, festum Sancti Martini, festum Sancti Edmundi Confessoris, & Sancti Edmundi Regis & Martyris, festum S. Catharinae, festum S. Clementis, festum S. Nicolai. Festum dedicationis cujuslibet Ecclesiae in sua Parochia, quodlibet festum illius Sancti, in cujus honore fundata est Ecclesia. Volumus etiam, ut alia festa à Rectoribus Ecclesiarum & Capellis in obsequio Divino & laude devotissimè celebrentur, minoribus operibus servilibus secundum consuetudinem loci illis diebus interdictis. Festum SS. Fabiani & Sebastiani, S. Agnetis, S. Vincentii, S. Blasii, S. Agathae, S. Felicis, S. Georgii, S. Joannis ante Portam Latinam, S. Dunstani, S. Albani, S. Emeldridae, Inventionis Sanctae Crucis, S. Stephani, S. Hieronymi, S. Fidis, Dedicatio S. Michaelis in monte Tumba, S. Dionysii, festum Animarum, S. Cecilie, S. Lucia, S. Leonardi. Hæc sunt festa, in quibus post Missam opera rusticana concedimus; sed antequam non. Octava B. Epiphania, SS. Joannis & Pauli, Translatio S. Benedicti, Translatio S. Martini. *Concilium Oxoniense 1. cap. 1.*

31. Festum omnium Sanctorum celebrandum est, ad supplendas negligentias commissas in Festis.

Hoc enim circa Sanctos, quos per anni circuitum veneramus, ipsa observat Ecclesia, ut quamvis in Litanis & Missis, ac aliis etiam, ipsorum memoriam sæpius renovemus: nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solemnius recolat, Festa propter hoc eisdem diebus specialia celebranda. Et quia in his Festis, circa solemnitatis debitum, aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut aliàs ex humana fragilitate omittitur, statuit ipsa Mater Ecclesia certam diem, in qua generaliter omnium Sanctorum commemoratio fieret, ut in hac ipsorum celebratione communi, quidquid in propriis ipsorum Festivitatibus omisissimè existeret, solveretur. *Clementina de Reliquis & veneratione Sanctorum. cap. unico.*

32. Festa, quæ ex præcepto & consuetudine Ecclesiae observantur antiquitus. *De reliquiis & veneratione Sanctorum in 6. cap. unico. Vide, Officia Divina. tit. 6. n. 1.*

33. Festa, quæ nunc sunt sub præcepto, enumerantur ab Urbano VIII. *Constitut. in append. 52. aliàs 162. Universa.*

34. Festivitates autem sunt sequentes: Dominicae totius anni. Nativitas Domini Nostri JESU CHRISTI. Circumcisio, Epiphania. Resurrectio cum duabus sequentibus. Ascensionis. Pentecostes cum duabus sequentibus. Sanctissima Trinitas. Solemnitas Corporis Christi. Invenio sanctae Crucis. Festivitates Beatæ Virginis, ut Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis & Nativitatis. Dedicatio Sancti Michaelis Archangeli. Nativitas Sancti Joannis Baptistae. Festa SS. Petri & Pauli. Sancti Andreae. S. Jacobi. S. Joannis. Sancti Thomae. Sanctorum Philippi & Jacobi. Sancti Bartholomaei, Sancti Matthaei, Sanctorum Simonis & Judæ, & Sancti Mat-

thiae Apostolorum. Item S. Stephani Protomartyris. SS. Innocentium, Sancti Laurentii Martyris. S. Sylvestri Papæ. S. Joseph Sponsi B. V. S. Annæ Matris B. V. Omnium SS.

35. Festa, quæ ex consuetudine in aliquo loco solent celebrari, non obligant, nisi unum, quod celebratur pro uno de principalibus Protectoribus, ubi consuevit celebrari Festum Protectorum. *Urbanus VIII. consue. ubi supra.*

36. Festa nova observanda præter dicta, judicare non potest Episcopus, vel alius Ordinarius. *Urbanus VIII. ibid.*

37. In festis dari non debet licentia laborandi, nisi secundum regulam Sacrorum Canonum. *Ibid.* Et tunc liberè & gratis danda est; & poenæ contrafaciatum. *Ibid.*

38. Festa non observantes, per Episcopos puniendi. Pro officinis apertis, si famuli, aut servi vendunt, Domini puniendi. *Conc. Mediolan. 1. par. 1. De Festorum observantia. Vide, supra. num. 15. Vide, Dominica. Vide, Dies Dominica. Vide, Laborare, Labor. Vide, Ecclesiae Romanae decreta.*

Feuda, Feudatarii.

1. Feudum recipiens Dominus in pignus, quando potest compensare fructus.

2. Feudum in pignus recipiente dominò à vassallo, interim hic est immunis à servitio.

Infirmatione præsentium declaramus, quod Gageria, quam de Feudo Ecclesiae tuae ab M. dignosceris recepisse, à te potest liberè detineri, fructibus non computaris in sortem; Ità videlicet, ut quamdiu fructus illos perceperis, in sortem minime computandos, idem M. à servitio, in quo tibi & Ecclesiae tuae pro Feudo ipso tenetur, interim sit immunis. *De Feudis. cap. 1.*

3. Feudum potest de novo infeudari, si vassallus fuit deceptus, non obstante juramento.

Per tuas litteras proponere procurasti, quod cum quidam Nobiles Florentini, tempore schismatis, Episcopum Florentinum in domo sua tenerint, idem Episcopus sedatà schismatis tempestate, de mandato Alexandri Papæ, quatuor modios terræ in feudum concecit eisdem, & successor ipsius (prout est moris) de certo feudo præfatos Nobiles investivit, verum, cum ipsi assignatam terram mensurare fecissent, non nisi duos modios invenerunt, feudum integrari cum instantia postulantis, super quo dubitas, eò quod non sunt in possessione ipsius, ne de novo videaris illud conferre. Nos igitur attendentes, quod Ecclesia in actibus suis fraudem non debet aliquam adhibere, respondemus, quod feudum ipsum securè poteris integrare, cum terra illa quatuor modiorum ipsis fuerit assignata. *De donationibus. cap. Per. 11. 11.*

4. Feudum quod non potest Episcopus recuperare, quando potest alteri concedere, & investire inconsultò Papâ. *De feudis. cap. finali.*

5. Feudum Ecclesiae alienatum, & recuperatum, an possit concedi consanguineis alienatis.

Sæpius dubitasti, utrum cum contingit vassallum tuum decedere, & ad te feudum ipsius redire, feudum eius alii liceat tibi dare, quamvis juramentò tenearis ascribitus non infeudate de novo R. P. inconsultò? Ad hæc, si vassallum tuum feudum alienare contingat, aa

an ipsius filium, vel consanguineum ejusdem feudi consortem de ipso valeat investire? Alia quoque dubitatio continebat, ut cum feudum alienatum repereris, quod per te facile recuperare non potest, utrum possis alicui laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum per Ecclesiam recognoscatur? In primo ergo casu, feudum decedentis, liberè, (si videris expedire) concedas. Atque in secundo filium, vel consanguineum alienantis in vestes. In tertio, feudum alienatum poteris ei licenter concedere, per quem ipsa Ecclesia valeat rehabere. *De feudis. cap. fin.*

6. Feudalis causa à Domino feudi tractanda, sive sæculari, sive Ecclesiastico. Etiam si feudatarii, seu vassalli sint Clerici.

Statuimus, ut ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus, de feudis ipsis sub suo iudicio cognoscatur, si ad Ecclesiasticam cognitionem pertineant. Alioquin Imperiali beneplacito, sicut iustum fuerit, relinquatur. *De foro competentis. cap. Verum quoniam. Vide, Causa feudorum.*

7. Feudalia Legata fieri possunt Confraternitati Charitatis Romæ. Vide, Charitas. Vide, Confraternitas charitatis. Vide, Archi-Confraternitas.

8. Feuda statûs Ecclesiastici non possunt alienari. Vide, Ecclesiasticus status.

9. Feudorum Ecclesiasticorum investitura à successore petenda pro tempore statuto, & faciendum est iuramentum à principali & hæredibus.

Qui bona Ecclesiæ feudi nomine obtinent, à successoribus in ea investituram intrâ tempus à jure præstitutum renovandam curent, eisdemque fidelitatis iurjurandum dabunt. Pari etiam ratione hæredes eorum & investituram postulent, & jurent iis, qui Ecclesiæ præfuerint. Qui id facere omiserint, constitutiones legibus pœnas pendant. *Concil. Mediolanen. t. p. 2. tit. Quæ pertinent ad bonorum & jurium, &c.*

10. Feudorum caducitatis pœna non est remittenda per Episcopum.

Si quæ Laicis concessa Ecclesiæ bona aliquò modo caduca facta sint, caveant Episcopi, & quicumque beneficiâ Ecclesiastica obtinent, nè pœnam caducitatis remittant, nisi servatis iis, quæ in hoc genere jura præscribunt. Si secus fecerint, Episcopi in Synodo provinciali pœnas dabunt, cæteri ab Episcopo plectantur. *Ibidem.*

11. Feudatarii bonorum Ecclesiæ distinctè describere debent omnia bona Ecclesiæ cum suis finibus, per publicum instrumentum: & ad hoc per Episcopum compellantur.

Nè autem res Ecclesiasticæ cum aliis confundantur, mandamus, ut feudatarii omnes, in hujusmodi renovationibus omnia bona, eorumque fines, sigillatim & nominatim publicò instrumentò describant. Hanc verò curam præcipuam Ordinariorum esse volumus, ut illos cogant, hæc omnia exequi propolitis pœnis eorum arbitratu. *Ibidem.*

I. Fides Catholica, ejusque necessitas, ac natura.

1. Fidei forma à Concilio Nicæno tradita est tenenda, & formula ejus in Concilio Nicæno.

Non spernendam esse fidem Patrum trecentorum, decem & octo, qui in Nicæam Bithyniæ convenerunt, sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialitè, autem Eunomianorum, imò Anomianorum, qui Latine sine legi dicuntur, & Arianorum, sive Eudoxianorum, & Semiarianorum, nec non Pneumathomachorum, id est, qui contra Spiritum Sanctum pugnant, & Sabellianorum, & Macedonianorum, & Photinianorum, & Apollonistatum. *Concil. Constantinopolitanum. t. 1. cap. 1.*

2. Fidei Symbolum.

Credimus in unum DEUM Patrem Omnipotentem, Factorem Cœli & terræ, visibilibus omnium & invisibilibus Conditorum. Et in unum Dominum JESUM Christum, Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula: DEUM ex DEO, lumen ex lumine, DEUM verum, ex DEO vero natum, non factum, hominioni Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in Cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex MARIA Virgine homo factus: passus est sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertiâ die resurrexit. Ascendit in Cœlos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus est cum gloria, judicare vivos & mortuos, cujus Regni non erit finis. Credimus in Spiritum Sanctum, Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum. Qui locutus est per Prophetas. Et unam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam confitemur, unum Baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi, Amen. *Concil. Constantinopolitanum. t. 1. post cap. 7. Concil. Nicænum. t. 1. Vide, Christus. tit. 1. n. 2.*

3. Fides infunditur in Baptismo. Concil. Tridentinum. sess. 6. cap. 7. Vide, Baptismi effectus.

4. Fides Divina debet actus hominis præcellere.

Fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius in fide, infidelis est. *Sixtus. l. ep. 1.*

5. Fides alia non datur, præter Catholicam.

Verum est, quod figuratè per Prophetam scriptura testatur: Una est Columba mea, una est perfecta mea, una est Christiana Fides, quæ est Catholica. Catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium perfidorum, atque eorum successoribus, atque confortibus, sincera, pura, immaculatâ communionem divisa est: alioquin non erit divinitus mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec ulla causa jam superest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, nè enectis hæresibus aditum janamque pandamus. Qui enim in uno offenderit, omnium reus est. Et qui minima spernit, paulatim decidit. *Gelasius ep. 8.*

6. Fides non est in patria, in Beatis quia vident. Vide, Beatus.

7. Fides Catholica sine novitatibus explananda. Vide, Novitas.

8. Fides Christiana Canonicis libris & synodalibus præceptis stabilita est.

Quid ergo calumniantibus opus erat, extra constitutos Ecclesiæ terminos porrigere quæstiones, & de his quæ habentur dicta, quasi dicta non sint, movere certamina. Cùm Christiana Fides Canonicis libris, & Synodalibus præceptis, & Patrum Regularibus constitutis, stabili & inconcussò tramite limitetur. *Hormisdas ep. 70.*

9. Fides, quæ remanet in peccatore, est vera fides, licet non viva. Concil. Trident. sess. 6. Canone 28.

10. Fides non remanet in beatitudine, & contrarium est hæreticum. Concil. Constantien. sess. 19. In adjuratione Hieronymi de Praga. Vide, Beatus. n. 1.

11. Fides in Deum, est fundamentum Christianæ Religionis.

Constat ergò, quòd fundamentum Christianæ Religionis Fides sit Catholica, hoc est, credere in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum DEUM & verum DEUM, Trinum in Personis, & Unicum in Substantia, &c. *Concilium Parisien. 6. Lib. 1. cap. 1.*

12. Fides, quæ in justificatione hominis concurrat, non est sola fiducia de misericordia DEI, remittente peccata per Christum. Concil. Trid. sess. 6. Canone 12.

13. Fides & Charitas sine Evangelio non habentur.

Marcion, & Basilides, & cæteri hæreticorum testes, non habent DEI Evangelium, quia non habent Spiritum Sanctum, sine quo humanum sit Evangelium, quod docetur: nec putemus, in verbis Scripturarum esse Evangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis. *t. 9. 1. cap. Marcion.*

Vide quantum bonum sit charitatis, si ita Martyrium fecerimus, ut nostras vestimus ab hominibus reliquias honorari; si opinionem vulgi secutantes intrepidè sanguinem fuderimus, & substantiam nostram utque ad mendicitatem propriam dediderimus, huic operi, non tam præmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona victoria. *Ibidem. cap. Vide quantum.*

14. Fidem habens sine charitate, adhuc est Christianus. Conc. Trid. sess. 6. cap. 18.

15. Fides non sufficit ad salutem, sed opera sunt etiam necessaria. Greg. I. lib. 6. Epist. 15. Vide, Christus. tit. 12. n. 2.

Initium enim actionis nostræ, de fide esse decevimus, quæ bonorum omnium est fundamentum; & quia sine fide (ut dicit Apostolus) impossibile est placere DEO, fides tamen indiget opere, quia fides sine operibus mortua est. Ideò B. Gregorius, ille, inquit, verè credit, qui exercet operando, quod credit. *Concil. Mogunt. t. 1. cap. 1.*

Exstant & alia hujus rei innumera documenta, quibus perdocetur, qualiter fides Christi primum expendenda sit. Deinde opera fidei exercenda, quoniam fides, nisi opera habeat, mortua est in semetipsa, Apostolò Jacobò testante: Sicut enim (inquit) corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. *Concil. Parisien. 6. Lib. 1. cap. 1. Concil. Trident. sess. 6. cap. 7.*

16. Fides non semper amittitur, cum amissione gratiæ per peccatum. Concil. Trid. sess. 6. Canone 28.

17. Fidei tam augmentum, quàm initium, est DEI donum.

Si quis, sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsum credulitatis affectum, quò in eum credimus, qui justificat impium, & ad regenerationem Baptismatis pervenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus Sancti cortigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit: Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, Beatò Paulò dicente: Confidimus, quia qui cepit in vobis bonam opus, perficiet usque in diem D. N. J. C. Et illud vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et: Gratiâ salvi facti estis per fidem, non ex vobis: DEI enim donum est. Qui enim fidem, quâ in DEUM credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse distinguunt. *Concil. Aransicanum. 2. cap. 5.*

18. Fides potest augeri per bona opera. Conc. Tridentinum sess. 6. cap. 10.

19. Fides per gradus augeri potest.

Quando unaquæque virtus quasi quibusdam gradibus augetur, & sic per incrementa meritum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus ducetur, Sancti Apostoli minime dixissent: (A dauge nobis fidem.) Et quidam venit ad JESUM, qui curari voluit filium suum, sed requisitus, an crederet, respondit: Credo Domine, adjuva incredulitatem meam. Pensate, rogo, quod dicitur. Si credebatur, cur incredulitatem dicebat: Si verò incredulitatem habere se noverat, quomodo credebatur? Sed quia per occultam inspirationem gratiæ, meritum suorum gradibus fides crevit, unò eodemque tempore is, qui necdum perfectè cre-

diderat, simul credebatur, & incredulus erat. *De penitentia. Dist. 2. cap. 15. Cùm sanctam.*

20. Fidei amor & zelus omni commodo etiam vitæ præferendus, & præsertim à Sacerdotibus & Episcopis.

21. Fidei mysteria non sunt judicanda, sed credenda.

Nulla majora documenta sunt fidei, quàm ubi temporis ratio suadet, vitam subdere passioni; & ideo, qui pro ea periculum persecutionis subire meruerit, dignum se cœlestis ostendit esse militia, &c. Atque ideo ubi religionis injuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affectum. *Symmachus epist. 2.*

Non nobis inaniam quæstionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi discere audeamus, quæ summa sunt. Neque enim quæ sunt Divina, discutienda sunt, sed credenda. Non enim se DEUS discere jubet, sed credere. Credamus ergo non sensibus nostris, sed indubitatis Conciliorum præcorum dogmatibus jam præmissis. *Concil. Toletanum. 14. cap. 10.*

22. Fides Catholica illuminata est per Fratres Minores & Prædicatores. Extra. De Tregua & pace. cap. Vices. Vide, Ecclesia. tit. 1. num. 24.

II. Quæ Fides tenenda, & cujus autoritate.

1. Ad Fidem valet autoritas Ecclesiæ. Dist. 11. cap. Palam est. Vide, Ecclesia. tit. 3. num. 5.

2. Fides sine novitate explananda. Vide, Novitas.

3. Fides à Romana Ecclesia probata est inconcussa. 24. q. 1. cap. Hæc est Fides. Vide, Ecclesia. tit. 9. num. 1.

4. Romanæ Ecclesiæ Fides tenenda. Joannes VIII. ep. 194. Vide, Ecclesia. tit. 10. n. 8. Concil. Lateran. 3. in append. tit. De sponsalibus secundo. cap. 7. Conc. Trevir. 2. cap. 1. Vide, Eccles. tit. 10. n. 1. 24. q. 1. cap. Rogamus. Vide, Ibidem. tit. 8. n. 13. Vide, Fidei regula.

5. Fides Romanæ Ecclesiæ nunquam deficiet. De verborum significat. in 6. cap. Exijt. Vide, Eccles. tit. 9. n. 2. Vide, Ecclesia Romana. Vide, Papa. Vide, Romanus Pontifex.

III. Fides à quo discenda.

1. Fidei doctrina ab Episcopo discenda.

Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à majoribus, secundum veritatem sibi traditam servavit, ut & ipse possit ea, quæ rectè suscepit, competenter asserere. *Clemens I. epist. 5.*

2. Fides extra Ecclesiam Romanam non habetur. Vide, Ecclesiæ Catholice proprietates. Vide, Episcopi obligationes.

IV. Fidei regula & magisterium.

1. Fidei regula est Romana Ecclesia. Leo II. ep. 5. Vide, Ecclesia. tit. 9. num. 1. Concil. Later. 3. in appen. tit. De Sponsalibus secundo. 2. cap. 7.

Vide, Ibidem. tit. 10. n. 1. Hormisdas. ep. 9. Ibidem. Gelasius ep. 8. Vide, Ibidem. tit. 9. n. 24. q. 1. cap. Hæc est Fides. Vide, tit. 9. num. 1. cap. Rogamus. Vide, tit. 8. n. 13.

2. Ecclesiæ Romanæ Fides nunquam deficiet. De verborum significat. in 6. cap. Exijt. Vide, Ecclesia. tit. 9. n. 2. Marcus Papa epist. ad Episcopos Aegypti. Vide, Ecclesia. tit. 9. num. 1. Agatho in epist. Ad Imperatorem in

Concilio 6. generali actione. 4. Vide, Ibid. Nicolaus I. in decretis. De consuetudine. cap. 3. Vide, Benedicere. n. 4.

Vide, *Ecclesia Romana. Vide, Ecclesia. Vide, Romana Ecclesia. Vide, Papa.*

V. Fidei disputationes an licitæ.

1. Fidei mysteria non sunt disputanda, sed credenda. *Concil. Toletanum. 14. cap. 10. Vide, tit. 1. n. 21.*
2. Disputari non potest in publico de fide à vulgo, sive Laicis, sive Clericis. *Leo I. ex Concil. Calcedonen. actione. 3. Et poena disputantium. Vide, Disputare. n. 2. Vide, Laici.*

VI. Ad fidem quomodo trahendi sunt homines.

1. Ad fidem trahendi sunt homines blanditiis, non severitate. *Dist. 45. cap. Qui sincera. Vide, Baptismus. tit. 14. num. 1. cap. Licet plerumque. Vide, Correctio. num. 5.*
2. Nullus invitè trahendus ad fidem. Ad fidem nullus est cogendus invitus. Sed per severitatem, imò & misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet perfidia castigari. *23. q. 5. cap. Ad fidem.* De iis autem, qui Christianitatis bonum suscipere renunt, & idolis immolant, vel genua curvant, nihil aliud scribere possumus vobis, nisi ut eos ad fidem rectam, monitis, exhortationibus, & ratione potius, illos, quam vi, quod vanè sapiant, convincatis. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 41.* Non esse inferendam pagano violentiam, ut Christianus fiat, supra docuimus. *Ibidem. cap. 102.*

3. Cum charitate trahendi sunt ad fidem, qui eam deseruerunt.

Nam quod de his vestro eloquio nobis innotuit, F. quid agendum sit, qui fuerint baptizati, & rebaptizati, & post Baptismum gentiliter vixerint, atque Paganorum more Christianos interfecerint, Sacerdotes trucidaverint, atque simulacris immolantes, idolothyta comederint. Equidem si tyrones ad fidem non forent, Canonica experirentur iudicia. Unde quia ad fidem rudes sunt, vestro utique libramini, vestraque censura committimus experiendos, qui & illam gentem vestris confiniis vicinam habentes, studiosè advertere, ut illius mores actusque omnes pariter & conversationem agnoscere præ cæteris valeatis. Quod enim mitius agendum sit cum eis, quam sacri censentur Canones, vestra satis cognoscat industria, ne forte infueta onera portantes, importabilia illis fore (quod absit) videantur, & ad prioris vitæ veterem, quem exspoliaverant, hominem, antiquò infidiantem adversariò, relabuntur. *Joan. IX. ep. 1. Vide, Infideles. Vide, Judei.*

VII. Ad fidem venientes, vel redeuntes, quomodo tractandi.

1. Qui ad fidem veniunt, intra biennium ad Baptismum admittantur, si bonæ sint conversationis; nisi infirmitate compellente, accelerandum sit.
2. Ad fidem conversi, in aliquo hospitali alantur, & de artificio doceantur. Et si postea apti sunt, & volunt, fiant Clerici. *Concil. Sabinen. c. 22. Vide, Baptismus. tit. 2. 7. n. 1.* Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium temporis placuit ad Baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio, vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti. *Concil. Eliberitanum. cap. 42.*
3. Judæi conversi ad fidem non molestentur in suis bonis, sed ea retineant, ut antè.

Si habent bona de usuris, & Domini sunt certi, tenentur restituere; si verò sunt incerti, possunt ea sibi retinere. *Paulus III. constit. 23. Cupientes.*

Univerfis & singulis Rectoribus, & aliis Officialibus Comitatus Venetini, aliorumque Comitatum, &c. terrarum pertinentium ad Apostolicam Sedem districtè præcipimus & mandamus, quatenus conversis hujusmodi, & qui imposturum convertentur, in possessionibus, & bonis aliis, quæcunque nomine censentur, quæ in Comitatus & terris prædictis conversionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione prædicta nullam molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, sed ipsis in his & aliis se favorabiles exhibentes, ipsos ab injuriis & molestiis protegant & defendant, ut sic de servitute ad libertatem se transisse percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimissam perfidiam compellantur. *Extra. De Judæis. c. Dignum.*

4. Ad fidem conversi non possunt privari suis bonis paternis, vel maternis, sed in jure succedunt. *Ibidem.*
5. Cives sunt civitatis, in qua baptizantur, & privilegiis illius gaudent, ritus antiquos non observent. *Ibidem.* Vide, *Judæi. Vide, Hebræi. Vide, Fideles.*
6. Ad fidem redeuntes non possunt prædicare populis: Nisi probati fuerint per Prælatos. *Dist. 50. cap. Presbyteros qui. & cap. Diaconi. ex Concil. Ancyrano. cap. 1. & 2. Vide, Idololatra. n. 7.*

Prædicationis officium, quod exerceri non debet nisi ab idoneis & litteratis personis, & eis duntaxat, quibus per Prælatos, seu de jure aut privilegio specialiter est commissum, Judæis & Saracenis conversis penitus interdicitur, nisi eis, qui examinati & approbati fuerint per Prælatos, & tales inventi, quod sine errore & scandalo fidei infideles convincere possint, & sciant per Scripturas, & maximè ex Codicibus eorumdem. Prælati etiam interdicitur, ne ipsis conversis litteras concedant (super licentia prædicandi dictis infidelibus, nisi probati & examinati fuerint, ut superius est expressum. *Concil. Sabinense. cap. 22.*

7. Ad fidem revertentes, quomodo recipiendi.

De his, qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut propter oblationem facultatum, aut propter periculum, aut aliquid hujusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit Synodo, quamvis humanitate prohibentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari. Quicunque ergo veraciter penitentiam gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, & sex annis omni se contritione dejiciant, duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent. *Conc. Nicænum. cap. 11.*

De his, qui in persecutione prævaricati sunt, si voluntariè fidem negaverint, hoc de eis Nicæna Synodus statuit, ut quinque annos inter Catechumenos exigant, & duos inter discommunicantes, ita ut communionem inter penitentes non præsumant. In potestate tamen vel arbitrio sit Episcopi, ut si eos ex animo errorem desere & agere penitentiam viderit, ad Communionem pro Ecclesiastica humanitate suscipiat. *Concilium Arrelatense 2. capit. 10.*

8. Recipiendi cum manûs impositione, (id est, cum absolutiope.)

Ut venientes à Novatianis, vel Montensibus, per manûs impositionem suscipiantur; præter eos, quos rebaptizant. *Syriscus epist. 4. cap. 8. Vide, Episcopi.*

9. Non permittantur conversari cum infidelibus.

Sapè malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur ultra communio sit Hebræis ad fidem Christianam transitis, cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione subvertantur. *Qui*

Quicunque ergo ex his, qui baptizati sunt, amodò infidelium consortia non vitaverint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cæditibus deputentur. *28. q. 1. cap. Sapè malorum. Paulus III. constit. 32. Cupientes.*

10. Ad fidem venientes, cogendi sunt in ea manere. *Dist. 45. cap. de Judæis. Vide, Baptismus. tit. 14. n. 1. Vide, Neophiti.*

VIII. Fidem deserens.

1. Fidem abjicientes coram Tyrannis, si postea consentitur, retineantur cum honore, sed non possunt populis prædicare. *Concil. Ancyranum. cap. 1. & 2. Vide, tit. præcedenti. n. 6. Conc. Nicænum. 1. cap. 11. Vide, Ibidem. n. 7. Concil. Sabinen. cap. 22. Vide, Ibidem. n. 6.*
2. Quomodo recipiendi, quando redeunt. *Conc. Nicænum. 1. cap. 11. Conc. Arrelaten. 2. c. 10. supra n. 7.*
3. Si penitent, recipiendi sunt.

Quantam sollicitudinem & anxietatem sustinimus de his confessoribus, qui dolò & malitià hominis callidi & veteratoris fuerant circumventi, penè decepti, & ab Ecclesia alienati: tantam lætitiã adepti sumus, & DEO Omnipotenti Christo Domino nostro gratias agimus, cum eos cognitò suo errore intelligamus hominis maligni, velut serpentis astutiã venenatã derelictã, ad Ecclesiam, unde exierant, sicut ipsi ex suo corde profuerunt, simplici voluntate venisse. - - - His ita gestis, in Presbyterium venerunt, Maximus, Urbanus, Silonius & Macarius, & plerique fratres, qui se eis adjunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea, quæ antè fuerant gesta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur, proinde atque si nihil esset vel commissum, vel dictum: invicem omnibus remisit cor mundum & purum jam DEO exhiberent, &c. Quod erat consequens, omnis hic actus fuerat populo inhumandus, ut & ipsos viderent in Ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos jam diu viderant, quorum voluntate cognitã, magnus Fraternalitatis concursus factus est. Una vox erat omnium gratias DEO agentium, gaudium pectoris, lachrymis exprimentium, complectentium eos, quali hodie penã carceris fuissent liberati. *Cornelius ep. ad Cyprianum.*

4. Fidem deserentes cum charitate & pietate retrahendi sunt ab errore. *Joannes 9. ep. 1. Vide, tit. 6. n. 3.*

5. Fidem deserens, non gaudeat Sacerdotiò.

Nulli verò liceat doctrinam Evangelicam deserere, & Sacerdotali honore gaudere. *Viktor. I. epistol. 2.*

6. Fit infamis.

Infames esse censemus omnes, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem, aut Canonicam possunt autoritatem. *Julius I. epistol. 2. cap. 13.*

7. Fidem negantes post rebaptizationem, quomodo puniendi.

De his, qui in prævaricatione rebaptizati, sine aliqua necessitate, vel tormento delapsi sunt: placuit ut circa eos, illa Nicæna Synodi statuta ferventur, quæ de prævaricatoribus constituta esse cognoscuntur; id est, ut septem annis inter Catechumenos orent, & duobus inter Catholicos, & postea moderatione & clementia Episcopi, fidelibus in oblatione Eucharistiæ communicent. *Concilium Ilerden. cap. 9.*

8. Fides relinquenda non est in persecutione.

Lucius I. in ep. decretali. 24. qu. 1. cap. A rella. Vide, Ecclesia. tit. 9. n. 1. Vide, Fideles. Vide, Lapsi à fide. Vide, Hæretici. Vide, Apostata.

Tomus II.

IX. Fides, per quos defendi debet.

1. Fides ab omnibus defendenda, vitæ etiam præponenda, maximè per Sacerdotes & Episcopos.

Ecce tempus, quò repetit fides milites suos, & in-clamat ad defensionis suæ fervorem gratiæ confectos, fidem ipsam dicere judicemus, ecce tempus optabile, ecce fructuum congregatio considerata fidelium, ut parvis passionibus munera magna compen-set. (*Præcedentia Vide, sub verbo Decreta. tit. 2. num. 3.*) *Symmachus ep. 9.*

Sapè per regnum terrenum cœleste regnum proficit, ut qui intrã Ecclesiam positi, contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur; ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponatur, & ut venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscat Principes sæculi, DEO debere se reddere rationem, propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam si veugeatur pax, si ve disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, si ve solvatur: ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam Ecclesiam credit. *23. quest. 5. cap. Principes.*

Res autem humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad Divinam confessionem pertinent, & regie & Sacerdotalis defendat autoritas. *Id. cap. Res autem.*

2. Fidei causa ab Imperatoribus & Regibus debet defendi.

Major vobis fidei causa debet esse, quam regni, ampliusque pro pace EE. clementia vestra debet esse sollicita, quam pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus, quæ DEO sunt chariora, ferventur. Abraham fide floruit, omnemque Orbem gloriã prosperitatis suæ implevit. Moyses populi liberator, zelum Domini contra eos, si quos à DEI cultu recessisse probat, armavit. David Regem, sua præcepta servantem, in Regno, ut ille inimicos suos subderet, Dominus custodiit. His, rogo, exemplorum vallati præsidio, fide, observatione, virtute universalis Ecclesiæ in DEUM nostrum piissimum cultum, ne sibi aliquid dissentio vendicer, custodite. Pro vestri enim Imperii salute geritur, quidquid pro quiete Ecclesiæ, vel sanctæ religionis reverentia laboratur. *Celestinus I. ep. 9.*

Si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in sanctum Danielem commissum iustissimè vindicavit, quomodo vindicandum est à Regibus, quòd Christi Sacramenta existantur, si Prophetæ membra: quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt. *23. qu. 5. cap. Si propterea. cap. Principes. cap. Res autem. sup.*

X. Fidei causa à quo judicanda.

1. Fidei dubia & causæ à Romano Pontifice sunt judicanda.

Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & Coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris authorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quòd per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse. *Innocentius I. ep. 25. 24. qu. 1. c. Quoties.*

Contentiones verò, si quæ (quas Dominus auferat) in fidei causa contigerint, aut tale emerferit forsitan negotium, quod pro magnitudine sui A. S. magis iudicio debeat terminari, ad nostram, discussã veritate, perferat, sine dilatione, notitiam. *Vigilius epist. 9.*

Si quod verò de religione fidei (quòd DEUS auferat) fuerit certamen exortum, aut tale aliquod negotium fortassis emerferit, quod pro sui magnitudine ibidem nequeat diliniri, veritate discussã, relationis serè distinctã, ad nostram consultationem potius ut remittas, hortamur: quia ita decessores vestros, qui decessorum nostrorum vices egisse monstrant, fecisse testimonii nostri declarat serinii. *Idem. ep. 10. Pelagius I. ep. 5. Vide, Ecclesia. tit. 10. n. 5.*

X 2

Et

Et nos, siquidem quantum incorporatum te jam pridem fuisse in unitatem Ecclesiae gavisi fuimus, abundantius nunc dissociatum à Catholica societate confundimus. Pro qua re, &c. ad Beati Petri Apostoli limina cum tuis sequacibus venire te volumus, ut auctore DEO, aggregatâ Synodò, de ea, quæ inter vos vertitur dubietate, quod iustum fuerit, iudicetur. *Gregorius I. lib. 1. ep. 16. Calixtus I. ep. 1. Vide, Ecclesia tit. 8. num. 8. Felix I. ep. 3. Vide, Ib. num. 10. Cajus epist. Decret. S. Marcellianus ep. 1. Vide, Ibid. Julius I. ep. 1. Vide, Causa tit. 4. num. 1.*

Canonibus scilicet præcipientibus nihil extra Romanum decernimus Pontificem, cui hæc, & majora negotia, tam ab ipso Domino, quam ab omnibus universorum Conciliorum fratribus speciali (ut iam dictum) privilegio contradita sunt. *Julius I. ep. 2.*

Ubi ergo de fidei firmitate nulla vobis poterit quaestio, vel suspicio generari, in unitate fidei, atque in sinu sanctæ Matris, atque Apostolicæ Ecclesiae permanete. Si quid forte causa est, unde vestri scandalizati animi videantur: manentes in unitatis charitate, eligite de fratribus ac filiis nostris, quos ad nos in quaerendo, de quibus movemini, transmittere debeatis, & parati sumus secundum præceptionem apostolicam, & cum charitate eos suscipere, & cum humilitate ad placita satisfactionis reddere rationem. *Pelagius II. ep. 5.* Majores verò & difficiles quaestiones (ut S. Synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad S. Ap. semper referantur. *Idem. ep. 8. Vide, Ecclesia. tit. 7. num. 1.*

2. Fidei causas judicare non possunt Domini temporales.

Prohibemus quoque districtius Potestatibus, Dominis temporalibus & Rectoribus, eorundemque Officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine, (*id est, hæresis*) cum merè sit Ecclesiasticum, quoquò modò cognoscant, vel iudicent, sive captos pro eodem crimine absque dictorum Episcoporum, sive Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato, à carcere liberent. *De hæreticis in 6. c. Ut Inquisitionis.*

3. Sed isti tenentur dare auxilium Inquisitoribus, sub poena excommunicationis.

Si quis verò de prædictis Potestatibus, Dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum Officialibus, seu Ballivis, contra prædicta fecerit, aut præfatis fidei negotio se præfatis Diocesanis Episcopis, vel Inquisitoribus incumbens, se opponere fortè præsumpserit, vel ipsam aliquatenus impedire, nec non & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel favorem, excommunicationis se noverit mucrone percussurum: quam si per annum animò sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnatur. *De hæreticis in 6. cap. Ut Inquisitionis.*

4. Fidei causæ per Episcopos & Inquisitores cognosci possunt. *Clementina. De hæreticis. cap. 1. Vide, Episcopi. tit. 17. num. 17. Vide, Episcopi, quoad Inquisitores. Vide, Inquisitores. Vide, Hæreticorum causæ. Vide, Episcopi iurisdicção in causis fidei.*

XI. Fidei Decreta.

Fidei decreta facta à Papa, non possunt mutari à Successore.

Quòd autem, quod in ratione prædicta præmittitur, videlicet, quòd illa, quæ per clavem scientiæ in fide ac moribus à summis Pontificibus semel sunt definita, eorum successoribus revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet secus sit (sicut dicunt) in iis, quæ per clavem potestatis per summos PP. ordinantur. *Extrav. Joann. XXII. cap. Quia quorundam. Vide, Papa circa res fidei. Vide, Ecclesia Romanæ.*

XII. Fidei effectus.

1. Fidei merito Principes in bellis obtinent victoriam.

Si non ex fidei merito, & Christianæ Religionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bellicorum actuum prosperitas eveniret, non summo perè miranda fuerat. Cum sciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuris, DEO largiente, victorias, non carnali providentiâ, sed magis orationibus prævenitis, fit, ut hoc in supore veniat, quòd gloria vestra, non terrenò consilio, sed DEO desuper largiente descendat. *23. qu. 4. cap. Si non ex fidei.*

2. Fides sola non justificat hominem, sed cum charitate.

Fide quidem vivimus, & sine hac impossibile est placere DEO: si quis nihilominus habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habuerit, nihil est. Fide justificamur, sed & spe salvi facti sumus. - - - Nunc igitur manent fides, spes, charitas, tria hæc, major autem horum est charitas, & in vivificando justificandoque potior, quando quidem fides sine operibus mortua est. Tum demum utilis est ad salutem, cum per dilectionem operatur. - - - Non justificat igitur sola fides, sed magis charitas; nec quævis opera peccata sunt, sed earum adultis ad salutem necessaria, ut meriti quoque rationem non respiciant. *Concil. Senonens. cap. 16.*

3. Fides dicitur per Apostolum justificare, non quia ipsa sola formaliter justificet, sed quia est radix & initium omnis justificationis. *Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 8.*

4. Fides actualis non justificat hominem, quasi is, qui credit se esse justificatum, per hoc justificetur. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 8. Canone 12.*

5. Fides, quæ concurret ad justificationem, non est sola fiducia, scilicet credere, quòd justificetur. *Concil. Tridentin. ibid. Canone 12.*

6. Fidem accipientes per Baptismum, potest dimittere uxorem infidelem, quam habebat, vel eam retinere. Sed vivente illâ primâ, quando potest ducere secundam. *28. qu. 1. cap. Si quis gentilis. Vide, Baptismus. tit. 17. num. 15.*

Si quis habuerit uxorem virginem ante Baptismum, vivente illâ post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in Baptismo solvuntur, non conjugia. *Ibidem. qu. 2. cap. 1. Vide infra, Fideles. Vide, Coniux. Vide, Matrimonium. Vide, Uxor. Vide, Vir.*

XIII. Actualis fides, id est, credere.

1. Fides actualis non justificat formaliter. *Vide, in præcedenti tit.*

2. Fides actualis, licet ab arbitrio dependeat, tamen est donum DEI.

Gratia, quæ per Christum datur, non solum peccatorum remissionem facit, sed etiam ut lex impleatur, ut natura liberetur, nè peccatum nominetur. Spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita, à DEO conceditur, ut homini petenti & alia concedantur. Nam fides non est liberi arbitrii tantum, sed donum DEI. *De consecrat. dist. 4. c. Gratia, quæ per Christum. Concil. Arausiac. 2. cap. 5. Vide, tit. 1. num. 17. Vide, Gratia. Vide, Adjutorium.*

3. Fidem actualem non habet parvulus, qui baptizatur; id est, actu non credit, sed dicitur fidelis, quia habet Baptismum, qui est Sacramentum fidei. *De consecratione. dist. 4. cap. Nihil est aliud. Vide, Baptismus. tit. 1. num. 2.*

4. Fides actualis an necessaria in receptione Sacramenti poenitentiae. *Vide, Homo. XIV.*

XIV. Fideles, eorumque obligationes.

1. Fidelis baptizata non tenetur sequi maritum non baptizatum, sed potest sequi & non sequi, & e contra.

Simili modò, si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dixit Apostolus, infidelis si discedit, discedat. *28. qu. 1. c. Simili modò.*

Uxor legitima societate conjuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cum viro Christiano permanere noluerit. Non attenditur, eò modò illam rectissime dimitti, si viro suo dicat, non ero uxor tua, nisi mihi, &c. *Ibid. c. Uxor legitima.*

Idololatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permittit causâ fornicationis uxorem dimitti, sed quia permittit, non iussit: dedit locum Apostolo monendi, ut qui voluerit, non dimittat uxorem infidelem, quòd sic fortassis possit fidelis fieri. - - - Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias, non tantum quæ in stupris cum alienis viris aut feminis committuntur, sed omnino quælibet, quæ animam corpore male utentur, à lege DEI aberrare faciunt, & perniciosè, turpiterque corrumpunt, possunt sine crimine, & vi uxorem dimittere, & uxor virum. Quia exceptam Dominus facit causam fornicationis: Quam fornicationem, (hæc supra commemoratum est) generalem & universalem intelligere cogimur. *Ibid. cap. Idololatria.*

Sic enim recedere ab infidelibus uxoribus, vel maritis fideles viri, vel feminae non prohibentur à Domino, ut neque jubeantur; nam si dimittere tales conjuges juberentur, nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret. Nullò enim modò, quòd Dominus jubet, servus bonus fieri prohiberet, &c. *Ib. c. Sic enim.*

Judei, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admonentur ab Episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quòd si admoniti noluerint, separentur: quia non potest infidelis in ejus permanere conjunctione, quæ jam in Christianam translata est fides. Filii autem, qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem matris sequuntur; similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, Christianam sequuntur religionem, non Judaicam superstitionem. *Ibid. cap. Judei. Ex Conc. Tolosan. 4. c. 63. C. c. Si quis gentilis. Vide, prout tit. 12. n. 6. Vide, Matrimonium.*

2. Sed vivente primâ conjuge, contrahere non potest cum secundâ. *28. qu. 2. c. 1. Vide, tit. 12. num. 6.*

3. Fideles abstinere debent ab omni maledicto.

Si igitur Michael non fuit ausus Diabolo & certè maledictione dignissimo iudicium inferre blasphemiam, quantum magis nos ab omni maledictione puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum; sed per hoc Archangeli blasphemiam exire non debuit. *24. qu. 3. cap. Si igitur.*

4. Fideles cogendi sunt permanere in fide, ad quam semel venerunt. *Distinç. 45. cap. De Judæis. Vide, Baptismus. tit. 14. n. 1.*

5. Fideles conversari non possunt cum infidelibus, post conversionem. *28. qu. 1. c. Sæpe malorum. Vide, tit. 7. num. 9. Paulus III. constitutione 32. Cipientes. Vide, Judæi.*

6. Fidelium sermo talis esse debet, ac si esset juramentum firmatus.

Juramenti hæc causa est, quia omnis, qui jurat, ad hoc jurat, ut quòd verum est, eloquatur. Et ideo Dominus inter juramentum & loquelam nostram nullam vult esse distantiam; quia sicut in juramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis *Tonans 11.*

nostris nullum debet esse mendacium: Quia utrumque, & perjurium, & mendacium, Divini iudicii poenâ damnavit, dicente Scripturâ: Os quòd mentitur, occidit animam; quisquis ergo verum loquitur, jurat, quia scriptum est: Testis fidelis non mentitur. *22. qu. 5. cap. Juramenti.*

7. Fideles habentes jurisdictionem, habent potestatem dandi tormenta, mortem, &c. & qui. *23. qu. 4. cap. Quæsitum est. Vide, Christiani. tit. 2. num. 7.*

De occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi fortè sit miles, aut publicâ functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate, ubi etiam ipse est, acceptâ legitimâ potestate, si ejus congruit personæ. *Ibidem. qu. 5. cap. De occidendis.*

Judex non est auctor sceleris, nequam homines vinciendo. *Ibid. cap. Judex non est.*

8. Fideles morientes in peccato, gravius puniuntur, quam infideles.

Quòd autem in flagitiis viventes, & hæc nec poenitentia lamentis, nec elemosinarum largitionibus redimentes, sed in eis potius perseverantes diem obeunt, atrociora sunt tormenta passuri, quam illi, qui licet lavacro Christi in Ecclesia nequaquam sunt baptizati, bona tamen opera fecerunt, subter testimonia collecta declarant. Ait itaque Petrus: Melius enim eis fuerat, non agnoscere viam veritatis, retrosum converti ab eo, quòd traditum est illis sanctò mandato. *Concilium Parisiense 6. libr. 2. cap. 10.*

9. Fideles negantes fidem, gravius peccant, quam infideles.

Præterea, qui fidem respuit, quam promissit, ab illo, à quo susceptus est, & qui fidei ejus interventor existit, debet per omnia revocari. Jam verò, si non audiverit eum, quem ipse pro se dederat vadem, dicendum est Ecclesiae, à qua majoris studio ad ovile proprium ovem reduci convenit, quæ erravit, &c. quoniam apostatam spiritum imitatus est, de quò scriptum est, quòd in veritate non steterit. Confideret enim, quòd Petrus Princeps Apostolorum clamat: Si enim refugientes, iniquis, coinquinationes mundi in cognitionem Domini nostri & Salvatoris JESU CHRISTI, his rursus implicari superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis, non cognoscere viam justitiæ, quam post cognitionem retrosum converti ab eo, quòd illis traditum est sanctò mandato. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 18.*

10. Fideles non manducant, neque communicent cum infidelibus.

De his autem, qui Christianitatis bonum suscipere renunt, & idolis immolant, &c. jam verò si vos non audierint, cum eis nec cibum sumere, nec ullam penitus communionem habere, sed eos tanquam alienos atque pollutos, à vestris obsequiis & familiaritate removere debetis, ut tali fortè confusione compuncti, convertantur inspicante DEO ad ipsam, qui est verus & non falsus DEUS, Creator, & non creatus, non factus, sed Factor omnium: Nam ut Dominus præcipit de domo illius, qui non credit, non solum cibum, verum etiam nec pulverem in pedibus debet deducere christianus, &c. Nulla igitur cum his, qui non credunt, idolâque adorant, miscenda communio est. *Ibidem. c. 41.*

Neque, quòd Christianus persequitur, & à Pagano percutitur & occiditur animal; neque, quòd Paganus persequitur, Christianus occidit, à Christiano comedendum est, ne videlicet fidelis cum infideli saltem in modico communicasse videatur: quæ enim pars fidei cum infideli? Et rursus propter conscientiam, non fidelis utique, sed infidelis, gloriantur scilicet se, quòd tibi à Christiano fuerit communicatum, ac per hoc autumantis, eò, quòd non fuerit à fidei spreus, quòd vanitas erroris sui à Christiano existerit approbata. *Ib. c. 91.*

11. Fidelium aliqui salvantur, aliqui damnantur.

Ex ipsa tamen multitudine fidelium & redemptorum, alios salvati aeternâ salute, quia per gratiam DEI in redemptione sua fideliter permanent, ipsius Domini sui vocem in corde ferentes: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit; alios, quia noluerunt permanere in salute fidei, quam ab initio acceperunt, redemptionisque gratiam potius irritam facere, pravâ doctrinâ, vel vitâ, quam servare elegerunt, ad plenitudinem salutis, & ad perceptionem aeternae beatitudinis nullò modò pervenire. - - - Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquatur pro peccatis hostia. *Concilium Valentinum 3. capit. 5.*

12. Fideles tenere non possunt ritus aliarum sectarum. De Apostatis. c. Quidam. Vide, *Baptismus. tit. 17. num. 6.*

13. Fideles accipere non possunt, quæ consecrantur idolis.

Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant. Si verò post interdictum fecerint, per quinquenniî spatia temporis à communione esse arcendos. *Conc. Eliberitanum. cap. 40.* Vide, *Christiani. Vide, Catholici.*

XV. Fidei professio.

1. Fidei professionem emittere seu facere tenentur omnes, qui obtinent beneficium, Canonicatum, dignitatem, sive sint cum cura, sive sine ea. *Conc. Mediolan. 1. tit. De professione fidei. Vide, Beneficia. tit. 41. num. 3. Concil. Trident. sess. 24. De reformat. cap. 12.*2. Intra duos menses facere debent professionem fidei, aliàs non facient fructus suos. *Concil. Trident. Ibidem. Vide, Beneficiorum obligationes. Vide, Canonici.*3. Fidei professio faciendâ ab omnibus, qui promoventur ad gradus Doctoratum & lecturam. *Pius IV. constitut. 88. in Sacrosancta.*4. Fidei professio à Græcis faciendâ, & sua formula propria. *Greg. XIII. const. 23. Sanctissimus.*

5. Fidei professionem emittere tenentur Magistri Scholarum, qui pueros & adolecentes docent.

Episcopi omnes provinciae nostrae constitutionem SS. D. N. Pii IV. P. M. de professione fidei faciendâ ab iis, qui de beneficiis curatis & canonicatibus provisi sint, & à docentibus litteras, & à promovendis ad Doctorales, vel alios gradus, publicent in suis civitatibus & Diocesis intra mensem, & ab omnibus inviolatè servandam curent: praesertim verò ab iis, qui cujuscunque status, vel conditionis & dignitatis sint, quòvis modò, vel nomine, publicè aut privatim, domi suae, vel alienae, etiam si paedagogi sint, pueros, adolecentes, aliòsve cujuscunque sexus, & aetatis, quas-cunque artes litterarias, vel alias liberales, etiam si ipsa prima Grammaticae rudimenta legendò, interpretando, vel repetendo, vel aliâ quòvis ratione, etiam si gratis doceant; quorum etiam omnium mores, antequam ad docendum accedant, probare debebunt, alioquin de iis poenas in eadem Constitutione propositas sumant. *Conc. Mediol. uti supra.*

6. Fidei professio facta à Græcorum Imperatore Lugduni, quâ omnia proficitur, ut Latini. Vide, *Græci. Vide, Imperator Græcus.*7. Fidei professionis formula, quâ uti debent supradicti promoti, &c. *Pius IV. constit. 88. In sacrosancta. Vide, Professio fidei.*

XVI. Fidei Symbolum.

1. Fidei Symbolum Nicænum. *Concilium Nicænum. 1. Vide, Fides. Vide, CHRISZUS. tit. 1. num. 2.*2. Fidei Symbolum Constantinopolitanum. *Concilium Constantinopolitan. 1. Vide, tit. 1. num. 2.*

3. Fidei Symbolum altâ voce ante Orationem Dominicam populo recitandum.

Pro reverentia sanctissimæ fidei, & propter corroborandas hominum invalidas mentes, &c. constituit Synodus, ut per omnes EE. Hispaniae, & Galliciae, secundum formam Orientalium EE. Concilii Constantinopolitani, hoc est, 150. Episcoporum, Symbolum fidei recitetur, & priusquam Dominica dicatur Oratio, voce clarâ populo prædicetur, quo & fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi Corpus & Sanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant. *Concilium Tolet. 3. c. 2.*

Fidelitatis Juramentum.

1. Fidelitatis juramentum non ligat circa homines, declaratos excommunicatos. Sed quando hoc. 15. qu. 6. cap. Nos Sanctorum. cap. Juratos. Vide, *Excommunicati. tit. 11. num. 22.*2. Fidelitatem Domino jurans debet observare. *Cap. Si quis Laicus. Infra.*

3. Fidelitatis juramentum frangens circa suum Principem, excommunicandus est.

Qui Domino suo fidelitatem jurat, ista lex semper in memoria debet habere: Incolumè, tutum, honestum, utile, facile & possibile. Incolumè, videlicet, ne sit in damnum Domino suo, de corpore suo. Tutum, ne sit ei in damnum de secreto suo, vel de monitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in damnum de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile, ne id bonum, quod Dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile, neve id, quod possibile erat, reddat ei impossibile, ut fidelis hæc nocumenta caveat, justum est. Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id, quod bonum est, restat, ut in eisdem sex supradictis consilium & auxilium Domino suo fideliter præstet, si beneficiò dignus videri vult, & salvus esse fidelitatis, quam juravit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si non fecerit, meritò censetur maleficus, sicut ille, qui in eorum prævaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus & perjurus. 22. quest. 5. cap. De forma.

4. Fidelitatem non observans, quomodo puniendus.

Si quis Laicus juramentum violando, prophanat quod Regi & Domino suo jurat, & postea perversè & dolosè ejus regnum tractaverit, & in mortem ipsius aliquò machinamentò insidiatur, qui sacrilegium peragit in Christum Domini manum mittens, anathema sit, nisi per dignam poenitentiae satisfactionem emendaverit, sicut constitutum à sancta Synodo est, id est, sæculum relinquat, erina deponat, in monasterium eat, & poeniteat omnibus diebus vitæ suae, veruntamen Communionem in exitu vitæ suae cum Eucharistia percipiat. Episcopus verò, Presbyter & Diaconus, si hoc crimen commiserit, degradetur. *Ib. cap. Si quis Laicus. Conc. Tolet. 4. cap. 75. Vide, Conjurantes. n. 4.*

5. Fi-

5. Fidelitatem Dominis excommunicatis, per annum manentibus, sic servare non tenentur subditi, sed prius hoc declarandum est per Papam, à quo subditi absolventi sunt à juramento. *De poenis. cap. finali. Vide, Excommunicatio. tit. 11. num. 24.*

Fideijussor.

1. Fideijussor non potest esse Clericus, aliàs abjiciatur. *De fideijussoribus cap. 1. ex Concil. quod dicitur Apostolorum cap. 20. Vide, Clerici. tit. 17. num. 25. Vide, Clericus circa negotia secularia.*2. Fideijussor absolvendus est à debitore, si molestatur à creditoribus hujus. *Ibid. cap. Constitutus. Vide, Debitores. num. 3.*

3. Fideijussor Clerici ad hoc servandus est indemnus.

Pervenit ad nos ex confectione R. Clerici, quòd cum ipse pro C. & F. Clericis mercatoribus Bononiensibus fideijussor, illis præscriptam pecuniam non solventibus, coactus est satisfacere de eadem. Mandamus itaque discretioni vestrae, quatenus, si ex confessione prædictorum Clericorum, vel aliàs legitime vobis habere rem ita se constiterit, moneatis eosdem, ut memorato R. pecuniam, quam pro eis solvit, restituant, ipsi quoque servent indemnes, alioquin de redditibus eorum præscripta debita faciatis exsolvi, & damna etiam, quæ propter hoc perulit, refarciri, aut prædictos redditus sibi assignetis, tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna refarcita fuerint, & debita sine diminutione soluta; præfatos verò Clericos, si religionem fidei & juramenti sui eos violasse constiterit, ab officio & beneficio suspendatis. *De fideijussoribus. cap. Pervenit.*

4. Fideijussor, in quibus casibus agere potest contra debitorem, pro quo stat.

Emm, pro quo te fideijussorem obligasti, si diu in debiti solutione cessavit, aut dissipare bona sua cepit, seu super hoc condemnatus fuisti, jure poteris convenire, ut te à fideijussione debeat liberare. *Ib. c. fin.*

Fideicommissum.

Fideicommissum evanescit, si fideicommissarius instituit hæredem Monasterium, decedens sine liberis.

Verum Syndicus ipse proposuit ex adverso, quòd prædictus M. monasterio vestro obtulit se & sua: Unde universa, quæ habuerat, erant ad monasterium devoluta, &c. Sed etiam teneret, quod factum fuerat à dicto A. quia tamen intelligendum non erat, sine hærede decedere, qui monasterium sibi hæredem instituit, hoc monasterio non nocebat. *De probationibus. cap. In presentia.*

Fides humana instrumentorum & personarum.

1. Fides frustra prætenditur ab eo, cui fides fraugitur.

Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. *De reg. juris. in 6. reg. 75.*

2. Fides bona contra jus commune non facit, ut præscribatur, nisi sit de tempore, quod excedit memoriam hominum. *De præscriptionibus in 6. cap. 1. Vide, Bona fides. num. 3.*

3. Fidem non faciunt scripturæ contrariæ, ab eadem productæ.

Imputari ei potest, qui contrarias inter se scripturas in judicio protulit, fidem sibi ad invicem derogantes,

cum in ipsius fuerit potestate, quam voluerat proficere. *De fide instrumentorum. cap. Imputare. Vide, Instrumenta. Vide, Notarii. Vide, Scriptura.*

Filaeria.

1. Filaeria (id est, amuleta) facientes, excommunicandi sunt. *Concilium Laodiceum. cap. 36. & Concilium Toletanum 17. c. 21. Vide, Amuleta. Concilium Roman. 1. sub Gregorio II. capit. 12. Vide, Arioli num. 2.*

2. Filaeria præfata in remedia sunt demoniaca.

Perhibentes, quòd moris sit apud vos, infirmis ligaturam quandam ob finitatem recipiendam ferre, pendentem sub gutture, requiritis, si hæc agi nos de cætero jubeamus? Quod non solum agi non jubemus, verum etiam, nè fiat, modis omnibus inhibemus: hujusmodi quippe ligaturæ filaeria demoniacis sunt inventa versutis, & animarum hominum esse vincula comprobantur; ac idèò his utentes, anathemate Apostolica decreta percussos, ab Ecclesia pelli præcipiunt. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 79.*

3. Filaeriis utens, excommunicatur. *Conc. Romanum 1. sub Gregorio II. cap. 12. Zacharias ep. 1. 26. qu. 1. cap. Si quis ariolos. Vide, Arioli n. 2.*

Filius DEI.

1. Filius DEI est Patri æqualis & consubstantialis. *Concil. Nicænum. 1. In Symbolo. Vide, Christus. tit. 19. num. 1.*

Continebant enim litteræ tuæ, fratrumque tuorum, quòd quidam dicunt, Filium non posse propriè videre Patrem, quia scriptum est: (Deum enim nemo vidit unquam) & alii fingunt, idèò minor est Pater Filius, quoniam Pater illi perhibet testimonium. Quidam autem garriunt, quòd idèò Pater minor est, quia invisibilis ipse dicitur, Filius verò visibilis comprobatur. - - - Si serenò sensu Divinas recenses scripturas; invenies, non solum Patrem Filio testimonium perhibentem, sed totam simul inseparabilem Trinitatem, ipsò Domino protestante, qui ait: Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, &c. Intende, quæso, intende, quoniam in quibus una testificationis virtus ostenditur, nullus ab aliquo, neque potior, neque inferior judicatur. Sæpius ista jam diximus, quia secundum hominis formam Filius visibilis dicitur, secundum verò Deitatis substantiam, invisibilis prædicatur. *Felix I. ep. 3. cap. 1. & 2.*

2. Filius DEI dici non potest, factus ex non existentibus, sed semper fuit. *Conc. Nicænum 1. Vide, Christus. tit. 19. n. 1.*

Dicentes autem: erat, quando non erat, aut non erat, antequam fieret; aut quia ex non existentibus factus est: aut ex altera substantia, vel essentia; dicentes: esse aut creatum, aut convertibilem Filium Dei, nos tales anathematizat C. & A. Ecclesia. *Conc. Rom. 1. sub Julio I.*

Credimus igitur in unum DEUM, Patrem Omnipotentem, aspectabilem & inaspectabilem omnium Conditorum: Et in unum D. J. C. Filium ejus antè omne sæculum & tempus ex ipso naturaliter genitum. Nam quod ad tempus attinet, æquè principii expertus & æternus est, atque is, qui illum genuit, eadem quoque potestate & gloria cum illo est, per omnia denique & in omnibus eisdem æqualis; (figura namque & splendor substantiæ illius est.) *Concil. Ephesinum 1. gener. In ep. Cyrill. ad reliquos. Reginas.*

Si quis dicit, Filium DEI Dominum nostrum, antequam ex Virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatensis, & Photinus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Concil. Brucaren. 1. cap. 3.*

3. Filius DEI est ejusdem essentiae ac potentiae, & per omnia æqualis Patri, subsistens tamen in propria substantia, seu hypostasi.

X 4 Nos

Nos autem, quorum mentibus Divinum illud lumen illuxit, &c. DEI Filium, verè quidem, modò tamen Divinò planè & inexplicabili, ex DEI & Patris essentia natum profitemur, tum per se quidem in propria hypostasi subsistere, naturæ tamen identitate cum generante unum esse, tum hunc in Patre, & Patrem vicissim in hoc inesse. Confitemur item, eundem illum lumen esse de lumine, DEUM de DEO, eundem cum Patre potentia & gloria, paternæque substantiæ figuram ac splendorem, per omnia & in omnibus Patri æqualem, nullâ autem ex parte inferiorem, aut imparem, his autem Spiritu Sanctò annumeratò, sacra illa & homousia hypostaseon Trias absolvitur, & in una eademque Divinitatis natura consociatur. Ex Concil. Ephesino. In ep. Ad Monachos & Egypci.

Quidam errori decepti dicunt, ideò Patrem majorem Filio esse, quia illi soli Sacrificium immolatur, & quòd Filius nullam cum Patre communionis operam habeat, &c. Sive quòd ideò minor est Filius, quia ipse in Cruce pendens dixit: DEUS! DEUS meus! quare dereliquisti me? Quibus competens & congruum reddatur responsum, quia sicut Patri, ita etiam Filio, non solum Christianis temporibus, verum etiam priscis temporibus, à Sacerdotibus variis, multisque modis probatus Sacrificium fuisse oblatum, — Sacrificium itaque, quòd à Christianis factis Altaribus admovetur, non solum DEO Patri, sed etiam Filio communi devotione offertur, quoniam nec Patri sine Filio potest offerri, neque Filio sine Patre sacrari. Quòd autem communem operationem habeant Pater & Filius, hòc modò docetur: dum primi hominis plasma DEUS ad imaginem DEI communi operationis virtute fecisse fertur, Scripturâ dicente: (Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.) Item ibi: (Descendamus & confundamus linguam eorum. Et: Pluit Dominus à Domino ignem & sulphur super Sodomam.) Et in Evangelio: (Pater meus usque modò operatur, & ego operor. Similiter & opera, quæ ego facio, non sunt mea, sed ejus, qui misit me, Patris.) Quæ omnia non discretam Patris & Filii potentiam monstrant, sed unam Divinitatis operationem annuntiant. — Ut eum agnoscat Filium à Patre (ut vos suspicamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in Evangelio posuit testimonium: (Pater, qui me misit, mecum est; & non reliquit me solum, quia, quæ placita sunt ei, facio semper.) *Marcellinus ep. i. Felix I. ep. 3. supra n. 1.*

4. Filius DEI non solum corpus, sed animam assumpsit. *Clement. De Fide Cathol. cap. 1. Vide, Christus tit. 1. n. 1. Conc. Ephesin. in epist. Cyrilli ad Theodosium. Vide, Ibidem. tit. 2. num. 9.*

5. Filius DEI est incarnatus.

Quicumque illi sint ita obsecati, & à lumine veritatis alieni, ut Verbi DEI à tempore incarnationis denegent veritatem, ostendant, in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum Evangelio veritatis quâ ratione concordent, si Beatæ Virginis partu, aut caro sine Deitate, aut Deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, Evangelistâ dicente: Quòd Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis. Itâ negari non potest, B. Apostolò Paulò prædicante, quòd DEUS erat in Christo, mundum reconcilians sibi. *Cajus ep. Decretali. Vide, Symbolum Nicen. Vide, ubi supra n. 1.*

Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de Cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sanctò, ex Maria Virgine homo factus, &c. *Symbolum Constantinopolitanum.*

6. Filius DEI ex Virgine natus est.

De incarnatione verò Verbi & fide credimus in D. N. J. C. ex MARIA Virgine natum, quoniam ipse est æternus DEI Filius; nec enim hominem assumpsit DEI Filius, ut esset alter præter ipsum, sed DEUS existens perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex Virgine. *Felix I. epist. 4. Eutychianus. capit. 1. Vide, Christus. tit. 8. num. 4.*

7. Filius DEI natura humana est crucifixus & mortuus. *Clement. De Fide Cathol. cap. 1. Vide, Christus. tit. 11. n. 1.*

8. Filius DEI quomodo passibilis & impassibilis sit. *Vide, Christus quoad passionem.*

9. Filius DEI in humanitate emisso Spiritu vulnecatus est in latere. *Clement. ubi supra.*

10. Filius DEI non est minor Patre. Scit omnia, quæ Pater.

Quicumque Filium DEI D. J. C. negaverit à paternâ substantia sine initio genitum, & æqualem Patri esse, vel consubstantialem, anathema sit. *Concil. Tolentanum. 3. cap. 2.*

Quicumque Filium DEI D. N. J. C. & Spiritum Sanctum esse Patre minores asseruerit, & gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit, anathema sit. *Ibidem. cap. 5.*

Quicumque nescire Filium DEI, quæ DEUS Pater sciat, dixerit, anathema sit. *Ibidem. cap. 7.*

11. Filius DEI non est creatura. *Ibidem. cap. 5. Et Concilium Nicænum 1. in symbolo. supra num. 1.*

12. Filius DEI dicens, se non posse facere quidquam, intelligitur sine Patre.

Denique, nè quis illum à Patris & Filii voluntate & societate discerneret, scriptum est: Non enim à semetipso loquitur, sed sicut audierit, loquitur. Cui etiam simile de se ipso Salvator ait: Sicut audio & judico. Et alibi: Non potest Filius facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem. *De consecrat. Dist. 5. cap. ult. in fine. Vide, Christus. Vide, Verbum Divinum. Vide, Persona Divina.*

I. Filii DEI per gratiam.

1. Filii Dei vocari possunt homines, qui quotidie dicunt: Dimitte nobis, &c.

Nonò, ut fateatur filios DEI vocari posse filios, qui quotidie dicunt: Dimitte nobis debita nostra; quod utique non veraciter dicerent, si essent omnino absque peccato. *Concil. Diospolitianum. cap. 9.*

2. Filii Dei proprie sunt prædestinati, non reprobi. *Cap. Si ex bono.*

3. Filii Dei vocantur, qui in gratia Dei vivunt.

Nec nos moveat, quòd filii sui quibusdam DEUS non dat istam perseverantiam. Absit enim, ut ita esset, si de illis prædestinatis essent, & secundum propositum vocatis, qui verè sunt filii promissionis. Nam isti, cum piè vivunt, dicuntur filii DEI, sed quoniam victuri sunt impiè, & in eadem pietate morituri, non eos dicit filios Dei. Præsentia DEI. *Et in fine:* Appellamus ergo nos & electos Christi discipulos, & DEI filios, quia sic appellandi sunt, quos regeneratos piè vivere cernimus. Sed tunc verè sunt, quòd appellantur, si manserint in eo, propter quod sic appellantur; si autem perseverantiam non habent, id est, in eo, quod ceperunt esse, non manent, non verè appellantur, quod appellantur, & non sunt; apud eum enim hoc non sunt, cui notum est, quod futuri sunt, id est, ex bonis mali. *De penitentia. Dist. 4. cap. 8. Si ex bono.*

II. Filii quomodo tractandi, & sub cujus potestate tenendi.

1. Filius, qui non corripitur, non amatur. *23. q. 5. cap. Non putet. Vide, Anare. n. 3.*

2. Filii erudiendi sunt in bonis litteris & disciplina. *Dist. 37. cap. Legant. Vide, Clerici. tit. 17. n. 18.*

3. Filius usque ad triennium stare debet sub cura matris, deinde sub cura Patris, sed mutandus est ordo, si addit periculum perversionis in puero, ob infidelitatem parentum.

rentum. *De conversione infidelium. cap. fin. Vide, Conjuges. tit. 1. n. 10.*

4. Filii, quibus à Patre negantur alimenta, liberi sunt ab ejus potestate.

Si à patre, sive ab alio sciente ipso, aut ratum habente, ex legato pietatis officio infans positus exstitit, hoc ipso à potestate fuit patria liberatus. Nam & hoc casu in ingenuitatem, libertus & servus in libertatem eripitur, quod & de prædictis, cujuscunque ætatis, etiam languidis, si expositi fuerint, vel si alicui eorum alimenta impiè denegari contigerit, est dicendum; Sanè qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis jus aliquod vindicare. *De infantibus, &c. cap. unico.*

5. Filium occidens. *Vide, Mulieribus prohibita.*

6. Filii exheredati bona non possunt Ecclesiæ tradi, neque hæc debet acceptare. *17. q. 3. cap. Quicumque. Vide, Ecclesia. tit. 53.*

III. Filii in utero Matris.

Filii in utero existentes, non possunt baptizari.

De consecrat. Dist. 4. cap. Si ad Matris cap. Qui in maternis. Et cap. Si qua mulier.

Vide, Baptismus. tit. 3. n. 8. & tit. 6. n. 2. Vide, Mulieribus prohibita.

IV. Filii circa parentes, & horum crimen quando eis officit.

1. Nec filius suum patrem spiritualement, nec inferior suum Superiorem judicare, vel reprehendere debet.

Filios circa spiritualement patrem, ut discipulos erga magistrum, itâ devotos ac sobrios esse decet, ut nulla penitus temeritate ad eorum vitam dijudicandam, nec saltem tenuiter reprehendendam, proliant. *Nicolaus I. in decretis. tit. De iudiciis cap. 2.*

Non potest quisquam ritè ab his, qui inferioris Ordinis vel dignitatis sunt, judicialibus submitti distinctionibus, unde factum est, ut in Concilio Episcoporum nullus in Marcellinum Papam sententiam proferre ausus fuerit, dum ei sepius omnes dicerent: Tuò ore judica causam tuam, non nostrò iudicio. Et iterum: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. *Ibidem. cap. 3.*

2. Filius æquatur, vel præponitur Patri, ratione dignitatis.

Queritur pater de malo filio, aut queritur filius de duro Patre: Servamus honorificentiam, quæ debetur Patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus filium patri in honore, sed præponimus, si bonam causam habet, filium patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æqualitas meritum. *2. q. 7. cap. Queritur.*

3. Filius quando non potest patrem relinquere, prætextu Religionis, & est anathema, si facit. *Conc. Gangren. cap. 16. dist. 30. c. Si qui. Vide, Hæresis. tit. 1. n. 8.*

4. Filius pro patre rebelle occidi non potest.

De his nôsse desideratis, qui vitâ privati sunt, utrum ex illis peccatum habeatis, quod urique sine peccato evasum non est, nec sine culpa vestra fieri potuit, ut proles, quæ in consilio parentum non fuit, nec adversus vos arma sustulisse probatur, innocens cum nocentibus trucidaretur. *Nicolaus I. ad consulta Bulgavorum. cap. 17.*

5. Filius, cui à Patre negantur alimenta, liber est ab ejus potestate. *De infantibus. cap. unico. Vide, tit. 2. num. 4.*

6. Filii non debent inire matrimonium invitati parentibus.

Volunt tamen liberos sedulò admoneri, ut Divini præcepti memores, velint in parentum esse potestate, nec illis inscitiis, aut invitatis, inire matrimonia, ac quicquam rei seriè inchoare præsumant. *Conc. Mogunt. 4. cap. 37. Vide, Matrimonium.*

7. Filius armans contra patrem, est infamis.

Et omnes, qui adversus Patres armantur, infames esse censemus: neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accusationem, vel ad testimonium recipiendos. *Julius I. ep. 2. cap. 10.*

Sic odit Deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invidores, qui omnium mundo infamiâ notantur. *Adrianus in decretis. cap. ult.*

Omnes, qui adversus patres armantur, ut patrum invidores & mactatotes infames esse censemus. *3. q. 5. cap. Omnes.*

Hi, qui non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem. Omnes, qui adversus Patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi. *6. q. 1. cap. Sacerdotes.*

8. Filius in testamento non potest privare matrem portione sibi debitâ jure naturæ.

Licet autem filius testamento suo matrem portione jure naturæ debitâ privare non possit: pater tamen in testamento, quòd filio impuberi facit, potest: Nam testamentum hujusmodi pupillare paternum, vel paterni pars potius est censendum. *De testamentis. in 6. cap. 1.*

9. Filii non reverentes patrem ex superstitione ob DEI cultum, sunt anathema. *Concil. Gangrense. cap. 6. supra num. 3.*

10. Filii à parentibus trahunt culpam originalem. *De consecrat. dist. 4. cap. Placuit, ut quicumque. Vide, Adam. num. 1. Vide, Originale. Vide, Peccatum.*

11. Filii non nocent in spiritualibus Patrum crimina.

Judei baptizati, si postea prævaricantes in Christum, quâlibet penâ damnati existerint: à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit. Quia scriptum est: Filius non portabit iniquitatem patris. *1. q. 4. cap. Judæi.*

Jam itaque, cum homo in se ipso est ab eo, qui genuit eum, alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. Trahit ergo reatum, quia unus erat cum illo, & in illo, à quo trahit, quando quod trahit, admissum est. Non autem trahit alter ab altero, quando suâ unoquoque proprio vitâ vivente jam est; unde dicitur: (Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.) Ut autem possit regenerari per officium voluntatis alienæ, cum offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblitus. *Ibidem. cap. Jam itaque.*

Non imputantur filii peccata parentum, quæ post eorum nativitatem à parentibus committuntur, nec pro peccatis parentum spirituali penâ filii sunt plectendi. *Ibidem. cap. Non imputantur. Et cap. Crimen. Vide, Crimen. num. 9. dist. 56. cap. Undecunque. cap. Nunquam. cap. Nasci. cap. Sponsus. Vide, Culpa. n. 1.*

12. Non culpandi ex parentum vitiis. *Dist. 56. cap. Nunquam. capit. Sponsus. supra.*

13. Non sunt excommunicandi pro peccatis parentum.

Si habes de hac re sententiam certis rationibus, vel scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo rectè anathematizetur, pro patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro Domini servus, aut quisquam etiam in domo nondum natus, si eodem tempore, quòd universa domus est anathemate obligata, nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationem in mortis periculo subveniris; hæc enim fuit corporalis pœna, quâ legimus quosdam contemptores DEI cum suis omnibus, qui ejusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos. Tunc qui-

quidem ad terrorem viventium mortalia corpora perimebantur, quandoque utique moritura; spirituales autem poena, quae fit, quod scriptum est: (Quae ligaveris in terra, erunt ligata & in Caelo) animas obligat, de quibus dictum est: (Anima patris mea est: & anima filii mea est: anima, quae peccaverit, ipsa morietur.) 24. qu. 3. cap. Si habes.

14. Filii haereticorum sunt incapaces officiorum & beneficiorum. Vide, *Haereticorum filii*.
15. Filiis baptizatis non nocet parentum perfidia. *De consecrat. dist. 4. cap. Quæris à me. Vide, Baptismus. tit. 9. num. 25.*
16. Filii suspectorum de hæresi, quando sunt incapaces beneficiorum. Vide, *Haereticorum filii*.
17. Filii mali non arguunt nuptias malas. *Distinctione 56. capit. Undecunque. supra numero 11.*
18. Filii latronum famosorum sunt incapaces beneficiorum.
Raptores, quos Divinus timor à malo non revocat, temporali saltem poenâ merito sunt puniendi. Ideoque sacro approbante Concilio, statuiimus, ut tales scelerati, quamdiu ab hac luce migraverint, Ecclesiastica careant sepultura; si verò fuerint sepulti, exhumentur, etiam si huiusmodi raptores ante obitum poenitentiae Sacramentum receperint, & de rapinis satisfecerint: nec pro eis Divina dicantur, aut oblationes admittantur. Adjicientes nihilominus, quod publici & famosi raptores ultra poenas prædictas ipsò jure sint intestabiles, nec ex testamento capere possunt, filiique eorum sint inhabiles ad beneficia Ecclesiastica obtinenda. *Concilium Tolet. 22. cap. 22.*
19. Filio nato ex adulterio non imputatur in culpam. *Distinctione 56. cap. Nasci supra num. 11.*
20. Filius, cui pater in infantia procuravit beneficia simoniace, tenetur illud relinquere adules, sed non privatur Ordine. Sed in Ecclesia non potest habere dignitatem. At ex necessitate indulgetur, ut habeat.
Quicumque sanè cupiditate parentum, cum adhuc parvuli essent, EE. vel EE. partes, per pecunias adepti sunt, postquam eas omnino dimiserint, si canonicè in eis vivere voluerint, pro magna misericordia ibidem posse esse concedimus; neque pro hoc facto à facis Ordinibus removemus, si alias digni inventiantur. --- Si qui tamen, ante emptionem Catholicæ ordinati sunt, cum ea, quæ emerunt, dimiserint, & vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur, nisi fortè ejusmodi Ecclesiæ sit, ut ibi primum locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel præposituræ locum, in emptis EE. eos habere non patimur. 1. qu. 5. c. Quicumque sanè.
Præsentium portitorem, quem parentum incuriâ per pecuniam, non Episcopo, sed cuidam Principum ejus datam, invitum Sacerdotii dignitatem obtinuisse, significasti, licet sancti Canones deponendum esse testentur, tamen, quia culpam illam nesciens, & cæcè commisit, & quia ab eodem Ordine ut deponeretur, supplicavit ultroneus, ex consideratione discretionis (quæ mater est omnium virtutum) magis, quam ex rigore Canonum, misericordiae viscera adhibendo, ipsum in eodem Ordine esse, Fraternitati tuæ consulimus, ita tamen, ut si Ecclesia illa, cui deservit, Sacerdotium penuriam non patitur, suspensus à Sacerdotali officio permaneat. Quod si fortasse Ecclesiæ utilitas exegerit, ut curam regiminis assumat, liceat ex concessione sui Episcopi, fratrumque obedientia, Sacerdotali officio fungi. *Ibid. c. Presentium.*
21. Filius ingrediens Religionem, non potest à patre privari hereditate, licet quando erat Laicus, fuerit ei ingratus.

Non liceat parentibus, liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere, monachos factos; quamvis dum Laici fuerant, in causam ingratitude incidissent. Item non licet parentibus liberos suos ad solitariam vitam transeuntes, abstrahere de Monasteriis. 19. q. 3. cap. ultimo. Vide, *Culpa. Vide, Pater.*

V. Filii Clericorum, Sacerdotum, Presbyterorum, Episcoporum.

1. Filii Clericorum, Presbyterorum, &c. à sua potestate non dimittantur, nisi certi sint parentes de eorum probitate, & quod illorum crimina non imputentur ipsis.
Ut Episcopi, vel Clerici filios suos à sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint, & de ætate secuti, ut possint ad eos jam propria pertinere peccata. *Concil. Africanum cap. 2.*
2. Filius Episcopi habet jus in bona, quæ habebat pater ante Episcopatum.
Euplus præsentium portitor, Euzanium Agrigentina civitatis Episcopum, suum fuisse memorat genitorem, matrisque suæ res apud eum plurimas indicat mansisse, &c. Qua de re f. t. hujus precepti serie deputamus, quatenus diligenter curet addiscere, & si quid apud prædictam Ecclesiam de rebus matris ipsius inveniri potuerit, siquidem nihil est, quod antè dicto Euplo rationabiliter possit obistere, ei secundam suam facias portionem restitui. Proinde & de rebus paternis, quas ante Episcopatum dignoscitur habuisse, si eas in jus Ecclesiæ suæ quolibet modò non transtulit, ei, quantum portioni ejus legaliter scit competere, ut satisfieri possit, imminet. Nam omnino & contra rationem, & contra nostrum probatur esse propositum, si cui ea, quæ iustè competunt, restitui, ac satisfieri denegemus. *Gregorius I. lib. 3. ep. 36.*
3. Filii Clericorum, Presbyterorum, &c. aliorum in sacris, non succedunt in hereditate, si ve nati sint de legitimo matrimonio, si ve illicito concubitu, sed servitio ejus Ecclesiæ sunt mancipati.
Quilibet ab Episcopo usque ad Subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillâ, vel ex ingenuâ detestando connubio, in honore constituti filios procrearint, illi quidem, ex quibus geniti probantur, Canonica censurâ damnentur; proles autem tali pollutione nata, non solum hereditatem parentum nunquam accipiet, sed etiam in servitium ejus Ecclesiæ, de cuius Sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebunt. *Concilium Tolet. 9. cap. 10. & 15. qu. 8. cap. Cum multa.*
4. Filii Sacerdotum Græcorum Clerici. Vide, *Græci.*
5. Filii Sacerdotum (si legitimi) possunt esse Episcopi. Sed à Papa in hoc dispensantur.
Cænomanensem electum, pro eo, quod filius Sacerdotis dicitur, si ceteræ virtutes in eum conveniunt, non rejicimus, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus, non tamen ut hoc pro regula imposternæ assumatur, sed ad tempus Ecclesiæ periculo consultitur. *Dist. 56. cap. Cænomanensem.*
Quia simpliciter ad Sedem Apostolicam veniens, humiliter peccatum confessus es, quod Pontifici tuè videbatur officium impedire, videlicet, quod ex matre non legitima procreatus sis, quam vivente propriâ uxore pater tuus cognovisset dignoscitur: Nos Apostolicæ consuetudinis gratiâ admonente, à cæteris, quæ Sacerdotium impediunt criminibus, tam tui professionem, quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunem te agnoscentes, & vitam tuam religiosam audientes, ab hujus te peccati vinculo absolutum in suscepto Sacerdotali officio confirmamus. *Ibidem. cap. Quia simpliciter. Concil. Lat. 3. tit. De elect. cap. 3. Vide, Episcopus. tit. 1. n. 2.*

6. Filii

6. Filii Sacerdotum non possunt, nisi in monasteriis, Ordines Sacros sumere.
Nisi aut in cœnobiiis, aut in canoniis, religiosè probati fuerint conversari. *Ibidem. cap. Nisi. Concilium Lateranense. 3. In appendice rit. De ordinatione Filiorum, &c. cap. 2. Vide, Illegitimus. n. tit. 7.*
7. Filii Sacerdotum illegitimi, non possunt ordinari in sacris.
Presbyterorum filios à sacris Altaris ministeriis removemus; nisi aut in Cœnobiiis, aut in Canoniis religiosè probati fuerint conversati. *Dist. 56. cap. 1. Presbyterorum.*
8. Filii Clericorum, geniti ab eis, cum essent in sacris, non possunt succedere patribus ab intestato.
Fraternitati vestræ mandamus, quatenus in Diocesis vestris districtius inhibere curetis, ut filii Presbyterorum & Clericorum, quos iidem, post sacri nuper generalis statuta Concilii, in Sacris Ordinibus constituti turpiter genuerunt, ipsis in hereditate paterna non succedant, & propinquiores sui sanguinis, præter illos ad eorum hereditatem facientes admitti, contradicentes per censuras Ecclesiasticas, Appellatione postpositâ, compescatis. *Honorius III. ex Cirone. De success. ab intestato. cap. 1.*
9. Si talis filius, ignorante vel sciente Episcopo obtinuit, non potest spoliari eâ dignitate patris habitâ, donec de alia provideatur. Sed mediâ potest succedere.
Fr. t. &c. quatenus, si tibi innotuerit, quod pater ejusdem Presbyteri in præscripta Ecclesia ministraverit, quando eum instituit, ipsam eidem, citatione & appellatione cessante, in pace dimittas, amorè aliò, si quem instituit. Verum, si te ignorante, quod pater ejus in eadem Ecclesia ministraverat, ipsam ei assignasti, ex quo ad E. ipsam eum in Presbyterum ordinasti, sibi restitui, donec in alia Ecclesia ei provideas, unde honestè valeat sustentari, & sibi nullam super præscriptam Ecclesiam molestiam vel gravamen inferas. *Concilium Later. 3. Ubi supra c. 5. & De filiis Presbyterorum. cap. Veniens. Idem. Ibid. cap. 8. & De filiis Presbyterorum. cap. Ex transmissa. Vide, Beneficia tit. 24. num. 2.*
Constitutus in præsentia nostra G. Clericus, &c. monstravit, quod cum capellam de Streitonn canonice fuisset adeptus, & eam pluribus annis pacificè tenuisset, R. miles ipsum præscriptâ Ecclesia, sine iudicio & iustitia spoliavit. Cùmque memoratus Clericus exinde Episcopo querelam deposuisset, objectum fuit ei, quod pater ejus in eadem Ecclesia ministravit, & præscriptam capellam non potuit rehabere. -- Discretionis vestræ, &c. Si vobis constiterit, quod idem Clericus à præscripta Ecclesia per manum laicalem fuerit ejectus, & quod pater ejus præfata capella persona, seu Vicarius perpetuus non fuerit, licet in eadem nomine ipsius S. quandoque ministravit, ipsam sibi cum redditibus inde perceptis, amorè aliò, si quis eam detinuit, &c. restituitis. *Conc. Later. locò citatò sup. 9. De filiis Presbyt. c. Constitutus.*
Ex parte tua nobis præpositum est, quod cum olim ad consultationem tuam super filiis Sacerdotum tales litteras suscepisses à nobis, ut eos possis in EE. quas patres eorum nullò mediante possederant, sustinere, quos probatæ vitæ & sanæ conversationis cognosceres, vel quos eas longò tempore tenuisse constaret, quidam ad iudices litteras impetraverunt, ut si constaret eos filios esse Sacerdotum, vel Clericorum, qui proximè ante eos EE. tenuerunt, super his imponent eis appellatione cessante silentium, & EE. istas eis assignet, quamvis in eis se ostendere nequeant per Episcopum institutos, super quo tibi respondemus, quod si per priores litteras nostras cum aliquibus Clericis dispensasti, dispensationem tuam posteriorum litterarum nostrarum intuitu nolumus irritari, sed eam præcipimus servari illibatam. Alios verò Clericos laicæ donationis intuitu in Ecclesiis ipsis, Parochialibus

- jure subjectis, sine auctoritate Pontificis institui, aut institutos in eis remanere. auctoritate Apostolicâ prohibemus. *Ibid. cap. 10. Vide, Dignitas. Vide, Pater. Vide, Canonici, quoad electionem.*
10. Potest præesse Ecclesiæ, in qua pater ministravit, sine titulo. *De filiis Presbyterorum. cap. Constitutus. supra.*
 11. Filius Sacerdotis, si ordinatus est Subdiaconus, non potest privari beneficio.
Cæterum, quia indignum est, ut ipse, postquam est in Subdiaconum ordinatus, omnino debeat Ecclesiastici beneficii provisione carere: Mandamus, &c. *Ibid. c. Proposuit.*
 12. Filius Sacerdotis, qui præest immediatè post patrem Ecclesiæ, cui præfuit pater, statim sine auxilio cæterum est removendus.
Præcipimus, quatenus si manifestum & publicum fuerit, patres in Ecclesiis personatus gessisse, filios ab eisdem (si etiam eas adepti sunt) penitus excludatis, nec ad earum gubernationem ulterius assumantur. Nolumus enim, ut causa in iudicium deducatur, vel testes etiam admittantur, si hoc manifestum existat. *Ibidem. cap. Quotiam. ex Lateranensi 3. de Ord. filiorum. cap. 7. Conc. Lateran. 3. in append. part. 50. c. 60. Vide, Ecclesia. tit. 23. n. 5.*
 13. Filius Sacerdotis, etiam legitimus, removendus est ab Ecclesiæ prælatione immediatè, si in ea præfuit pater. *Ibid. cap. Ad eximpendas. Concilium Lateranense 3. in append. part. 50. c. 60. supra.*
 14. Filius Clerici illegitimus in Ecclesia paterna præbendari seu beneficiari nunquam potest.
Filiis Canonicorum præbendas in eisdem Ecclesiis conferri non sinatis, quarum sunt Canonici patres eorum. Cùm indecorum sit, ut in Altaris officio illegitimus filius impudico patri ministrat, in quo unigenitus DEI Filius æterno Patri pro salute humani generis victimatur. *Ibidem. cap. Cùm decorem. Concil. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 15.*
 15. Filius legitimus Episcopi potest ordinari & beneficiari in Ecclesia patris.
Quod à nobis F. t. requisivit, an à Pontificibus generati valeant ad SS. Ordines promoveri? Si scientia fuerint & mortum honestate præbables, licet F. t. quod si ex legitimo sint matrimonio procreati, nec aliud Canonicum obviat, licet possint ad SS. Ordines ascendere, & in eisdem EE. in quibus præfuit, vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere. *Ibidem. cap. Ad hoc. Et cap. Cùm decorem. supra. n. 14.*
 16. Filii Sacerdotis Græci licitè promoventur inter Latinos, nisi sit scandalum. *De Clericis conjugatis. cap. Cùm olim. Vide, Clerici. tit. 8. n. 3.*
 17. Filii Clericorum illegitimè nati, nec beneficium in Ecclesia, in qua habuit pater, habere possunt, nec in eadem ministrare, nec habere pensionem super beneficiis, quæ habuit pater. *Clemens VII. constit. 30. Ad Canonum, & Conc. Trid. sess. 25. De reformat. cap. 15.*
 18. Filius præfatis non potest pater renunciare beneficio, & si facit, nulliter facit. *Conc. Trident. Ibidem.*
 19. Filius, etiam legitimus, esse non potest Vicarius in Ecclesia, in qua pater fuit Rector immediatè.
F. T. mandamus, quatenus si constiterit tibi, ipsam M. fuisse filium Antonii, qui ejusdem Ecclesiæ habuit proximè personatum, ei super eadem Vicaria perpetuam

rum silentium imponere non postponas. *De filiis Presbyterorum. cap. Michæl.*

20. Filiabus Clericorum dari non possunt doctores de bonis Ecclesiæ. Vide, *Clerici quoad donationes.*

21. Filiis illegitimis, etsi legitimi sint, non possunt Clerici relinquere bona Ecclesiæ, neque patrimonialia. *Pius V. constit. 117. Quæ Ordini.*

22. Filius Sacerdotis, genitus in Sacerdotio, non potest in eadem E. succedere in dignitate, vel beneficio patris, nisi cum dispensatione Papæ. *Concil. Lateranen. 3. in append. tit. de Ordin. filiorum &c. c. 1. Vide, Dignitas. tit. 8. idem cap. 7. Vide, supra n. 12. De filiis Presbyterorum. c. Presentium. ex Lateran. 3. l. cit. cap. 4. Vide, Dignitas. tit. 8.*

F. t. mandamus, quatenus si publicum est & notorium, patrem R. Clerici habuisse in prædicta E. personarum, filium ejus ibidem ministrare, aut ejusdem E. personarum habere nullatenus patiaris, & si jam institutus est tibi, eum inde non differas amovere. *De filiis Presbyterorum. cap. Conquerente. Concilium Lateranen. 3. tit. De interpretatione. cap. 2. Vide, Prescriptio. n. 4.*

Noventis ergo, quod ad Ecclesiastica beneficia nullum secundum Canones admittendum credimus, nisi electione Canonica vocatum. Sacerdotum vero filios, maxime in Sacerdotio genitos, his temporibus suis succedere parentibus, quarumlibet regionum consuetudo, & in donis civilibus prohibent, & Canones in Ecclesiasticis multo fortius prohibent & execrantur. Personarum quoque filios, citra Sacros Ordines constitutarum, plerumque si tamen merita suffragantur, parentibus suis succedere, conniventibus oculis toleramus. Exemplum namque perniciosum est grave, talia in Ecclesia pullulare, per quæ & Laicis scandalum generetur. Sanè tam has personas, quam illas, ab aliis non repellimus beneficiis, si digni inveniantur. *Concil. Lateranen. 3. in appendice. tit. 49. cap. 14.*

Licet adeo detestati fuerint SS. PP. quod beneficia Ecclesiastica jure possint hæreditariò possideri, ut in eis etiam sit interdicta successio sobolis benè nate: quidam tamen de nefario coitu procreati, &c. in beneficia hujusmodi, quæ patres eorum nullo modo tenuerunt, irumpere, atque ausu temerariò detinere non formidant. -- Hoc igitur nos, &c. statuendo, districtius prohibemus, & prohibendo statuimus, ut EE. Prælati aliquos tales in beneficiis hujusmodi, quæ patres eorum quocunque titulo tenuerunt, in totum, vel in partem, quocunque colore, vel fraude instituerent, vel utcumque admittere immediatè de cætero non præsumant; illos verò, qui beneficia hujusmodi jam illicitè sunt adepti, eis præsentè statutò decernimus fore privatos. *Concil. Londinen. 2. cap. 18. Clemen. VII. constit. 30. Ad Canonum.*

VI. Filii non relinquendi sub quovis prætextu.

Filios deserens, vel non educans, prætextu continentia, est anathema. *Concil. Gangren. cap. 15. dist. 30. cap. Si quis dereliquerit. Vide, Hæresis. tit. 1. n. 8.*

VII. Filiorum oppressores, vel occisores.

1. Filios occidens, quæ pœnâ puniendus. Vide, *Adulterinus.*

2. Filiorum oppressores, quomodo puniendi. De infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre & matre, & apparet, utrum à patre vel à matre

oppressus sit ipse, vel suffocatus, vel propria morte defunctus: non debent inde securi esse parentes, nec etiam sine pœna, sed tamen consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas, sed eventus mortis causa fuerit. Si autem eos non latet, ipsos interfectores esse, scire debent, se graviter deliquisse. Quidam autem poenitentiam trium annorum judicant esse debere, quorum unum peragant in pane & aqua. *De his, qui filios. &c. cap. fin.*

3. Filiorum occisores à iudice & Ecclesia simul judicandi & puniendi sunt.

Cum multæ querelæ ad aures Sancti Concilii deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis opus est nuntiarum, quantum confitentium aures Sacerdotum ferre non possent, ut in quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant, &c. proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi D. N. Reccardi Regis perlatum est, cujus gloria dignata est, iudicibus earundem partium imperare, ut hoc horrendum facinus diligenter cum Sacerdote perquirant, & adhibitâ severitate prohibeant. Ergo & Sacerdotes ipsorum locorum hæc sancta Synodus dolentiùs convenit, ut idem scelus cum iudice curiosius quærant, & sine capitali vindicta acriori disciplinâ prohibeant. *Concil. Tolosan. 3. cap. 17. Vide, Mulieres prohibita. Vide, Adulterinus.*

VIII. Filiorum procreatio.

Filiorum procreationem damnans, est hæreticus.

Si quis conjugia humana damnet, & procreationem nascentium perhorrescat, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Conc. Brachar. 1. cap. 11.*

IX. Filii infidelium, vel hæreticorum, & cujus conditionem sequantur.

1. Filii nati ex fidei & infideli, sunt fideles. 28. q. 1. cap. Judæi. *Concil. Tolosanum 4. cap. 63. Vide, Fideles. tit. 14. n. 1.*

2. Filii hæreticorum, baptizati in infantia, cum veniant ad Ecclesiam, sunt capaces Ordinum. 1. q. 4. cap. Placuit de infantibus. Vide, *Baptismus. tit. 5. n. 10.*

3. Filii infidelium, in gradu prohibito conjugatorum, sunt legitimi, si parentes veniunt ad fidem.

Cæterum prolem de infidelium conjunctionibus natam, qui secundo, tertio, vel ulteriori gradu, secundum opinionem illorum, matrimoniali contraxerunt affectu, post fidem receptam, utilitate publicâ suadente, legitimam volumus reputari. *Qui filii sint, &c. cap. fin.*

4. Filii infidelium à parentibus sunt separandi, si ad fidem veniunt. Quando separandi.

Judæorum filios, vel filias, nè parentum ultrà involvantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos aut monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus DEUM timentibus, ut sub eorum conversatione cultum fidei discant, atque in melius instituti, tam in moribus, quam in fide proficiant. 28. q. 1. cap. Judæorum. Vide, *Filii quomodo tractandi.*

5. Filii hæreticorum incapaces sunt officiorum & beneficiorum. Vide, *Hæreticorum Filii.*

6. Filii geniti ante Baptismum sunt veri filii, si cum uxore geniti.

Si enim uxor ante Baptismum accepta, non ducitur in numerum, nec filii ex eadem suscepti inter filios poterunt nominari. Quod quam absurdum sit, atque alienum, prudentia vestra melius aestimabit. *Innoc. I. ep. 23. cap. 6.*

7. Filii

7. Filii fidelium & infidelium parentum. Vide, *Conjuges. Vide, Fideles ad fidem venientes. Vide, Filij cujus parentes. Vide, Infideles. Vide, Hæretici.*

X. Filii ex adulterio, vel fornicatione.

1. Filii non procreandi ex illicita copula.

Sicut fatius est, mori fame, quam idolothytis vesci; ita fatius est, defungi sine liberis, quam ex illicito coitu stirpem querere. Undecunque autem nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & DEUM rectè colant, honesti & salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, DEI creatura est, eò male utentibus malè erit, non ipsum aliquando malum erit. 32. q. 4. cap. Sicut fatius.

2. Filii ex ancilla non procreandi.

Dicat aliquis, uxorem non habeo, idè ancillam mihi sociavi: Audi quid dicat scriptura ad Abraham: (Ejice ancillam & filium ejus, non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ) si igitur ancillæ filius hæres non est, ergo nec filius est: cur autem quæritur tale conjugium, de quo susceptus filius, nec successione possit hæres esse, nec sanguinis. *Ibidem cap. Dicit aliquis.*

3. Filii nati illegitimè, matris conditionem sequuntur.

Liberi dicti, qui ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii ex libero, & ancilla, servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur, deteriori partem sumit. Naturales autem dicuntur, ingennarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas conjugii. Hi verò, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quam patrem sequuntur. *Ibid. cap. ult.*

4. Filii nati ex adulterio, non prohibentur à Sacerdotio, (sed cum dispensatione Papæ.)

D. N. J. C. voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commixtionibus nasci, nobis magnam fiduciam præstans, ut qualicumque modo nascantur, dum tamen ejus vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cujus per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est Pontifex, ex adulterinis namque conjunctionibus: ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantum ut perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque literatus, & vir unius uxoris, nequaquam à Sacerdotio repellitur. *Dist. 56. cap. Dominus noster. Ibid. cap. Ispas. Vide, Culpa. n. 1.*

5. Filio nato ex adulterio, non imputatur in culpam. *Dist. 56. cap. Nasci. Vide, Ibid.*

6. Filii ex fornicatione geniti, habere possunt patris & matris bona, quæ communiter pro eis posuerunt. *Concil. Triburien. 1. c. 49. Vide, Concubinarum. n. 3. Vide, Adulterinus. Vide, Legitimi. Vide, Filij spurij.*

XI. Filii ex incestu.

Filii nati ex incestuosis, non debent dici veri filii, nec succedunt in hæreditate, neque in aliis parentum juribus.

Quid est: (quicumque dormierit cum cognata sua, sine filio morietur) cum filii ex hujusmodi conjunctionibus & ante nati sint, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est, lege DEI constitutum, ut quicumque ex eis nati fuerint, non deputentur filii, id est, nullò parentibus jure succedant. 37. q. 7. cap. Quid est. Vide, *Legitimi. Vide, Incestus.*

XII. Filii spurii, naturales, & illegitimi.

1. Filius spurius est, qui generatur à patre ex aliqua, adhuc vivente uxore. Neque legi-

Tomus 11.

timatur, si mortuâ uxore illam mulierem, ex qua habuit, accipiat in uxorem. *Qui filij sunt legitimi. cap. Tanta. infra.*

2. Filius liberi, & liberæ, per sequens matrimonium cum ista, legitimitur.

Tanta est vis Matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir, vivente uxore suâ, aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus Spurius erit Filius, & ab hæreditate repellendus, præsertim si in mortem uxoris prioris, alteruter eorum, aliquid fuerit machinatus. *Qui filii sunt legitimi. cap. Tanta. Ex Conc. Lateran. 3. eod. tit. c. 1.*

3. Filii illegitimi sunt, qui vel ex clandestino matrimonio oriuntur, vel ex eo in gradibus prohibitis, etiam ignoranter, vel contra prohibitionem Ecclesiæ.

Si quis verò hujusmodi clandestina, vel interdicta conjugia inire præsumpserit, in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione susceptæ, prorsus illegitima censentur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo, non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantia videantur. Pari modò proles illegitima censetur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, præter omne interdictum, etiam in conspectu Ecclesiæ contrahere præsumpserunt. *De Clandest. Desponsat. cap. Cum inhibito. §. Si quis. & Concil. Lateranen. 4. cap. 57.*

4. Filii naturales dicuntur, qui ex ingenua concubina nascuntur, eò, quòd sola natura concurrat. 32. q. 4. cap. ult. Vide, *tit. 10. n. 3. Qui filii sunt legitimi. cap. Tanta est. supra. n. 1.*

5. Filius, quem uxor generat ex adulterio, sive mortuò virò, sive vivente, est illegitimus.

Si constiterit, quòd Agatha, de Anelina muliere, tempore Alani viri sui, ipsa cum eo, tanquam cum viro suo morante, vel R. Patre dictæ Agathæ, ipsam A. adhuc habente virum, publicè tenente, nata fuit, eam non fuisse legitimam ejusdem R. Filiam judicetis; quia non potuit esse uxor, quæ viri sui thorum maculans, alii dum viveret, copulari præsumpserit. *Qui filii sunt legitimi. cap. Carsam.*

6. Filii illegitimi matris conditionem sequuntur. 32. q. 4. cap. fin. Vide, *tit. 10. n. 3.*

7. Filio nato illegitimè, non imputatur in culpam. *Dist. 56. cap. Nasci. Vide, tit. 10. n. 5.*

8. Filii nati cum impedimento publicæ honestatis, sunt illegitimi. Quoad hæreditatem etiam sunt illegitimi.

Respondemus, quòd publicæ honestatis justitiâ prohibente, matrimonium inter eos contrahi non potuit, & contractum debuit separari, ac per hoc cum filii nec per Ecclesiæ commissionem, nec paternam ignorantiam excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videntur aliquatenus admittendi. *Qui filii sunt, &c. cap. Referent.*

9. Filius natus ex matrimonio clandestino, vel habente aliud impedimentum, est illegitimus. *Concil. Lateranen. 4. cap. 51. supra. num. 3. Exceptis filiis infidelium, conversionum ad fidem. Qui filii sunt, &c. cap. spuali. Vide, tit. 9. n. 3. Vide, Illegitimi.*

XIII. Filii nati cum aliquo impedimento, quando sunt legitimi.

1. Filii geniti ante sententiam separationis matrimonii, sunt legitimi.

Cum inter I. veterem, & T. mulierem, divortii sententia Canonice sit prolata, filii eorum non debent

Y

ex-

exinde sustinere iacturam, cum parentes eorum publice & sine contradictione Ecclesie inter se contraxissent noscantur; ideoque sancimus, ut filii eorum, quos ante divortium habuerunt, & qui concepti fuerant ante latam sententiam, non minus habeantur legitimi, & quod in bona paterna hereditario jure succedant, & de parentum facultatibus nutriantur. *Qui filii sint legitimi. c. Cum inter. ex Concil. Lateran. 3. in appendice eod. tit. cap. 5.*

2. Filius natus ex muliere, separata per sententiam Ecclesie, & nupta cum alio, est legitimus.

Mandamus, quatenus si constiterit, quod Episcopus inter eos sententiam divortii tulerit, filios quos sustulit de alio, ad cuius copulam autoritate predicti Episcopi migravit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hereditate non patientes excludi. *Ibid. cap. Perlatum.*

3. Filii nati ex matrimonio clandestino, non sunt legitimi. *Conc. Lateran. 4. cap. 51. Vide, tit. precedenti. n. 3.*

4. Filius natus ex matrimonio clandestino, approbato per Ecclesiam, est legitimus. *Ibidem. cap. Quod nobis. ex Concil. Lateran. 3. p. 50. cap. 17. Vide, Matrimonium. tit. 17. n. 1.*

5. Filii nati ab uxore contrahente cum secunda, hac ignorante, sunt legitimi, etiam quoad temporalia.

Cum G. Vidua, hereditatem quondam R. mariti sui sibi, & pupillo suo restitui postularer, pars adversa petitionem ejus nitebatur excludere, pro eo, quod R. Maritum ipsius viduæ, de adulterio genitum affererat. Intelligentes, quod Pater predicti R. Matrem ipsius in facie Ecclesie ignatam, quod ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in uxorem, & dum ipsa conjux ipsius legitima putaretur, dictum R. susceperit ex eadem, in favorem proliis potius declinamus memoratum R. legitimum reputantes. *Qui filii sint legitimi. cap. Ex tenore. Vide, Legitimi.*

XIV. Filiorum legitimatio, quæ & quando fieri potest, & à quo.

1. Filii nati ex legitimo primo matrimonio, sunt legitimi, licet pater contrahat postea cum secunda.

Per tuas litteras intimasti, quod R. ex muliere, quam secundum opinionem majoris partis vicinæ in concubinam habebat, prole suscepta, quandam post, & aliam eâ defunctâ duxit in uxorem, & ea, de qua prolem susceperat, virtutem sibi alium copulavit. -- Cum autem tuæ inquisitioni fuisset commissum, an filius susceptus legitimus esset hæres ipsius R. & ad ejus patrimonium admittendus, tu præter id quod ex quadam decretali b. m. Alexandri P. Prædecessoris nostri standum esse super hoc verbo viri & mulieris credebatur, receptis testibus, à filio ejusdem R. productis, quibus legitime comprobavit, predictum R. matrem suam in capella Sancti Sergii affidasse, eum ipsius R. hæredem esse legitimum iudicasti. Nos &c. te processisse legitime respondemus, sententiam tuam autoritate Apostolica confirmantes. *Qui filii sint legitimi. cap. Per tuas.*

2. Filii spurii nati ex concubina, vivente primâ uxore, si hæc moritur, & contrahatur cum concubina, non legitimantur, neque quoad hereditatem, maximè si habuit partem in morte primæ uxoris.

Conquestus est nobis H. Lator presentium, quod quandam mulierem, nepem R. accepit in uxorem, & prefatus R. ipsam exheredare conatur, eò quod ante desponsationem matris suæ nata fuerit: cum postea, prout dicitur, pater prefatæ mulieris, matrem ipsius

accepit in uxorem. Inde est, quod fraternitas, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, nullius appellacione obstant, legitimam esse iudicetis, inhibentes predicto R. ex nostra & vestra parte, ne sæpe dictæ mulieri, vel hæredibus suis, hac occasione super hereditate sua molestia inferat gravamen. *Qui filii sint legitimi. cap. 1. Ex Conc. Lat. 3. in append. eod. tit. cap. 3. & cap. Tanta est. Vide, Suprà. tit. 12. n. 1.*

3. Nati verò ex soluto, ac soluta, per sequens Matrimonium legitimantur. *Ibidem. cap. Tanta. Concil. Lateran. 3. ut supra.*

4. Filii infidelium conversorum ad fidem, etiam in gradu prohibito conjunctorum, sunt legitimi. *Ibid. cap. finali. Vide, tit. 9. num. 3.*

5. Legitima filiatio probari potest per testes, licet vicinia dicat contrarium. *Ibid. cap. Per tuas. supra n. 1.*

6. Filii in terris Ecclesie legitimantur à Papa, Quod autem super hac Apostolica Sedes plenam habebat potestatem, ex illo videtur, quod diversis causis inspectis, cum quibusdam minus legitime genitis, non naturalibus tantum, sed adulterinis etiam, dispensavit, sic ad actus spirituales illos legitimans, ut possint in Episcopos promoveri. Ex quo verisimilius creditur, & probabilis reputatur, ut eos ad actus legitime valeat seculares, præsertim si præter Romanos Pontifices, inter homines superiorem alium non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem. -- Id autem in patrimonio B. Petri liberè potest A. S. efficere, in quo & summi Pontificis autoritatem exercet, & summi Principis exequitur potestatem. *Qui filii sint &c. cap. Per venerabilem. Vide, Papa.*

7. Filii in aliorum dominiis, ob causas arduas, possunt à Papa legitimari, etiam quoad temporalia.

Rationibus igitur his inducti, Regi gratiam fecimus requisiti, causam tam ex veteri, quam ex novo testamento trahentes, quod non solum in Ecclesie Patrimonio, (super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem) verum etiam in aliis regionibus, certis causis inspectis, generalem jurisdictionem casualiter exercemus, non quod alieno juri præjudicare velimus, sed quia sicut in Deuteronomio continetur, si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium inter portas videris variari, veniens ad Sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illò tempore, qui indicabunt tibi iudicium veritatem, & facies quæcumque dixerint, qui præfunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam. *Ibidem. Vide, Papa.*

8. Filiationis legitimatio in Ecclesia iudicatur. *Qui filii sint legitimi, &c. cap. Lator. cap. causam il. 2. Vide, Ecclesia. tit. 3. n. 14. Vide, Legitimatio. Vide, Baptismus.*

XV. Filii cujus parentis conditionem sequantur.

1. Filii circa religionem seu fidem, sequuntur conditionem parentis fidelis. *28. qu. 1. cap. Judæi. Concil. Toletanum. 4. cap. 63. V. G. Si ex patre Judæo, & matre Christiana nati sint, vel aliter. Ibidem. Vide, prout tit. 9. n. 1.*

2. Filii nati ex illegitimo matrimonio, matris conditionem sequuntur.

Dilectus filius G. Diaconus proposuit, quod I. miles, eâ occasione, quod patrem ipsius hominem suum esse proponit (licet mater sua, cuius debet imitari conditionem, libera esse noscatur) ne promoveatur in

in Presbyterum, impedire præsumit. Quocirca mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, eundem militem ab huiusmodi impedimento cessare compellas. *De servis non ordinandis. cap. Dilectus. 32. q. 21. cap. ult. Vide, tit. 10. n. 3.*

3. Filius natus de patre servo, & matre libera, est liber, & licet potest promoveri. *De servorum conjugio. cap. Licet infra.*

4. Et talis ut liber contrahit, si vult contrahere.

Sanè super eo, quod fuit propositum, an mulier possit divortium postulare, pro eo, quod vir, cum quo suæ conditionis ignata contraxit, servus monasterii proponatur, cum è contra idem vir patrem suum, cuius conditionem secundum leges provincie sequeretur, tempore mortis pro libero se gessisset, & jam elapsò decennio, nec patris, nec suò nomine, se statim controversiam passum, constanter affirmet, videtur nobis ratione temporis, & favore libertatis, pro parte viri securius iudicandum. *De conjugio servorum. cap. Licet. De servis non ordin. c. fin. Dilectus. supra.*

5. Si Mater sit libera, Filius est liber. Non è contra.

Indecens esse credimus, ut primogeniti ex libera, five libera, filii ad servitium retrahantur. *De natis ex libero ventre. cap. Indecens.*

6. Sed ex 32. q. 4. cap. ult. habetur, quod si alteruter parens est servus, filius est servus, & semper sequitur partem deteriorem. *Vide, tit. 10. num. 3.*

XVI. Filii spirituales.

1. Filiam spirituales carnaliter cognoscens, eadem poenâ punitur, ac si carnalem cognosceret. *Post epistolam 1. Cælestini I. cap. 2. 30. q. 1. cap. Omnes. cap. Si quis Sacerdos. & cap. Non debet. Aliæ poenæ quæ sunt. Ibidem. Vide, Confessores. tit. 11. n. 5.*

2. Sacerdos id faciens, deponatur, per duodecim annos peregrinetur, & postea per totam vitam in monasterio faciat poenitentiam. *Ibidem. cap. Si quis Sacerdos. ubi supra.*

3. Poenitentia filiarum talis violata, est dare omnia pauperibus, & in monasterio recludi. *Ibidem. Vide, Carnale peccatum, &c.*

4. Filiam spirituales carnaliter cognoscens excommunicatur. *Conc. Wormat. 1. cap. 34. Vide, Commater. n. 2.*

5. Filii spirituales sunt, qui suscipiuntur in fonte. *30. qu. 1. cap. 1. Per venit. Vide, Conjuges. tit. 1. n. 9. vel in Confirmatione. Concil. Wormatien. ut supra. Confirmatio. Vide, Baptizati. Vide, Compates. Vide, Cognatio spiritualis. Vide, Patrimus.*

XVII. Filius familias.

1. Filius familias potest eligi, & esse procurator, sine consensu patris.

Non iniuste iudex processit, qui filium familias in procuratorem admisit: quamvis ad futuras controversias constitutum. *De procuratoribus. c. Non iniuste.*

Nedum verò ad negotia, sed etiam ad iudicia potest filius familias absque patris assensu fieri procurator. *Eodem tit. in 6. cap. Qui generaliter. §. Nedum.*

2. Potest per se ipsum agere in causa spirituali. Nec eget patris consensu.

Si annum quartum decimum tuæ peregrinasti atatis in beneficiis, & aliis causis spiritualibus, nec non dependentibus ab eisdem, ac si major 25. annis existeres, ad agendum & defendendum, per te, vel per procuratorem, (quem ad hoc constituendum decreveris)

Tomus II.

admitti debebis; si verò infra quartum decimum annum existas, per te agere aut defendere non poteris super ipsis, sed vel per tuum Episcopum, vel per Officialem ejusdem, tibi curator dabitur, ad lites huiusmodi exercendas, aut tu ipse, (si major infante fueris) cum autoritate alterius eorundem, procuratorem ad eas poteris deputare. -- In huiusmodi quoque litibus, five causis, quanquam in potestate patris existas, nec alias absque ipsius assensu in iudicio regulariter esse possis; ejus (cum de his se intrmittere non habeat) nequaquam requiri debet assensus. *De iudiciis in 6. cap. fin.*

3. Potest eligere sepulturam, si est puber, impuber verò non potest. *De sent. in 6. c. Licet infra.*

4. Non potest aliquid legare, sioc patris assensu, nisi habeat peculium castrense, vel quasi castrense.

Licet pater minores filios, qui nequeunt, antequam ad annos pubertatis perveniant, eligere sepulturam, possit, (si consuetudo terræ id habeat) quò voluerit locò, sepelire: hoc tamen non potest, ubi consuetudo huiusmodi non habetur, sed sunt cum suis majoribus, vel in parochiali Ecclesia tumulandi. Quamvis autem filius familias, absque patris assensu, sibi possit eligere sepulturam, pro anima tamen sua, præter ipsius assensum, (nisi peculium Castrense, aut quasi Castrense habeat) aliquid iudicare non potest. *De sepulturis in 6. cap. Licet.*

5. Si filii familias bona confiscantur, vel ipse in pecunia condemnatur, quomodo à patre redimendus. *Sixtus IV. cons. 14. Cura. Si delinquant Romæ, viventibus genitoribus, non confiscantur eorum bona, sed juxta jus commune proceditur. Innoc. IX. cons. 2. ad Romanum.*

XVIII. Filii, quoad successionem.

1. Filii jure naturæ succedunt in bonis parentum, & quomodo.

Cum autem coram G. Diacono Cardinali, auditore à nobis concessio, fuisset diutius litigatum, ipse de mandato nostro sententiam supra dicti iudicis, videlicet in eo, quod dixit tertiam Cleræ, & tertiam Adelañæ integraliter deducendas, pronuntiavit injustam, & ab ea legitime provocatum diffiniens, sic illas tertias deducendas, ut legitima portio jure naturæ debita Alterocharilli, (testatoris filie) salva sit in utraque, &c. Quia verò pater Adjectæ ipsam in legitima non potuit aggravare, legitimam ipsam videlicet ejus partis, quæ sibi debebatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam retinendam. *De testament. cap. Rainuinus.*

2. Filius in successione hereditatis, & aliorum jurium paternorum, omni alteri præferitur.

Fraternitatem tuam recordari volumus, qualiter jam de proprietatibus Bosonis & Engeltrudis tibi scripserimus, monentes, ut ipsas, quas vos aliodum dicitis, filiabus eorum sæpè reclamantibus reddere deberetis, quoniam omnium legum autoritate legitimi filii sunt veri hæredes, &c. volumus, ut ad cor rediens, ipsas sæpè reclamatrices, aut homines ipsarum, investire de jam dictis proprietatibus satagas, vestrosque earum, & alios inavtores similiter facturos, nostrâ autoritate excommunicando permoneas. *Joann. VIII. ep. 108.*

Nonne scitis, quoniam in hereditate suscipienda omnibus cognatis præferendi sint filii? Illa verò machans alicui, sine consensu viri, ex his aliquid dare nequivit omnium legum autoritate. *Idem. ep. 109.*

XIX. Filius, quoad electionem sepulturæ.

1. Filius in sepultura patris est sepeliendus. Et uxor viri.

Ebron dicitur esse civitas quatuor virorum, quia in ea sepulti sunt tres Patriarchæ in spelunca duplici, cum tribus uxoribus suis, id est: Abraham, & Sara, Isaac, & Rebecca, Jacob, & Lia, præter ipsum Adam, & Evam uxorem suam. Tobia dicit ad filium suum: (Cum acceperit DEUS animam meam, corpus meum sepelies, & honorem habebis matris tuæ omnibus diebus vitæ ejus, & cum ipsa compleverit tempus suum, sepelias ipsam juxta me, in uno sepulchro.) Quos conjunxit unum conjugium, conjungat unum sepulchrum, quia una caro sunt, & quos DEUS conjunxit, homo non sepatet. *13. qu. 2. cap. Ebron. Vide, Sepultura.*

2. Non potest temerè eam relinquere.

Placuit per omnia magno Concilio, ut nullus proprii arbitrii temeritate, aliam Ecclesiam, nisi cui usus antiquorum parentum Canonica institutione subjacere perhibetur, sepulturæ causâ adire procuret, nisi infirmitatis causâ præpeditus in aliam fuerit regionem, quolibet negotio progressus ad hæc. Si quis Prælati contra hoc agere faterit, Ecclesiastico vinculo se subdi cognoscat. *Ibid. cap. Placuit per omnia.*

3. Potest eligere sepulturam diversam à Patre, juxta locorum consuetudinem, licet sit filius familias.

Utrum autem Pater minores filios, quod magis voluerit, valeat sepelire, non invenimus à sanctis Patribus definitum: & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum. *Concil. Lateran. 3. p. 50. c. 63.*

Utrum autem Pater, quod magis voluerit, minores filios valeat sepelire, non invenimus à SS. Patribus definitum: & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum. *De sepulturis. cap. De uxore. §. Virum. Et in 6. cap. Licet. Vide, tit. 17. num. 3.*

4. Filius impuber, si est filius familias, non potest eligere sepulturam. Ib. c. Licet supra. Vide, Sepultura.

XX. Filii non possunt suscipi à parentibus in Baptismo, vel Confirmatione.

Filius suscipi non potest à Patre, vel Matre, aliàs si sit, separatur matrimonium. Ubi nota, quod dicit solvi, etiam quodad vinculum, & posse contrahi cum aliis. Sed non videtur verum.

Pervenit ad nos Diaconus vester, vestræ Sanctitatis epistolam ferens, quod quidam viri, etiam & mulieres præteritò Sabbathò Paschali die, præ magno populorum incurfu nescientes, proprios suos filios suscepissent ex lavacro Sancto, &c. B. M. SS. PP. Julius, Innocentius, & Cælestinus cum Episcoporum plurimorum, & Sacerdotum conventu, in Ecclesia Beati Apostolorum Principis, prohibentes talia, perscripserunt & confirmaverunt, ut nullò modò jam in conjugio se reciperent mulieres, aut viri, qui quacunque ratione suos susceperunt natos: sed separant se, ne suadente diabolo tale vitium peccati inoleat per mundum, & universorum error accrescat. Scitis, quia quomodo sunt septem dona Spiritus Sancti, ita sunt septem dona Baptismi à primo pabulo sacri falis, & ingressus Sanctæ Ecclesiæ, usque ad confirmationem Spiritus Sancti per Christum. Ab hoc primo Spiritus Sancti dono, usque ad septimum, nullus Christianus suam commatrem in conjugio recipere debet, & qui præsumpsit, anathematis vinculo relegatur in perpetuum, nisi poenitentiam egerit dignè. Mulieres verò, cum separatæ fuerint pro hac illicita re, à propriis viris totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptiali recepit, & post expletum annum recipient alium virum, similiter & vir uxorem. *Dem. dedit. ep. iii.*

Nullus igitur proprium filium, vel filiam, de fonte Baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec commatrem ducat uxorem, nec illam, cujus filium, aut filiam ad

Confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separantur. *Concilium Moguntinum. 1. cap. 55.*

Vide, *Comptres. Vide, Mater. Vide, Pater. Vide, Parricid. Vide, Suscipiens.*

XXI. Filii compatrum & commatrum.

1. Filii aut filia compatrum non possunt cum eis, aut filiis eorum conjungi.

Sed benè tua sancta Fraternalitas compertum habet, quod Dominus præcepit per Moysen, dicens: (Turpitudinem patris tui, vel matris, vel sororis, non revelabis, turpitudinem enim tua est.) Cum ergo à propria consanguinitate jubemur abstinere, multo magis à spirituali per nostri Patris filia, omni excusatione aut argumentò sepositò, sub nimia distinctione nos cavere convenit: ne in iram Divini examinis incidat, si quis tali facinore mixtus, minimè restrinxerit fræna luxuria. Unde & omnes omnino cavendi sunt à tali sceleris commixtione, ne in perpetuum pereant. Sed hunc, qui hujus perniciosæ temeritatis auctor, animæ suæ salutem despiciens impiissimo se miscuit matrimonio, per omnia tua Fraternalitas studeat separare, & poenitentiam dignè submittere. Quatenus ab æterna erutam damnationem animam ejus lucreris. *30. quæst. 3. cap. Pitacium.*

Non oportet filiam, quam de sacro fonte suscepit aliquando, filio suo in matrimonium tradere, quia in Divina sententia germani esse inveniuntur. Si quis tali facinore commixtus, minimè restrinxerit fræna luxuria, ab Ecclesia Catholica abominabitur: sed si conversus fuerit post separationem, septem annis poenitentiam gerat. Conscius simul cum auctore, sit ista conditio, id est, simul cum cooperatoribus & consentientibus poeniteat. *Ibid. cap. Non oportet.*

Post susceptum verò de fonte filium, vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel commatre nati fuerint, matrimonio conjungi non possunt, quia leges sæculi non emancipatos adoptivis prohibent copulari. *Ibid. c. Post susceptum. cap. ult. Illud etiam ex Concilio Tribur. cap. 48. Vide, Matrimon. tit. 24. n. 21.*

2. Si verò in necessitate fuit datus Baptismus, licet cum ipsis compatribus non possit fieri conjunctio, tamen cum eorum filiis potest.

Super quibus consuluit nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex sententia respondendum: ut & Baptismus sit, si instante necessitate fœmina puerum in nomine Trinitatis baptizaverit, & quod spiritualium parentum filii, vel filia, ante vel post Compaternitatem geniti, possunt legitime conjungi, præter illam personam, per quam compatres sunt effecti. *Ibid. c. Super quibus.*

3. Filii compatrum quando possunt conjungi. De conjugatione spirituali. c. 1. Vide, Comptres. n. 11.

4. Non possunt, quando alter eorum est causa compaternitatis.

Tua nos duxit discretio consulendos, an natus ante compaternitatem, filiam compatris patris sui, vel commatris, sibi possit matrimonialiter copulare? Et si contraxerint, an debeant separari? Et an consensu talis matrimonii, teneantur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quod hujusmodi persona non possunt matrimonium contrahere, & si contraxerint, possunt ab invicem separari, & qui contractum sciverint, debent Ecclesiæ illud nuntiare. *Ibid. cap. Tua. Et cap. Super eo. Vide, Comptres. num. 12.*

Vide, *Comptres. Vide, Cognatio spiritualis. Vide, Matrimonia prohibita, ratione cognationis spiritualis diffusè.*

XXII. Filium negans.

Filio negato, standum est verbo viri & mulieris, nisi aliter probetur contrarium.

Trans-

Transmisit nobis tuæ litteræ continebant, quod cum N. usque ad juventutem quendam puerum nutritisset, uxore suâ M. tunc non desponsatâ, sibi cohabitante, postmodum ipsam legitime desponsavit, & filios sustulit ex eadem, quibus paternam hæreditatem petentibus, prædictus juvenis contradicit, gerens se filium, & hæredem, quamvis à vicinia, quæ ipsum filium eorum esse credebatur, spurcius diceretur, prædicti verò N. & uxor ejus, præfatum juvenem, spiritum suum, aut legitimum filium esse negabant, sed dicebant: quod eum pietatis intuitu nutritissent. --- Respondemus, quod in tali casu standum est verbo viri, & mulieris, nisi certis indicis & testibus tibi constiterit, esse filium juvenem memoratum. *Qui filii sint legitimi. cap. Transmissa.*

XXIII. Filii expositi.

Filii, qui à parentibus exponuntur, liberati sunt à potestate patris. *De infantibus & languidus, &c. cap. un. Vide, tit. 2. n. 4. Vide, Expositi.*

XXIV. Filius putatus talis.

Filius communiter putatus talis, quia nominatus ab aliquibus, talis tenetur, & non creditur postea alteri eorum, juranti contrarium.

Quia verò mulier illa de dicto T. suscepisse R. de quo agitur, primitus constanter asseruit, & idem T. præfate mulieris, præcipue de victis instantia, ipsum suum filium publicè recognovit, & si filius ejus nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus ejusdem mulieris, postmodum juramentò in contrarium præstitò, non est standum: cum nimis indignum sit, (juxta legitimas sanctiones) ut quod suâ quique voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. *De probationibus. cap. Per tuas.*

XXV. Filia corrupta vitiò parentum, seu prostituta.

Talis filia nubere non potest, donec parentes impleant poenitentiam.

Ex diversis partibus perventum est ad sacram Synodum, quod quidam parentum filias suas, cum ad nubilem pervenerint ætatem, easque pro suo modulo factis convenienter nuptum tradere possint, diutius quam necesse est, secum detineant: unde sæpè contingit, ut in ipsa paterna domo corruptantur. Fertur & de quibusdam, (quod dictu quoque nefas est) ipsos parentes filiarum suarum corruptoribus conniventiam præbere, & natatum suarum lenones exillere. Monendi igitur à Presbyteris sunt patres-familias, ut filias suas tempestivè nuptias provideant, & calore ferventis ætatis conjugali lege præveniunt, primum scientes, qui tales, & si post corruptam legitimis viris copulata fuerint, non possunt tamen cum sponso pariter solemnè benedictionis à Sacerdote munus percipere. Deinde si in eorum domibus tale nefas acciderit, si quidem illis nescientibus, pro sola negligentia culpa poenitentia subiiciendi sunt. Si verò in corruptionis turpitudinem ipsi consenserint, majoris, qui prohibere debuerant, poenitentia sarcina, quam ipsis, qui perpetrarunt, imponenda est. Ad ultimum verò hoc noverint, Ecclesiasticis sanctionibus esse præfixum, ut nullus publicè poenitens, usque ad tempus peractum poenitentia, conjugium contrahere valeat, & hæc ratione corruptam filiam non posse conjugio copulari, quousque per publicam poenitentiam, & ipsa, & parentes, si fortè consensisse probati fuerint, reconciliationem & sacri Altaris communionem obtinere meruerint. *Concilium Regiaticum. cap. 9. Vide, Pater. Vide, Mater.*

Tomus II.

XXVI. Filii Regum.

Filii Regum possunt habere plura beneficia, præbendas, personatus, dignitates, etiam curata. *Extra. Joann. XXI. de præbendis. cap. unic. & cap. Execrabilis. Vide, Unus. n. 2. Vide, Beneficia plura. Vide, Reges.*

XXVII. Filius institutus hæres, sub conditione aliqua, & testans.

1. Filius institutus hæres à patre, sub hac conditione, ut si moriatur absque masculis, succedant patrui in hæreditate, in tali casu potest sibi servare partem, jure naturæ debitam; & quartam Trebellianicam, & de eis disponere, ac hæredes instituire.

Raynaldus Peponis filius hæres ab ipso institutus hoc modò, ut patris suis hæreditatem restitueret, si absque filiis masculis moreretur, &c. portò dictus R. prolem non habens, condidit testamentum, in quo medietatem partem suæ de rebus prædictis quibusdam avunculis suis, aliam verò medietatem, & reliqua bona paterna, uni ex patris suis & ejus filii legavit, &c. dilectus filius noster O. S. Nicolai in carcere Tullian. Diaconus Cardinalis, lite coram se legitime contestatâ, quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris sui tertiam partem debitam jure naturæ, in qua gravari nequivit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus, restitutione gravatus, deducere potuisset, propter quod in rebus prædictis avunculis legatis, portiones easdem habuit R. præfatus, easque potuit in ultima voluntate legare, ac per hoc legatum tenuit usque ad tertiam & quartam, &c. *De testam. cap. Raynaldus.*

2. Filius non potest in testamento privare matrem portione sibi debitâ jure naturæ. De testamento in 6. cap. 1. Vide, tit. 4. numer. 8. Vide, Hæres. Vide, Pater.

XXVIII. Filius circa sponsalia, facta à patre.

Filius non tenetur ad sponsalia facta à patre, ipso absente, vel non consentiente.

Portò ex sponsalibus, quæ parentes pro filiis puberibus, vel imuberibus, plerumque contrahunt, ipsi filii, si expressè consenserint, vel tacitè, ut, si præfentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, & ex eis oritur justitia publicæ honestatis, & est idem, si filii tempore sponsaliorum absentes, & etiam ignotantes, eadem sponsalia post scientes ratificaverunt, tacitè, vel expressè, aliàs ex sponsalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipsi filii obligantur, nec publicæ honestatis justitia inde surgit. *De desponsat. impub. in 6. cap. un. §. fin. Vide, Sponsalia.*

XXIX. Filius minor.

Vide, *Minor.*

XXX. Filius Romanæ Ecclesiæ.

Filius Romanæ Ecclesiæ dicitur, qui habet privilegium, ut à nullo possit excommunicari, vel interdici, nisi à Papa, vel ejus Legato.

Per illa verba privilegii in speciales & proprios E. R. filios vos recepimus: dictos fratres exemptos non intelligi, & ipsos ex illo in proprios ejusdem Ecclesiæ filios fuisse receptos, quod ab alio, quam à R. P. vel Legato ab ejus latere destinato interdici, vel excommunicari, à quoquam non valeant declarari. *De verborum significatione. in 6. cap. 1. Vide, Romana Ecclesiæ.*

Y 3

XXXI.

XXXI. Filiastra.

- 1. Filiastram carnaliter cognoscens, non potest petere debitum ab uxore. *De eo, qui cognovit &c. c. 1. Vide, Debitor. num. 12.*
- 2. Filiastra cognita à privigno, non potest unquam matrimonium cum aliquo contrahere. Neque privignus potest matrimonium contrahere cum aliqua.

Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit: aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio: item, si quis relictam fratris, quæ penè prius soror existerat, carnali conjunctione violaverit: si quis neptem in conjugium acceperit: si quis novercam, aut nurum suam duxerit: si quis consobrinæ suæ impudicè se sociaverit, vel relicta, sive filia avunculi, aut patris filia, vel privignæ suæ concubitu pollutus, vel hujuscemodi conjunctionis actu macularus fuerit, eos disjungi & ulterius nunquam conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri volumus.

Concil. Mogunt. sub Leone IV. cap. 29. Vide, Carnale peccatum, & carnaliter peccans. Vide, Matrimonium.

XXXII. Filius eandem cognoscens cum patre, vel uxorem ejus.

- 1. Filius & pater scienter cognoscens eandem mulierem, quâ pœnitentiâ plectendi. *30. qu. 4. c. Si pater. Vide, Carnalis copula. n. 4.*
- 2. Filius cognoscens uxorem patris, per annos 14. pœniteat, & si est uxoratus, non separatur ab uxore.

Præsentium lator P. &c. Diabolicè instinctu sponfam patris sui, licet uxoratus, carnali commixtione corrumpit. - - - Mandamus, quòd si pater ejus, postquam rei conscius fuit, uxorem suam carnaliter non cognovit, de priori commixtione leve aut nullum peccatum incurrit, ei tamen viventi, vel alii, eâ vivente, non poterit copulari. Caterùm, si sciens facinus carnaliter eidem mulieri adhæserit, ei septennis pœnitentiâ indicatur, nec illi, nec alii, carnaliter de rigore commiseri debet. Mulieri quoque perpetuam continentiam, & quatuordecim annorum pœnitentiâ, duximus imponendam. Lator autem præsentium totidem annis pœniteat. Ab uxore tamen legitima, quam prius habuerat, nisi de communi consensu, nullatenus separetur. *Concilium Lateranense 3. in appendice. tit. De eo, qui Consanguineam. cap. 3. Vide, Carnalis copula.*

XXXIII. Filius cognoscens matrem carnaliter.

- 1. Pœnitentiâ hujus est, per tres annos carere Eucharistiâ, & per eodẽm jejunare omnidie, exceptis Dominicis & Festis, & abstinere à carne.

Si vir viduam in conjugium duxerit, quæ ex priori marito filiam habuit, & cum eadem filia postmodum concubuerit, conjugium modis omnibus dissolvatur, & vir ille pœnitentiâ subiaceat sanctionibus, ita ut per triennii tempus à sacro Corpore Domini nostri JESU CHRISTI suspendatur & sanguine, carnem non manducet, abstinere à vino, & singulis diebus jejunium celebrare festinet, exceptis festis diebus atque Dominicis. Orationibus omni insistere sollicitudine integritèque perficere summo petè studeat. Similiter autem de mulieribus, quæ clanculò patri se in concubitu subternunt, & filio, observandum est. Taliter quidem & de his sancimus, qui duabus se absconsè sororibus pollutos cognoscunt. *Concil. Wormat. 1. cap. 36. Vide, Carnalis copula.*

XXXIV. Filii oblati à parentibus DEO in monasteriis.

- 1. Filii & filia possunt à parentibus tradi Religioni, usque ad annum decimum. Deinde exploranda eorum voluntas, si volunt manere, & juxta eam faciendum.

Parentibus sanè filios suos religioni contradere, non amplius, quàm usque ad decimum ætatis annum, eorum licentiâ poterit esse. Postea verò, an cum voluntate parentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum, religionis assumere cultum. *Conc. Tolet. 10. cap. 6. Vide, Moniales. Vide, Regulares.*

XXXV. Filiam carnaliter cognoscens.

Sic operans, anathematizatur.

Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri. *Concilium Moguntinum primum. sub Leone III. capit. 56.*

Filiationes in Regularibus.

Filiationes fieri & teneri possunt inter Regulares, qui habent hoc in usu, quomodo & quando faciendæ, & pro quo Conventu. *Urbanus VIII. const. 26. Cum ad regularem. circa finem.*

Fines.

- 1. Fines Diocesum probantur per libros antiquos. *De probationibus. cap. Cum causam. Vide, Diœceses. num. 7.*
- 2. Fines Ecclesiarum præscribuntur per annos quadraginta. *De præscriptionibus. cap. Quia judicante. Vide, Ecclesia. tit. 46. num. 3. Vide, Diœcesis. Vide, Præscriptio.*

Fingens.

- 1. Fingens consecrare, & non consecrans, gravius peccat, quàm consecrans in mortali.

Cùm ergo falsa sint abjicienda remedia, quæ veris sunt periculis graviora: licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet graviter, si se ingerat irreverenter ad illud, gravius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpsit simulare, cum ille in solius misericordis DEI manum incidat. Iste verò non solum DEO (cui non veretur illudere) sed populo, quem decipit, se adstringat. *De celebratione. Miss. c. De homine.*

- 2. Fingentes se fallitos ad damnum aliorum, pœnâ mortis digni sunt. *Pius V. const. 102. Postquam.*

- 3. Fingentes personam in expeditione litterarum Apostolicarum, vel in examine. *Vide, Beneficium impetrans. Vide, Examen. Vide, Nomen mutans. Vide, Personam fingens. Vide, Poligamus.*

Firmi civitas.

- 1. Firmi civitas in Archiepiscopatum sublimatur. *Sixtus V. const. 95. Universi.*
- 2. Firmi erectum est studium generale, à Bonifacio VIII. const. 8. In supremæ. Restauratum est à Sixto V. const. 9. Muneris. Privilegia & forma doctorandi. *Ib.*

Fiscalis, Fiscus.

- 1. Fiscus Cameræ. *Vide, Camera. Vide, Cause concernentes interesse Cameræ.*

a. Fisca.

- 2. Fiscales in causis Ecclesiasticis non admittantur, neque advocati, nisi jurent, se non suscepturos causas injustas. *Concil. Mediolanen. 1. part. 2. tit. De causidicis. Vide, Advocatus. n. 8.*

Flagellum, Flagellans.

Flagellantur multi in hac vita, ut in alia non puniantur.

Quid ergo ait: Contra Dominum cogitatis, ipse qui creavit mundum, & consummationem ejus faciet. Quòd si vobis videtur crudelis, rigidus & cruentus, quòd in diluvio genus delevit humanum, super Sodomam & gomortham ignem & sulphur pluit, Ægyptios submersis fluctibus, Israëlitarum cadavera prostravit in eremo: scitote, eum idè ad præfens reddidisse supplicia, nè in æternum puniret. *23. qu. 5. cap. Quid ergo.*

Flectere genua, & flectamus genua.

Non dicitur in quatuor temporibus Pentecostes. *Conc. Salegunkadien. Vide, Alleluja num. 5. Vide, Genuflectere.*

Floccus.

Floccus, quid sit in monachis. *Vide, Monachi S. Benedicti, seu nigri.*

Florentini.

Florentini habent Romæ unum Consulem pro suis mercatoribus, hujus officium, potestas, privilegia, &c. *Leo X. const. 23. c. Pastoralis.*

Florenus.

Florenus auri, æstimatur ejusdem valoris, cum libra Turonensi. *Urbanus VIII. const. 6. Sanctissimus. cap. 25.*

Fomes.

Fomes peccati non retardat ingressum ad Cœlum, si homo moriens non habet peccatum.

Fomes peccati, etiam si nullum adit actuale peccatum, moratur animam ab ingressu Cœli. *Inter errores in Concilio Senonensi velatos & damnatos. Cap. 17. Bulla Leonis X. 40. contra Lutherum.*

Fontes.

Fontium benedictio faciendâ est per Archiepiscopum. *De offic. Archiep. Presbyteri. cap. Ministerium. Vide, Archiep. Presbyter. num. 8. Vide, Benedictio. Vide, Aqua benedicta.*

Foraneus.

Foraneus Vicarius Episcopi non potest esse delegatus Papæ. *Clement. De rescriptis. cap. Et si. Vide, Delegatio. tit. 1. num. 21.*

Forenses status Ecclesiæ.

Vide, Ecclesiasticus status.

Forma Eucharistiæ.

- 1. Forma Eucharistiæ à Christo est instituta, & quæ est. *De celebratione Miss. c. Cum Marthæ. infra.*

- 2. Formæ omnium Sacramentorum consistunt in verbis à Christo institutis.

Quæsitisti, quis formæ verborum, quam ipse Christus expressit, cum in Corpus & Sanguinem suum

panem transsubstantiavit, & vinum illud in Canone Missæ, quòd Ecclesia utitur, generalis adjecerit, &c. *De celebratione Missarum. cap. Cum Marthæ. Concilium Florent. in litteris union. Decret. Eugenii IV. §. Quinto Ecclesiasticorum. Vide, In Bullario.*

- 3. Forma cujuscumque Sacramenti. *Vide, De singulis in propriis locis. Vide, Baptismus. Vide, Confirmatio, &c.*

- 4. Forma Sacramentorum per ignorantiam male probata, quando est valida. *De consecratione dist. 4. cap. Retulerunt. ex Zacharia epist. 7. Vide, Baptismus tit. 1. num. 13.*

Formatæ litteræ.

Formatæ litteræ, quomodo faciendæ. *Concil. Chalcedonense. in fine. Ex Concil. Nicæno. acceptum est exemplum, & habetur Dist. 73. cap. In nomine Patris, & cap. Sanctissimo. Vide, Litteræ formatæ. n. 3.*

Fornicatio, Fornicans.

- 1. Fornicatio appellatur in scriptura omnis immunda pollutio.

Non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine; sed si adhuc delectetur, atque animum teneat, procul dubio regnat. Fornicatio carnis, adulterium, fornicatio animæ, idolorum est servitus. Est autem & spiritalis fornicatio, de qua Dominus ait: (Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo.) Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamvis quisque diversâ turpitudine voluptate prostituatur; ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo à DEO separatur. Inter cætera septem vitia vitium fornicationis maximum scelus est, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Christi, facit membrum meretricis. *32. qu. 2. c. 7. cap. Non solum.*

- 2. Fornicatio idem est, ac mœchia.

Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in scripturis: sed utrum etiam omnis fornicatio mœchia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum. Sed si non omnis fornicatio mœchia dici potest, ubi sit in Decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui uxores non habent, utrum inveniri possit, ignoro. Sed si furti nomine benè intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ, (non enim rapinam permittit, qui furtum prohibuit, sed utique à parte totum intelligi voluit, quidquid illicitè rerum proximi auferatur) profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus usus, prohibitus debet intelligi. *32. qu. 4. cap. Meretricis.*

- 3. Fornicatio nulli impunè conceditur. Est peccatum mortale.

Nubendi licentiâ quibusdam tribuitur: Illis videlicet, qui virginalem, vel vidualem castimoniam nequaquam professi sunt; quibusdam autem non tribuitur, illis videlicet, qui virgines, vel continentes esse decreverunt. Fornicatio autem nulli impunè conceditur. *27. qu. 1. cap. Nubendi. Innocent. IV. const. 14. Sub Catholica.*

- 4. Fornicatio non committenda ad procreandum filios. *32. qu. 4. cap. Sic non sunt. Vide, Adulterium. num. 8.*

- 5. Fornicationis varia peccata.

Nec solò tactu, sed affectu quoque & aspectu appetitur & appetit fœmina. Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius, & cum se invicem sibi etiam tacente lingua conspectu mutò corda nuntiant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis,

Y 4

Si quis cum aliqua crimen fornicationis fecerit, & frater ejus, ejusdem sceleris ignarus, duxerit illam uxorem, frater, qui prius per fornicationem polluerat illam, quia non indicavit fratri, uxorem ducenti, prædurâ arceatur penitentia & condignâ castigatione, quâ peractâ, si continens esse non possit, indulgentia subleuetur, nè libidini prosternatur, quatenus legitimo consulatur matrimonio. De muliere verò sancimus, sicut de ea in Neocæsariensi sancto Concilio definitum legitimus, capit. secund. Mulier, si duobus fratribus nupserit, abiciatur usque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter misericordiam, fructum penitentia consequatur, si promiserit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula dissolvat. Quod si defecerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit penitentia in vita permanenti. Episcopus verò potestatem habeat, secundum conversationem ipsius adijcere negligentem, aut minuire penitentem. Tamen ulterius continens, & à viro disjuncta permaneat. *Conc. Triburien. 1. cap. 44. Vide, Carnalis copula. Vide, Fornicatio.*

I. Fratres, seu Regulares Mendicantes.

1. Fratres Mendicantes communicant in omnibus privilegiis. *Leo X. constit. 32. Dudum. Pius V. constit. 44. Romanus.*
2. Fratres vocati à Prælati ad processiones, tenentur accedere, nisi distent ultra unum milliarem. *Leo X. constit. 22. Dum intra. §. 5.*
3. Fratres, si volunt audire confessiones sæcularium, subjacere debent examini Episcoporum, si isti velint eos examinare. *Ibid. §. 6. Vide, Confessor. Vide, Regulares, &c.*
4. Fratres facientes pacta cum Prælati, aut Curati, tenentur ea servare, nisi in primo fratrum Capitulo fuerint annullata. *Ibid. §. 6.*
5. Non possunt benedicere sponso, sine licentia Curati. Non pulsare campanam, ante Ecclesiam Matricem in Sabbatho Sancto. Requisiti à Prælati, tenentur publicare censuras, easque observare. Requisiti, ut moncant fideles de solutione decimarum, tenentur facere. Non possunt aliquem ad suos conservatores trahere, ultra duas dietas. Fratrum servitores, seu famuli, si causam dederunt censuræ, illaqueantur ab ea. Fratres tenentur Episcopos diligere, honorare, servire, &c. *Ibid. Leo X. constit. 22. Dum intra.*
6. In eorum Ecclesiis possunt sæculares eligere sepulturam, & cum eorum habitu possunt sepeliri. *Leo X. constit. 22. Dum intra. §. 10.*
7. Fratrum Mendicantium Ordines sunt: Ordo Prædicatorum, Sancti Francisci, Sancti Augustini, Carmelitarum & Servorum. *Pius V. constit. 44. Romanus.* Et iisdem gratiis gaudent, tam in bonis, quam in persona.
8. Fratres Mendicantes transire non possunt ad Ordinem Monachorum Nigrorum. *Benedictus XII. constit. 1. Regulares.*
9. Fratrum Mendicantium Generales habent omnimodam jurisdictionem in omnes suos subditos fratres, scholares, ac studentes, ubique commorantes. *Pius II. constit. 2. Religiosorum. Vide, Regularium Superiores.*

10. Fratres missi ad partes Indiarum tenentur ire ad eas, ad quas à suis Superioribus destinati sunt, non ad alias, nisi ex necessitate itineris compulsi, sub pœna excommunicationis ipsò factò. *Paulus V. constit. 56. Accepimus.*
11. De singulis. Vide, *In Religione propria, ut infra. Vide, Bulla cruciata. Vide, Mendicantes. Vide, Regulares, per omnes titulos. Vide, Privilegia.*

II. Fratres, seu Religiosi Sancti Ambrosii.

1. Fratres istos, sic nominandos, scilicet, Sancti Ambrosii ad Nemus Mediolani, statuit *Gregorius XI. constitutione 9. Cupientes.*
2. Ambrosianum Officium recitare statuit. *Ib. Vivunt sub regula Sancti Augustini. Ib.*
3. Fratres isti ad unam congregationem reducuntur, cujus caput est Monasterium ad Nemus Mediolani. *Eugenius IV. constit. 22. Regimini.*
4. Congregatio fratrum S. Ambrosii cum fratribus S. Barnabæ, sub regula S. Augustini unita, confirmatur. *Paulus V. constit. 15. Pastoralis.*

III. Fratres Sancti Antonii de Vienna.

1. Fratres Sancti Antonii de Vienna, eorumque regula & Ordo approbantur à *Bonifacio VIII. constit. 5. In dispositione. A Clem. VII. obtinent multa privilegia. Constit. 2. Rationi.*
2. Possunt eleemosynas querere pro suis hospitalibus, &c. *Pius IV. constit. 100. Ex debita. Gregorius XIII. idem confirmat, & præfigit modum & formam petendi eleemosynam. Paulus V. constit. 15. Cum secut.*
3. Nullus quæsturare potest eleemosynas Sancti Antonii præter eos. *Clem. VII. ubi supra.*

IV. Fratres Apostolorum.

Fratres Apostolorum pauperis vitæ subduntur Ordini Sancti Augustini. *Alexand. VI. constit. 3. Pie vite.*

V. Fratres Sancti Augustini, dicti Eremitæ.

1. Fratres Sancti Augustini diversarum Congregationum, ut Sancti Guglielmi, fratris Joannis Boni, de Fabali, & de Britinis, in unum coeunt Ordinem Sancti Augustini. *Alexander IV. constitutione 6. Licet Ecclesie.*
2. Fratres Sancti Augustini, dicti de observantia Ilycitanæ Congregationis, separantur à Communitate Ordinis, sed non à generali, & multa obtinent privilegia. *Eugenius IV. constit. 5. Regimini.*
3. Fratres Sancti Augustini gaudent privilegiis Mendicantium. *Julius II. constit. 18. Et si ad bene merendum.*
4. Fratres Sancti Augustini habent privilegium, ut ex sua Religione Papa eligat Sacristam Pa-

- Papalis sacelli, qui sit Prælati. *Alexander VI. constit. 5. Ad sacram.*
5. Obtinentur, ut possint alienare bona, permutare, dare in Emphyteusim, & livellum ipsi, & Moniales dicti Ordinis, cum licentia Prioris Generalis. *Gregor. XIII. constit. 5. Dum ad uberes. Sed modò per constit. Urbani VIII. constit. 51. Humana, est abrogata.*
 6. Magistri in Ordine Sancti Augustini, quomodo creandi. *Gregor. XIII. constit. 83. Dominicum. Singulis Sexenniis, duo ex singulis provinciis creari possunt Magistri in Capitulis generalibus, cum forma examinandi, &c. Ibid.*
 7. Fratres Sancti Augustini cum cappa nigra tenentur comparere in locis publicis, in concionibus, lectionibus, confessionibus, in itinere, in vicinis prædiis etiam & semper extra claustra, & pœna. Superiores SS. Dominici & Augustini non possunt se in hoc molestare sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *Clemens VIII. constit. 104. Ex injuncto.*
 8. In iis, quæ sunt Religionis, appellare non possunt ad sæcularia Tribunalia, sed ad Generalem, Vice-Protectorem, Protectorem, & Papam. *Clem. VIII. constit. 113. Quoniam.*
 9. Non possunt in Religione per favores Principum, vel aliorum, etiam Cardinalium, procurare dignitates, gradus, &c. sub pœna privationis habitum, & perpetuæ inhabilitatis. *Clemens VIII. constit. 114. Quoniam. Paulus V. constit. 48. Admonemur.*
 10. Superiores Ordinis, ut Generalis, & alii, non possunt gradus, dignitates, &c. conferre, nec pœnas remittere, ob favorem Principum quorumcumque, etiam Regum, Cardinalium, &c. sub pœna excommunicationis ipsò factò. *Paulus V. constit. 48. Admonemur.*
 11. Generalis quando & quomodo potest visitare congregationem Lombardiæ, & quid potest in visitatione facere. *Clemens VIII. constitution. 117. Ex injuncto. per §§. 13.*
 12. Electiones Superiorum, quomodo faciendæ in hoc Ordine, & qualis usus Scrutini. *Paulus V. constit. 80. Pastoralis.*
 13. Assistentes Generales, quomodo eligendi, requisita eorum, &c. Subrogatio fit à Papa, si aliquis deficiat Assistentens. *Paulus V. constit. 93. Provisionis nostræ.*
 14. Ex qua natione debent eligi. *Ibid. in declaratione. Præcedendi ordo inter eos, tam in officio, quam extrâ. Ibid. in addit. 2. Generalis & Assistentes habent votum in Capitulo Generali, post abdicationem officiorum, & locum post electos. Ibid.*
 15. Fratres Congregationis Siciliæ obtinent Vicarium Generalem proprium, & multa privilegia. *Paulus V. constit. 99. Exponi nobis. per §§. 22.*
 16. Fratres isti in Provinciis Hispaniarum & Indiarum non possunt lauream Magisterii obtinere in aliqua Universitate, neque per

- licentiam Superiorum, nisi prius per examinatores à Capitulo Generali deputandos pro illis partibus, approbentur, aliàs non gaudent gradu magisterii in religione. *Urbanus VIII. constit. 42. Romanus.*
17. Fratres isti in electionibus habent vocem activam & passivam, illi tantum, quibus de jure competit, & abrogantur vocales per gratiam in tota Religione. *Urb. VIII. constit. 40. in declaratione. cap. Aliàs per fel. record.*
 18. Assistentes hujus Ordinis finito officio tenentur redire ad suas Provincias. Et omnia contraria privilegia revocantur. *Urbanus VIII. constit. 65. Romanus.*
 19. Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, quando utitur aliquâ facultate, sibi à Papa concessâ, debet eam apponere de verbo ad verbum in litteris patentibus, & non potest in eis uti oraculo Papæ. *Urbanus VIII. constit. 98. Commissi.*
 20. Generalis præfatus non potest concedere suis fratribus eas exemptiones, quæ conceduntur iis, qui officia quædam habuerunt in Religione, eò quod fuerint Provinciales, Diffinitores, Prædicatores, &c. *Urbanus VIII. constit. 99. Inter cæteras.*

VI. Fratres Sancti Augustini discalceati.

1. Congregatio Fratrum discalceatorum Sancti Augustini à *Clemente VIII. admittit facultatem admittendi novitios ad Religionem, & servatis servandis, etiam ad professionem. Clemens VIII. constit. 63. Decet Romanum.*
2. Congregatio hæc discalceatorum Italiæ obtinet proprias constitutiones. *Paulus V. constit. 120. Sacri Apostolatus. In eis assignatur forma vivendi, &c.*
3. Fratres illi in Regno Siciliæ uniuntur Congregationi Italiæ. *Gregorius XV. constit. 3. Pastoralis per §§. 14.*
4. Obtinent Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Catena in civitate Panormi. *Ib. in declarat.*
5. Fratres Recollecti Discalceati Sancti Augustini in Hispania obtinent divisionem ab Ordine, & proprias constitutiones, pro eorum regimine. *Gregorius XV. constit. 36. Ad sacram. per §§. 46.*
6. Fratres discalceati Sancti Augustini obtinent divisionem suæ Congregationis in quatuor Provincias, Romanam, Neapolitanam, Januensem, & Siculam. *Urbanus VIII. constit. 58. Ad uberes.*
7. Vicarius generalis hujus Congregationis potest alium deputare in sua absentia, eique communicare omnem facultatem, quam ipse habet. *Ibid. Ex decreto addito S. Congregationis visitationis. Quas constitutiones debent fratres isti observare, & Diffinitores, cui subduntur. Ibidem.*
8. Quomodo debent eligere Provinciales, & Capitula celebrare in Congregatione Italiæ. *Urbanus VIII. constit. 81. Aliàs pro parte.*

9. Obtinere fratres isti novas constitutiones pro Regno Galliarum. *Urbanus VIII. constit. 90. Ex injuncto.*
10. Fratres discalceati Sancti Augustini in Indiis Occidentalibus uniantur cum aliis fratribus Congregationis Hispaniarum. *Urbanus VIII. constit. 102. Universalis.*
11. Habitum Fratrum istorum nullus portare potest in Italia, sub poena excommunicationis latae sententiae. *Clemens VIII. constit. 111. Pastoralis.*
12. Fratres discalceati Sancti Augustini Hispaniarum in provinciis occidentalibus & Philippinis degentes à quolibet Catholico Episcopo residente, vel alieno, de consensu proprii, minores Ordines accipere possunt in diebus, sive feriatis, sive non. Ordines verò Sacros in diebus Dominicis, vel aliis festis interpolatis, vel continuis, etiam extra tempora, & absque interstitiis, & promoti possunt statim Altari inservire. *Urbanus VIII. constit. 82. in app. constit. 130. Cum sicut dilectus.*

VII. Fratres Carmelitæ.

1. Fratrum horum Ordo & regula approbatur ab *Honorio III. anno 1226. constit. 8. Ut vivendi.* Et regula *ibid. refertur.*
2. Regula præfata declaratur & moderatur ab *Innocentio IV. constit. 6. Quæ honorem.* Deinde ab *Eugenio IV. constitution. 3. Romani.*
3. Fratres Carmelitæ uti debent cappis albis, & dimittere debent mantellos aliorum colorum. *Bonifacius VIII. constitution. 3. Justis.*
4. Generalis potest dispensare in esu carniuum, & jejuniis regularibus. *Sixtus IV. constit. 11. Dum attenta.*
5. Carmelitis utriusque sexûs concessum fuit, ut semel in vita, & semel in morte, per confessionem factam Confessario, electo cum licentia Prioris, indulgentiam plenariam consequantur. *Sixtus IV. ibidem. §. 5.*
6. An hæc indulgentia sit revocata à *Paulo V. Vide, Regularium privilegia & indulgentiae.*
7. Obtinere omnia privilegia aliis Ordinibus concessa, & alia insuper. *Clemens VII. constit. 31. Ex clementi.* Quod in Altari portatili, & in loco non consecrato, & ante lucem Missam legere & audire (Confratres) possint. Confratres semel in vita eligere possint Confessorem, à quo absolvi possunt ab omnibus casibus, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, &c. Plura *ibid. Clemens VII.* Sed moderationem, & an revocata sint à *Pio IV. Vide, Regul. privil. Vide, Privilegia.*
8. Carmelitarum Conventus Romæ dictus *Transpontinae*, translatur ad eum locum à *Pio IV. constit. 101. Romanum.*
9. Cum licentia Generalis (in necessitate) obtinent prædicti fratres, ut possint bona Conventûs alienare & permutare, dare in emphyteusim, &c. idemque obtinent Moniales hujus Ordinis à *Gregorio XIII.*

- const. 34. Ex incumbenti.* Sed *Urbanus VIII. constit. 51. Humane.* omnes has facultates revocavit.
10. Fratres Carmelitæ & Moniales in Italia, possunt recitare officium juxta ritum Breviarii Romani. *Sixtus V. constit. 96. Eximium.*
11. Non possunt per favores Principum, vel aliorum, etiam Cardinalium, procurare in Religione honores, dignitates, gradus, functiones, sub poena inhabilitatis perpetuæ, ad ea & alia, & privationis activæ, ac passivæ vocis, & etiam si favores sint sponte oblatis, si iis utantur, incurrunt. *Clemens VIII. constitutione 23. Quoniam.*
12. Superiores concedentes præfata, ob favores, vel poenas remittentes, quas poenas incurrunt. *Ibidem.* Et concessa sunt nulla.
13. A Bibliothecis Carmelitarum removeri non possunt libri, sive scripta, sub poena excommunicationis. *Clemens VIII. constit. 24. Quæ ad tuenda.*
14. Carmelitæ ubique præcedunt fratres Beate MARIE de Mercede Redemptionis captivorum. *Clemens VIII. constit. 95. Decet Romanum.*
15. Carmelitæ non possunt recurrere ad Tribunalia sæcularium, sive per appellationem, sive aliter, sub poena excommunicationis ipsò factò, reservata Papæ. *Clem. VIII. constit. 110. Quoniam.*
16. Fratres Carmelitæ calcæati de observantia, in regnis Belgii & Siciliæ, non possunt gestare habitus Carmelitarum discalceatorum, nec facere se nominari fratres S. Theresiæ, neque hoc nomine aut titulò possunt se in litteris, vel aliis scripturis, &c. subscribere, sub poena excommunicationis latae sententiæ, & privationis activæ & passivæ vocis, Superioribus verò suspensionis ab officio ipsò factò. *Urban. VIII. in app. constit. 127. Romanus.*

VIII. Fratres Carmelitæ discalceati.

1. Fratres Carmelitæ discalceati separantur à Religione, & sub Papæ potestate recipiuntur. *Clem. VIII. constit. 25. Pastoralis.* Eorum constitutiones, forma vivendi, gratiæ & indulgentiæ, dummodo vivant in rigore primæ regulæ. *Ibid. & constit. 62. Ad militantis. per 16. §§.*
2. Religio eorum, seu Congregatio, ab Ordine Carmelitano est distincta. *Clemens VIII. constit. 71. In Apostolicæ. per §. 15.* Hic Ordo declaratur unus ex Mendicantibus. *Clemens VIII. constit. 101. Romanum.* In eo observatur regula, tradita ab Alberto Patriarcha Jerosolymitano iis, qui habitant in Monte Carmelo, & confirmata ab *Innocentio III. ibid.*
3. Fratres isti non tenentur accedere ad processiones, nec publicas, nec privatas. *Clem. VIII. ib.*
4. Non tenentur solvere quartam funeralem, nec possunt in hoc molestari à Parochis. *Paulus V. constitution. 4. Decet Romanum.*

5. Cum

5. Cum sola licentia Ordinarii, absque aliorum Regularium consensu, possunt erigere nova Monasteria. *Paulus V. constit. 10. Ad Ecclesiæ.*
6. Fratres discalceati Sanctæ Theresiæ, per quid distinguendi sunt in habitu, seu vestibus, à Fratribus Carmelitis, dictis primi instituti, seu de Monte Sancto, quoad formam, colorem, &c. & quoad galerum. *Urbanus VIII. in app. 28. Inter ceteras.*
7. Fratrum discalceatorum Carmelitarum Congregatio sub invocatione S. Pauli pro fidei propagatione erigitur Romæ cum Regula & forma vivendi. *Paul. V. constit. 80. Pastoralis.*

IX. Fratres Cruciferi.

1. Fratres Cruciferi ex constitutione *Urbani VIII. unic. cum Antecessor.* Dicuntur approbati ab *Alexandro III.* in civitate Bononiæ, in ipsorum loco, ubi primum lapidem ipse Alexander posuisse, narratur ab Urbano præfato.
2. Multa privilegia eis concedit. *Ibid.*
3. Reformantur quoad omnia à *Pio V. constit. 59. Nihil.*
4. Obtinere Privilegia Mendicantium à *Gregorio XIV. constit. 13. Rom.*
5. Non possunt in sua Religione procurare dignitates & honores per favores Principum, Cardinalium, &c. neque per promissa, vel pacta, sub poena privationis eorum, quæ habent, & inhabilitatis perpetuæ ad alia. *Clemens VIII. constit. 109. Quoniam.*
6. Hæc Congregatio suppressa est. *Alexand. VII. constit. Vineam data die 28. Aprilis 1656.*

X. Fratres Sancti Dominici, seu Prædicatores.

1. Fratrum Sancti Dominici Ordo sub regula Sancti Augustini approbatur anno 1216 ab *Honorio III. constit. 2. Religiosam.* & multa privilegia eis concedit Papa. *Ibid.*
2. Fratrum Prædicatorum & Minorum Privilegia à nullo Episcopo aut Archiepiscopo possunt interpretari. *Clemens IV. constit. 12. Ordinis vestri.*
3. Fratres isti ad Episcopatum assumpti & alia Prælaturas extra Ordinem, debent prius resignare omnia bona Superioribus Religiosis. *Clemens IV. constit. 11. Providentia.*
4. *Gregorius XI. constit. 7. Virtute conspicuos per 32 Capita*, concessit huic Ordini multa Privilegia: Generales habent plenam potestatem & curam in animas fratrum: possunt solvere & ligare, atque cuncta instituire. Concessit, presentandos tantum esse Episcopis fratres, ut audire possint confessiones sæcularium, & absque examine. In Missa posse uti Altari portatili. Tempore interdicti posse celebrare januis clausis. Posse in suis Ecclesiis sepelire famulos, qui eis inserviente interdicta terrâ, in qua sunt, eorum famulos concessi comprehendendi in interdicto, & ideo audire posse Divina, nisi ipsi causam dederint interdicto. Posse in

Tomus I.

- terris hæreticorum commorari, & elemosynas ab eis petere, & alia omnia concessa fratribus Minoribus per *Clementem IV.* quæ habes infra, Fratres Sancti Francisci, seu Minores. Alia concedit *Gregorius XI. constit. 7. Virtute.*
5. Hæc omnia & alia plura concedit & confirmat *Sixtus IV. constit. 7. Regimini.* quod dicitur: *Mare Magnum.* Sed quænam sint revocata, & quæ moderata, Vide, *Regularium Privilegia.* Nam *Pius IV.* omnia reduxit ad formam Concilii Tridentini. *Ibid.*
6. *Sixtus IV. constit. 19. Sacri.* Alia concedit Fratribus Ordinis Prædicatorum & Minorum simul, & sunt: Ut in Festis quibusdam, (quæ numerat) qui eorum Ecclesiis intersunt, indulgentias multas consequantur, &c. ut semel in vita, & semel in morte, bis ab idoneo Ordinis Confessario Fratres possint absolvi cum indulgentia plenaria, etiam si mors accidat in novitiatu. Ut possint sæculares absolvere à casibus reservatis, exceptis quibusdam, & eandem facultatem possint committere. Omnia Privilegia Fratribus concessa extendit ad Moniales dicti Ordinis, ad Oblatos, Syndicos & Procuratores.
7. Ut Prælati & eorum Vicarii non impediunt fideles in faciendis elemosynis dictis Fratribus.
8. Si quis moribundus petat habitum Religionis, possunt Superiores, etiam locales, ei concedere. Et defunctus tali habitu indutus, non potest in alia Ecclesia, nisi dictorum Fratrum sepeliri.
9. Fratres isti habentes beneficia Ecclesiastica, Capellanas, Episcopatus, sive regiminis, sive titulares, non possunt in Conventu residere, nec in eo Cameras habere, nec habere activam, nec passivam vocem in Capitulis. Ut Superiores procedere possint in causis suorum Fratrum, etiam Inquisitorum, & si delinquant, eosdem punire, & amovere, si opus sit. Item quod Inquisitores de Ordine Minorum non possunt procedere contra Fratres Prædicatores, nec e contra. Gaudent omnibus gratiis & privilegiis, concessis omnibus Religionibus Mendicantium; Et quod in judicio, & extra, faciant fidem omnia privilegia, aliis Mendicantibus concessa, & alia, *ibid.*
10. Quænam autem ex his sint revocata, & quæ sint in robore, Vide, *Privilegia.* Vide, *Regularium Privilegia.*
11. Fratres Prædicatores possunt succedere in bonis, sicut succederent, si essent in sæculo. *Clemens IV. constit. 1. Obventu.*
12. Superiores hujus Ordinis, in formandis processibus in causis Fratrum, non tenentur servare apices juris. *Bonifacius VIII. constit. 4. Ad augmentum.*
13. *Gregorius XI.* innumera alia huic Ordini concedit Privilegia. *Constit. 7. Virtute. per 37. Capita.*
14. Fratres Prædicatores in processibus & aliis

Z asti-

- actibus publicis præcedunt omnes Religiones Mendicantes. *Pius V. constit. 71. Divina.* Sed Clemens VIII. extendit etiam ad non Mendicantes, dicens: debere esse primos post Canonicos & Monachos. *Const. 13. Inter cætera.*
15. Superioribus hujus Ordinis in virtute obedientiæ præcipit Papa Gregorius XIII. ne ad instantiam quarumcunque personarum extra Ordinem, etiam Cardinalium, concedant fratribus gratias, honores, &c. *Const. 62. Cum nihil.* Idem præcipit Clemens VIII. *const. 7. Religiosos.* Et insuper, ne Superiores ad instantiam favorum, relaxent pœnas delictis Fratrum taxatas. Idem confirmat Paulus V. *const. 39. Admonemur.* Et pœnas taxat contra Superiores transgressores.
16. Fratres Prædicatores non possunt honores, gradus, aut dignitates in Ordine per externos favores procurare, sub pœna perpetuæ inhabilitatis ad ea; & rehabilitari non possunt, nisi per Papam. *Gregor. XIII. const. 62. cap. Cum nihil.* Sed Clemens VIII. sub eadem pœna prohibet, ne per favores, sive intra Ordinem, sive extra, procurent dignitates, sive per Cardinales, sive per Reges, sive per Imperatores, & extenditur Constitutio ad gradus ab aliis pro illis procuratos. Tandem Paulus V. omnia confirmat *const. 39. Admonemur.* & extendit statutum & pœnam etiam ad procurantes Generalatum per favores, vel recursum ad Principes quoscunque.
17. Superiores hujus Ordinis possunt absolvere suos Fratres & Moniales à casibus & censuris, sicut Episcopi suos subditos. *Pius V. const. 132. Romanus.*
18. Fratres Prædicatores non possunt ab alio iudice conveniri, nisi à Conservatoribus Religionis. *Pius V. const. 34. Exponi. & in declarat. seq.*
19. Generalis Ordinis istius potest aliquos ex suis Fratribus creare Notarios, pro intimandis litteris Sedis Apostolicæ, cuicumque personæ, sive Principi. *Pius V. const. 124. Debitum.*
20. Generalis potest ubique terrarum, cum licentia Ordinarii, erigere Confraternitates Rosarii. *Sixtus V. constit. 21. Dum Ineffabilia.*
21. Fratres hujus Ordinis coram nullo iudice possunt conveniri, nisi coram iudice Conservatore. *Pius V. const. 41. Etsi.*
22. Fratres Prædicatores possunt inter se, & in privatis colloquiis, non verò cum aliis, vel inter alios, de puncto Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis circa originale, discutere. *Gregorius XV. const. 29. Sanctissimus. in declaratione.* Vide, *Generalis. Vide, Tit. seq.*
23. Fratres Sancti Dominici cum cappa nigra tantum possunt comparere in locis publicis, & præcipuè in Ecclesia, dum audiunt confessiones, dum concionantur, vel lectiones ad populum habent. Item extra claustra, in itinere, etiam dum accedunt ad loca vic-

- na recreationis gratiâ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ injungitur fratrum istorum & sancti Augustini Superioribus, ne in hoc amplius se molestant. *Clemens VIII. constitution. 104. Ex injuncto.*
24. Fratrum & sororum Sancti Dominici de Pœnitentiæ regula approbatur annò 1405. *Ab Innocentio VII. const. 1. Sedis. Vide, Oblati. Vide, Tertiarii.*
25. Alia multa privilegia Ordinis Sancti Dominici. Vide, *Privilegia in fine.*

XI. Fratres Prædicatores & Minores simul.

1. Fratres Prædicatores & Minores (seu Franciscani) possunt in suis Ecclesiis & in plateis communibus prædicare. *Extra. De sepulturis. cap. Super Cathedrali. & sub eodem tit. in Clement. cap. Dudum.* Possunt etiam in funeribus mortuorum prædicare, illâ pariter horâ exceptâ. *Ibid.* Non possunt prædicare in Parochialibus Ecclesiis, sine licentia Parochorum, nisi Episcopus id mandaret. *Ibid.* Vide, *Regulases. tit. 40. num. 1.*
2. Ad audiendas confessiones sæcularium, eosque absolvendos, hoc facere olim tenebantur. Superiores assumentes Fratres ad id idoneos, debent eos præsentare Episcopis, ut de eorum licentia, placito & bona gratia, in suis Diocesis audiant sæcularium confessiones, eosque absolvant. Quòd si aliquem vel aliquos ex præsentatis nolit Episcopus ad hoc officium admittere, Superiores præsentent alios. Si verò nolit Prælati illis jam præsentatis licentiam concedere, eosque admittere: ex tunc absque alia licentia cum facultate Papæ censentur admissi.
3. Fratres autem admissi ad confessiones non intelligantur habere majorem facultatem in absolvendo, quàm habeant Parochi. *Ibid.*
4. Quænam autem approbatio nunc requiratur ex *Concil. Trid.* Vide, *Regulares quoad Episcopos, vel quoad confessiones. & c. Vide, Confessor.*
5. Fratres isti possunt in suis Ecclesiis sepelire liberè omnes, qui volunt in eis sepeliri. *Extra. De sepulturis. cap. Super Cathedrali.* Vide, *Funeralia num. 4.* Tenentur tamen dare Parocho Canonicam portionem funeralem. Nec possunt inducere morientes, ut sibi relinquunt portionem illam.
6. Fratres isti debent ab Episcopis & Parochis charitativè tractari. *Ibid.* Vide, *Parochus. n. 64.*
7. Hæc omnia prædicta confirmantur à *Clement. De sepulturis. cap. Dudum.* Vide, *Regulares. tit. 40. num. 1.*
8. Fratribus Minoribus & Prædicatoribus concessit Sixtus IV. multa privilegia, quæ habes supra, *tit. Fratres Prædicatores. constit. 16. Divina.*
9. Fratrum Minorum & Prædicatorum privilegia non possunt ab Episcopis vel Archi-

episco-

- episcopis interpretari. *Clem. IV. const. 12. Ordinis veltri.*
10. Ordinarii interdicitur, inquietare fratres Prædicatores & Minores. *Sixtus IV. const. VI. Regimini. §. 17.* Sub gravibus pœnis. *Ibid.* Non subsunt eorum jurisdictioni. *Ibid.*
11. Ut possint in itinere uti Altari viatico concessum eis fuit, & absque licentia Episcoporum. *De privilegiis. cap. In his. Vide, Altare. tit. 5. n. 4.*
12. Fratrum Prædicatorum & Minorum doctrinâ & sanctitate illuminata & exaltata est Ecclesia DEI. *Extra. De tregua & pace. cap. Vices illius. Vide, Ecclesia. tit. 1. n. 24.*
13. Fratres Prædicatores & Minores, licet non possint habere proprium, possunt tamen possidere in communi. *Extra. Joannis XXII. De verborum significatione. c. Quia quorundam. Vide, Christus. t. 22. num. 3. & seqq.*
14. Fratres Minores & Prædicatores impediri non possunt ab Ordinariis, quin suis privilegiis fruantur. *Sixtus IV. constit. 19. Sacri.*
15. Omnia privilegia concessa uni Ordini, vel concedenda, sunt concessa alteri. *Sixtus IV. const. 6. Regimini. §. 16.*

XII. Fratres Sancti Francisci, Franciscani, seu Minores.

1. Fratrum Sancti Francisci de Assisio Religio & Regula confirmatur anno 1223. *ab Honorio III. const. 5. Solet.* In qua est inserta tota regula & testamentum Sancti Francisci.
2. Quot Ecclesiæ Fratrum Minorum appellari debeant Conventuales, decrevit *Innocentius IV. const. 7. Cum tanquam.*
3. Fratres Minores possunt succedere in bonis acsi essent in sæculo. *Clemens IV. const. 1. Obventu.*
4. Privilegia concessa à Clemente IV. & postea confirmata à Sixto IV. *const. 6. ut infra. Ex Clement. IV. constit. 4. Virtute conspicuos. data annò 1265.* hæc sunt:
5. Generales Ministri, post legitimam electionem, habent plenam jurisdictionem & curam super animas Fratrum, possuntque solvere & ligare. *Clemens IV. §. 1. Generalis potest per Provinciales & Custodes, juxta regulæ textum, amoveri, si fuerit opus. §. 2. Circa electiones, pro longè distantibus tempus præfixum non currat. §. 3. Custodes & Guardiani, postquam sunt instituti, habent curam suorum subditorum, & possunt eosdem solvere atque ligare. §. 4. In Conventibus instituire possunt Lectores Theologiæ, & aliarum artium ac facultatum. §. 5. Provinciales in Capitulis possunt concedere fratribus licentiam prædicandi. §. 6. Ut ab Episcopis sine examine admittantur fratres ad audiendas confessiones. §. 7. Ut Generales & Provinciales in itinere uti possint Altari portatili, & Missam in eo celebrare. §. 8. Ut*

Toma II.

actuales famuli fratrum non subjaceant interdicto, nisi causam dederint. §. 9. Ut fratres existentes in terris excommunicatorum, possint ab eis elemosinas petere. §. 10. Ut Generales, Provinciales & Custodes, absolvere possint fratres à quibusdam censuris, & cum eis dispensare in irregularitate. §. 11. Ut Confessores ab eisdem casibus, &c. absolvere possint Superiores. §. 12. Ut Superiores à censuris absolvere possint ingrediens Religionem, & dispensare in irregularitate, sed hi tenentur satisfacere, si sunt obligati; & si non ingrediuntur Religionem, incidunt iterum in eisdem censuras. At caveant, ne cum Ordinariorum scandalo his facultatibus abutantur. §. 13. Ut nec ab Ordinariis, nec à Legatis, aut delegatis Papæ, possint cogi ad ferendas sententias, citationes, litteras, &c. ejusmodi, contra Principes aut alios, sine mandato Papæ. §. 14. Non possunt assumi ab Episcopis in suum servitium, sine licentia Provincialis, aut Generalis, & fratres illi adhuc disciplinæ regulari sint subjecti. §. 15. Professi non possunt ab Ordine discedere sine licentia Papæ, & discedentes possunt per Superiores excommunicari. §. 16. Ut Generalis auctoritatem habeat supra fratres missos, ad prædicandum crucem, vel delegatos ad inquirendum contra hæreticam pravitatem, eosque, si opus fuerit, amovere, & uti contra illos censuris. Ad idem Provinciales possunt in sua provincia, imò & Vicarii eorum. §. 17. Professi transeuntes ad aliam Religionem sine debita licentia, ut Apostatae possunt per Superiores puniri. §. 18. Expulsi ab hac Religione pro culpis, & in alia recepti, non possunt prædicare, nec Confessiones audire, &c. nisi de licentia Superiorum Ordinis fratrum Minorum, & fratres ejecti ab Ordine, à nullo alio possint recipi, sine licentia Papæ. §. 19. Habitus fratrum Minorum, aut similis illi, à nullo alio deferri potest, ita ut videri possit sine Papæ licentia. §. 20. De hortis & virgultis nullam teneantur decimam solvere. §. 21. Superiores Ordinis possunt in pios usus convertere bona intrantium in Religionem, & si adsint debita, illa prius solvi curent. §. 22. Liberè sepelire possunt in suis Ecclesiis eos, qui id petunt, salvis tamen juribus Ecclesiarum, à quibus defunctorum corpora accipiuntur. §. 23. Fratres non possunt alicui extra Ordinem confiteri peccata sua, nisi in necessitate. §. 24. Non tenentur ire ad synodum, neque compelli ab Episcopis, ut cum eis exeant extra civitatem, aut processionaliter, neque ut eisdem præstent juramentum fidelitatis. §. 25. Cogi non possunt, ut in eorum locis permittant fieri consilia, placita, scrutinia, seu statuta sæcularium. §. 26. Non tenentur de locis, quos emunt, solvere alicui portionem canonicam. *ibid.* §. 26. Relinquentes aliquem Conventum, omnia

Z 2

poc-

- possint vendere, (exceptis Ecclesiis) & in alios pios usus pro aliis locis convertere. §. 27. Non teneantur solvere procuraciones pro Nuntiis, aut Legatis Papæ, non obstante ejus mandatò, nisi fiat specialis mentio de fratribus Minoribus. §. 28. Non possunt de ullo delicto ab Ordinariis conveniri, non obstante *Constit. Innocentii IV.* §. 29.
6. Hæc omnia Sixtus IV. confirmat, & alia addit *ut infra.* Sed quæ sint revocata, aut moderata, & à Pio IV. redacta ad terminos usus Concilii Tridentini, Vide, *Privilegia.* Vide, *Regularium Privilegia.*
7. Fratrum Minorum privilegia non possunt ab Episcopis vel Archiepiscopis interpretari. *Clem. IV. constit. 11. Ordinis veltri.*
8. Fratrum Minorum Regula circa paupertatem & alias obligationes, pro iis, qui in puritate regulæ vivere cupiebant, & non gaudere privilegiis, fuit pluries explicata, ut sequitur. Primò à Nicolao III. & habetur *de verb. signific. in 6. Exiit.* ubi hæc definiuntur.
9. Fratres Minores, eò quòd in regula promittunt observare Evangelium, non omnia, quæ continentur in Evangelio, tenentur observare, ut præcepta: sed præcepta, ut præcepta, & consilia, ut consilia. *Ibid. Exiit.* Ad ea consilia Evangelii tenentur, quæ in regula verbis præceptoris, vel inhibitoris, vel æquipollentibus, apponuntur. Ad alia tamen consilia, quæ in regula non exprimuntur, tenentur magis, quàm alii Christiani, ratione status perfectionis. Ad ea, quæ in regula exprimuntur, tenentur eò modò, quòd regulæ verba obligant, id est, præceptoris, monitoris, & instructoris. In necessitatis articulo tenentur providere necessitati naturæ. Non habent dominium ullarum rerum, sed purum usum earum. Circa bona etiam necessaria habent solum usum facti, non juris, & in his tantum verificatur, quòd usus perpetuò separari potest à dominio.
10. Fratrum Minorum bona non sunt sub dominio dantis, neque fratrum, sed Romanæ Ecclesiæ. *Ibid. Exiit.* Durante tamen voluntate concedentis, sub hujus dominio; quòd si mutetur ejus voluntas, non possunt amplius eis uti. At Ecclesiastica paramenta sunt sub Papæ dominio. Non possunt dicti fratres donare, aut vendere, vel aliter transferre bona, nec in particulari, nec in communi. Possunt in necessitatibus, si elemosynæ deficiunt, procurare, ut alii eis succurrant de necessariis, ita tamen, ut circa procurata, dominium non habeant, neque persequi personas, quæ procurarunt ab aliis elemosynas, neque rationem exigere ab eis, aut aliam actionem contra eos exercere. In tali casu absque violatione paupertatis, vel regulæ, possunt dictas personas eligere; quæ personam curam habeant de Ecclesiis ædificandis, de lignis procurandis, de panis, & aliis, quæ tractu temporis fieri debent. Non consentiant

- plus sibi concedi, quàm sit verisimiliter necessarium: & si concedens plus det, & non se declarat, quòd velit in alios pios usus fratrum converti, ad ipsum concedentem revertitur, satisfactâ necessitate. Legata facta à testatore, sine expressione ad quid debeant inservire, sed solò verbò: *Relinquo fratribus, &c. Super domo, &c.* non possunt acceptari. Si verò dicit testator, ut pecunia talis legati in ædificia, libros, pannos, vel alia necessaria pro fratribus impendantur, possunt acceptari, & valida sunt. Si tandem legatum fiat de pecunia in genere, intelligitur factum pro necessitatibus, & valet. Habere possunt Procuratorem à Papa, vel Cardinali protectore assignandum, qui curam habeat de elemosynis datis eisdem, & eorum necessitatibus provideat. Licet dominium non habeant, possunt cum licentia Generalis, vel Provincialis, de mobilibus disponere, commutando, vendendo, &c. per dictum Procuratorem, & per eundem, in alia licita expendendo pecuniam. Vilia autem mobilia disponi ab eis possunt, sicut in Capitulis eorum fuerit ordinatum, dando ea, vel aliis ejusdem Ordinis, vel exteris. In necessitate uti possunt pluribus tunicis, de licentia Ministrorum vel custodum. *Ibid. Exiit.* Vide, *Regula Fratrum Minorum. n. 2.*
11. Fratres Minores non tenentur ex vi regulæ ad laborandum manibus, si studiò vacant, vel Officiis Divinis, sed illi tantum, qui ad hæc non sunt applicati. *Ibid. Exiit.* Vide, *ib.*
12. Non solum Generales, sed Provinciales in Capitulis possunt concedere licentiam prædicandi, quam possunt etiam revocare. *Ibid. Exiit.* Vide, *Ibid.*
13. Recipi debent ad Ordinem Minorum illi tantum, qui sunt idonei, & hoc à Generali & Provinciali cognoscendum est. *Ibid.*
14. Fratres Minores non tenentur ad mandatum, seu testamentum, factum à Sancto Francisco, de non interpretando regulam, & de non dicendo, quòd intelligatur sic, & sic. *Ibid. Exiit. circa finem.* Vide, *ibid.*
15. Regulam sic declaratam per Nicolaum III. damnantes, vel alterantes circa intelligentiam, excommunicantur. *Ibid. circa fin.* & excommunicatio Papæ reservatur. Vide, *Ibid.*
16. Fratrum Minorum Superiores, ut Generales, Provinciales, & Guardiani, habent curam animarum fratrum. *Clem. IV. constit. 4. Virtute.*
17. Iterum declaratur regula per *Clement. V.* & habetur in *Clement. De verborum significat. cap. Exiit. de Paradiso.* Sic non tenentur fratres sub mortali ad omnia, quæ exprimuntur in Regula, sed solum ad ea, quæ præceptivò, vel æquipollenti verbò ibi ponuntur, & sunt hæc. Vide, *suprà.*
18. Primò, non habere duas tunicas, præter unam cum caputio, & aliam sine eo. Secundò, non

- non portare calceamenta, nisi in necessitate. Tertiò, non equitare, nisi in necessitate. Quartò, indui vilibus vestimentis. Quintò, jejunare à festo omnium Sanctorum, usque ad Nativitatem Domini. Sextò, de faciendò à Clericis Officium Divinum juxta ritum Ecclesiæ Romanæ. Septimò, quòd Ministri & Custodes sollicitam curam gerant pro necessitatibus fratrum, & infirmis omnes serviant. Octavò, de non prædicando in Ecclesiis Episcoporum, si contradicatur ab Episcopis. Nonò, nullus prædicet, nisi examinatus à Generali officium prædicandi ab eo obtineat. Decimò, qui Regulam observare non possunt, ad suos Ministros recurrant.
18. Omnia, quæ sunt in Regula spectantia ad formam habitus, tam Novitiorum, quàm Professorum: item omnia, quæ spectant ad formam recipiendi ad Religionis habitum, nisi aliter videatur Superioribus, & omnia, quæ exprimuntur hoc verbò, *teneantur.*
19. Fratres abstinere debent à bonorum temporalium receptione, exceptis necessariis. *Ibid. Exiit.* Pannorum colores, pretium, vilitas, secundum morem Regionum à Superioribus sunt judicanda.
20. Fratres Minores tenentur etiam ad jejunia Ecclesiæ. *Ibid. Exiit.*
21. Nullò modò possunt pecuniam recipere, neque tenere in Ecclesiis cassas, aut truncos, pro eis recipiendis. Sed pro necessitatibus habeant amicos spirituales, qui pecuniam teneant; sed fratres ita se gerant, ut ab his nec rationem petant, nec expensas eorum revideant; quia ipsi Domini non sunt, sed usum facti tantum habent.
22. Fratres Minores viventes in puritate regulæ, (sine privilegiis) non possunt succedere in hæreditate, neque in mobilibus, non habere annuos redditus, neque assistentes in curiis pro eorum causis, nec ullam litem facere pro temporalibus. Possunt habere hortos pro suis necessitatibus, non tamen pretium ex eis exigere. Non audent habere cellaria, granaria, &c. non possunt conservare vinum, vel alia, nisi experientiâ probârint, quòd ex loci conditione non possint aliter vivere. Sed hoc Superiorum judicio relinquunt. Habere non possunt magnifica ædificia, vel Ecclesias similes, sed humiles. Neque paramenta, aut vasa Ecclesiæ nimis prætiosa, aut superflua. *Ibid. Exiit.* Vide, *Regula.*
23. Fratres Minores tenentur ad usum pauperum rerum, quæ in regula eis permittuntur. *Ibid. in fine.*
24. Regula hæc tertiò alias habet declarationes per *Joannem XXII.* & habetur *Extrav. Joann. XXII. de verborum significat. c. 1. Quorundam.* Vide, *Regula. num. 3.* Et sunt sequentes: De habitibus fratrum Minorum forma, figura, & aliis accidentibus ejusmodi, tam in habitu, quàm in Caputio, cum in

- regula non exprimantur, Superiores judicare possunt, & eorum arbitrio hoc remittitur.
25. Superiores item judicare possunt, quando sit licitum habere granarium, vel cellarium pro necessitate. *Ibid.*
26. Fratres non sint difformes, quodad habitus, curtos, strictos, &c. Sed per omnia obediant Generali. *Ibid.*
27. Generales & Provinciales fratrum Minorum uti possunt Altari portatili, ad dicendam Missam. *Clemens IV. constit. 4. virtute.* §. 8.
28. Fratrum Minorum Regulæ declaratio per Constitutiones Nicolai III. non poterat aliter interpretari sub pœna excommunicationis. Sed Joannes XXII. tollit hæc pœnam, & permittit interpretationem. *Extrav. Joannes XXII. de verborum significat. cap. Quia nonnunquam.* Vide, *Regula. num. 7.*
29. Fratrum Minorum omnia bona sunt sub dominio Romanæ Ecclesiæ. Sed non intelligitur de iis, quæ uno usu consumuntur. *Extrav. Joannes XXII. ubi supra. cap. Ad conditorem.* Vide, *Dominium. n. 5.*
30. Fratres Minores habent simplicem usum facti de bonis. In iis, quæ uno actu consumuntur, non distinguitur usus à dominio. *Ibid.*
31. Fratres Minores, licet proprium habere non possint, tamen in communi possunt possidere. *Extrav. Joannes XXII. de verborum significat. cap. Quia quorundam.* Vide, *Regula. num. 2.*
32. Fratres Minores tempore interdicti non possunt ad suas Ecclesias admittere Tertiarios, vel Tertiarias, id est, confratres, aut sorores de pœnitentia, sub pœna excommunicationis ipsò factò, Papæ reservata. *Clement. De sententia excommunicationis. cap. Cum ex eo.* Vide, *Interdictum. num. 19.* Sed Sixtus IV. aliter disponit, *ut infra.*
33. Sixtus IV. constit. 6. *Regimini.* quæ dicitur *Mare magnum.* concessit fratribus Minorum sequentia privilegia: Ut tempore interdicti possint, januis clausis, Missas & Divina celebrare, & admittere ad ea Tertiarios de pœnitentia. Ut Superiores possint absolvere fratres à casibus Papæ reservatis, exceptis hæresi, schismate, & falsificatione litterarum Apostolicarum: Item absolvere à simoniæ culpa, & dispensare in irregularitatibus; Superiores verò à Confessariis subditis, possint ab eisdem casibus absolvi. Ut sepelire possint defunctos in suis Ecclesiis, & si Parochi nolint defunctos sepelire, possint fratres in eorum Parochias intrare, eos levare, & ad suas Ecclesias deferre, ac sepelire. Non possint cogi ad associandum defunctos, ad alias Ecclesias Parochiales. Teneantur tamen solvere Canonicam portionem Ecclesiis, de quarum Parochiis levant corpora. De aliis bonis sibi relictis nullam debent alicui solvere portionem. Canonica portio, quæ est in usu, ab eis solvenda est. Nullam decimam, etiam à Sede Apostolica impositam, solvant. Ob

- nullum edictum possunt ab Ordinariis conveniri, & horum acta, processus, sententiae, &c. nulla sunt. Si Parochi ex malicia nolint populis ministrare Eucharistiam, aut Extremam Unctionem, ipsi fratres possunt ministrare. Si Monasteria Sanctae Clarae careant Monialibus, eorum bona pertinent ad fratres. Si moribundi petunt sepeliri cum habitu fratrum, sic induci, in nulla alia Ecclesia, nisi fratrum, sepeliri possunt, etiamsi alibi habeant sepulturam. Parochi fratres sunt amovibiles. Ecclesiae, in quibus sunt Parochi, sunt privilegiatae, sicut aliae ipsorum fratrum.
34. Concessit etiam, ut Generalis & Provincialis dispensare possint cum fratribus in omni irregularitate, proveniente ex quocunque delicto, exceptis illis, quae ex bigamia, homicidio voluntario, & mutilatione membrorum proveniunt.
35. Qui fratribus Minoribus confessi sunt, non tenentur eadem iterum confiteri Parochis, & qui hoc dicunt, ut haeretici sunt habendi.
36. Fratribus Minoribus concessa etiam intelliguntur omnia privilegia concessa fratribus Praedicatoribus, & e contra. Et quae Superioribus unius Ordinis dicuntur, de alterius Superioribus etiam intelliguntur. Quae faciunt, aut possunt Praedicatoribus circa Moniales, facere possunt Minores. Non possunt ab Episcopis molestari, sed ab eis foveri & juvari debent, ut suis privilegiis utantur. Et revocantur omnia decreta, &c. contraria. Propè Ecclesias fratrum Minorum nullus potest aedificare Ecclesias, monasteria, vel oratoria, nisi intercedat spatium trecentarum annorum. *Julius II. const. 21. Exponi.*
37. Omnia privilegia, concessa, vel concedenda fratribus Praedicatoribus, intelliguntur concessa Minoribus. *Sixtus IV. const. 6. Regimini. §. 6.* Sed aliqua ex his abrogata sunt, ut in suis locis. Vide, *Decima, qui sunt exempti.*

XIII. Fratrum Minorum Reformatio & divisio, & alia de illis.

1. Fratrum Minorum prima divisio legitima ac reformatio facta est in *Concilio Constantiensi sess. 19.* & ibi, qui a communitate Ordinis se dividunt, Reformati, seu Observantes dicuntur, & assignatur ibi, quomodo hi debeant regi & gubernari à Vicariis, tamen sub Generali Ordinis. Alii autem fratres remanent sub communitate Religionis cum titulo Minorum, seu Conventualium, ad distinctionem Reformatorum, seu Observantium divisorum. *Ibidem.* Vide, *Observantes.*
2. Reformatio hæc & divisio approbatur à *Martino V. anno 1430. const. 13. Cum Generale.* Et forma regiminis in iis locis assignatur, & declarat totam regulam Ordinis diffusè.
3. Fratrum Minorum Caputium. Vid. *Caputium.*
4. Fratrum Minorum paupertas. Vid. *Paupertas.*

5. Fratres Minores, an cum paupertate habeant usum facti. Vide, *Paupertas.* Vide, *Ufus.*
6. Fratres Minores non possunt inquietari ab Episcopis, & isti in illos nullam habent jurisdictionem, & quas poenas incurrunt, si eos turbant. *Sixtus IV. const. 6. Regimini. §. 17.*
7. Non possunt ab Episcopis impediri, ne gaudeant suis privilegiis, sub poena interdicti & suspensionis. *Sixtus IV. const. 19. Sacri.* Vide, *Fratres Praedicatoribus & Minoribus simul.*
8. Fratrum Minorum Provinciales electi confirmandi sunt à Generali, si ei videbitur. Vide, *Electio in genere, circa finem.*
9. Fratrum Minorum electio Provincialium, si non fiat intra tempus determinatum, devolvitur ad Generalem. Vide, *Electio. ibid.*

XIV. Fratrum Minorum Cardinalis Protector, ejusque Facultas.

1. Protectoris Cardinalis in Ordine fratrum Minorum facultas limitatur à *Gregorio XI. const. 4. Cunctos.*
2. Non potest suspendere, vel abrogare, quae facta sunt in Capitulis quibuscunque: Nullum Superiorem aut Officiam privare: Neque ad gradus aut lecturas promoveri: Non mutare, aut mittere fratres de loco ad locum: Non punire, aut liberare aliquem fratrem: Non deputare aliqui cameram, nec deputatam à Superiore mutare. Fratres verò, qui hæc impetrant, privantur impetratis. *Ibidem.*
3. Protector debet protegere & defendere Fratres istos, & eorum quieti invigilare. *Ibidem.*
4. Hanc Constitutionem confirmat *Sixtus IV. anno 1472. constitutione 4. Sancta Minorum.*
Vide de singulis Religionibus sub eodem Ordine Minorum, infra. *Fratres Minores Conventuales.*

XV. Fratres Minores Conventuales.

1. Fratres Minores post reformationem retinuerunt nomen Conventualium, juxta *Constitutionem 7. Innocentii IV. Cum tanquam. dat. anno 1257.*
2. Fratres Minores Conventuales possunt sicut Praedicatoribus succedere in bonis, ita ac si essent in saeculo. *Clemens IV. const. 1. Obtentu.*
3. Fratrum Conventualium Regula privilegiata declaratur per *Pium IV. const. 103. Sedis Apostolicae.* Ubi confirmat decreta facta in Capitulo Generali Florentiae, pro reformatione Ordinis.
4. Deinde à *Pio V. constit. 1. Ad extirpandas.* Et statuitur, ut in communitate vivatur, & tollatur proprietates. Et constitutiones circa hoc factae in Capitulo, confirmantur à *Pio V. const. 67. Illa.*
5. Fratres Minores Conventuales Sancti Francisci ab *Innocentio IV. const. 16. Quia tunc.* in-

- instituantur Inquisitores haereticæ pravitatis, in Provinciis Patrimonii Sancti Petri, & aliis terris Ecclesiae, in regno Apuliae, Lombardia, Romandiola, Marchia Tarquinia, Sclavonia, & Tuscia; Respectivè scilicet, quilibet Minister, Custos, & Guardianus in sua Provincia. Et ex Collectanea Bullarii anteriori ad Tomos Bullarii, Frater Andreas fit Inquisitor in Provincia Romana, Sabinae, Tusciae, & Campaniae. *Alexander IV. constitutione Dum ad studium.* Quae modò non est in novo Bullario.
6. Fratrum Minorum Conventualium Protector non potest se immiscere negotiis fratrum, si Superiores satisfaciunt debito. Quando autem requiritur, ut in eisdem suam facultatem interponat, per seipsum id facere curet, adhibito aliquò ex fratribus eisdem in Notarium. *Paulus V. const. 53. Cum Ordo.* Vide alia de Protectoris, in praecedenti titulo, *Fratrum Minorum Cardinalis Protector.*
 7. Fratres isti obtinent facultatem, erigendi novum Collegium in Insula Milevitana, sub invocatione S. Antonii, ad instar Collegii Sancti Bonaventurae Romae, praefatae Religionis Minorum Conventualium, pro sex Baccalauris, qui adimpletis, quae sunt necessaria, possint lauream magistralem consequi. *Paulus V. constitutione 121. In supereminenti.*
 8. Ex fratribus Minoribus Conventualibus, ait *Clemens VII. constitutione 21. Religionis. §. 1.*
 9. Capuccinos produisse, qui prius inter Observantes se receperant.
 10. Generalis & alii Superiores Minores Conventuales, quomodo olim regebant Capuccinos, & quomodo confirmabant Superiores eorum. *Ibidem.* Vide, *Capuccini.*
 11. Fratres Minores Conventuales quomodo olim debebant se gerere cum Capuccinis in confirmatione eorum Vicarii Generalis. *Paulus III. constitutione 11. Exponi.*
 12. Alia de fratribus Minoribus Conventualibus, Vide, *Fratres Minores.* Vide, *Fratres Sancti Francisci.* Vide, *Fratres Minores & Praedicatoribus simul.*
 13. Fratres isti non possunt in Religione per favores Principum, vel aliorum, etiam Cardinalium, procurare gradus, dignitates & honores, sub poena inhabilitatis ad ea & alia omnia officia. *Paulus V. const. 116. Admonemur.*
 14. Superiores pariter non possunt gratias facere, poenas remittere, gradus aut dignitates conferre per favores Principum, quorumcunque, etiam Cardinalium, sub poena excommunicationis ipsò factò. *Ib.* Comprehendit Generales & Provinciales. *Ib.*
 15. Fratres Minores Conventuales semel in mense, primà die non impedita, possunt facere Officium de Sancto Francisco. *Paulus V. constitutione 102. Domini nostri.*
 16. Fratres isti obtinent pro Conventu Pragae

in Bohemia, ad instantiam Ferdinandi III. Imperatoris, unum Collegium pro duodecim Baccalauris ad instar Collegii S. Bonaventurae. *Gregorius XV. const. 21. In supereminenti.*

17. Ab Urbano VIII. obtinent confirmationem novarum Constitutionum. *Const. 88. Militantis.*

XVI. Fratres Minores Sancti Francisci de Observantia.

1. Fratres Minores Observantes inceperunt sic dici ex tempore Concilii Constantiensis, de anno 1415. Approbantur à *Martino V. anno 1430. constitutione 13. Cum generale.*
2. Fratres Minores, Observantes dicti, possunt domos amplas recipere. *Leo X. const. 6. Merentur.* Eorum bona sunt sub dominio Papae. *Ibidem.* Possunt habere magnifica ornamenta Ecclesiarum. *Ibidem.*
3. Debent eligere Generalem reformatum. *Leo X. constit. 23. Ite & vos.* Dum Generalis est ultramontanus, fiat Commissarius Generalis Cismontanus, & e converso. *Ibidem.* Provinciales debent esse Reformati. *Ibidem.* Reformati degere non possunt in Conventibus non reformatis. *Ibidem.* Et alia multa, quae pertinent ad Regimen Fratrum de Observantia. *Ibidem.*
4. Fratres isti non possunt alios fratres Sancti Francisci irrisoriò aliquò nomine, ut privilegiatorum, &c. nominare. *Leo X. const. 23. Ite & vos.*
5. Fratres Observantes praecedunt alios in actibus publicis, scilicet processionibus. *Leo X. const. 26. Licet aliis.* Et hoc ex causa Observantiae Regulae.
6. Fratres Observantes possunt pro Legatis componere cum haeredibus, & in pecunia, vel aliis bonis mobilibus accipere elemosynam pro fabrica & aliis necessitatibus. *Clemens VII. constitutione 15. Nuper.*
7. Possunt deputare Syndicum extra Ordinem, ad exigenda legata, & alia facienda, & quomodo. *Paulus IV. constit. 1. Ex Clementi.* Syndici praefati, quam facultatem habent circa contractus, & alia dictorum Fratrum. *Ibidem.*
8. Possunt audire confessiones saecularium, & Eucharistiam totò annò ministrare populis, exceptà Dominica Resurrectionis. *Ibidem.* Alias multas gratias hic Papa eis concedit.
9. In feria quinta cujuslibet hebdomadae, non impedita festo novem Lectionum, excepto tempore Adventus & Quadragesimae, recitare possunt Officium Corporis Christi. *Pius V. constit. 52. Exponi.*
10. Fratrum istorum Superiores quomodo eligendi. *Gregor. XIII. const. 13. in declarat. cap. Consuevit.*
11. Non possunt Fratres à Superioribus appellare ad Tribunal saeculi. *Gregor. XIII. const. 27. Quoniam.* Appellare possunt ad Generalem, Protectorem & Papam. *Ibidem.*

12. Non possunt transire ad Capuccinos, sine licentia suorum Superiorum. *Sixtus V. const. 20. Pro ea.*
13. Sixtus V. eis concessit, ut possent retinere loca, quæ possidebant sine titulo, cum consensu tamen Ordinarii. *Sixtus V. constit. 40. Cum sicut.*
14. Ut in singulis Provinciis concederent duos Conventus Fratibus strictæ Observantiæ, præcepit *Pius V. constit. 81. Injunctum.*
15. Fratrum istorum Procuratores & Syndicos gaudere iisdem privilegiis, quibus Fratres, & eodem modo, concessit *Clemens VII. constitution. 19. Dum consideramus.*
16. Generalis horum Fratrum quomodo eligendus. *Pius V. constitution. 128. Pastoralis.*
17. Novitii in hac Religione quomodo recipiendi. *Pius V. constitutione 128. Pastoralis.*
18. Bibliothecæ eorum quâ curâ custodiendæ, & pœnæ extrahentium libros. *Sixtus V. const. 67. Cum sicut.*
19. Omnia eorum privilegia, quæ Concilio Tridentino non sunt contraria, confirmantur. *Clemens VIII. constit. 51. Ratio Pastoralis.*
20. Fratres isti in locis Indiarum non possunt fieri Provinciales, neque ad alia officia eorum assumi, nisi sint filii dictarum provinciarum: aliâs omne quod fit, est nullum & irritum. *Clemens VIII. const. 67. His quæ.*
21. Fratres observantiæ in suis Ecclesiis satisfacere possunt promissis legatorum, quas satisfacere debent Moniales, quæ sunt sub eorum cura, & pretium elemosynæ sit juxta locorum consuetudinem. *Clemens VIII. const. 105. Ex debito.*
22. Non possunt accedere ad Monasteria Monialium, vel Ecclesias, nisi pro Missis celebrandis, juxta consuetudinem, & non aliâs, sub pœna privationis officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad illa. *Clemens VIII. ibid.* Neque accedere possunt ob prætextum funeralium Monacharum, vel occasione induendæ novæ alicujus Monialis. *Ibid.* Fratres, qui ad dicendas Missas in Ecclesiis Monialium mittuntur, debent esse provecctæ ætatis. *Ibid.*
23. Sine speciali licentia sacre Congregationis Regularium ad Monasteria Monialium accedere non possunt, & pœnæ accedentium. *Ibid.* Vide, *Moniales.* Vide, *Regulares circa Moniales.*
24. Generalis hujus Ordinis habet potestatem ordinariam, etiam super reformatos dictos Strictæ Observantiæ, sicut supra Observantes. Eandem habet Commissarius Generalis, in absentia Generalis. *Paulus V. const. 31. Prælat. & in sequenti cap.*
25. Fratres isti non possunt in Religione procurare dignitates, ac Prælaturas, per favores Principum, sive secularium, sive Ecclesiasticorum, neque oblatos favores acceptare, sub pœna inhabilitatis ad illa officia, & etiam ad alia majora. *Paulus V. const. 114. Admonemur.*

26. Superiores dicti Ordinis non possunt intuitu favorum concedere dignitates, honores, gradus, &c. neque intuitu Principum, vel Cardinalium, sub pœna excommunicationis ipsò factò. Neque intuitu favorum possunt pœnas remittere, sub eadem pœna. *Paulus V. Ibid.*
27. Fratres Observantes circa Moniales & Missas dicendas in eorum Ecclesiis. Vide, *Moniales S. Clare.*
28. Revocatæ fuerunt olim paternitates, ac præcedentiæ eis concessæ, sive per Superiores, sive per Papam. *Gregor. XIII. const. 41. Pastoralis.*
29. Fratres isti existentes in Indiis Occidentalibus cum licentia Superioris ordinari possunt à quolibet Episcopo Catholico Diocesano, vel de licentia Diocesani, non expectatis interstitiorum temporibus, & extra tempora statuta à jure. *Urbanus VIII. const. 91. Cum sicut.*
30. Fratres Observantiæ tenentur in pedibus portare calepudia, & sandalia aperta, & non aliud. Tenentur præter duas tunicas, lancam camisiâ, seu sudaria portare. Alia autem privilegia circa hæc abrogantur. *Urbanus VIII. const. 49. Sacrosanctum.*
31. Statuta quædam per eos facta circa vestitum & observantiâ, confirmantur ab *Urba-no VIII. constitutione 49. Sacrosanctum.*

XXVII. Fratres Minores Strictioris Observantiæ.

1. Fratres Minores Strictioris Observantiæ instituuntur & approbantur tempore *Clementis VII. constit. 35. In supremo.* Forma gubernii eorum, qui & quomodo eligendi Superiores. Debent habere unum custodem. Subditi sunt Generali Minor. Observantium. *Ibid.* Confirmat idem *Paulus V. constit. 114. Admonemur.*
2. Constitutiones & Statuta eorum nova confirmantur à *Gregorio XIII. constit. 55. Cum illius.* Disposita sunt ibi omnia, per §. 22.
3. Ut fratribus istis darentur à fratribus de Observantiâ duo Conventus in singulis Provinciis, præcepit *Pius V. constit. 81. Injunctum.*
4. Fratres isti quomodo debent se gerere circa electionem Superiorum, Lectorum & Novitiorum, & alia. *Clemens VIII. const. 45. Pro injuncti. per. 11. §§.*
5. Circa Gallos & Belgas quid agendum, sequitur *ibid. in seq. c.*
6. Fratres isti transire non possunt ad Religionem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum. *Clem. VIII. const. 46. Nuper.*
7. Non possunt de novo facere organa in Ecclesiis, nec permittere, ut in eis alii faciant, si non adsint, possunt tamen tenere, si jam adsint, cum Ecclesias obtinent. *Clem. VIII. const. 84. Sanctissimus.*
8. Fratres isti non debent dici novi, quia non sunt novæ regulæ observatores, sed sunt ob-

- observatores regulæ S. Francisci. *Clemens VIII. const. 92. Ex injuncto.*
9. Fratrum horum Conventus, bona, Bibliothecæ, &c. eis concessa, à nullo possunt occupari, nec impediti. Si quis fratrum id commiserit, activâ & passivâ voce privatus existit, & excommunicationem incurrit. *Clem. VIII. const. 100. Decet Romanum.*
10. Fuit eis concessum, ut possint extra Capitulum recipere novitios ad Religionem, & quomodo obligantur custodes referre ad Capitulum, quos receperint. *Clem. VIII. const. 106. Sanctissimus.*
11. Fratres Reformati subditi sunt Generali Observantium. *Paulus V. const. 31. Postulat.* Provinciales, si sunt de Reformatis, habent potestatem ordinariam super Custodes & Reformatos. Si Provinciales sunt de familia, præcedunt Reformatos, & ut Superiores eorum sunt recognoscendi. *Ibid.* Quando visitandi sunt Reformati, & Superiores eorum quomodo eligendi. Quomodo recipere debent Novitios, & ad eos quomodo possint transire fratres de familia. *Ibid.*
12. Fratres isti ita subditi sunt Commissario Generali Observantium, in absentia Generalis, sicut ipsi Generali. *Paulus V. ib. in declarat.*
13. Fratres isti ad quid tenentur, & quid possunt facere in Capitulis fratrum de familia, & circa alia, quæ ab istis in Religione fiunt. *Gregorius XV. constit. 8. Onerosa.*
14. Portare debent caputium, mozzetam, & mantellum, eodem modo, quò fratres de familia, licet pannis uti possint vilioribus. *Urbanus VIII. constit. 13. In supremo.* Non possunt portare soleas, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & super hoc procedere possunt Superiores & Ordinarii. *Ib.*
15. Constitutiones Reformatorum ab *Urba-no VIII.* confirmantur, *const. 14. Romanus. per. §§. 15.*
16. Obtinere, ut custodia Baviaræ erigatur in Provinciam, sicut aliæ Hispaniarum, pro Discalceatis, cui subjiuntur prædicti Reformati. *Urbanus VIII. const. 38. Sacrosanctum.*
17. Reformati, seu Discalceati non possunt ad alias Religiones transire, exceptâ Carthusianâ. *Clemens VIII. const. 111. Pastoralis.* Habitum eorum nullus potest deferre, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *Ibid.*
18. Fratres Reformati Discalceati in Regnis Hispaniæ possunt nova loca erigere, servatis Statutis Concilii Tridentini. *Gregorius XV. const. 16. Alias.*
19. Fratres Reformati, dicti Recollecti Franciæ, non possunt ferre Caputium acuminatum, sed debent ferre rotundum, & mozzetam latam, sicut Fratres Minores Observantes. *Urbanus VIII. const. 12.*

In supremo. Tenentur portare calepudia, exceptis infirmis. *Ibid.* Quando in itinere possunt uti soleis. *Ibid.*

20. Fratres Strictioris Observantiæ Recollecti in Regno Franciæ tenentur deferre caputium rotundum, ac mozzetam largiorem, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & privationis activæ & passivæ vocis, carcerationis, &c. Superiores sub pœna privationis officiorum, & inhabilitatis ad ea, tenentur hoc observare. *Urbanus VIII. in append. const. 13. Alias à nobis.*
21. Fratres Strictioris Observantiæ post completa officia, quem ordinem servare debent inter se in præcedendo. *Urbanus VIII. in appendice. const. 23. Inter gravissimas.*
22. Fratres Sancti Francisci de Observantiâ Discalceati, in Hispania & Indiis, non possunt esse Lectores Jubilati, nec titulum aut exemptionem Patrum, nisi qui Ministri fuerunt. *Urbanus VIII. in append. const. 144. Religiosos.*

Vide, *Fratres.* Vide, *Fratres Mendicantes.* Vide, *Regulares.* Vide, *Regularium privilegia.* Vide, *Fratres Sancti FRANCISCI.*

XVIII. Fratres Reformati Minorum Conventualium.

1. Ista Reformatio instituitur tempore *Sixti V.* & ab eo approbatur, simulque forma vendi fratribus Minoribus Conventualibus Reformatis præscribitur. *Constit. 68. Apostolici.* Mantellum longum sub Caputio, non supra deferre debent. *Gregorius XIV. const. 11. Beati.* Capuccinos non possunt in Religionem recipere. *Ibid.*
2. Ferre non possunt habitum Capuccinorum, & pœnæ deferentium. *Gregorius XV. constit. 15. Ex injuncto.* Vide, *Reformati.*

XIX. Fratres Amadei, seu Clareni dicti, ex Ordine S. Francisci.

Fratres Amadei uniantur cum fratribus de Observantiâ. *Pius V. constitutione 53. Beatus.*

XX. Fratres Sancti Francisci Discalceati Italiæ.

Fratres Discalceati Sancti Francisci in Italia, supprimuntur. *Sixtus V. const. 99. Cum sicut.*

XXI. Fratres Tertii Ordinis S. Francisci, seu Tertiarii.

1. Tertiarii Ordinis Sancti Francisci, in domibus propriis tantum prius debebant, deinde alii regularem vitam eligunt, & approbationem ac regulam obtinent à *Leone X. const. 42. Inter cætera.* Cui est inserta regula observanda. Præcepta Regulæ sunt sub consilio. *Ibid. cap. Omnia.*
2. Hic Ordo fuit reformatus à *Pio V. const. 63. Ea est. per. §§. 21.*
3. Quolibet triennio eligere possit visitatorem obtinuerunt, non obstante constitutione *Pii V. Super hoc.* & quomodo id facere possint. *Sixtus V. constitutione 28. Romani.*

4. Fratres isti, quomodo celebrare debent Capitula, sive Generalia, sive Provincialia. *Clemens VIII. constitution. 33. Decet.*
5. Obtinent confirmationem omnium Privilegiorum, quæ Concilio Tridentino non sunt contraria. *Clemens VIII. const. 51. Pastoralis.*
6. Provincialis & fratres Provinciae Dalmatiae uniantur sub obedientia Generalis seu Vicarii Generalis. *Clem. VIII. const. 91. Romani.*
7. Fratres isti ultramontes tenentur gestare habitum ita diversum, ut sit coloris & qualitatis distinctæ à colore Fratrum S. Francisci de Paula. Pannus ex quo fit eorum habitus, debet esse ex quatuor partibus de lana nigra, & una candida. *Paulus V. const. 66. Inter graves. Vide, Tertiarii.*

XXII. Fratres & Sorores Tertiariae domi degentes.

1. Fratres & sorores Sancti Francisci seculares, dicti de Poenitentia, in sua domo degentes, seu tertio Ordine, ex tempore Sancti Francisci instituuntur à *Nicolao IV. constitution. 2. Supra montem.* obtinent Regulam & privilegia, Obligationes eorum, quæ sunt. *Ibid.* Nullum ex regulæ præceptis obligat ad mortalem culpam.
2. Gaudent gratis & privilegiis omnium Ordinum Mendicantium, & privilegia his concessa in iudicio faciunt fidem, ac si illis fuissent concessa. *Sixtus V. const. 19. Sacri.*
3. Tenentur tempore Paschæ recipere Eucharistiam à Parocho. *Leo X. const. 22. Dum intrâ.* Sic etiam Extremam Unctionem. Non sunt exempti ab oneribus sæculi. A iudice seculari possunt conveniri. Si causam dederint interdicto, non possunt eo tempore in Ecclesiis sui Ordinis audire Divina. *Ibid.*
4. Tertiariorum domi degentium votum, sive masculorum, sive fœminarum, non est votum Religionis, nec solemnne, sed simplex. *Leo X. const. 22. Dum intrâ. in c. seq. Nuper.* Vide, *Tertiarii.* Vide, *Oblati.*

XXIII. Fratres S. Francisci Capuccini.

1. Fratres Minores Sancti Francisci Capuccini approbantur à *Clemente VII. anno 1528. const. 21. Religionis zelus.* Ex Conventualibus ortum habere, ait ibi Papa. *Ibid.* Habitibus & modus vivendi. *ibid.* præscribitur, & alia ad eos spectantia. *Ibid.*
2. Capuccini in regnis Hispaniarum possunt nova loca recipere, juxta formam Canonum & Tridentini Concilii. *Paulus V. const. 27. Ad uberes.*
3. Possunt recitare Officium de Sancto Conrado. *Urbanus VIII. constitutione 43. Domini.*
4. Non possunt sine licentia Papæ transire ad laxiorem Ordinem. *Urbanus VIII. constitution. 91. Injuncti.* Neque Carthusianos, vel alios similes, sine licentia Generalis in scriptis. *Ibid.*

5. Fratribus Capuccinis concessit *Clemens VIII.* ut audire possint confessiones secularium. *Const. 82. Alias.* Et quomodo approbandi. *Ibid.* Alia de Capuccinis. Vide, *Capuccini.*

XXIV. Fratres S. Francisci de Paula, seu Minimi.

1. Fratrum Sancti Francisci de Paula Religio approbatur à *Sixto IV. anno 1474. const. 5. Sedes Apostolica.* Isti Religiosi prius manebant in eremitorio quodam Cosentiae Calabriae, dicto *S. Francisci de Paula.* Confirmatur approbatio à *Julio II. const. 10. Dudum.*
2. Possunt celebrare cum Octava Officium S. Francisci institutoris. *Leo X. const. 38. Excelsus. cap. seq. Licet.*
3. Quomodo eligendi eorum conservatores, & quæ sit eorum jurisdictio. *Clemens VII. const. 6. Conquestionum.*
4. Religio Sancti Francisci de Paula inter Mendicantes numeranda. *Pius V. const. 49. Apostolica.*
5. Quolibet sexennio Fratres isti tenentur celebrare Capitulum Generale, & non antè. Generalis durat per sexennium: sic etiam Procurator Generalis, seu zelosus. *Paulus V. const. 6. Cum sicut.* Provinciales durant per triennium, Correctores verò per annum. *Ibid.*
6. Fratres isti non possunt in Religione procurare dignitates, honores, &c. per favores secularium, vel Ecclesiasticorum Principum, etiam Cardinalium: sub poena privationis obtentorum, & inhabilitatis ad alia. Superiores verò non possunt ad intuitum dictorum favorum concedere dignitates, honores, &c. nec gratias facere, aut poenas remittere, sub poena excommunicationis, ipsò factò. *Paulus V. const. 117. Admonemur.*
7. Obtinent multa Statuta pro electione novi Generalis in casu mortis, & pro aliis. *Urbanus VIII. const. 18. Ut ea.*
8. Obtinent confirmationem omnium gratiarum & privilegiorum, quæ non obstant Concilio Tridentino, nec sunt revocata. *Urbanus VIII. const. 20. Injuncti.*
9. Erigunt unum Collegium in Regione montium Romæ, pro natione Calabriae. *Urbanus VIII. Const. 5. Ex injuncto.* Alia pro hoc Collegio, Vide, *Collegium.*

XXV. Fratres Eremitæ Sancti Hieronymi, & Beati Petri de Pisis.

1. Fratres Eremitæ Sancti Hieronymi approbantur à *Gregorio XII. constitution. 3. Sacrum.*
2. Sub una Congregatione, dicta de Fesulis, aduocantur & alia spectantia ad eorum Superiores & electiones. *Eugenius IV. const. 21. Super gregem.*
3. Fratres isti Eremitæ multa privilegia ac gratias obtinuerunt ab *Eugenio IV. const. 12. Provenit.*

4. Huic

4. Huic Congregationi multa concedit *Sixtus IV. const. 13. Sedes.* Quomodo debent celebrare Capitulum Generale, & alia ad eam Congregationem spectantia. *Ibidem.*
5. Gaudent hi Fratres privilegiis Mendicantium. *Pius V. constitutione 125. Religionis.*
6. Quomodo debent celebrare Capitulum Generale, & eligere Superiores, Studia dirigere, & dare licentiam adeundi Romam. *Gregorius XIII. const. 17. Pro nostri.*
7. Fratres Sancti Hieronymi de Observantia quomodo debent electiones facere, & Superiores eligere, & alia circa hoc. *Gregorius XIII. const. 90. Ea que.*
8. Duos Novitiatus obtinent, unum pro Conventu Sancti Sebastiani Venetiarum, alium pro Conventu Sanctæ Mariæ Gratiarum Neapolis. *Clem. VIII. const. 70. Ordinis vestri.*
9. Fratres isti procurantes gradus, dignitates, & honores in Religione, per favores dominorum quorumcumque, etiam Cardinalium, privantur habitibus, & sunt inhabiles ad alia. *Ibidem. in additione. cap. Ambitionis. Vide, Monachi S. Hieronymi.*

Fratres S. Hieronymi Jesuiti.

1. Fratrum horum institutum approbatur à *Mart. V. const. 11. Pie.*
2. Obtinent, ut dici possint ipsi, soli, Fratres S. Hieronymi, & aliis interdicitur. Multas gratias & indulgentias consequuntur. *Alexander VI. constitut. 9. Ad Sacram.*
3. Gaudent Privilegiis Ordinis Eremitarum S. Augustini. *Clemens VII. const. 36. Sacra Religionis.*
4. Privilegia eorum confirmantur à *Greg. XIII. const. 47. Specatus.*
5. Hæc Congregatio inter Mendicantes adscribenda est. *Pius V. constitut. 50. Romanus*
6. Possunt promoveri ad Sacerdotium, qui, & quando, & quomodo. *Paulus V. const. 16. Religiosos.* In iis locis, in quibus quatuor sunt in Sacris, tenentur recitare Officium in Choro; ubi verò nec sunt, ad Chorum non tenentur, sed privatim possunt recitare, & alia ad Congregationem spectantia. *Ibid. & in c. seq.*
7. Fratres isti approbati ab Ordinariis, audire possunt confessiones secularium in Ecclesiis Parochialibus suorum Conventuum. *Gregorius XV. constitut. 35. Ex injuncto.*
8. Obtinent, ut relicto albo Caputiò, quod portare tenebantur, uti possunt aliò ejusdem coloris cum tunica. *Urban. VIII. constitutione 31. Onerose.*
9. Obtinent Novitiatum in Conventu SS. Joannis & Pauli de Urbe. *Gregorius XV. const. 5. Inter multiplices.*

Fratres Humiliati.

Vide, *Humiliare & Humiliati.*

Fratres Joannis DEL.

1. Fratrum Joannis DEL Congregatio, procurandis infirmis instituta, approbatur

- à *Pio V. constit. 143. Licet ex debito.* Sub Regula Sancti Augustini vivunt. Constitutiones & norma vivendi. *Ib.*
2. Confirmatur approbatio à *Clemente VIII. const. 44. Romani.* Possunt eligere unum in Generalem, quomodo debent se gerere in electionibus & hospitalitate cum aliis, &c. *Ibid.*
3. In quolibet Conventu habere possunt unum ex Ordine Sacerdotem, qui sit professus per sex annos. *Paulus V. const. 55. Inter alia.* Talis Sacerdos ad nullum officium, vel administrationem admitti potest in illa Congregatione: & si ex suis demeritis privatur habitu, statim est suspensus à Sacerdotio. *Ib. Vide, infra.*
4. Urbanus VIII. statuit, nè ad Sacerdotium aliquis promoveatur, nisi post decem annos professionis. *Constit. 84. Circumspicua.* Declarat, qui sint gradus & dignitates, ad quas non possunt promoveri Sacerdotes. *Ibid. in declaratione sequenti.*
5. Fratres isti emittentes tria vota substantialia, & quartum de serviendo infirmis, & viventes sub obedientia Superiorum, sunt veri Regulares & Religiosi. *Paulus V. const. 69. Romanus.*
6. Hæc Congregatio declaratur Religio. *Paulus V. const. 100. Romanus.* Quomodo faciendæ electiones Superiorum. Sacerdos non potest in ea habere officium. *Ib. Confirmantur eorum Constitutiones. Paulus V. constitutione 103. Ea que.*
7. Fratres isti non subsunt jurisdictioni Ordinariorum, sicut prius. Sed sicut alii Regulares sunt exempti. *Paulus V. const. 113. Romanus.*
8. Obtinent confirmationem omnium gratiarum, & ut gaudeant privilegiis omnium Mendicantium. *Urban. VIII. const. 19. Sacrosanctum.*
9. Quando & quomodo habent præcedentiam super quibusdam Mendicantibus, & silentium perpetuum ponitur in hac causa. *Urban. VIII. const. 76. Commissi.*
10. Est eis interdictum, nè amplius celebrent duas Missas. *Urbanus VIII. const. 84. Circumspicua.*

Fratres Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captivorum.

1. Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Religio & Regula approbatur à *Gregorio IX. anno 1235. constitutione 9. Devotionis.* Regula. *Ibid.*
2. Fratres isti exempti sunt à solvendis decimis, etiam de bonis Ecclesiasticis, quando à Papa imponuntur, ut solvantur Principibus. *Gregorius XI. const. 3. Dum salubria.*
3. Non possunt transire ad alium Ordinem Mendicantium, propter quartum votum. *Calexistus III. constitut. 3. Super gregem.*
4. Quomodo eligere debent Generalem: qui debent convenire ad Capitulum: de Procuratore Generali Urbis, & alia spectan-

- Speſtantia ad dictum Ordinem. *Clemens VIII. conſt. 30. Iis, quæ pro. per 22. §§.*
5. Non poſſunt recipere ad ſuum Ordinem Fratres Minores Obſervantes Sancti Franciſci. *Clemens VIII. conſt. 46. Nuper.*
 6. Alia obtinent Statuta & moderationes, pro electione Officialium, & pro aliis. *Clem. VIII. conſtitution. 76. Ex Paſtoralis. per §§. 28.*
 7. Obtinent, ut benedictionem dare poſſint populo in aliis duobus feſtis, Sancti Laurentii, & Sancti Antonii, ſicut in aliis, ut ex conſeſſione *Clem. VIII. conſt. 79. Cum nos alias.* Forma benedictionis. *Ibid.* Communicatio indulgentiarum quomodo ab eis faciendæ, & ad quos extenditur communicatio bonorum operum, quæ ſunt in illa Religione. *Ibid.*
 8. Novas Conſtitutiones obtinent pro reformatione. *Clem. VIII. conſt. 112. Decet Romanum. per §§. 42.*
 9. Obtinent confirmationem omnium privilegiorum, & alia nova. *Sixtus V. conſt. 25. Inter omnes.*
 10. Hic Ordo dicitur ibi à Papa revelatus à B.M. Virgine. *Ibid.*
 11. Fratres de Mercede non poſſunt recipere Capuccinos, vel alios Regulares ſtrictioris regulæ, ob quartum votum quod faciunt. *Paulus V. conſtitutione 50. Nuper ad nos.*
 12. Gregorius XV. confirmat omnes gratias & privilegia, conſeſſa ab Antecęſſoribus huic Religioni. *Conſt. 22. Injuncti.*
 13. Congregatio Reformatorum hujus Religionis confirmatur. Sed Generali Ordinis eſt ſubjecta. *Paulus V. conſt. 25. Inter omnes. §. 5.*
 14. Fratres Reformati hujus Congregationis tranſire non poſſunt ad Fratres Calceatos dictæ Religionis. *Urbanus VIII. conſtitut. 77. Injuncti.*
 15. Urbanus VIII. confirmat omnes gratias & privilegia hujus Religionis, quæ Concilio Tridentino non ſunt contraria. *Conſt. 94. Ex Clementi.*
 16. Fratres Reformati hujus Religionis tranſire non poſſunt ad alias Religiones, niſi ad Carthuſianam. *Urbanus VIII. in appendice. conſtitutione 2. Alias 22. Commiſſi.*
 17. Idem Pontifex concedit his Reformatis, ut in Africa, & aliis Turcarum partibus, poſſint celebrare in Altari portatili, & ante diem. Item, ut abſolvant fideles ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ. *Urbanus VIII. in append. conſt. 3. Alias 24. Cum ſicut dilectis.*

Fratres Ordinis Servorum Beatæ Mariæ.

1. Fratrum horum Religio denuò approbatur à *Benedicto XI. conſtitut. 1. Dum levamus.*
2. Eximuntur ab Ordinariorum jurisdictione. *Urban. VI. conſt. 6. Sacroſancta.*
3. Fratres Servitæ, qui habent beneficia Eccleſiaſtica, vel poenitentiarie, ex diſpenſa-

- tione Papæ non habent vocem activam vel paſſivam in Capitulis & Conventibus. *Julius III. conſt. VIII. Cum ſicut.*
4. Qui in Religione profeſſionem explicite vel tacite emiſerunt, non poſſunt dimittere habitum, neque extra Conventum morari. *Ibid.*
 5. Reformatio hujus Religionis fit à *Clemente VI. anno 1346. conſtitut. 2. Reginini. Poſtquam.*
 6. Iterum ſub Pio V. reformatur. *Conſt. 103. Poſtquam.*
 7. Denuò ſub Clemente VIII. reformatur, & decreta reformationis emanant. *Clem. VIII. conſtit. 60. & in addit. cap. Ex iis. per §§. 64.*
 8. Non poſſunt hi Fratres per appellationem recurrere ad Tribunalia ſæcularia, ſub poena excommunicationis lætæ ſententiæ, reſervatæ Papæ; privationis officiorum, & inhabilitatis ad ea. Sed poſſunt per appellationem recurrere ad Generalem, Viceproteſtorem, Proteſtorem & Papam. *Clemens VIII. conſt. 119. Quoniam.* Conſulentes recurſum ad ſæculares, vel faventes in eo, eadem poenas incurrunt. *Ibid.*
 9. Servitæ Montis Senarii prope Florentiam reformatur, peculiare habent Conſtitutiones, formam vivendi, & Novitiatum, gubernium, &c. *Clemens VIII. conſt. 80. Decet Romanum. & in addit.*
 10. Facultatem recipiendi ibi Novitios obtinent, & diſpenſantur, ne in pane & aqua tantum jejunent in feria 4. *Paulus V. conſtit. 76. Sedis Apoſtolice.*

Fratres Sanctiſſimæ trinitatis redemptionis Captivorum, & Diſcalceati.

1. Fratrum horum Religio approbata eſt annò 1198. ab *Innocentio III. conſtit. 1. Operante.*
2. Confirmatur tamen ab eodem annò 1209. *conſt. 9. Operante.*
3. Poſſe quaſtuare pro Redemptione Captivorum, concedit *Clem. VII. conſt. 7. Gratium.* Impedientes eos, excommunicantur. *Ibid.* Indulgentiæ, quas conſequentur dantes eleemoſynas. *Ibid.*
4. Fratres iſti in Regno Portugalliæ gaudent eiſdem privilegiis, quibus alii Fratres ejuſdem Ordinis in Regno Caſtellæ & Legionis. *Paulus III. conſtit. 2. Inter curas.*
5. Moderatio Regulæ hujus Religionis fit à *Clemente IV. conſt. 7. In ordine.*
6. Prælati in hac Religione poſſunt benedicere ornamenta & paramenta, ſeu veſtimenta Eccleſiaſtica, ſeu vaſa omnia, iis exceptis, in quibus eſt neceſſarius uſus Chriſmatis. *Gregorius XIII. conſtit. 31. Expoſuit.*
7. Fratres iſti in ſtatu Eccleſiaſtico non poſſunt quaſtuare pro captivorum Redemptione, quia hoc munus aliis eſt conſeſſum. *Sixtus V. conſt. 27. Cum benigna.*
8. Fratres iſti quando, quomodo & quibus poſſunt communicare bona opera Religionis. *Clemens VIII. conſtit. 85. Decet Romanum.*

9. Quan-

9. Quando tranſeunt ad partes infidelium, ut Algerium, & alias Africae partes, quomodo & quoties abſolvere poſſunt à caſibus Papæ reſervatis & cenſuris ſemel in anno: liberos verò ibi exiſtentes, ſemel in vita. *Paulus V. conſt. 40. Ex omnibus.* Item eis conceſſit, ut in aliquibus irregularitatibus diſpenſare poſſint, & votis, & condonare incerta, dicere Maſſam in Altari portatili, etiam in loco profano coram Turcis & hæreticis: ter in hebdomada celebrare pro animabus purgatorii, & quilibet vice unam animam liberare, & alia. Sed ad decennium tantum duratura, hæc conceſſit. *Ibid.*
10. Fratres Diſcalceati Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captivorum obtinent peculiare conſtitutiones, & ad primæ regulæ obſervationem redeunt. *Clem. VIII. conſt. 62. Ad militantis. per §§. 16. Forma vivendi. Ibid.*
11. Fratres Reformati Diſcalceati quomodo debent eligere Superiores, Diſſinitores, &c. & quantum durat, item diſſio Provincialium. *Paulus V. conſt. 59. Ex debito. in addit.*
12. Fratres iſti numerantur inter Mendicantes, & eorum privilegiis fruuntur. *Paulus V. conſt. 60. Eccleſiæ Catholicæ.*
13. Fratrum iſtorum Diſcalceatorum ſtatuta iterum à Paulo V. approbantur. *Paulus V. conſt. 61. Quæ piæ.*
14. Duo alia vota emittunt, id eſt, quòd non procurabunt, neque per ſe, neque per alium Superioritatem, aut Prælaturam in Congregatione illa. Secundò, quòd neque extra eam procurabunt, nec per ſe, nec per alios, nec oblatam acceptabunt Prælaturam. *Ibid. Paulus V.*
15. Fratres Diſcalceati Sanctiſſimæ Trinitatis, &c. poſſunt eleemoſynas petere, legata & alia ſubſidia pro Redemptione Captivorum. *Urbanus VIII. in appen. conſt. 118. Ex incumbenti.*
16. Si horum Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum Generalis intra ſexennium deficiat, ſive ex morte, ſive ex privatione, reſignatione, &c. primus Diſſinitor vocare debet ceteros Diſſinitores, & Provinciales, & præſideat Capitulo, & qui eligitur, ſit Vicarius Generalis, habeatque totam Generalis auctoritatem, & duret uſque ad tempus, in quo fieri debebat Capitulum, & alia pertinentia ad hujusmodi electionem, &c. *Urbanus VIII. in appen. conſt. 192. Injuncti. per 7. §§.*
17. Obtinent communionem omnium privilegiorum Ordinum & Religionum, ſive Mendicantium, ſive non, exemptiones, &c. omnia diſſuſe. *Urbanus VIII. in appen. conſt. 133. Redemptoris noſtri.*
18. Fratres iſti non poſſunt habere converſos ſine caputio, quos vocant donatos, qui profiteantur, ſed omnes, vel ſint clerici, vel laici cum caputio. *Urbanus VIII. in appen. conſt. 25. Cum ſicut.*

Tomus II.

19. Fratres iſti Congregationis Hiſpaniarum exempti ſunt à jurisdictione Generalis Ordinis Calceatorum: & Generalis Diſcalceatorum à Papa immediate dependet. *Urbanus VIII. conſt. 33. Ex quo regimen. per §§. 12.*
20. Generalis præſatus Diſcalceatorum, electus & confirmatus à Capitulo Generali, nullâ aliâ confirmatione eget, nec etiam Papæ, ſed immediate poteſt exercere jurisdictionem. *Urbanus VIII. in appen. conſt. 148. Exponi nobis. Vide, Veſtis.*

Fratricellorum ſecta.

1. Fraticellorum ſecta, quæ jaſtabat ſe eſſe de tertio Ordine Sancti Franciſci, extirpatur, & ſub excommunicatione prohibetur, ne ulterius reſuſcitetur. *Extrav. Joannes XXII. De Religioſis domibus. c. Sancta Romana.* Vide, *Beguine. num. 6. Idem Papa conſtit. 3. Glorioſam.* Ubi damnatur ſecta, & narratur cauſa.
2. Fraticellorum ſecta erat compoſita ex quibusdam Fratribus, qui nolentes ſtare ſub diſciplina Generalis & Provincialium Ordinis Minorum, dicentes ſe velle puram regulam obſervare, à Papa Cœleſtino V. obtinuerunt privilegium ſeparandi ſe à Religione, & manendi ſeparatim: ſed hoc privilegium non fuit confirmatum à Bonifacio VIII. qui ſucceſſit. Item in ea erant alii, qui ab Episcopis & aliis Superioribus obtinuerunt habitum Sancti Franciſci, contra formam & ſtatutum Concilii. Item erant in ea alii, qui dicebant, ſe eſſe de tertio Ordine Sancti Franciſci, & tamen ritus vivendi, quem habebant, non erat in regula. *Ibid. Extrav. Joann. XXI. ubi ſuprà. & conſtit. 3. Glorioſam.*
3. Fraticelli confunduntur. ſeu idem ſunt cum Beguinis & Bizochis. *Ibid.*
4. Errores Fraticellorum omnes numerantur in conſt. 3. *Joann. XII. Glorioſam.*

Fraudans.

Fraudans menſuras & pondera, per 30. dies jejunare debet.

Si quis juſtas menſuras, & juſta pondera, cauſâ lucri mutare præſumpſerit, triginta dies in pane & aqua poeniteat. *De emptione & venditione, cap. Ut menſura.*

Frigiditas.

1. Frigiditate viri approbatâ, quâ impeditur conſummatio matrimonii, poteſt diſſolvi matrimonium, & mulier alteri nubere.

Quòd autem interrogâſtis de his, qui matrimonio juncti ſunt, & nubere non poſſunt, ſi ille aliam, vel illa alium ducere poſſit? De quibus ſcriptum eſt: (Vir & mulier, ſi ſe conjunxerint, & poſtea dixerit mulier de viro, quòd non poſſit coire cum ea, ſi poteſt probare per juſtum judicium, quòd verum ſit, accipiat alium; ſi autem ille aliam acceperit, ſeparantur.) *33. qu. 1. cap. Quòd autem.*

Requiſiſti de his, qui ob cauſam frigida nature dicunt, ſe non poſſe invicem, operam carni dantes, commiſeri. Iſte verò, ſi non poteſt eâ uti pro uxore, habeat eam quali fororem. Quòd ſi retinaculum conjugale voluerint reſcindere, maneat utrique in-

Aa

nupti;

nupti; nam si huic non potuit concordare naturaliter, quomodo alteri conveniet? Si igitur vir aliam vult uxorem accipere, manifesta patet ratio, quia suggerente diabolo, odii fomitem exofam eam habuit, & idecirco eam dimittere mendacii fallitate molitur. Quod si mulier caufatur, & dicit, volo esse mater, & filios procreare, & uterque eorum septimam manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis, iurejurando dicat, quod nunquam per commixtionem carnis conjuncti, una caro effecti fuissent, tunc videtur mulierem secundas nuptias contrahere posse. Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem, qui frigida naturae est, maneat sine conjuge, quod si & ille aliam copulam acceperit, tunc hi, qui juraverint, perjurii crimine rei teneantur, & poenitentiam peccata priora cogantur recipere connubia. *Ibid. c. Requisiti. Vide, Marrim. solutio.*

2. Si in hoc casu mulier negat, se esse cognitam à viro, standum est dicto viri.

Si quis accepit uxorem, & habuit eam aliquod tempore, ipsa femina dicit, quod nunquam coisset cum ea, & ille vir dicit, quod sic fecit: in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris. *Ibid. cap. Si quis accepit.*

Fridericus Imperator

Coronatur Romae annò 1452. Coronà Imperiali, à Nicolao V. *concl. 4. Imperator. Vide, Imperator.*

Fructus.

1. Fructus quomodo possunt sequestrari. Vide, *Sequestrum.*
2. Fructus beneficiorum non possunt percipi ab absentibus. *De rescriptis in 6. c. final. Vide, Beneficia. tit. 42. num. 5. Vide, Beneficiati, quoad residentiam. Vide, Residentia.*
3. Fructus prætereundere nullus potest ex eo, quod impugnavit. Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nihil existit impugnare. *De regula juris in 6. reg. 38.*
4. Fructus beneficiorum vacantium, pro aliquo tempore, potest sibi Papa reservare. Vide, *Beneficia. Vide, Papa.*
5. Fructus beneficiorum inexacti tempore mortis beneficiatorum, etiam Cardinalium, ad quos spectent. Vide, *Beneficiati. Vide, Testandi facultas.*
6. Fructus & eleemosynae, quae ad Capitula Basilicarum Sancti Joannis Laterani, S. Petri, & S. Mariae Majoris de Urbe perveniunt, distribui debent solum inter Canonicos & Beneficiatos, inservientes Divinis Officiis, non verò danda aliis, nisi ex infirmitate, vel alia causa Ecclesiae, excusetur eorum absentia. *Pius IV. concl. 41. Cum sicut.*
7. Fructus beneficiorum vacantium in Regno Neapoli, si Papae sint reservata beneficia, à die vacationis usque ad diem provisionis, pertinent ad Cameram Apostolicam. *Pius V. concl. 26. Cupientes.*
8. Fructus beneficiorum vacantium in regno Neapolis pendentes, in quocumque mense vacent, spectant ad Cameram Apostolicam. *Sixtus V. concl. 90. Cum sicut.*
9. Fructus beneficiorum lite pendente. Vide, *Beneficiati. Vide, Beneficiales causa. Vide, Lite pendente.*
10. Fructus indebitè exacti, quolibet modo restituendi sunt. Nec potest summus Poeni-

tentarius absolvere sic indebitè percipientem, nec in foro conscientiae, nec extra, nisi facta restitutione. *Pius IV. concl. 53. In sublimi.*

11. Fructus decimarum possunt locari. *Honorius III. ex Cirone. tit. De locato & conducto. c. 1. Vide, Decimae. tit. 9. num. 1.*
12. Fructus beneficiorum inexacti, non includuntur in facultate testandi, concessa à Papa cuicumque personae, etiam Cardinali. *Urbanus VIII. concl. 80. Aeternus. §. 5. & 7.*
13. De fructibus Curati non residentis disponit Episcopus in utilitatem Ecclesiae. *Conc. Colon. III. tit. De officiorum. & c. c. 9. Vide, Beneficia. tit. 12. n. 7.*
14. Fructus inexacti non cadunt sub facultate concessa à Papa de testando. Vide, *Testandi facultas. Vide, Beneficiorum redditus.*

Fruementum.

1. Fruementum, &c. à Statu Ecclesiae extrahi non potest, & poena. *Gregorius XIII. concl. 50. in declarat. c. Inter. & Clemens VIII. ubi infra.*
2. Fruementum pro sufficientia unius anni tantum potest à qualibet persona, seu familia, reservari, & non amplius, & poena. *Ib. & Clemens VIII. ubi infra. §. 6.*
3. Frumenta extrahentes à statu Ecclesiae, sine licentia Papae manu subscripta, poenas incurrunt primè vice tritremium ad decennium, deinde capitis, & confiscationis. *Clemens VIII. constitutione 49. Frumenti penuriam.*
4. Camerarius, quando potest, vel non potest eam licentiam concedere. *Ib. Vide, Camerarius.*
5. Agricultores quantum frumentum possunt extrahere. *Ibid. Vide, Ecclesiasticus status.*

Fucus.

A fucis abstinere debent omnes, praesertim mulieres. *De consec. dist. 5. cap. Fucare. Vide, Color.*

Fugiens ad Ecclesiam, vel Crucem.

1. Fugiens ad Ecclesiam, non debet expelli, nec extrahi, sed defendi. *Dist. 87. cap. Eos qui. ex Conc. Arausic. 1. cap. 5. Vide, Ecclesia. tit. 51. n. 1. Concil. Aurelian. 5. cap. 23. Vide, ibid. num. 2. Concil. Moguntinum. cap. 39. Concil. Matiscon. 2. cap. 8. & Nicolaus I. ad Consulta Bulgarorum. cap. 95. Vide, ibid. num. 3. Concilium Aurelianen. 4. cap. 21. Vide, ib. n. 4. Concilium Alledense. cap. 8. Vide, ibid. num. 12. Concilium Agathense. cap. 46. Vide, ibid. n. 19. Concilium Aurelian. 1. cap. 3. & Aurelian. 5. cap. 23. Vide, Ecclesia. tit. 41. num. 2. Concilium Cabilonen. 2. cap. 17. Vide, Atrium. num. 3.*
2. Fugiens ad aliquam crucem, gaudet immunitate Ecclesiae. *Concil. Claramontanum. cap. 29. Vide, Crux. n. 5.*
3. Fugiens ad Ecclesiam ob crimen commissum, poenitentiam accipit Episcopi arbitrio. *De*

De his, qui proximum, id est, sanguineum suum, ut est frater, consobrinus, aut nepos, trucidaverint, venerandae leges proprium robur obrineant; sed si ad Ecclesiam convolverint, mortis quidem legibus eruantur, poenitentiae verò, quam Antistes loci, vel Presbyter consideraverit, absque dubio submittantur. Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. *Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 26.*

Jam verò, si ad Ecclesiam aalter confugerit, judicandum ab Episcopo fore decernimus, quod sacros diffinisse constat Canones, vel Sanctos Ap. S. Praefules clarum est statuisse. *Ib. c. 28.*

4. Fugiens ad Ecclesiam, si sit servus, datà impunitate à Domino, est ei restituendus. Excusari debet à corporalibus suppliciis. *De immunitate Ecclesiarum. cap. Inter alia. Vide, Ecclesia. tit. 51. num. 2. Concilium Aurelianen. 1. cap. 3. Concilium Aurelian. 5. cap. 23. 17. qu. 4. cap. Id constitutum. Concil. Epauen. cap. 39. Vide, Ecclesia. tit. 41. num. 2. 17. qu. 4. cap. Nullus Clericorum. Vide, ibid. tit. 51. n. 12. Vide, Servi.*
5. Christiani, servi Judaeorum, fugientes ad Ecclesiam. Vide, *Servi.*
6. Fugientes ad Ecclesiam, non possunt unquam extrahi sine licentia Episcopi, & qui extrahit, est puniendus, sed prius restituendus extractus. *Concil. Aurelian. 4. cap. 21. 12. qu. 2. cap. Fugitivi. ex Conc. Agathensi. cap. 46. Vide, ubi supra. num. 1. Dum extrahitur cum dicta licentia, danda est à iudice securitas, quod sit liber à morte & debilitate, ac aliis poenis corporalibus, sed extractus convenire debet de satisfactione. *Concilium Aurelianen. 1. c. 3. Conc. Aurelian. 4. c. 12. Concil. Alledense. cap. 8. Vide, ubi supra. Gregor. I. lib. 8. epist. 38. Vide, Ecclesia. tit. 51. num. 8. De immunitate Ecclesiar. c. Inter alia. Vide, ibid. n. 2. Concil. Claramont. cap. 30. Vide, Crux. n. 6.**
7. Clerici, qui sine hac conventionione extrahunt fugientes, ab Ecclesia segregentur, seu excommunicentur. *Conc. Alledense. c. 8. ubi supra. n. 1.*
8. Clerici non possunt extrahere suos servos ad Ecclesiam fugientes, nisi datà securitate, de non flagellando, vel aliis poenis afficiendo. *Ibid. & 17. qu. 4. cap. Nullus. ubi supra. n. 4.*
9. Qui fugientes cum licentia Episcopi extrahit cum juramento de non danda morte, vel alio faciendo, si frangit juramentum, excommunicetur. *Concil. Aurelianen. 1. c. 3. ut supra. n. 1.*
10. Fugientes ad Ecclesiam, per triginta passus circa Ecclesiam sunt immunes, & defendi debent à Sacerdote: sed non possunt intra illud spatium intrare in domibus aliorum, aliàs excommunicantur. *Conc. Cabilon. 2. cap. 17. Vide, ubi supra. n. 1. Concil. Coyaense. cap. 12. Vide, Ecclesia. tit. 51. n. 18.*
11. Fugientes ad Ecclesiam, quando gaudent, vel non gaudent immunitate. *De immunitate Ecclesiarum. c. Inter alia. ubi supra.*

Alia de hoc, Vide, *Immunitas. Vide, Ecclesia ad eam confugientes. Vide, Latrones.*

Fugitivi.

1. Fugitivi pervenientes ad aliquos, remittendi sunt ad suos Dominos:

Injustum videtur & impium, ut mancipia, quae fideles viri, seu feminae, pro redemptione animae suae, Deo & Sanctis eius consecraverint, cujuscumque muneris pretio, vel commutationis commercio, iterum in saecularem servitutem redigantur, cum Canonica auctoritas servos fugitivos tantummodo distrahi permittat, & idè omnes Rectores EE. summo perè caveant, nè unius eleemosyna alterius peccatum fiat, & est absurdum ut Ecclesiastica dignitate servus decedens, humana obnoxius sit servituti. *12. q. 2. cap. Injustum. & cap. Fugitivi. Vide, Ecclesia. tit. 51. n. 19.*

2. Fugitivi Monachi, vel Clerici, à nullo possunt recipi, & poena recipientium.

Placuit ergo, ut nullus alienum Presbyterum, Abbatem, Ministrum, Subdiaconum, vel quemlibet Clericum, seu etiam Monachum fugientem, vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugae latibulum praebet, non apud se habito, vel retento, humanitatem impendat, &c. Etenim si dicat quis, simplici animò alterius Clericum suscepisse, nec nosse eum fugitivum existere, tunc evidens innocentiae suae puritas approbanda est, quando eum, quem suscepit, & infra octo dies, juxta legum sanctionem judici praesentaverit, & infra tempus legibus constitutum, illum fugitivum reduxerit, unde per fugam vagabundus exivit. Quicumque ergo ex Pontificibus, seu Sacerdotibus, vel ministris ceterisque Religiosis, hujus institutionis nostrae violaverit sanctionem, si hujusmodi susceptor Episcopus, & eum, quem suscepit, cum his, quae habere potuit, & ei à quo evagatus est, sine dilatione restituat, & insuper, ut verè sacrilegus & transgressor institutionis paternaе, tantò tempore excommunicatum & remotum, se à suis officiis noverit esse, quantò eum, qui fugit, sub sua potestate contigerit remouisse. Si autem hujus constitutionis nostrae praevicator Presbyter, Diaconus, vel quilibet ex Religiosis videatur haberi, reddito ei, cum rebus sibi debitis, quem suscepit, ipse solus apud eum, annò integrò, sub poenitentiae censura deputatus tenebitur, cujus fugitivum suscepisse monstrat. *Concil. Tolet. 15. cap. 11. Vide, Regulares vagabundi. Vide, Apostata. &c.*

Fugere.

Fugiendum est tempore persecutionis.

Igitur de fuga, super qua Athanasium reprehenditis, non rectè agitis, cum ipse Dominus mandatum hoc nobis dederit: Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam, & ipse Dominus, per semetipsum exemplum nobis demonstrans, quando Pharisei Concilium fecerint adversus eum, ut eum occiderent, sciens autem Jesus discessit inde. Et alibi: Tulerunt lapides Judaei, ut jacerent in eum, Jesus autem abscondit se, & exivit è templo. Et transiens per medium eorum, abiit, & ita discessit. Nam & discipuli propter metum Judaeorum, recesserunt, celantes semetipsos, & Paulus in Damasco, à Principe gentis qua situs, de muro in sporta depositus est, & manus quaerentis effugit, & alii quam plurimi, & innumerabiles Sancti, tam in veteri testamento, quam in novo, effugisse leguntur. Si ergo fugam impropere fugientibus, erubescite potius persequi, & quiescite insidiari, quiescent que continuo fugientes. Nam si perimatis eos, mors semper contra vos exclamat, si ve rursus exilia superponatis, ubique in vos mali memoriam distinare noscimini, & illi patiendò, sibi proficiunt. Unde & Dominus ait: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timeat, qui & animam & corpus perdere potest in gehennam. Multos enim cognovimus pellimis machinationibus injustè depositos. Idè summo perè à me, cui vice Apostolorum Principis, universalis Ecclesiae cura commissa est, providendum est, auxiliante ipso summo Apostolo,

nè deinceps talia fiant: quoniam idem huic Sanctæ Sedi præfata privilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis Conciliis & judiciis, &c. *Julius I. ep. 2. cap. 30.*

Tales autem quæstiones, magis ex invidia, quam ex charitate, aut utilitate nasci videntur, cum ipsa per se Veritas dicat: Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam, &c. & si ipse de civitate ad civitatem propter persecutionem fugere præcipit, quis eos detrahere, aut damnare propterea audeat, vel potest, quod verbis Dominicis obtemperant? --- Et idcirco quod Deo obedimus, & de civitate ad civitatem, (ipsò præcipiente) persecutionis causâ, id est, necessitatis, aut utilitatis transimus, damnandi sumus? Non omnino, sed potius venerandi, atque portandi, quoniam nec ipsis Episcopis hoc imputari potest. --- Nam & ipse Dominus de loco ad locum secessit, id est, transiit, Judæis illum quærentibus. Fugiens ille quærentes, & persequentes se dedit nobis exemplum fugere nos persequentes, & de civitate ad civitatem transire, dicens: Si vos persecuti fuerint in civitate ista, fugite in aliam. *Pelagius II. ep. 1.*

Fuldense Monasterium, & Collegium.

1. Fuldense monasterium in Germania, oppido Fulda, provincia Moguntina, Papæ immediatè est subjectum.

Igitur quia postulasti à nobis, quatenus monasterium Salvatoris à te constructum, situm in loco, qui vocatur Bothonia, erga ripam fluminis, qua Fulda privilegii S. A. insulis decoretur, ut sub jurisdictione sanctæ nostræ, cui DEO auctore deservimus, Ecclesiæ constitutum, nullius alterius Ecclesiæ jurisdictionibus submittatur, pro qua re piis desideriis faventes, ac nostrâ autoritate, id quod exposcitur, effectui mancipemus, & idem omnem cujuslibet Ecclesiæ Sacerdotem in præfato monasterio ditionem quamlibet habere, hac autoritate præter Sedem Apostolicam prohibemus, ita ut nisi ab Abbate monasterii fuerit invitatus, nec Missarum solemnitate ibidem quisquam præsumat omnimodo celebrare, ut profectò juxta id, quod subjecti Apostolicis Privilegiis consistunt, inconculsè doratus permaneat. *Zacharius ep. 14.*

2. Collegium Fuldense erigitur. Ibidem erigitur pro adolescentibus Germanis, pro forma vivendi, & præscriptione studiorum ex Camera Apostolica assignantur redditus. Triginta alumni esse debent. *Urbanus VIII. const. 96. Quoniam.* Alia pertinentia ad hoc Collegium. *Ib. per §§. 22.*

Fulgensis Congregatio.

Vide, *Monachi.* Vide, *Congregationes quedam.*

I. Funera mortuorum quomodo faciendâ.

1. Corpus mortuum non potest deferri ad Ecclesiam ante ortum Solis, vel post occasum, nec inter celebrationem Missæ majoris.

Ante Solis ortum, & post occasum, & efferti, & ad sepulturam recipi prohibemus. Inter majoris Missæ celebrationem, mortuorum corpora sepulturæ causâ in Ecclesiam nè inferantur. *Concil. Amediol. s. part. 2. tit. De funeribus, &c.*

2. In ferendo illud, Clerici sequantur crucem suâ Ecclesiæ, & sui Rectoris.

Singularium Cathedralium, Collegiarum, & Parochialium Ecclesiarum Clericis, qui in funus venerint, una tantum suâ Ecclesiæ Crux præferatur, neque alia in funere deferantur, nisi quas suis quamque Clerus subsequantur. Quod si alii quoque Clerici invitati fuerint, ejus Rectoris, qui invitavit, crucem profequantur. *Ibid.*

3. Cum deferendum est corpus defuncti, Clerici adeant Ecclesiam vicinam domui defuncti, ex qua omnes ordinatè prodeant, & mortuum comitentur, cantantes preces.

Cum mortuus efferendus erit, cujusvis Ecclesiæ Clerus, qui vocabitur in unam proximi mortui ædibus Ecclesiam, congruè processione ordine conveniat, unde omnes ordine prodeunt bini canentes Psalmos, aliasque sacras preces, mortuum ab ejus ædibus ad sepulturam comitentur. *Ibidem.*

4. Cum pervenerint ad Ecclesiam, omnes mortuum circumstant, celebrantes Officia, nec inde discedant, antequam sepeliatur. Postea eodem ordine, quò venerant, ex Ecclesia discedant, suam crucem præferentes, & ad suam Ecclesiam vadant.

Cum ad Ecclesiam venerint, omnes corpus suò item ordine circumstant, institutò Officiò celebrantes, nec prius discedant, quam corpus in sepulchrum delatum fuerit; deinde singularum Ecclesiarum Clerici eodem ordine, quò venerant, crucem præferentes, ad Ecclesiam suam redeant, nisi aliquando aliud Episcopo iusta de causa videatur. *Ibid.*

5. Vestes mortui non accipiuntur à Clericis, invitatis hæredibus.

Clerici Ecclesiæ, in qua mortuus humatur, ejus vestes hæredibus invitatis ne sumant, sed iis, ad quos pertinent, reddant. *Ibid.*

6. Candelæ, quæ funeri applicantur, per hæredes ementur, & Sacristiæ remaneant applicatæ, nec postea vendi, sed pro Divinis Officiis consumantur: nisi ex Ordinarii licentia ad alium Ecclesiæ usum applicandæ sint. Sed quarta danda est Cathedrali, seu Parochiæ.

Candelæ omnes, cerei, & quæ intortitia vocantur, quæ circa crucem & cadaver ad Ecclesiam efferuntur, & alia, quæ circa pheretrum, & in Altaribus, ac reliquis in locis, dum Divina Officia in funere celebrantur, hæredum impensâ accenduntur, ita DEO oblata esse intelligantur, ut ejus Ecclesiæ Sacristiæ, in qua mortui corpus humandum erit, continuè addicta sint. Rectoribus verò illas vendere nullò modò, sed ad Missam cæteraque Divina Officia celebranda, tantummodò uti liceat, nisi in alium Ecclesiæ usum Ordinarii licentiâ convertantur. Excipimus autem ea, quæ Clericis cujusvis generis elemosinæ causâ dati solent, & quæ funeralium nomine, Cathedralibus Ecclesiis ex SS. Canonibus debentur, quibus nihil obstat, quò minus quartam funeralium, quæ solita esset persolvi, ex decreto Concilii Tridentini consequi possint. *Ibid.*

7. Si hæredes impii nolint candelas pro funere emere, per Episcopum compelli possunt ad emendum, quæ ejus arbitriò sunt necessaria.

Si mortuorum hæredes se ita impiè gesserint, ut religiosum exequiarum institutum negligentes, cruci, Clericis & funeri debita lumina adhibere nolint, ab Episcopo ea cogantur reparare, quæ necessaria videbuntur. *Ibid.*

8. Corpus mortuorum operiendum est palliò, quod ab Ecclesia gratis omnibus commodatur. Si nobiles, &c. alii, palliò sericò velint tegi, suis sumptibus emant, & hoc erit illius Ecclesiæ, in qua mortuus sepelitur.

Dent operam Episcopi diligenti cohortatione, ut in singulis Parochiis, communibus eorum sumptibus, qui sunt in Parochia, comparetur pallium, quod mortuo imponi solet, idque omnibus in funere gratis commo- detur; quòd si Parochiani id recusarint, singuli Parochi, & alii EE. curatarum Rectores, pallium ad hujusmodi usum

usum emant, pro quo mortuorum hæredes illis minimum aliquid, Episcopi arbitratu, largiantur. Si verò nobiles homines autò, vel sericò, vel omnino pretiosò palliò uti voluerint, pecuniâ suâ faciendum curent, quod ad ejusmodi cadaverum usum nullò modò imposterum adhibeatur, sed illi E. in qua mortuus sepultus fuerit, illicò post funus acquisitum sit, & in ejus ornamenta convertatur. *Ib.*

9. Funeralium curatoribus, campanariis, &c. statuatur per Episcopum justa merces; sic etiam quantò tempore pulsandæ erunt campanæ.

Statuat Episcopus in Civitate & Diocesi sua, pro modo laboris, quantum mercedis causâ dandum sit, curatoribus exequiarum, caterisque, qui dant operam in funere, & iis, qui campanas pulsant, quibus etiam quamdiu in exequiis campanas pulsare debeant, arbitriò suo præscribat. *Ibid.*

10. Pauperes, qui modum non habent faciendi impensas pro funere, gratis sepeliantur sumptibus Ecclesiæ.

Miserabiles personæ, quibus mortuus aut nihil superest, aut ita parum, ut suâ impensâ humani non possint, à Parocho sumptibus Ecclesiæ sepeliantur. *Ibid.*

11. Pro exequiis non faciendum pactum per Clericos, sed quæ dantur, elemosinæ titulò accipiuntur.

Exequiarum, sepulturæ & anniversariorum causâ nemini quidquam pacisci, aut exigere liceat, neque etiam petere, vel quid aliud committere, quod simoniacæ labis, aut fordidæ avaritiæ suspitionem habeat. *Ibid.*

12. Funerales orationes, laudes, &c. fieri à nullo possunt, nisi de licentia Ordinarii, qui recognoscat, & probet orationem, &c.

Nemini quenquam in funere laudare liceat, nisi & eum, quem laudare velit, Episcopus dignum censuerit, & laudationem scriptam ante probavit. *Ib.*

13. Funerales conciones, quæ non sunt ad laudem, sed ad declarandam humanam miseriam, possunt semper fieri, absque licentia.

Licet tamen in funere concionem habere, quæ tota referatur ad humanam miseriam, fidelium oculis proponendam; omnesque ad vigilandum cohortandos, nè cum venerit Dominus horâ, quâ non putarint, inveniat eos dormientes. *Ibid.*

14. Funeralis quarta. Vide, *Quarta.* Vide, *Sepelire.* Vide, *Sepultura.*

II. Funeralia, funera, & portio funeralis.

1. Funeralia defunctorum faciendâ sine ritu pagano, sine carminibus, conviviiis, &c. similibus; sed cum luctu, pietate, & canticis spiritualibus. *Post Concil. Arelaten. 3. cap. 10.* Vide, *Defuncti. tit. 2. n. 2.*

2. Funeralia dicuntur illa, quæ cum funere deducuntur, quando agitur de solutione quartæ, &c.

De funeralibus autem, medietatem, si commode divisionem recipiant: alias ejusdem medietatis estimationem solvant Parochiali E. & Sacerdotibus ante dictis. Funeralia verò intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur. De candelis verò, quas fratres portant, portio non petatur. *Extra. De privileg. c. Inter cunctas.*

3. Funeralium quarta, per quadraginta annos non soluta, præscribitur. *De præscript. c. De quarta. Vide, Decimæ. tit. 12. n. 1.*

4. Funeralium quarta tantum solvenda est Parochiis à Regularibus, & ad aliud cogi non debent circa funeralia.

Tomus II.

Hujusmodi quoque statuto & ordinationibus nostris adjicimus, ut fratres dictorum Ordinum, in EE. vel locis suis, ubilibet constitutis, liberam (ut sequitur) habeant sepulturam: videlicet, quòd omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis & EE. memoratis. Verum ne Parochiales EE. & ipsarum curati, sive Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica Sacramenta, quibus noscitur de jure competere prædicare, seu proponere Verbum DEI, & consilio- nes audire fidelium, debitis & necessariis beneficiis defraudentur, cum operatis mercedis exhibitio debeatur: autoritate Apostolicâ constituimus & ordinamus eadem, ut dictorum Ordinum Fratres, de obventionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuscunque & quomodocunque relictis, distinetè, vel indistinctè, ad quoscumque certos, vel determinatos usus, de quibus etiam quarta, sive Canonica portio dari, sive exigi non consuevit, vel non debet de jure, nec non de datis, vel qualitercumque donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque directè, vel indirectè, fratribus ipsis, vel aliis pro eisdem, quartam partem (quam auctoritate Apostolicâ taxamus & etiam limitamus) Parochialibus Sacerdotibus & EE. Rectoribus, seu curatis, largiri integrè teneantur, facturi & curaturi, quòd nec aliis, à quibus quarta hujusmodi minimè deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem, vel commodum hujusmodi, fiant relicta, aut in eos taliter data, vel donata procedant, seu quòd in morte, vel infirmitate hujusmodi dandum, vel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundem dantium, vel donantium sanitate sibi dari, vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare: ut si (quod absit) per fratres ipsos dolo, vel fraude, quidquam in hac parte agi fortasse contigerit, (præter id, quòd eos propterea dictis Sacerdotibus, Rectoribus & Curatis teneri volumus) etiam districta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis; ultra portionem autem hujusmodi, nihil valeant Parochiales Rectores, Curati & Prælati exigere supradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id à quoquam possint aliquo modo coerceri. *Extra. De sepult. c. Super Cathedrali. & eodem tit. Clement. c. Dudum.*

5. Funeralis portio, quæ solvenda est ab eo, qui sepelitur extra Ecclesiam Parochialem, vel est medietas, vel tertia pars, vel quarta, juxta locorum consuetudinem.

Certificari voluisti à nobis, quomodo illa clausula, quæ in privilegiis solet apponi. Salvâ justitiâ illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur, intelligi debeat & exponi: cum autem super hoc articulo diversa antecessorum nostrorum manaverint instituta: Leone justitiam illam quandòque tertiam partem, quandòque mediam, & Urbano quartam fore censentibus: nos tale præbimus in hac varietate responsum, ut, sicut Beatus Hieronymus inquit, unaquæque Provincia in suo sensu abundet, secundum rationabilem consuetudinem regionis, illa justitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem, pro locorum diversitatibus attendatur. *De sepulturis. cap. Certificari.*

6. Funera mortuorum parum solvere debent, aut nihil. *De simonia. c. Suam.* Vide, *Defuncti. tit. 2. n. 5.*

7. Funeralis quarta Cathedrali vel Parochiali solvenda est, etiamsi applicata sit monasteriis, vel hospitaliis, vel aliis, & redeat ad pristinum jus Ecclesiarum. *Concil. Trident. sess. 25. De reformatione. cap. 13.* Non obstantibus suis legibus, &c.

8. Funeralium pompæ in statu Ecclesiæ, quales debent esse. *Sixtus V. const. 32. Cum in unaquaque.*

9. Funeralis quarta. Vide, *Quarta.* Vide, *Defunctorum funeralia.* Vide, *Exequiæ.*

A 2 3 III. Fu-

III. Funus Episcopi quomodo faciendum.

1. Episcopo mortis proximò existente, tres primi de Capitulo invitare debent Episcopum vicinum, vel eò impeditò alium, qui si vivum invenerit, juvet eum consolando, hortando, &c. similia faciendo.

Ut Episcopò mortuò, vel mortis proximò, tres primi de Capitulo præsentes, vicinum Episcopum, vel eò impeditò, alium, invitent, qui statim veniat, ac si vivum invenerit Episcopum, accuratissimè consulatur; & ea officia præstet, quæ ad animæ salutem tali tempore requiruntur. *Conc. Mediolan. 1. c. 2. tit. De funere Episcopi.*

2. Mortuò jam, Episcopus vocatus functionem exequitur solemnè more, cum Clero seculari & regulari. Nihil exigat pro ea functione, neque datum aliquid accipiat. Mortuum verò unà cum seculari & regulari Clero, solemnè more ad sepulchrum prosequatur, nihil autem Episcopus p̄ hujus officii gratiâ impensæ, vel quòvis aliò nomine à quoquam exigat, vel sponte oblatum accipiat. *Ibid.*

3. Cadaver non stet super terram, plùs quàm horis quadraginta, neque ex causa expectandi Episcopum venientem ad funus. Interim à Clericis successivè custodiatur.

Ejus tamen expectationis causâ, corpus Antistitis nè amplius quadraginta horis in sepulchris jaceat; interea verò curet Capitulum, ut custodiatur corpus, & circa ipsum frequentes ex Clero sint, qui pro ejus anima preces DEO faciant. *Ibid.*

4. Capitulum postea significet ejus mortem Episcopis, Comprovincialibus, ut pro anima orent.

Eidem Capitulo hoc munus injungimus, ut primò quoque tempore, Provinciales Episcopos omnes de Episcopi morte faciat certiores, qui in Ecclesiis Cathedralibus Missam solemnè cæremoniâ pro ejus anima celebrare curabunt; & publicis supplicationibus, ac precibus indictis, Deum piè sanctèque deprecabuntur, ut orbato gregi Pastorem dare velit, juxta cor suum. *Ibid.*

5. Pro exequiis non accendantur plùs quàm viginti quatuor cerei, expensis Ecclesiæ vacantis, nisi extant bona defuncti, &c.

In exequiis ejus, plures viginti quatuor cereis non accendantur, idque impensâ vacantis Ecclesiæ, nisi extant defuncti bona, vel alius sit, qui de jure aut consuetudine sumptum facere debeat. *Ibid.*

6. Anniversarium quòlibet annò fiat pro mortuo Episcopo, quamdiu vivit successor ejus, & hoc impensis ipsius viventis.

Episcopi negligentia in Comprovincialis Episcopi funere, à Synodo Provinciali, Canoniorum, & Cleri, à Successore Episcopo graviter puniatur. Sacra anniversaria pro mortuo Episcopo quotannis fiant in Cathedrali Ecclesia, quamdiu proximus ejus Successor in Episcopatu vixerit, viventis Episcopi, & Capituli sumptibus. *Ibidem.* Vide, *Episcopò moriente.*

Furiosus.

1. Furiosus non potest contrahere matrimonium. Sed si fuerit contractum, non separetur.

Neque furiosus, neque furiosa, matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit, non separentur. *Post ep. 3. Eubiani. 32. quest. 7. c. Neque furiosus.*

Cùm autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit, & propter alienationem furoris, legitimus non poterit intervenire consensus, mandamus, quatenus si rem noveris ita esse, præfatas personas cures à se separari. *De sponsalibus. cap. Dilectus.*

2. Furiosus profitendo non obligatur, nisi factus sanæ mentis ratificet.

Si tamen eò tempore, quò P. Sacerdos, lator præsentium, positus extra mentem asseritur, indutus fuit habitu Monachali, cùm alienatus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, eum denunciatis ab observatione monastici Ordinis absolutum, nisi postquam mentis suæ factus est compos, spontaneâ voluntate, professionem fecerit Monachalem. *De regularibus. c. Sicut tenor.*

Fur, furtum, furans.

1. Furtum faciens ex necessitate excusatur; Sed saltem leviter peccat. Tenetur ad poenitentiam per tres hebdomadas. Si verò restituar, non tenetur.

Discipulos, cùm per segetes transeundo vellent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocat, qui coacti fame hoc fecerunt. *De consecratione. dist. 5. c. Discipulos.*

Si quis propter necessitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, poeniteat hebdomadas tres, & si reddiderit, non cogatur jejunare. *De furtis. c. Si quis.*

2. Furtum in magnis & parvis committitur.

Fur autem, non solum in majoribus, sed etiam in minoribus judicatur. Non enim id, quod furtò ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione, non idcirco diversa sit fornicatio, si mulier sit pulchra, aut deformis, ancilla, aut ingenua, pauperula, aut opulenta; sed qualiscunque illa fuerit, una est fornicatio: ita & in furto, quantumcunque quis abstulerit, furti crimen incurrit. *14. qu. 6. cap. Fur autem.*

3. Furans non satisfacit, dando pauperibus, sed dare debet domino. *De homicidio voluntario. cap. Sicut.* Vide, *Elemosyna. num. 9.*

4. Furans oleum, ceram, & similia Ecclesiæ, excommunicatur.

Si quis Clericus, vel Laicus à Sancta Ecclesia ceram, vel oleum auferat, segregetur. *Conc. quod dicitur Apost. c. 71.* Vide, *Ecclesiarum invasores.*

5. Furantes bona Clericorum morientium, excommunicantur.

Si quis post interdicti præsentis cognitionem Episcoporum, seu Presbyterorum, aut aliorum Clericorum res invaserit, usque ad satisfactionem excommunicatur. *12. quest. 2. cap. De Laicis.*

6. Furans hominem, & vendens, poenâ capitis punitur.

Qui furatur hominem, & vendiderit, convictus, morte moriatur. *De furtis. cap. 1.*

7. Si fures & latrones occiduntur in furto, non est orandum pro eis.

Fures & latrones, si in furando, vel depradando occiduntur, visum est pro eis non esse orandum: sed si comprehensi, aut vulnerati, Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, Communionem eis non negamus. *De furtis. cap. Fures.*

8. Furem celans ob lucrum, est reus furti.

Qui cum fure partitus, occidit animam suam. Non fur solum, sed ille reus tenetur, qui furti conscius, quærente possessore, non indicat. *Ib. cap. Qui cum fure.*

9. Fur occultus, post restitutionem & poenitentiam, potest ad Ordines promoveri.

Mandamus, quatenus si spontè confessus fuerit, & exinde Ecclesiæ, cujus Calix fuerat, satisfecerit, nec est super hoc notoriâ, vel infamiâ manifestâ reserpius post peractam poenitentiam, aut congruam partem poenitentiae, (dummodò aliâ idoneum ipsum esse cognoscas) ad sacros Ordines non dubites promovere. *Ibid. cap. fin.*

10. Furtibus, si moribundi petant Sacramenta, non neganda. *De furtis. c. Fures. supra. num. 7.*

11. Furantes Ecclesiæ thesaurum, excommunicantur. *Extra. de furtis. cap. Infidelis.* Vide, *Ecclesia. tit. 40. n. 1.*

12. Furtò commissò in monasterio, olim Monachi purgabantur sic: Abbas Missam celebrabat, & omnes communicabant. *2. q. 5. cap. Sæpè contingit. Conc. Vormatiense 1. cap. 15.* Vide, *Eucharistia. tit. 11. n. 10.* Nunc fieri hoc non potest.

Furnarii Romæ.

1. Furnariorum Consules quam jurisdictionem habent. *Julius III. constit. 18. Cum sicut.*

2. Eorum debitores summarè cogendi ad solvendum, nec admittuntur ad cessionem bonorum. *Ibid.*

3. Furnarii Urbis cæteris creditoribus sunt præferendi. *Gregor. XIII. constit. 71. Cum sicut.*

4. Furnariorum privilegia. Vide, *Pistoros.* Vide, *Consules Pistorum.*

Fustigare.

Fustigare faciens aliquem graviter, si est Episcopus, per duos menses suspendatur à celebratione Missæ. *De Clerico percussore. cap. Præterea.* Vide, *Episcopus. tit. 34. num. 3.*

Futura.

1. Futurorum cognitio petenda non est à magis, sortilegis, &c.

In tabulis, vel Codicibus, aut aliis, sorte furta non sunt requirenda, nec Divinationes aliquas in aliquibus rebus quis observare præsumat; qui autem contrâ fecerit, quadraginta dies poeniteat. *De sortilegis. cap. 1.*

2. Poenitentia eis imponenda est quadraginta dierum. Si Clericus, per annum, & interim abstineat à ministerio. Etiam si sortilegium fuerit simplex.

Ex tuatum tenore litterarum accepimus, quòd V. Presbyter cum quodam infami ad privatum locum accessit, non eâ intentione, ut vocaret demonium, sed ut aspersione astrolabii furtum cuiusque Ecclesiæ possit recuperari; verum licet hoc ex bono zelo & simplicitate fecisset proponat: id tamen gravissimum fuit, & non modicam inde maculam peccati contraxit. Mandamus, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti poenitentiam imponas, quòd per annum, & amplius, si tibi visum fuerit, cum ab Altaris ministerio præcipias abstinere, & ex tunc liberum sit ei, exercere officium Sacerdotis. *Ibid. cap. Ex tuarum.* Vide, *Magi.* Vide, *Sortilegi.* Vide, *Clerici.*

3. Futura prædicta à magis, &c. sæpè DEI permisso accidunt, ut dicuntur. *26. qu. 5. c. Nec mirum.* Vide, *Dæmones. num. 13.*

4. Futura multa scire possunt dæmones, quæ & quando. *26. qu. 3. c. Sciendum.* Vide, *Dæmones. num. 9.*

5. Futura, ut dies iudicii, adventus Antechristi, &c. determinatè non possunt prædici, sub poena excommunicationis Papæ reservatæ. *Concil. Lateranense 5. session. 11. constitut. 1.* Vide, *in Bullario.*

6. Futura, vel abscondita prædicentes per artem magiæ, &c. ab Inquisitoribus judicandi. *Sixtus V. constitut. 17. Cæli & terræ.*

7. Omnes species talium superstitionum ibi narrantur. Vide, *Divinatio.*

G.

Gabella.

1. Gabellarum exemptiones Romæ quibus competunt, post revocationem Innocentii X. Vide, *Exemptiones.* Vide, *Dogana.* Regulares exempti sunt. Vide, *Regulares.*

2. Gabellas novas imponentes. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cœnæ.*

3. Gabella vini Forensis Romæ pro Lectoriibus studii applicatur. *Leo X. constit. 1. Dum singulari.* Et quòd superest, pro Conservatoribus populi Romani. *Ibid.* Vide, *Emptio.* Vide, *Dogana.*

Gallia.

1. Galliæ Regis concordata cum Sede Apostolica, circa beneficia dispensanda in Delsinatu, & alia. *Extra. De tregua & pace. cap. Ad universalis.* Vide, *Beneficia. tit. 34. n. 4.* Iterum renovatur in *Concil. Lateranense. 5. sess. 11. constit. 3. Pater æternus.* Et omnia in contrarium annullantur. *Ibid.* Vide, *Francia.* Vide, *Rex.*

2. Galliæ Episcopi quas procuraciones possunt ab Ecclesiis exigere. *Extra. de censibus. c. Vos electionis.* Vide, *Almania.*

3. Galliæ Rex, & Regnicolæ, per Extravagantem Bonifacii VIII. *Unam Sanctam.* Non evaserunt magis subiecti Ecclesiæ, quàm priùs erant.

Meruit charissimi filii nostri Philippi Regis Francorum illastris sinceræ affectionis ad nos, & Ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt: Meruit insuper Regnicolarum puritas, ac devotionis sinceritas, ut tam Regem, quàm Regnum favore benevolò prosequamur. Hinc est, quòd nos Regi, & Regno, per definitionem & declarationem bon. mem. Bonifacii P. Octavi Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Unam sanctam*, nullum volumus vel intendimus præjudicium generari. Ne quòd per illum Rex, Regnum, & regnicolæ prælibati, amplius Ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quàm antea existebant, sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam, tam quantum ad Ecclesiam, quàm etiam ad Regem, Regnum, & Regnicolas, superiùs nominatos. *Extra. De privilegiis. cap. Meruit.*

4. Galliæ Rex est perpetuus administrator militiae Sancti Spiritus. Vide, *Equites Sancti Spiritus.*

5. Gallicana Pragmatica contra immunitatem Ecclesiæ abrogatur in *Concilio Lateran. 5. session. 11. constit. 3. Pater æternus. quæ est constit. 20. Leonis X.* Nullus potest eâ uti, & poenæ utentis. *Ibid.* Vide, *Francia.* Vide, *Beneficia in regno Galliæ.* Vide, *Rex.*

Genetliaca.

1. Genetliaca ars est observandi dies Nates. Hæc ars prohibita est Christianis.

Neque illi ab hoc genere superstitionis perniciosæ segregandi sunt, qui olim Genetliaci, propter natalium dierum considerations, nunc autem vulgò Mathematici vocantur. Nam & ipsi, quamvis veram stellarum positionem, cùm quisque nascitur, consueverunt, & aliquando etiam pervegerunt: tamen quòd inde

conantur, vel actiones nostras, vel actionum eventa prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem. Hoc autem genus fornicationis animæ salubriter divina Scriptura non tacuit, nec ab ea sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur à professoribus eorum, sed, (etiam si dixerint vobis, inquit, & ita evenerit, nè credatis eis) non enim, quia imago Samuelis mortui Sauli Regi vera prænuñtiavit, propterea talia sacrilegia, quibus illa imago præsentata est, minùs execranda sunt, aut quia in Actibus Apostolorum, fœmina ventriloqua verum testimonium perhibuit Apostolis Domini, idèd Paulus Apostolus pepercit illi spiritui, ac non potius fœminam illius dæmonii correptione atque exclusione mundavit. Omnes igitur artes hujusmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum, & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosa amicitia constituta, penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano. 26. qu. 2. cap. Illud, quod est. Et qu. 3. cap. 1. Igitur genus. Vide, Astrologia. num. 1.

I. Generalis, & generale.

1. Generale interdictum dicitur non solum illud, quod fit in provincia, sed in terra, vel villa. Cum autem in privilegiis de Regno, vel provincia, nil expressè dicatur, nomine terræ, non solum Regnum, vel provinciam intelligi volumus, verum etiam villam, & castrum, ut & in his locum habeat, quod de generali dicitur interdicto. De verborum signific. c. Cum in partibus.
2. Generali rescripto derogatur per speciale. Cum mandatum speciale deroget generali, Legatus, commissionem alii factam, specialiter impedire non potest. De offic. Legati. cap. Studiisti. De rescriptis. cap. Pastoralis. §. Quoniam. Vide, Commissio. n. 6. Eius in hac parte appellationi non est aliquatenus deferendum, postquam est iudicibus, appellatione remota, causa commissa: quia speciale mandatum derogat generali. Concil. Lat. 3. in append. de appellat. cap. 11.
3. Generalis Commissarius non potest excessus corrigere, nec privare beneficiis, nisi id ei specialiter committatur. De offic. Vicarii. in 6. cap. Licet. Vide, Beneficium. t. 9. num. 20.
4. Generalis Commissarius non potest conferre beneficia. Ibid. cap. fin. Vide, Ib. num. 21.
5. Generalis licentia absolvendi à peccatis obtenta à Papa, non sufficit ad absolvendum à casibus Bullæ Cœnæ. Extra. de pœnit. & remiss. cap. Et si Dominici. Vide, Absolvere. n. 5.
6. Generalis custodiæ corporis Papæ, quas causas civiles & criminales habitatorum Burgi potest cognoscere in prima instantia. Est gubernator Burgi, &c. Julius III. const. 4. Ad fidei. Vide, Gubernator Burgi.
7. Generales Ordinum. Vide, De qualibet Religione.
8. Generali Ordinis Minorum confirmare competit electiones Provincialium, quando sibi videntur confirmandæ, & potest eas infirmare. Clement. De verborum significatione. cap. Exivi. circa finem. Vide, Regula Fratrum Minorum. n. 2.
9. Generali ministrò deficiente Vicarius Generalis facere potest totum id, quod faceret Generalis, usque dum Generalis eligatur. Ibid.
10. Generales Regularium quomodo eligendi. Vide, Regularium Superiores.

II. Generalium in Religione obligationes, & alia.

1. Generales Regularium non sunt exempti à chori servitio. Clemens VIII. const. 50. Nullus. Urbanus VIII. constitutione 26. capit. Nullus.
2. Generales Regularium habentes redditus, quomodo de eis disponere, & in communi Conventus ponere possint. Ibid. cap. Nullus. n. 11.
3. Generales Regularium in fine officii tenentur reddere rationem administrationis, tam publicæ, quàm privatæ. Scribenda est hæc actio, & ponenda est in scripto authentico Capituli, ut si placeat Papæ, possit transmitti. Ibid. n. 13.
4. Generales non possunt declarare decreta reformationis, nec in eis dispensare, sub pœna privationis Generalatus, & aliorum officiorum, & inhabilitatis perpetuæ ad omnia officia. Urbanus VIII. const. 29. c. Nullus. n. 40.
5. Generales tenentur curare, ut in decretis Ordinis inserantur decreta reformationis. Ibid. num. 40.
6. Generales Regularium possunt ad Japonem mittere fratres probatos & doctos ad prædicandum, & assignatur ibi forma, & modus mittendi ac vivendi eorum, qui mittuntur. Clemens VIII. const. 74. Onerosa.
7. Generales Regularium quomodo eligendi. Vide, Superiores Regularium.
8. Generales Mendicantium habent omnimodam jurisdictionem in suos subditos, omnes scholares, studentes, &c. ubique commorantes. Pius III. const. 2. Religiosorum. Vide, Alia de Generalibus, in qualibet Religione. Vide, Regul. Superiores. Vide, Regul. Reformatio.

Gentiles.

1. Gentiles, si petunt sibi manus imponi, fieri possunt Christiani. Gentiles, si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manus imponi, & fieri Christianos. Conc. Eliberit. cap. 39.
2. Gentilium ritus sectantes, cum quali poenitentia sunt recipiendi. Concil. Ancyran. cap. 6. Vide, Comedere. num. 4. Vide, Ritus.
3. Gentilium vanitas cum eorum litteris retunditur. Si quid veri de DEO Sibylla, vel Orphæus, alivæ gentium vates, aut philosophi, prædixisse perhibentur, valet quidem ad Paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quantum enim distat de Christi adventu, inter prædicationem Angelorum, & confessionem dæmoniorum: tantum inter auctoritatem Prophetarum, & cutiositatem Sacrilegorum. Dist. 37. cap. Si quid.
4. Gentilium ritus fugiendi. Concil. Lucense 2. cap. 73. 26. qu. 7. cap. Non licet. Vide, Cæremonia. num. 1.

Genus.

1. Genus flexendum non est in diebus Dominicis & Pentecostes.

Quo-

Quoniam sunt quidam in die Dominico genua flexentes, & in diebus Pentecostes, ut omnia in universis locis consonanter observentur, placuit sancto Concilio, à Pascha, usque ad Octavas Pentecostes, stantes Domino vota perolvere. Conc. Nicænum 1. cap. 20. De consec. dist. 3. cap. Quoniam. & Concilium Aquigran. sub Ludovico Pio. c. 46.

1. Sciendum est, quod exceptis diebus Dominicis, & illis solemnitatibus, quibus & universalis Ecclesia, ob recordationem Dominicæ Resurrectionis, solet stando orare, fixis in terram genibus suppliciter Dei clementiam nobis proferatur, nostrorumque criminum indulgentiam deprecandum est, cujus rei in Evangelio ipse Dominus nobis dedit exemplum. Sed & Stephanum Martyrem, & Apostolum Paulum eadem fecisse, liber Actuum Apostolorum testis est, ex quibus intelligi datur, oportere Christianum humiliter ad terram prosterni, ne forte illi dicatur: Quid superbis terra & cinis? Conc. Turon. 3. c. 37.
2. Neque totò tempore Paschali usque ad Pentecostem. De feriis. cap. Quoniam. Vide, Felba. n. 18. dist. 30. cap. Si quis Presbyter. Conc. Lucense 2. cap. 57. Vide, Dies Dominica. num. 15. Concil. Aquigran. uti supra.
3. Genua flexenda sunt, cum elevatur Eucharistia, & cum deferatur ad infirmum. De celebratione Missæ. cap. Sanè. ex Honorio III. Vide, Eucharistia. tit. 7. n. 11.
4. Genuflexendum est, cum Episcopus transiens per loca, benedicit populis. Concil. Ravennat. 3. Post Clem. V. c. 6. Vide, Campana. n. 5.

Genus.

1. Geni per speciem derogatur, etiam si nulla fiat mentio de genere. Secundum Canonicas & legitimas sanctiones, per speciem generi derogatur, quanquam de genere in derogante specie mentio nulla fiat. De præbend. in 6. c. Dudum. Geni per speciem derogatur. De reg. juris in 6. reg. 34.
2. Genus humanum. Vide, Homo. Vide, Humanum.

Germania.

1. Collatio beneficiorum Germaniæ quomodo est reservata Papæ. Nicolaus V. const. 1. Ad sacram. Si vacant in curia, conferuntur à Papa. Aliæ electiones à Papa confirmantur. Ib. Vide, Beneficia Germaniæ.
2. Qui beneficia obtinet in illis partibus contra dispositionem concordatorum, excommunicatur, & nulliter obtinet. Clemens VII. const. 41. Admout. Et omnia privilegia contraria annullantur. Ibid.
3. Beneficia in Germania quomodo conferuntur à Papa, juxta olim concordata pro illa natione. Gregorius XIII. const. 41. Quæ in Ecclesiam.
4. Germaniæ pax inter Imperatorem & alios de anno 1648. declaratur nulla, quia Religioni præjudicialis. Vide, Papa circa res fidei.

Gladus.

1. Gladii duo sunt in Ecclesia, unus spiritualis, & alter temporalis. Cum liceat cuilibet suo vicino, vel proximo, pro repellenda ipsius injuria summi imperitari auxilium, imò si potest, & negligit, videatur injuriantem fovere,

ac esse particeps ejus culpæ, licuit profectò ipsi Decano, propriò sibi subvenire subsidio, & suamet temporalem injuriam suâ propriâ spirituali defensione tueri, sicque utrumque quodammodo gladium, & temporalem, & Ecclesiasticum, alterum videlicet alterò adjuvante, maximè quia hi duo gladii consueverunt, exigente necessitate, sibi ad invicem suffragari, & in juvamen alterius, subventionem mutuâ, frequentius exerceri. De sententia excommunicationis. in 6. c. Dilecto. Extra. De majoritate & obedientia. cap. 1. Vide, Ecclesia. tit. 8. n. 31. Vide, Ecclesia potestas.

2. Gladii Ecclesiæ mutuo se adjuvant in necessitate. Ib. c. Dilecto. sup.
3. Gladius spiritualis ab Ecclesia ipsa exercendus. Extra. De majorit. & obedientia. c. 1. uti sup.
4. Gladius materialis pro Ecclesia exercendus. Ibid.
5. Gladio evaginato intrans in Ecclesiam, committit sacrilegium. Pœna istius sit pecuniaria, quæ pro Ecclesia illa solvatur. Concilium Triburien. 1. c. 6. Vide, Ecclesia. tit. 33. num. 26.
6. Gladium in Ecclesia nemo potest portare, nisi Rex. Decretum est etiam in eodem Concilio, ut nemo gladium in Ecclesiam portet, regali tantum exceptò. Concil. Salegustadien. c. 8.

Gloria, & gloriari.

1. Gloria in Excelsis Deo, cantanda est in Cœna Domini. In aliis diebus cantanda.

Porò, Gloria in Excelsis Deo, ab Episcopis in Cœna Domini inter Missarum solemnias, more nostrò dicenda est. Palliò verò Apostolicò eadem die uti, est illis licitum, quibus est ab Apostolica Sede permittitur. De consec. dist. 1. cap. Porò Gloria. ex Nicolao I. in decret. tit. 10. cap. 8.

Respuant ergo & illum hymnum, ab hominibus compositum, quem quotidie publicè privatòque Officiò, in fine omnium Psalmorum dicimus, Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum, Amen. Nam & ille hymnus, quem natò in carne Christo, Angeli cecinerunt, Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis: reliqua, quæ ibi sequuntur, Ecclesiastici Doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in Ecclesiis canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inventuntur: - Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus nostrum ulterius improbet, sed pari modò in Gallia, Hispaniæque celebrentur, excommunicatione plectendi, qui hymnos rejicere fuerint ausi. Conc. Toler. 4. c. 13.

2. Quare non cantatur à Septuagesima usque ad Pascha. De consecratione. dist. 1. cap. Hi duo. Vide, Alleluja. n. 1.
3. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto adjungi debet, sicut erat in principio, &c. in fine Psalmorum dicendum.

Et quia non solum in Sede Apostolica, sed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qui DEI Filium non semper cum Patre fuisse, sed à tempore fuisse, blasphemant, in omnibus clausulis, post Gloria Patri, &c. sicut erat in principio, &c. dicitur etiam, & nos in universis Ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse, decrevimus. Concil. Pisen. 1. cap. 3. Et Conc. Pisen. 3. c. 5.

Hoc itaque definitum est, ut in psallendis Ordinibus per quemcunque Psalmum Gloria dicatur Omnipotenti Deo, per majores verò Psalmos, prout fuerint, prolixius paustrationes fiant, & per quamcunque paustrationem Gloria Trinitatis Domino decantetur. Conc. Narbonen. cap. 2.

4. Glo-

4. **Gloriam Sanctorum augeri, usque in diem iudicii, non est improbabile.**

Unde, quod in plerisque orationibus continetur, prosit, vel proficiat huic Sancto, vel illi, talis oblatio ad gloriam & honorem, ita debet intelligi, ut ad hoc prosit, quod magis, ac magis a fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non indignum, Sanctorum gloriam usque ad iudicium augmentari: & ideo Ecclesiam interim sanè posse augmentum glorificationis eorum optare. De celebrat. Miss. c. Cum Martha. in fine.

5. **Glorians de malis, est miserimus.**

Nihil illò est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies: Nullus ergo pastorem placere lupis & gregibus ovium potest. Perdit enim laborum memoriam, mens terrenis obligata carceribus: sicut artium in suo quoque opere invenitur mater instantia: ita nocera eruditionis, est negligentia. Dist. 83, cap. Nihil illo. ex Anacleto ep. 1.

6. **Glorians de suo crimine, si est Clericus, suspenditur ab officio. De excess. Prælator. c. Quàm sit grave. Vide, Clericus tit. 41. num. 2.**

7. **Gloriari nullus debet de miraculis, quæ Deus facit per eum.**

Sed est in isto dono cœlesti, frater charissime, quod cum magno gaudio vehementissimè debeat formidari. Scio enim, quod Omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quam eligi voluit, magna miracula ostendit. Unde necesse est, ut de eodem dono cœlesti, & rimendo gaudeas, & gaudento pertimescas. Gaudeas videlicet: quia Angelorum animæ per exteriora miracula, ad interiorum gratiam petrauntur, pertimescas verò, nè inter signa, quæ sunt, infirmus animus in sui præsumptione se elevet, & unde foras in honore atollitur, inde per inanem gloriam intus cadat. Gregorius I. lib. 9. Ex regest. ep. 58.

Gradus, id est, dignitas.

Vide, *Dignitas.*

Graduum distributio ordinem conservat. Dist. 89. c. ultimo. Ad hoc. Vide, Ecclesia. tit. 2. n. 1.

Gradenfis.

Gradenfis Episcopus est Primas & Patriarcha Venetiæ & Histriæ.

Cujus tandem relicti privilegii, à S. R. & A. S. sibi concessis, iudicio totius Sanctæ Synodi hoc definitum fuit, ut nova Aquileja totius Venetiæ & Histriæ caput & Metropolis perpetuò haberetur, secundum quod evidentissima Prædecessorum nostrorum astruebant privilegia, &c. Unde monendo mandamus vobis ex parte Dei & Sancti Petri, & nostra, ut præfato Gradenfi Patriarchæ, successoribusque ejus, in omnibus, secundum Jura Canonica, obediens sitis, sicut Primati vestro & Patriarchæ esse debetis. Et sicut antecessoribus ejus, nostri perpetuò confirmarunt. Leo IX. ep. 2.

Graduatio.

Graduationes, ut Doctoratus, Magisteria, &c. non sunt ritus gentiles, sed Christiani. Concil. Constantiense. contra articulum 29. Wicleff. Vide, in Bullario.

Gradus consanguinitatis, & affinitatis

1. **Gradus consanguinitatis usque ad septem numerantur. 35. qu. 5. cap. Series. cap. Ad sedem. Vide, Consanguinitas. num. 2.**

2. **Quomodo computandi sunt.**

Parentelæ gradus taliter computamus, siquidem ego & frater meus una generatio sumus: primumque gradum efficiamus, nulloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius, secunda generatio

sunt, ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquò gradu separantur. Atque ad hunc modum cæteræ successiones numerandæ sunt, porò de affinitate, quam dicitis parentelam, &c. Ibid. cap. Parentela. & cap. Ad sedem supra.

3. **Gradus affinitatis quomodo computandi. 35. qu. 5. cap. Porò. Vide, Affines. n. 5.**

4. **Gradus affinitatis uxoris ad virum etiam pertinent, quia uxor & vir sunt una caro. Item è contrà.**

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur; ubi autem post interdictum factum inventum fuerit, separetur. Sanè eadem, quæ in viri, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est: quia ergo constat, eos duos esse in carne una, communis illis utrinque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: Erunt duo in carne una. Concil. Moguntinum sub Leone IV. cap. 30. Et Concil. Vormatiense 1. cap. 78. 35. qu. 5. cap. Porò. Vide, ubi supra. 35. quæstion. 2. cap. Sanè. ex Concilio Cabilon. 3. cap. 29. Vide, Consanguinei. n. 5.


5. **Graduum parentelæ nomina.**

Primò gradu superiori lineâ continentur Pater, Mater: inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ junguntur. Secundò gradu continentur, superiori lineâ, avus, avia: inferiori, nepos, neptis: transversâ frater, soror, quæ personæ duplicantur. Avus enim & Avia, tam ex Patre, quam ex Matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus, similiter pro substantia eorum, in quo gradu consistunt, ipsò ordine duplicantur. (Istæ personæ secundò gradu ideo duplices appellantur: quia duo avi sunt, paternus, & maternus.) Item, duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater & soror ex transverso veniunt, (id est, aut frater patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut avunculus nominatur) qui & ipsi hoc ordine duplicantur. Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris sororisque filius, filia, patruus. Amita, id est, Patris frater & soror, avunculus, matertera, id est, frater matris, & soror. Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, Patris filius, filia: consobrinus, consobrina, id est, avunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id est, amitæ filius, filia: itémque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur: quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est, qui Paterni frater, & soror, avunculus magnus, matertera magna, id est, aviæ tam paternæ, quam maternæ frater, & soror. Quintò gradu veniunt, supra quidem atavus, atavia: infra arnepos, arneptis. Ex obliquo fratris & sororis pronepos, proneptis: fratris patruelis, sororis patruelis amitini, amitina, consobrini, consobrina filius, filia, propior consobrinus, propior consobrina, id est, patris magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia; his accrescunt propatruus, proamita. Hi sunt proavi paterni frater & soror, proavunculus, promatertera. Hi sunt proavia paternæ, maternæque, frater & soror, proavique materni. (Hæc species nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.) Sextò gradu veniunt, supra tritavus, tritavia, infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & sororis abnepos, abneptis; fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitina, consobrini, consobrina nepos, neptis, patris magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, id est, propioris sobrini filius, filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt, propatruus, proamita, proavunculus, promatertera filius, filia, abpatruus, abamita. Hi sunt abavi paterni frater & soror, abavunculus, abmatertera. Hi sunt abavia paternæ maternæque frater & soror, abavique materni. Hæc quoque explanari amplius non potest, quam ut auctor (Anianus) ipse differunt. Septimò gradu qui sunt cognati rectâ lineâ supra, infraque pro-

propriis nominibus non appellantur: sed ex transversâ lineâ continentur fratris sororisque atnepos, atneptis, consobrini filii, filiaque. Successiones idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam, nec nomina inventi, nec vita succedentibus

prorogari potest: (In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari.) 35. quæstion. 5. cap. Primò gradu. ut supra.

**Non gignunt dextros, qui stant in parte sinistra.
Læva dat uxores, det tibi dextra mares.**



Consanguinitas per tres regulas declaratur.

Prima regula magistralis pro linea recta. Ascendentium, & descendentium quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempra, tot sunt gradus inter eas.

Pro linea collateraliali, duae sunt regulae.

Collateralium in linea aequali, quot gradu quis distat a communi stipite, totò distat inter se, vel sibi attinet. Exemplum pone: Cum facis Abavum stipitem inter P. & pronepotem propatruum, (nam illi sunt in linea aequali) quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

Collateralium in linea inaequali, quot gradu remotior distat a communi stipite, totò distat inter se. Exemplum pone, faciendò abavum stipitem, P. & filius propatruum, sunt in linea inaequali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a P. Sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatruum, quarto. Semper intellige secundum Canones.

Pro arbore Consanguinitatis, secundum computationem civilem dantur tales Regulae.

Prima, in linea recta ascendentium, & descendentium: quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempra, tot sunt gradus inter eas.

Pro linea collateraliali.

Collateralium in linea aequali, quot gradu quis distat a communi stipite, totò duplicatò distat inter se, vel sibi attinet. Nam secundum leges, quilibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legislarum ob aliud fit, quam computatio Deo restitutum.

Collateralium in linea inaequali, quot sunt personae stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliore optas enucleationem, recurre ad Joannem Andream declarationem.

Circa lecturam arboris diversis olim diversum modum tenentibus, Joannes de Deo Hispanus, post illos, lecturam ipsius arboris novum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nihil fuit aperire, sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum, ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Joannes Andreas, inter decretorum Doctores minimus, & indignus, inventionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta revolvi, & prout expedire credidi, compilavi.

Primo quaerens ad utramque arborem, ad quid fuerit inventio arboris necessaria. Secundo, an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quae olim fuerat in decretis.

Prima quaestio ex superius dictis patet solutio, probatio enim ad oculum aliis vincit. Inst. de gradi. §. Agnationis 27. qu. 1. Nec aliqua. Ex ostensione enim facti, quaedam melius percipiuntur, quam elocutione: Extra. De donat. Apostolica. ver. fin. Hinc est, quod agrorum mensio subjicitur oculis. 16. qu. 3. Inter. De praescript. Quia judicante. c. fin. reg. l. 3. Ventris inspectio: an mulier sit pregnantis. ff. De ven. nupt. l. 1. in prin. Locorum pudicitiae investigatio, an mulier sit virgo. Extra. De probat. propositi. An arda. De fri. & ma. Fratemitatis, vel aliter impedita. eo. iii. ex literis. Injuria, an sit arrox aestimatio. ff. De ser. l. 2. Et litterae Papales an sint verae, vel falsa. de cri. fal. Licet.

Ad secundum dic, quod arbor authentica est: quod patet ex canonibus Iudoci, & Alexandri. 35. qu. 5. c. 1. 2. & ult.

Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, utile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine utile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum, satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. De emen. In co. l. una. Item ex eo, quia antiqui Canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: unde expediens fuit secundum statum iurium novorum antiquam arborem decidere.

Deinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quaeritur, quid sit consanguinitas, & unde dicatur? Quid linea, quid gradus? Secundo quaeritur, quomodo arbor formetur: & quare sic punctetur? Et interferemus regulas, per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quaedam notanda, & quaedam quaestiones.

Ad primum dico, quod consanguinitas est attinentia personatum, ex eo proveniens, quia una descendit ab altera: vel ab eadem ab eadem. Vel est vinculum, personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum: quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis unitas: a con & sanguine, quia de communi sanguine descendunt. & quod ad probationem conjugii non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex uxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum. Extra. De probat. Per rias.

Linea vero, est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet: graduum descendentium, ascendentium, & collateralium: et infra patebit. §. ff. De gradi. l. 1. & l. Jurisconsultus.

Gradus, est habitudo distantium personarum, quae cognoscitur quotà agnationis, vel cognitionis distantia, duae personae inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum, scalarum, vel locorum proclivium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. De gradi. l. Jurisconsultus. §. gradus.

Formatur autem sic arbor: Primo, vide cellulas ascendentium: Secundo, descendentium: demum collateralium. Ascende super cellulam vacuum: quae remanet ideo vacua: quia non potuit nomen proprium habere: cum aliae cellulae, (exceptis his, quae per genitivum nominantur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possumus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris: fratrem fratris: patrem filii, & sic de singulis? Et eam alii vocant Joachim, alii Protheum, alii truncum. Nos autem a nomine Bidelli nostri, vocemus eam Petrucium. Et scire debes, quod competenter illae cellulae mediae, ascendentium, & descendentium, dividerentur directe per medium, ut a latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marum, ut abavus, proavus, &c. quia positi a latere dextro descendunt a maribus, & e converso. Supra cellulam vacuum, est cellula haec, continens patrem, mater, & unum punctum supra, & unum infra. Supra illam est cellula avus, avia, continens duo puncta supra, & duo infra. Supra illam est cellula proavus, proavia, continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abavus, abavia, habens quatuor supra, & quatuor infra. Descendendo sub cellula vacua, est cellula habens filium, & filiam: & habet unum punctum supra, & unum infra. Sub illa, habens nepotem, & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa pronepotem, & proneptem, & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem, & abneptem, & quatuor puncta supra, & quatuor infra.

Antequam ad collateraliales transeamus, scire debes, quod punctorum numeratio, est numeratio graduum: habitò respectu ad cellulam vacuum, & puncti superiores denotant computationem secundum jus canonicum, puncti inferiores, secundum jus civile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum, civilis vero in inferiori, ut detur intelligi excellentia juris canonici, ad civile: & maxime quoad hunc casum, quod instruitur in matrimonio, quae licet contrahi possint, nec ne: & cum matrimonio sit Sacramentum Ecclesiae, in eo praecipue lex minor est Canon.

Canone. Extr. de secun. nup. c. ult. & pen. Vides autem ex punctatione praedicta, quod in computatione ascendentium & descendentium concordat utrumque jus: quia in eis semper persona addita personae per sarnis propagationem gradum adjicit.

Ad inventendum autem gradus inter eos secundum utrumque jus tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendentium, quot sunt personae, de quibus quaeritur: computatis intermediis, una dempra, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire, quantum distat abavus à Petrucio, utroque computatò, & intermediis, quinque sunt personae: deme unam: quatuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotem: quia eò modo erit reperire quinque personas, & sic quatuor sunt gradus. Si velis scire, quot distat abavus P. ab abnepote P. invenies ibi novem personas, computatò P. & sic octo erunt gradus. Scias autem, quod iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias autem quod quilibet habet duos Parentes: quatuor avos: octo proavos: sedecim abavos: & sic semper ascendentes duplicantur, unde impossibile fuisset, tot personas in arbore scribere.

Quarto: an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulae conjugalitatis, excedat quartum gradum? Et dicit Goff. in sum. De consangu. & affinitat. §. Item quantum, quod non: per decret. non debet. eod. tit. quae generaliter loquitur. Alii communiter contradicentes, inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet ad hoc. 35. qu. 3. Progeniem. & duobus capitulis sequent. in quibus dicitur, quod olim non solum usque ad secundum gradum, sed etiam in quantum notitia erat parentela, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est, alterum descendente, & alterum ascendente, perdurat prohibitio ad idem. Insir. de nup. §. 1. ff. De ritu nup. l. nuptia. & hoc verum puto.

Ad collateraliales transeamus, & ad fratrem, & sororem, & causam brevitatis prosequendo solum partem mediam arboris, ad modum vexilli: quae intellecta reliqua intelliguntur: quod per se patet, dicamus de fratre, & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius, filia: ex illa fratris nepos, neptis: ex illa fratris pronepos, proneptis. Et fratres Petrucii est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo, secundum leges. Eius filius in secundo, secundum canones, in tertio, secundum leges. Nepos in tertio secundum Canones, in quarto, secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto, secundum canones, in quinto, secundum leges: & sic debet esse utraque punctatio, & isti sunt collateraliales ad P. Et nunc de cellula Patris facimus stipitem. Fac consequenter stipitem de avo, ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis, & amittinus, totor patruelis & amittina: ex illa horum filius, filia, ex illa horum nepos, neptis. Patruus est P. secundò gradu, frater patruelis etiam secundò gradu, filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse utraque punctatio. Postea fac proavum stipitem, & habes filios, patruum magnum, amitam magnam, avum, & aviam, avunculum magnum, & materteram magnam: illo non prosequimur. Ex cellula patruum magni, propior sobrinus, propior sobrina, ex illa, horum filius, filia, ex illa eorum nepos, neptis. Et quia P. distat a proavo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, & a propiori sobrino tertio: & a filio tertio, & a nepote, qui exit lineam aequalitatis, quarto, secundum canones. Secundum leges vero, distat P. a patruo magno quarto, a propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse utraque punctatio. Modò fac abavum stipitem cum tribus filijs, scilicet propatruo, proavo, proavunculo: De proavunculo non prosequor. Ex cellula propatruus, oritur cellula horum filius, filia, ex illa horum nepos, neptis, ex illa eorum proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, ex illa linea nullus exit lineam aequalitatis, ergo omnes distant quarto. Secundum leges propa-

trius distat v. filius vi. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse utraque punctatio.

Nunc videndum est, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium aequalis linea: unam trado regulam, secundum canones.

Collateralium in linea aequali, quot gradu quis distat a communi stipite, toto distat inter se, vel sibi attinet: haec secundum Canones. Exemplum pone, quando facis abavum stipitem inter P. & pronepotem propatruum: nam quia illi sunt in linea aequali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

Secundum Leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collateralium in linea aequali, quot gradu quis distat a communi stipite, totò duplicatò distat inter se, vel sibi attinet. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, quod praedicti P. & pronepos propatruum distat viij. Et insurgit illa diversitas, quia secundum leges quilibet persona gradum facit in collateralibus. Unde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero, duae personae faciunt unum gradum. Unde, (ut patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu, secundum Canones, in secundo, secundum leges: Sed computatio eorum, ob aliud fit, quam nostra. 35. qu. 5. c. 2. Bene ergo dicitur secundum leges, quod in aequali linea collateralium, sive linea sit paritatis numeri, tunc disparitatis, non est reperire disparitatem gradum. Vide in linea paritatis numeri secunda, vel quarta, disparitatis numeri prima, vel tertia. In prima duo gradus, in secunda quatuor, in tertia sex, in quarta octo, quod non est secundum canones, quia in aequali linea disparitatis numeri, habemus disparitatem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

Nunc restat videre de collateralibus in linea inaequali, de quibus traditur talis regula secundum canones: Collateralium in linea aequali, quot gradu remotior distat a communi stipite, totò distat inter se. Exemplum pone, faciendò abavum stipitem, P. & filius propatruum, sunt in linea inaequali. Computemus ergo a remotiori, scilicet, a P. Sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo a filio propatruum iv. & idem in descendentibus, usque ad lineam aequalitatis. Et hoc est, quod dicimus: quod persona addita personae usque ad lineam aequalitatis non crescit gradus, quia propatruus, filius ejus, nepos, & pronepos, omnes distant quarto gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum qualem regulam tradimus.

Collateralium in linea inaequali quot sunt personae, (stipite dempto) tot sunt gradus. Unde P. a stipite distat iij. a propatruo v. a filio vj. a nepote vij. a pronepote viij. & sic quilibet persona facit gradum. Vides ex supra dictis, quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim a summo, scilicet abavo: ab imo, scilicet a nepote, ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto, a medijs ceteris: per quod satis patet, quod cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus, ut patet, si pronepos propatruum, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas. Prohibitio enim, quae per jus positivum processerat, potuit tolli, sed naturalia sunt immutabilia. §. distinct. in prin.

Scire debes, quod communiter dicunt Doctores, quod abavus, & proavus, & avus sunt bigami, dicentes, quod si non essent bigami, non possent filii eorum conjungi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic esset de alijs cellularis duplicibus, quod personae earum essent Bigami. Unde fingamus perinde, ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus, & uxor, proamita, & maritus, unde duplicatio posita fuit, ut nomina demonstraret in utroque sexu, non ut eos conjuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus aequalis linea bene sequitur ista regula affirmando, & negando: Ego & tu sumus consanguinei in linea aequali, & ego possum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negativè: Ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam. Affirmativa procedit

procedit in linea aequali quarti gradus. Negativa in tertio vel citiori. Sed in linea inaequali hoc non procedit affirmando, vel negando, quia si unus est in quarto, vel in tertio, vel in citiori: qui est in tertio, vel citiori, potest contrahere cum filia ejus, qui est in quarto gradu, & non e converso. Unde propatruus hujus filius, & nepos, contrahere possunt cum filia P. sed non e converso.

Demum queritur, an collaterales, quorum unus est in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus, possint ad invicem contrahere: Dicit Hostien- sis quod non. Hoc not. extr. eod. quod dilectio. & c. Tua. & in sum. hujus tit. De consangu. s. Nunquid in 5. & 1. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius una persona censentur. C. de

Impub. & alius. subst. l. ult. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis, bene facit praedicta decret. tua, ubi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex gl. quam ponit supra eodem tit. ult. & Ra. & Jo. de Deo, & hoc est verissimum, quod probant verba regulae positae sup. eod. cap. ult. dum dicit ibi, descendendum ab eodem. Sed certum est, quod propatruus descendit a stipite. Praeterea, aut dicit, quod est inter eos prohibitio ascendendum, & descendendum, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum est filium P. non descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium. Sed certum est, quod isti distant quinto, quid igitur impediatur istos collaterales contrahere, non video. Jo. And.

Multa dies, variisque labos hujusce paravit
Artis notitiam, quae modo clara patet.

Primum Genus Affinitatis, quod hodie habet, prohib.

Relictus relictæ fratris.	Uxor fratris olim relictæ.	Fratres.	PRIMUS GRADUS.	Sorores.	Vir Sororis olim relictus.	Relicta relictæ fororis.
1.						2.
	Uxor filii fratris.	Fratris filius.	SECUNDUS GRADUS.	Sororis filia.	Vir filiae fororis.	
	Uxor nepotis fratris.	Fratris nepos.	TERTIUS GRADUS.	Sororis neptis.	Vir neptis fororis.	
	Uxor pronepotis fratris.	Fratris pronepos.	QUARTUS GRADUS.	Sororis proneptis.	Vir proneptis fororis.	

ARBOR AFFINITATIS.

1. 2. Duæ superiores cellulae his numeris notatae, decoris ergo positae sunt, ad genus affinitatis demonstrandum, non habent tamen prohibitionem.

AFFINITATIS DECLARATIO.

Affinitas, secundum Canones, est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad unam finem unitas: eod. quod duae cognationes diversae per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum Canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff. De grad. cognat. l. Non facile. §. Affines.

Scies autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. quæst. 10. Fratemitatis. Per carnalem copulam viri, & mulieris inter consanguineos mulieris, & virum, & inter consanguineos viri, & mulierem contrahitur affinitas primi generis ejusdem gradus, cujus est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire, quoto gradu affinitatis atinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dicitur est in regula: viri, & mulieris, & non viri, & uxoris: quia secundum Canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas, patet de eo, qui cog. consangu. uxoris. suae, cap. Discretionem. & cap. penult. Inter

consanguineos mulieris, & virum, & consanguineos viri, & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item per consanguineos viri, & consanguineos mulieris, nulla est affinitas. Unde duo fratres contrahunt cum duabus fororibus, pater, & filius, cum matre, & filia, sed est consanguinitas inter consanguineos mulieris, & ipsam virum, & consanguineos viri, & ipsam mulierem. De consangu. & affinitat. Quod super his.

Regula, quotiescunque inter unam personarum, de quibus queritur, & conjugem alterius, non est, vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusive, nulla est prohibitio, ut inter me & conjugem nepotis mei, non possit esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum. Aliud exemplum: foror mea habuit maritum, eam mortua maritus ejus aliam accepit, quod defuncto poterat contrahere cum ejus relictâ, quia inter me, & illam relictam, nulla est, nec fuit consanguinitas.

Ad arborem affinitatis, & ejus materiam transeamus. Et primo videndum est, quid sit affinitas, & unde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gra-

duis contrahitur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quaedam notabilia, & quaedam quaestiones. Est autem affinitas, personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela, hoc secundum leges. Sed secundum leges, est proximitas proveniens ex nuptiis, & requiritur secundum leges, quod legitima sint nuptiae, non interdictae, ut contrahatur affinitas. ff. De grad. l. Non facile. §. Scindum. Et dicitur affinitas, quasi duorum in unum finem unitas, eod. quod duae cognationes diversae, per nuptias, secundum leges, vel per coitum, secundum canones, copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut in eo l. §. Affines.

Sed quod per fornicarium coitum, & incestuosum, secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui consangu. uxoris. suae, cap. Discretionem. & eod. tit. cap. penult. Sed consideratio legis fuit circa hereditates, & tutelae deferendas, & ne quis cogatur adversus affinem testimonium dicere. ff. De grad. l. Jurisconsultus. in princip. & ff. de testim. l. 3. & 4. qu. 3. §. Item in criminal. ver. item lege Julia. Sed canon, quod ad matrimonia prohibenda consideravit unionem carnis, quae insurgit ex copula. Et est videre, secundum hoc, quod concurrere potest attentio consanguinitatis, & affinitatis, ut si quis cognoscat consanguineam, omnes consanguinei utriusque sunt utriusque affines. Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. qu. 10. Fratemitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quae fit extra claustra pudoris. 35. qu. 5. Extraordinaria. & adde quod ibi not.

Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate: ut si cognoscat uxorem, vel sponsam, hic impedimentum est publicae honestatis, & affinitatis, si cognoscat non sponsam, hic affinitas sola est. Si sponsam nondum cognovit, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia mortua est uxor tua, & vis contrahere de dispensatione Ecclesiae, cum consanguinea sua, & Ecclesia dispensat, quod possis contrahere cum illa, non obstant, quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publicae honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere, non obstante impedimento publicae honestatis, pro eo, quod desponsasti consanguineam ejus in quarto gradu, & non obstante, quod est tibi affinis in quarto, pro eo, quod dictum desponsatam carnaliter cognovisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personae per carnis copulam, mutat genus, sed non gradum. Isto modo, siis, qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscat mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere; si alius eam cognoscat, ille atinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu. Si ille aliam mulierem cognoscat, illa atinet mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plenè tradidit, extra. De consangu. & affinitat. cap. Non debet. Hic circa hoc non insisto, ergo si persona mihi consanguinea jungat sibi aliam personam carnali copula, persona juncta est mihi affinis primo genere affinitatis, si atinens mihi primo affinitatis genere, carnali copula se alteri commiserit, illa atinet mihi secundo genere, si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quod affinitas non habet hodie prohibitionem, nisi in primo genere, & in illo usque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam speciale computationem graduum: sed computatur gradus affinitatis, secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus, cognoscat mulierem, si vis scire, quoto gradu est tibi consanguineus tuus, secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore & quoto est tibi ille con-

languineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quatuor cellulae, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primò queritur: Quare ponatur in medio fratris, & fororis? Secundo, quare non exprimantur attentio, dicendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis? Ad primum dic, hoc fuisse videtur intelligi, quod affinitas oritur ex consanguinitate, & quod ab utroque sexu virili, & foemineo, affinitas contrahatur. Ad secundum dic, attentio non fuisse expressam, ut illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatem referatur: unde soror, & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater, & vir fororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde à latere dexterae lineae ponitur alia linea, quatuor cellulas continens: in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum hujus alia linea continens alias quatuor cellulas: in quarum prima scribitur uxor fratris olim relictæ, in 2. uxor filii fratris, in 3. uxor nepotis fratris, in 4. uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliae quatuor cellulae: quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliae quatuor: prima vir fororis olim relictus, secunda vir filiae fororis, tertia vir neptis fororis, quarta vir proneptis fororis. Ponuntur etiam aliae duae cellulae, una à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à sinistro relictæ relictæ fororis, quae secundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum genera affinitatis, quae hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas; quarum una oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri fororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa quae oritur in cellula fororis, & finitur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

Circa hoc quæro, quare in cellula, uxor fratris, scribitur olim relictæ, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus ejusdem lineae; Et dic, hoc factum fuisse propter cellulam, quae ponitur ad dorsum illius, quasi dicat, frater habuit uxorem, mortuo fratre, uxor ab eo relictæ contraxit cum alio viro, illa demum mortua, iste relictus à relictæ fratris, vult contrahere cum forore, nunquid potest? Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu, hodie verò potest. Idem sit repetitum, quod ad cellulam viri fororis.

Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis, & genus, tam per formam arboris, quam ex prius dictis, tolle hanc solum regulam magistralem. Per carnalem copulam viri, & mulieris, inter consanguineos mulieris, & virum, & inter consanguineos viri, & mulierem, contrahitur affinitas primi generis, & ejusdem gradus cujus est consanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & non viri, & uxoris, collige ex his, quae in principio dixi. Inter consanguineos mulieris, & virum, & consanguineos viri, & mulierem, ideo dixi: quia inter virum, & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item, inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, nulla est affinitas: unde duo fratres contrahunt cum duabus fororibus, pater, & filius cum matre, & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris, & ipsam virum, & consanguineos viri, & ipsam mulierem. Extra. De consangu. & affinitat. Quod super his. Primi generis quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, & ejusdem gradus cujus est consanguinitas, vide hoc in arbore: Nam frater, & foror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus fororis est frater in primo gradu affinitatis, & sic uxor fratris forori, & sic filia fororis, est filio fratris, & ipsi frater in secundo gradu consanguinitatis, maritus ejus in secundo gradu affinitatis, & e converso, & sic in reliquis. Unde vir proneptis fororis atinet fratri, & omnibus descendentes, qui sunt in arbore, quatto gradu affinitatis, & hoc ideo: quia toto gradu

consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi; quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu, secundum regulas traditas in proxima arbore.

Post hoc notandum est, illud præcisè non sequitur, ego & tu sumus affines; ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus atinentiæ, quia ego sum tibi affinis, ipse consanguineus tuus nihil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, si ego & tu sumus affines, per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si est dicta consanguinea tua, filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis, sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si verò tu consanguineus uxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus atinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu, & uxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo, vel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, ipse mihi in quarto. Si verò tu, & uxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed uxor mea erat remotior, ut quia ipsa in tertio, & tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus, nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota, quod istud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam, quia si habeam consanguineam tuam in uxorem, tu bene contrahere potes cum filia mea, quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem, & consanguineos viri, ut dixi, & probatur extra, de consang. & affin. Quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsitan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto, & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Nunc queritur: An affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum usque ad quartum gradum? Et si teneremus opinionem Goffredi, de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus, quod usque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem, dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod abstinere debemus à consanguineis uxoris, ut à propriis. *Ext. de consanguin. & affin. cap. 1. 35. qu. 3. de propinquis. & cap. Equaliter.* Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines ad idem. *Instit. de nupt. §. Affinis.* & dicit lex: quod tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum & liberorum. *ff. De gradibus. l. Non facile. §. & retro. in fine.* Eodem modo posset formati questio de affinibus, quorum unus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguinitate dixi, supra, in arbore proxima in fine. An autem liceat diversis temporibus habere in uxores duas cognatas, scilicet uxores duorum fratrum, & an conjuncti olim in gradu prohibito, hodie permisso, simul manere possint, de hoc Vide, *not. extra. De consang. & affin. cap. Non debet.*

Ultimò queritur ad utramque arbores, an prohibitio consanguineorum, vel affinium conjungendorum, procedat ex prohibitione Divina, an ex humana, & quare facta sit prohibitio? Breviter scias, quod olim propter necessitatem frater necessarius habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis. Unde tunc in collateralibus non erat prohibitio, hoc fuit à principio generis humani, in filiis Adæ. Hoc etiam fuit post diluivium in nepotibus Noë. In Levitico verò prohibita fuerunt ferè duodecim personæ, quas vide, *not. extra. De rescriptis. spol. cap. Litteras & de divor. cap. Gaudemus.* Deum jus positivum Canonum prohibuit consanguineos affines primi generis conjungi in septimo gradu, & ceteriori: quæ

prohibitio postea usque ad quartum gradum est stricta. *Extra. eod. cap. Non debet.* Revocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, ut patet. Revocatio verò fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & extra, de testibus. *cap. Licet ex quadam.* Per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex jure Divino, & partim ex positivo. Unde in secundo gradu æqualis lineæ collateraliales contrahere possunt jure Divino, sed non positivo. Ratio verò prohibitionis sumitur 35. qu. 1. c. 1. Fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater, & socer, mater, & socrus, vir, & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socrum, numerosius se charitas protenderet: in qua universi fideles, & præcipuè studentes, continè perferent per gratiam ejus, qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

7. Gradus consanguinitatis uxoris computandi sunt, sicut gradus viri. *Ibidem. cap. Porrò. Vide, ubi supra n. 3. Vide, Consanguinitas. Concil. Vormatiense 1. capit. 78. Concil. Cabilonen. 3. capit. 29. Concilium Moguntinum sub Leone IV. cap. 30 supra. num. 4.*

8. Gradus consanguinitatis & affinitatis numerantur, usque dum cognoscitur generatio.

In copulatione fidelium generationis numerum non definimus: sed id statimus, ut nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione, uxorem accipere, usque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoriæ retinetur. 35. qu. 2. c. In copulatione.

Et ut de consanguinitate sua nullus uxorem dicat usque ad septimam generationem, quousque parentela cognosci poterit. Quod prius à Nicolao II. statutum fuit. *Concil. Romanum sub Alexandro II.*

9. Gradus consanguinitatis usque ad quartum, impediunt matrimonium.

Inquiri verò diligentius veritate, si per testes circumspicatos omni exceptione majores invenieris, quod primus vir superfluum quartò gradu consanguinitatis attingit, non differas divortii sententiam promulgare; æquè enim (ut Canonem dicunt) abstinendum est à consanguineis uxoris, ut propriis. *De consang. & affin. cap. 1. Ex litteris. Concil. Vormatiense 1. cap. 78. ubi supra num. 4. De consang. & affin. cap. Non debet. Vide, Affines. n. 8.*

10. Ultra quartum non impedit. *Ibid. capit. Non debet. supra. Vide, Matrimonium. Vide, Consanguinitas. Vide, Affinitas.*

11. Fratres Germani possunt duas sorores accipere in uxores.

Peto, an debeant duo germani fratres singulas sorores accipere, quæ sunt ab illis longè progenie generatæ? - - - Hoc fieri modis omnibus licet. Nequaquam enim in sacris eloquiis invenitur, quod huic capitulo contradicere videatur. *Greg. I. lib. 12. ep. 31. cap. 5.*

12. Gradus consanguinitatis, & affinitatis, quomodo exprimiendi ad obtinendas dispensationes à Papa. *Pius V. const. 13. Sanctissimus.*

13. Gradus parentelæ per propinquiores probandi, & si isti deficiant, probandi per antiquiores, quibus nota sit. 35. qu. 6. cap. 1. *Consanguineos. post epist. 3. Fabiani. Vide, Consanguinei. n. 1. &c. Videtur nobis. Vide, Consanguinitas. n. 6.*

14. Gradus parentelæ per quot testes probari debent. *Vide, Testes.*

15. Gradus prohibiti ad faciendâ matrimonium sunt inter filios, fratres & sorores. Inter filios duorum fratrum, vel duorum sororum, cum noverca, cum cognata, id est,

uxore

uxore fratris, atque cum secunda generatione.

Quædam terrena lex in Romana Republica permittit, ut si frater, siue sororis, seu duorum fratrum germanorum, vel duorum sororum filius, vel filia miscantur. Sed experimentò didicimus, ex tali conjugio sobolem non posse crescere, & sacra Lex prohibet, cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est, ut jam tertia vel quarta generatio fidelium, licenter sibi jungi debeat. Nam secunda quam diximus, à se omnimodo debet abstinere. Cum noverca autem misceri, grave est facinus, quia & in lege scriptum est, erunt duo in carne una, qui turpitudinem novercæ, quæ una caro cum patre fuit, revelare præsumpserit, profectò patris turpitudinem revelavit. Cum cognata quoque misceri, prohibitum est, quæ per conjugationem priorem, caro patris facta est. *Gregorius I. lib. 12. epistol. 31. c. 6.*

16. Gradus affinitatis ultra primum non impedit matrimonium, nè sit validum. *De consanguinitate. &c. cap. 4. Non debet. Vide, uti supra. n. 9.*

17. Gradus parentelæ olim usque ad septimam generationem erant prohibiti. Et omnes gradus referuntur.

Quod autem scripsi Augustino, Anglorum gentis Episcopo, &c. de sanguinis conjunctione ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, nè à bono, quod ceperat, metuendo anteriora recederet, specialiter, & non generaliter ceteris, me scripsisse cognoscas. Unde & mihi omnis Romana civitas extitit testis, nec eâ intentione hæc illis scriptis mandavi, ut postquam firmâ radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inventi, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem conjugantur; sed adhuc illos neophytos existentes sapissimè eos prius illicita docere vitare, & verbis, ac exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet. *Greg. I. lib. 12. ep. 32.*

Non licet, ut aliquis suam novercam accipiat uxorem. Non licet, ut filiam uxoris suæ quis accipiat. Non licet ut relictam fratris sui quis in matrimonio ducat. Non licet duas sorores, si una mortua fuerit, alteram in conjugium accipere. Non licet consobrinam, hoc est, quæ de duobus fratribus, aut de duobus sororibus procreantur, in conjugium accipere, nec qui de ipsis nati fuerint, in conjugio sociantur. Non licet, ut nepos avunculi uxorem accipiat. *Concil. Antiochenense. cap. 27. 28. 29. 30. 31. & 32.*

18. Gradus inter fratrem, & sororem, non facit primum, sed inter filiam sororis vel fratris.

Quidam etiam generationem consanguinitatis ita volunt numerare, ut frater & soror sint primi. Hoc autem statuit Sancta Synodus, sicut etiam ab antiquis Patribus decretum est, ut ita non esset, sed ut nepos, & neptis, id est, filius fratris, ac filia sororis, primi habeantur. *Concil. Salegonstadiense. c. 11.*

19. Gradus consanguinitatis & affinitatis, pro contrahendo matrimonio possunt ab Ecclesia dispensari. *Concil. Trident. sess. 24. Canone 3. Vide, Affinitas. Vide, Consanguinitas. Vide, Matrimonia prohibita ratione affinitatis, & ratione consanguinitatis. Vide, Parentela.*

Grammatica.

1. Grammaticam ignorans, removendus est ab Episcopatu. *De ætate, qualitate, &c. Ord. persiciend. c. fin. Vide, Episcopus. tit. 1. n. 6.*

2. Grammaticam non debet docere Episcopus. *Vide, Episcopus à quibus debet abstinere.*

Tomus II.

Grangia.

Grangia Monachorum, quæ non habeat curam animarum, non tenentur solvere procuraciones.

Authoritate præsentium districtè inhibemus, nè quis pro eo, quod quandoque in grangiis vestris ponitis, aliquos vestros Monachos Sacerdotes, qui celebrant in Capellis, ibidem consistentibus curam non habentibus animarum, audeat à vobis procuraciones pro ipsis grangiis extorquere. *Honorius III. Ex Cirone De Capellis Monachorum. c. 1.*

Supplicastis siquidem nobis, quod cum Venerabili Fratris nostro Rheimensi Archiepiscopo, nec non aliis Diocesanis, & locorum Archidiaconis procuraciones ratione visitationis debitas in monasterio, & prioratibus ipsis hilariter exsolvatis, nè de curiis, aut grangiis, seu manfis, in quibus non inhabitant Monachi, sed ex inde monasterio vestro, & ejus prioratibus victualia ministrantur, procuraciones solvere tenemini, vobis autoritate dignaremur Apostolicâ indulgere. Cum ergo locis hujusmodi non sit necessarium, officium visitationis impendi, cuius causâ procuraciones debentur, nos vestris supplicationibus annuentes, ne ratione locorum talium procuraciones solvere compellamini, autoritate præsentium indulgemus. *Ibid. de Censibus cap. 2.*

Grascia.

1. Grasciæ congregatio Romæ à Paulo V. confirmata, & ejus autoritas declarata. *Constitutione 70. Pastoralis.*

2. Omnes Constitutiones factæ pro Grascia Urbis & Statûs confirmantur ab Innoc. X. *Constit. 7. Et sic. Quæ præcipit, & quæ prohibet. Ibidem.*

Grassatores viarum.

Vide, *Ecclesiasticus Status. Vide, Via.*

Gratia, seu concessio.

1. Gratia facta in beneficium alicujus, non potest retorqueri contra eum.

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. *De Regulis juris in 6. Regul. 61.*

2. Gratia generalis non præjudicat speciali, sed debet facere mentionem de præcedenti privilegio.

Si propter tua debita persolvenda, fructus beneficiorum primi anni, quæ in tua vacabunt Diocesi, tibi (non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, privilegiis, vel statutis, per quæ nostra impediti potest concessio) usque ad quinquennium, de speciali gratia concedimus, intentionis nostræ nequaquam existit, si fructus hujusmodi Ecclesiæ tuæ fabricæ, vel alteri usui, seu cuicumque singulari personæ de speciali consuetudine, privilegio, vel statuto fortitan debeantur, quod eis per concessionem ipsam (nisi hoc expressè caveatur in ea) præjudicium aliquod generetur. *De rescriptis in 6. cap. Si propter.*

3. Gratia concessa de providendis aliquibus, non expressis personis, mortuò concedente, etiam re integrâ, non expirat. Si verò personæ sint expressæ, expirat, re integrâ.

Si cui (nullâ personarum factâ expressione) sit gratiose concessa facultas, ut autoritate Apostolicâ possit aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere, vel beneficia (quorum collationem ad S. A. legitime devoluta) conferre, contradictores eadem autoritate per censuram Ecclesiasticam compescendo, hujusmodi concessio (quam, cum specialem gratiam continet, decet esse mansuram) non expirat, tetiam re integrâ, per obitum concedentis. Secus si super provisione certa personæ faciendâ sit data potestas eadem, non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, gratiam,

Bb 3

vel

vel favorem, illa quidem expirat omnino, si concedens, re integrâ, moriatur. *De præbendis, &c. in 6. cap. Si cui nulla.*

4. Gratia revocata, quod jus manet in eo, cui fuit facta.

Siis, cui de Canonicatu, præbenda & dignitate, personatu, vel officio, per f. r. Nicolai, vel Cælestini, prædecessorum nostrorum litteras gratia in aliqua Ecclesia facta erat, Constitutionis nostræ revocatoria tempore, Canonicatum & præbendam, dignitati, personatu, vel officio alicui non annexam erat adeptus, licet dignitatem, personatum, seu officium inibi expectaret, propter expectationem hujusmodi, privatus non intelligitur jure, quod in Canonicatu, præbenda, fuerit canonicè affectus, justamen, quod ad dignitatem, personatum, vel officium, competeat eidem, juxta verba dictæ revocationis intelligitur revocatum. Non sic autem, si Canonicatum cum dignitate, personatu, aut officio, conferri tantum Canonico consueverit, fuerat affectus sub expectatione præbendæ, cum jus magis dignum, quod iste in dignitate, personatu, seu officio hujusmodi jam habebat, jus minus dignum Canonicatus retineat, cujus Canonicatus ratione jus eidem saluum remanet ad præbendam, nulli alii debitam, Apostolicâ ante ipsum auctoritate recepto. Sed & si ex Episcopi, vel alterius cujuscuque collatione, vel provisione, adeptus fuerat in eadem Ecclesia dignitatem, personatum, sive officium, conferri tantum Canonico consueverat, præfatus, qui Canonicatum auctoritate Apostolicâ jam habebat, idem erit censendum. *Ibidem. cap. Si is cui.*

5. Gratiæ revocatio nocet expectanti præbendam.

Nos neutrum illorum habere jus decernimus in eadem. Primum enim collatio post & contra decretum, à dicto Cælestino interpositum, facta, (licet ab ignorantibus, & etiam ignorantibus) non obtinet firmitatem. Jus verò, quod secundo ad præbendam, non in præbenda hujusmodi competeat, (cum nostram revocationem ejus collatio non præcesserit) per eam penitus est sublatum. *Ibidem. c. Quodam.*

6. Gratiarum revocatio in beneficalibus, quas personas, & quales gratias comprehendit.

Præfenti declarandum duximus Sanctione, quod in illis (qui editionis tempore prædictæ, ultra statutum numerum erant per eosdem prædecessores Canonici, sub expectatione præbendarum, vel etiam portionum) eadem constitutio locum habet. Si autem hujusmodi recepti ultra numerum, distributiones, & alia, ut Canonici de numero existentes, sic tempore dictæ revocationis habebant, quod per cessionem, vel decessum illorum, qui erant intra numerum, ex vigore prioris gratiæ nil amplius assequi expectabant, nisi distributionum, seu partium suarum augmentum, (cum forsitan esset Ecclesia, in qua Canonicorum, non autem portionum numerus, vel præbendarum distinctio habebatur) quantumque inter pauciores, cujusvis Ecclesiæ dividuntur proventus, tantò majores fieri possunt singulorum percipientium portiones; ad istos, vel eos, qui per litteras facultatis dictorum prædecessorum nostrorum, in aliquarum Ecclesiarum Canonicos erant recepti, (licet præbendas, vel alia beneficia expectarent) constitutionem, certum est, non extendi præfatum. In illis verò, qui ultra numerum auctoritate præfata in aliquarum Ecclesiarum Canonicos jam recepti, quantum ad Capitulum, & ad chorum, ac distributionem perceptionem quotidianarum plenitudinem Juris Canonici tunc habebant, sed in eis dignitates, personatus, præbendas, portiones, vel alia beneficia, quæ dantur tantum existentibus de numero, expectabant, constitutionem præfata locum habere, ratione hujusmodi expectationis) dubium non existit. Sanè in iis, qui super Canonicatibus, præbendis, & dignitatibus Parochialibus, vel aliis Ecclesiis, seu beneficiis quibuscunque, à dictis prædecessoribus nostris litteras impetraverunt, etiam per executores illorum factæ fuerint reservationes, de-

creti interpositiones, varisque processibus, & etiam eadem beneficia tunc vacabant, & per imperantes petiti fuerat ab executoribus, quod eis illa conferrent, non tamen ipsorum beneficiorum vacantium collationes tunc temporis erant factæ, locum habet constitutio prædicta, ut omnes hujusmodi gratiæ (quarum ratione tunc non erat ad collationem processum, & sic per consequens, jus in re non fuerat ipsis imperantibus acquisitum) intelligantur penitus revocata. *De concess. præbend. in 6. c. Quoniam.*

7. Gratia facta à Principe, debet manere.

Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum. *De regul. jur. in 6. reg. 16.*

8. Gratia non transit in exemplum.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. *Ibidem. regula 74.*

9. Gratia de obtinendo beneficio, non extenditur ad erectum post datam. Clementina de Rescriptis. cap. final. Vide, Beneficium. tit. 17. n. 9.

10. Gratia Sedis Apostolicæ, ut faciant fidem, quid requirunt. Vide, Scripturæ.

11. Gratia concessa à Papa, cum verbo, ad beneplacitum nostrum, expirat mortuò Papâ; si verò conceditur cum verbo, ad beneplacitum S. A. mortuò Papâ non expirat, sed durat usquedum à successore revocetur. De rescriptis. in 6. cap. Si gratiosè. Vide, Beneficium. tit. 37. n. 7.

12. Gratia facta alicui, intelligitur sine præjudicio tertii, etiam si sit de restitutione in pristinum.

Quamvis is, cujus gratia (per quam mandabatur in certa Ecclesia provideri sibi de beneficio proximo vacaturo) per nos fuerat revocata, restituatur à nobis denuò ad eandem; non tamen ei, cui post revocationem, & ante restitutionem prædictas, similis in eadem Ecclesia gratia facta fuit, (nisi de hoc expressè dixerimus) anteferri debet. Cum talis restitutio, ubi aliud non exprimitur, intelligatur fieri sine juris præjudicio alieni. *De rescriptis. in 6. c. Quamvis.*

13. Gratia posterior derogat priori, etiam si de ea non fiat mentio.

Nam primæ generali gratiæ tibi factæ, derogat posterior specialis, licet de illa non fecerit mentionem. Simili ratione, si post facultatem concessam à nobis conferendi beneficia tuæ Diocesis, (quorum collatio est ad S. A. devoluta) nos eorum aliquod, antequam tu conferas, conferamus specialiter alicui, vel conferri mandemus, de concessione tibi facta, non habet mentionem, facta per nos collatio Canonica est censenda. *De præbend. in 6. cap. Quamvis.*

14. Gratiâ expectans de beneficio vacaturo, si interim obtinet aliud, perdit primum. Clem. de rescriptis. cap. Gratiæ. Vide, Expectativa. n. 1. Vide, Beneficia vacatura.

15. Gratiæ dispensationem non possunt habere effectum, nisi prius litteræ expendantur. Urbanus VIII. const. 6. cap. 52.

16. Gratia Principis latissimè interpretanda est. Quia verò quidam mandatum nostrum interpretari aliter, quam deceat, moluntur, (cum beneficia Principum sine interpretanda largissimè) nostrum aperiendum duximus intellectum, &c. De verborum significatione. cap. Olim.

17. Gratiæ tangentes interessè Camera, debent registrari in Camera, aliàs sunt nullæ. Pius IV. const. 98. Sed nullitatem revocavit Urbanus VIII. const. 107. Cum sicur.

18. Gratiâ, vel justiciam à S. A. obtinere per pactum, vel pecuniam procurans, quas

pe-

penas incurrit. Vide, Sedes Apostolica. Ubi diffusè habes omnia circa hoc.

19. Gratiæ expectatiæ, seu mandata de providendo, non possunt concedi. Concil. Trid. sess. 23. De reformat. cap. 19. Neque ad vacatura beneficia. Ibidem. Nec in favorem Cardinalium. Vide, Expectativa.

20. Gratiæ concessæ inquisitis, in causa fidei, contra styllum, reducendæ sunt ad terminos juris, ac si non emanassent. Pius V. const. 22. Inter.

Vide, Mandans. Vide, Mandatum.

Gratia, & adjutorium DEI.

1. Gratia DEI est homini necessaria ad operandum sanctè. Innoc. I. ep. 24. & 25. Vide, Adjutorium Dei n. 1.

2. Etiam homines justî indigent gratiâ ad benè operandum & sanctè vivendum. Innoc. I. ep. 25. Ibidem.

3. Gratia est necessaria, non solum, ut faciliùs implcamus, quod per solum liberum arbitrium possumus, sed ut possimus.

Item placuit, ut quicumque dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, faciliùs possimus implere per gratiam, tanquam etiam gratia non daretur, non quidem faciliè, sed tamen possumus etiam sine illa implere Divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficiliùs potestis facere; sed ait: Sine me nihil potestis facere. *Concil. Milevitan. cap. 5. Et de consecratione distinction. 4. cap. Placuit ut quicumque il. 3. ex ead. & ex Conc. Afri. cap. 80. & Cælestino I. ep. 1. cap. 10. Conc. Trid. 6. Can. 2.*

4. Sine ea homo nec diligere, nec sperare, nec pœnitentem potest, ut oportet, ad justificationem. Concil. Trid. ibid. Canon. 3.

5. Sine gratia nullum opus pertinens ad salutem fieri potest.

Si quis per naturam vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare non expedit, aut eligere, sive salvari (id est, Evangelizanti) prædicationi consentire posse conueniat, absque illuminatione & inspiratione Spiritûs Sancti, qui dat omnibus suaviter in consentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur spiritui, non intelligens vocem DEI in Evangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Nunquid idonei sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis? Sed sufficientia nostra ex DEO est. *Concilium Arausican. 2. cap. 7.*

Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratiâ, omnes baptizati, CHRISTO auxiliante & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere, &c. Hac etiam salubriter profitemur & credimus, quod in omni opere bono non nos incipimus, & postea per DEI misericordiam adjuvamus: Sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem sui prius inspirat, ut & Baptismi Sacramenta fideliter requiramus, & post Baptismum, cum ipsius adjutorio, ea, quæ sibi sunt placita, implere possimus. *Ibidem. cap. ult. Concil. Trid. sess. 6. cap. 5.*

6. Sine gratia nec cognoscere, nec appetere potest homo, quæ sunt DEI.

Hoc primorum hominum peccatum propagatione in omnes homines transtulit, ac secum penam suam trahere, ut sint natura omnes homines iræ Dei, mortis & damnationis rei, & in peccatum proni; qui per libertatem arbitrii sui, (quæ exigua & infirma in iis restitit) nondum adjuti gratiâ Dei, ea, quæ sunt

spiritus, & ad salutem conferunt, non agnoscere, nè dum appetere queant. *Concil. Mogunt. 4. cap. 5.*

7. Sine gratia, quam meruit nobis CHRISTUS, superare non possumus tentationes. Innoc. I. ep. 24. & 25. Vide, uti supra n. 1.

8. Gratiæ necessitatem negans ad bona opera, est hæreticus. Innoc. I. ibid. Conc. Trident. sess. 6. Can. 3.

9. Sine gratia DEI mandata impleri non possunt.

Placuit, ut quicumque dixerit, gratiam DEI, quâ justificamur per J. C. D. N. ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit. *De consec. Dist. 4. cap. Placuit ut quicumque il. 2. Ex Concil. Milevitan. cap. 3. & Africano. c. 78. Et cap. Placuit il. 3. Vide, supra n. 3. De consec. dist. 4. cap. Gratia. Vide, Fides. tit. 13. n. 2.*

Quisquis dixerit, eandem gratiam DEI per J. C. D. N. propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum: (quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus) non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. *Idem. Quisquis dixerit. ex eodem Milev. cap. 4. Et Cælestino I. ep. 1. cap. 10.*

10. Sine Gratia DEI, nullus potest salvari, nec reparari.

Natura humana, tetiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullò modò se ipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine gratia DEI salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine DEI gratia poterit reparare, quod perdidit? *Conc. Arausican. 2. c. 19.*

11. Gratia DEI est necessaria ad resurgendum à peccato.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui illi donet, qui solus est bonus. Quod in eisdem scriptis ejusdem Pontificis sententia protestatur, dicens: Nunquid nos de eorum post hæc rectum mentibus assimemur, qui sibi se putant debere, quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse contendunt? *Cælest. I. ep. 1. c. 5.*

Homo quoque de se ipso manifestis indicibus revincatur, in tantum ritè factus, ut qui per Divinam gratiam potest surgere post ruinam, multò amplius potuisse doceatur, si eandem gratiam devotè mente sequeretur, integer permanere, quantumque gratia illa prævaleat, magis inde cognosci, dum & incolumis absque eadem stare nequiverit, & valeat ad eandem incolumitatem redire post lapsum. *Gelas. ep. adversus Pelagianam heresim.*

12. Gratia DEI est necessaria ad vincendum tentationes & concupiscentias. Cælestino I. ep. 1. c. 6. Vide, DEUS. n. 18. Conc. Mogunt. 4. cap. 6. Vide, Baptismus tit. 9. n. 5.

13. Gratia DEI juvat, nè committantur & ad remissionem eorum. Conc. Milevit. cap. 3. Conc. Affric. cap. 78. De consec. Dist. 4. cap. Gratia. c. Placuit il. 2. & cap. Quisquis dixerit. Vide, supra n. 3. & 9. Cælest. I. ep. 1. c. 10. Ibidem.

14. Gratia DEI sanat liberum arbitrium, non tollit illud; imò liberat, illustrat, & rectificat.

Item de gratia, per quam salvantur credentes, & sine qua rationalis creatura nunquam beatè vixit, & de libero arbitrio per peccatum in primo homine infirmato, sed per gratiam Domini JESU Fidelibus ejus redintegrato & sanato, id ipsum constantissimè & fide plenè fatemur, quod SS. PP. auctoritate Sacrarum

Bb 4

Scr-

Scripturarum nobis tenendum reliquerunt: quod Africa, quod Arausica Synodus professæ est, quod SS. Pontificis Apostolicæ Sedis Catholicæ fide tenentur. *Concil. Valent. 3. cap. 6. Celest. I. ep. 1. cap. 12. Vide, DEUS. n. 17.*

Neque enim liberum arbitrium asserentes Divinam excludimus propterea gratiam, quod illi falsò toties imponere non verentur, atque hoc sumo credulorum oculos perstringere, sed juxta sacram Scripturam teò extendimus, ut voluntas humana Misericordiæ prævenientis auxilio sussulta, & interiori quodam, & occulto secretioris inspirationis afflatu contracta, sese convertat in DEUM, DEO appropinquet, & ad veram illam gratiam se præparet, quâ tandem acceptâ sit ad vitam æternam. Neque tamen tanta gratiæ necessitas libero præjudicat arbitrio, cum illa semper sit in promptu, nec momentum quidem prætereat, in quo DEUS non stet ad ostium, & pulset; cui si quis aperuerit januam, intrabit ad illum, & cœnabit cum illo. Nec denique tale sit hujusmodi trahentis DEI auxilium, cui resisti non possit. Quoties enim Dominus voluit congregare filios Hierusalem, sicut galilina congregat pullos suos sub alas, & noluerit? *Conc. Senon. cap. 17. Conc. Trid. sess. 6. c. 5. & Canon. 4.*

15. Gratiæ DEI adjuvatio homo bene utitur libero arbitrio.

Quod autem nemo, nisi per gratiam, liberò bene utatur arbitrio, idem Magister in Epistola ad Militanum Concilium data, prædicat, dicens: Adverte tandem, o pravissimum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa deceptit, ut dnm indulgentiùs frænis ejus utitur, in prævaricationem præsumptione conciderit. Nec ex hac potuit erui, nisi ei, providentiâ regenerationis, statum pristinae libertatis CHRISTI Domini reformasset adventus. *Celest. I. ep. 1. c. 7.*

16. A gratia DEI omnia opera bona habent originem. *Celest. I. ep. 1. c. 8. Vide, Bona opera. n. 1.*

17. Gratiæ DEI facit, ut ipsa invocetur.

Si quis ad invocationem humanam gratiæ DEI dicit confertur, non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur à nobis, contradicit Istaè Prophetæ, vel Apostolo idem dicit: Inventus sum à non querentibus me: Palam apparui his, qui me non interrogabant. *Conc. Arausic. 2. cap. 5.*

18. Gratiæ DEI præparat voluntatem hominis, ut ipsa purgetur, velit ac proficiat, & non ipsa expectat voluntatem.

Si quis, ut peccato purgemur, voluntatem nostram DEUM expectare contendit, non autem, ut etiam purgari velimus, per Sancti Spiritus infusionem & operationem in nos fieri conseretur, resistit ipsi Spiritui Sancto per Salomonem dicenti: Præparat voluntas à Domino, & Apostolo salubriter prædicante: DEUS est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. *Ibid. c. 4.*

19. Gratiæ prævenit voluntatem hominis, quæ secretiori afflatu contracta, se convertit ad DEUM. *Conc. Senonense. cap. 15. supra. n. 14.*

20. Gratiæ DEI est causa, cur homo credat, velit, petat, & cætera bona faciat.

Si quis sine gratia DEI credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, querentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit confertur, non autem divinitus, ut exclamamus, velimus, vel hæc omnia sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem Sancti Spiritus in nobis fieri conseretur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ subjungit gratiam adjuvati, nec ut obediens, & humillimus, ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes, quod non accepisti? Et, Gratiâ Dei sum id, quod sum. *Conc. Arausic. 2. cap. 5.*

21. Gratiæ DEI est causa, cur quis voveat.

Nemo quicumque Domino rectè voverit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur: Quæ de manu tua accepimus, damus tibi. *Ibidem. cap. 11.*

22. Gratiæ DEI acquiri non potest, sine ejus auxilio. *Celest. I. ep. 1. cap. 5. Vide, supra. n. 11.*

23. Gratiæ DEI præcedit bona opera, ut fiant, ut eis præmium debeat.

Debetur merces de bonis operibus, si fiant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiant. *Conc. Arausic. 2. c. 18. Celest. I. ep. 1. c. 12. Vide, uti supra. n. 14.*

24. Gratiæ DEI cooperatur homo, & hoc donum DEI est. *Celest. I. ep. 1. c. 12. Ibid.*

25. Gratiæ excitans & adjuvans est initium justificationis. *Conc. Mogunt. 4. cap. 7. Vide, Caritas. n. 10.*

26. Gratiæ DEI donum est initium fidei, & ejus augmentum. *Conc. Arausic. 2. c. 5. Vide, Fides. tit. 1. n. 17.*

27. Gratiæ DEI est ab errore rescipiscere, fidem habere, & ad Sacramentum Baptismi pervenire.

Præter eas autem BB. & A. S. inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi Patres, pestiferæ novitatis elatione dejecti, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque ad finem perseverantium ad CHRISTI gratiam referri docuerunt. *Celest. I. ep. 1. cap. 11.*

Si quis (alius misericordia, alius verò per liberum arbitrium, quod in omnibus, qui de prævaricatione primi hominis nati sunt) constanti sententiâ hominem ad gratiam Baptismi posse venire contendit, à recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium, per peccatum primi hominis, afferit infirmatum, aut certe ita læsum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione DEI mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quàm sit contrarium, ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit. Sicut & Petrus dicit: Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere Dominum JESUM CHRISTUM, nisi in Spiritu Sancto. *Conc. Arausic. 2. cap. 8.*

Eccè sine Divino suffragio, quod in illa beatitudinis positus nunquam legitur expectisse, non solum hominâ naturale bonum potesse non poterit, non solum non effecit beatum, sed cum hoc solo confidit, atque ad ejus non revertitur largitorem, & beatitudinem potius amisit, & malorum omnium sumpsit exordium, &c. Quis autem audeat dicere Christianus aliquid habere boni sine gratia? Quando Magister gentium clamat, cuncta breviter se dona concludens: Gratiâ DEI sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, &c. Quid autem haberi possit sine gratia, cum sit fides ipsa per gratiam? Eodem Apostolo nos docente: Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem. Nec aliud est misericordia Divina, quàm gratia. Audiamus etiam quemadmodum informat Ecclesiam: Gratiâ, inquit, salvi facti estis per fidem, ut principium salutis & fidei à gratia cœpisse disliceret, sicut secutus annectit: Et hoc non ex vobis, sed DEI donum est, &c. Quibus evidenter apparet, non naturalis libertatis arbitrium gratiam promereri, sed potius per gratiam recipere, ut à servitute, quam peccando meruerat, misericorditer absolutum esset, &c. *Gelasius Ep. 7. Conc. Trid. sess. 6. Can. 3.*

28. Gratiæ perseverantia usque in finem est donum DEI. *Celest. I. ep. 1. c. 11. Et hoc adjuvati est implorandum pro perseverantia. Ibid. c. 10. supra. n. 9. & n. 27. Conc. Trid. sess. 6. c. 13.*

29. Gratiæ adjuvati est bene cogitare, & à malis abstinere. *Conc. Arausic. 2. c. 9. Vide, Adjuvati. n. 1.*

30. DEUS operatur, ut quod ipse vult, nos velimus. *Celest. I. ep. 1. c. 12. supra. n. 14.*

31. Quales nos diligit DEUS.

Tales nos amat DEUS, quales futuri sumus ejus dono, non quales nostro merito. *Conc. Arausic. 2. cap. 12.*

32. Gratiæ DEI est, diligere DEUM. *Concil. Arausic. 2. cult. Vide, Diligere. n. 1.*

33. Per gratiam DEI potest homo præservari ab omni peccato, sed an de facto aliquis extiterit, talis nescitur.

Æstimant igitur quidam, in hac vita posse quemquam hæc perfectione consistere, ut nullis prorsus fragilitatis humanæ pulsetur affectibus, nec corporeis exagitur illecebris: quod quisque, si propriis viribus sueque proposito voluntatis existimet adipisci, semetipsum seducit, & veritas in eo non est, &c. Sin verò quisquam non possibilitate facultatis humanæ, sed per Divinam gratiam hoc asserat, in hac vita quibuslibet Sanctis posse confertur, bene quidem facit, (nam donò DEI cuncta possibilita sunt) talia confidenter optari, est sperare fideliter. Sed utrum aliqui tales extiterint, qui usque ad hanc perfectionem vitam præsentis acceperunt, sicut nusquam evidenter astruitur, sic nos facit vel firmare, vel impugnare non convenit, &c. *Vide, n. 11. Gelasius in ep. contra heresim Pelagianum.*

34. Gratiæ DEI, quæ datur in Baptismo, & hominem renovat, non sufficit ad superandas tentationes & concupiscentias, sed requiritur quotidianum adjuvati DEI. *Celest. I. ep. 1. cap. 6. ubi supra. n. 12.*

35. Gratiæ DEI, quæ nos adjuvat ad bene operandum, non consistit in sola manifestatione legis, ut scilicet sciamus, quid agere debeamus. *Conc. Milevit. cap. 4. Concil. Afric. cap. 78. Celest. I. ep. 1. c. 10. Vide, supra. n. 3. & 9.*

36. Gratiæ prædestinationis conjungit homines Christo insolubiler. *Conc. Constant. contra art. 41. Joann. Hus. Vide, in Bullario.*

37. Gratiæ adjuvati ad singulos actus bonos necessarium non datur secundum hominis merita.

Ut fateatur, gratiam DEI & adjuvati etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundum merita nostra. *Conc. Diospolit. cap. 7.*

Illud autem Pelagianorum peculiare virus est, olimque detritum, quò putant, gratiam DEI secundum merita hominum posse confertur, quod ablit à mentibus Christianis; cum testetur Apostolus: Gratia est quæ gratis datur; alioquin si ex operibus gratiæ, jam non est gratia: quia merces redditur, non gratis, unde gratia nomen accepit, impenditur. *Gelasius ep. 6.*

38. Sed datur gratia ex motivo misericordiæ DEI.

Octavo: ut reverà sit gratia, id est, gratis data per ejus misericordiam, qui dixit: Misereor, cujus miserus ero, & misericordiam præstabo, cui miserus fuero. *Conc. Diospolit. cap. 8. Et Gelasius ibid.*

39. Gratiæ auxilium potest voluntas resistere. *Conc. Senon. cap. 15. supra. n. 19. Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. & Canon. 4.*

40. Gratiæ auxilium circa hominem semper est in promptu, & ne momentum quidem est, in quo DEUS non stet ad ostium, & pulset. *Conc. Senon. c. 15. supra. n. 14.*

41. Gratiæ excitans & præveniens in homine justificando multa operatur: Mecum enim supplicia præfinita peccatis, deflectit à peccatis ad Dei misericordiam, fide tenet Deum per Christum velle misereri, sibi velle esse propitium, ipsum diligit, & peccatum odisse incipit.

Hanc verò prævenientem gratiam, cum per alia media, tum potissimum in prædicatione Verbi, ad conversionem hominis operari, dum homo peccatorum suorum admonitus, & à DEO, iusto Judice, constituta peccatis supplicia metuens, mox excitatus & adjuvatus DEI gratiâ à timore peccati ad DEI misericordiam cogitatione deflectit, & cum alia omnia in scripturis revelata, tum hoc præcipue fide firmâ capit, DEUM peccatoribus propter CHRISTUM misereri velle. Quâ subnixus fiducia, spem concipit, & timorem animo ejicit, ac DEUM, quem ad miserandam proclivem, sibi que jam propitium credit, diligere, & peccata, quæ ipsum à DEO separabant, odisse incipit, &c. *Conc. Mogunt. 4. cap. 7.*

42. Gratiæ præveniens, excitans & adjuvans, est necessaria ad justificationem, ut homo ad eam se præparet. *Conc. Trid. sess. 6. Can. 3.*

43. Gratiæ justificans. Vide, infra, Gratiæ sanctificans.

44. Doctrina de gratiâ & libero arbitrio, quam sequitur Romana Ecclesia, est illa, quam tradit S. Augustinus in suis libris; maxime ad Hilarium & ad Prosperum.

De arbitrio tamen libero & gratiâ DEI, quod Romana (hoc est Catholica) sequatur & asseveret Ecclesia, licet in variis libris beati Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum, possit cognosci: Tamen in scriptis Ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si tibi desunt, & necessaria crederis, destinabimus: quanquam, qui diligenter Apostoli dicta considerat, quid sequi debeat, evidenter cognoscat. *Hormisdæ Ep. 70.*

45. Quæstiones de gratiâ & natura cavendæ.

Sed & de natura & gratiâ in aliam partem nullò modo declinare præsumentes, ineptas autem quæstionculas & aniles penè fabulas Scætorum, quæ plures puritati fidei nascant inferentes, quæ periculosissimis & gravissimis temporibus ad cumulum laborum nostrorum usque ad scissionem charitatis miserabiliter & lachrymabiliter succreverunt, ne mentes Christianæ inde corrumpantur, & excidant à simplicitate & charitate fidei, quæ est in CHRISTO JESU, penitus respiciamus, & ut fraterna charitas cavendo à talibus auditum castiget, CHRISTI amore monemur. *Conc. Valent. 3. cap. 6.*

Vide, Adjuvati. Vide, Auxilium.

Gratiæ sanctificans, seu habitualis.

1. Gratiæ informans & virtutes infunditur etiam parvulis in Baptismo. *Concil. Vienne. Generale. Clem. I. De fide Catholica. S. fu. Ad hoc. Vide, Baptismus. tit. 3. n. 1.*

2. Gratiæ, quâ homo justificatur, non consistit in solo favore Dei externo, sed est inhærens homini, & sententia contraria est hæresis. *Conc. Trid. sess. 6. Canon. 11.*

3. Gratiæ habitualis in hac vita non potest tantum crescere, ut reddat hominem impeccabilem. *Conc. Vienn. Generale. Vide, Beuardi. n. 1.*

4. Gratiæ justificationis datur à Spiritu Sancto, prout vult, secundum mensuram cooperationis & dispositionis nostræ. *Concil. Trid. sess. 6. cap. 7.*

5. Gratia justificans non datur solis prædestinatis, sed etiam aliis. *Ibid. Canon. 17.*
6. Gratia accepta in justificatione potest augeri per bona opera. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 10. Et Canon. 24.* Potest conservari. *Ibidem.* Vide, *Homo.*
7. Gratia accepta in justificatione potest amitti per infidelitatem, & etiam per alia peccata mortalia. *Conc. Trid. sess. 6. c. 15. & Can. 27.* Contrarium est hæresis. Vide, *Peccatum.*
8. Dum gratia amittitur per peccatum, non semper amittitur fides. *Ib. can. 28.*
9. Gratia, quæ habetur in Baptismo, si perditur per peccatum, recuperari potest per poenitentiam. *Conc. Trid. sess. 6. Canon. 29.*
10. Gratia Sacramentorum non ex virtute rerum, nec ex ministri merito, sed ex Divinæ operationis virtute examinanda est. Gratiam verò Sacramentorum non ex ipsa externarum rerum virtute, nec ex merito ministri: sed ex internæ & divinæ operationis virtute aestimandam esse. *Conc. Mogunt. 4. cap. 11.*
11. De sua gratia, an eam habuerit, vel habeat, quisque potest dubitare, non propter efficaciam Sacramentorum, sed propter suam infirmitatem & indispositionem. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 9.*
12. Nullus potest scire, se esse in gratia certò, certitudine, cui non potest subesse falsum. *Ibidem.*
13. Gratiam amittere non possunt parvuli baptizati, antequam ad annos discretionis perveniant. *Conc. Trid. sess. 21. c. 4.*
14. Gratia, quæ habetur in Baptismo, delet peccatum originale. *Conc. Trid. sess. 5. De peccato originali. cap. 5.*
15. Gratia Baptismi, quæ hominem renovat, non sufficit ad superandas tentationes & concupiscentias, sed requiritur adjutorium quotidianum Dei. *Cælest. I. ep. 1. cap. 6.* Vide, *Deus. n. 18.*
16. Gratiæ augmentum habetur in Sacramento Confirmationis. *De consec. Dist. 5. cap. Spiritus Sanctus.* Vide, *Baptismus. tit. 17. n. 1.*
17. Gratia, quæ habetur in Sacramento Confirmationis, est gratia roborans. *Ibid.* Vide, *Homo.*

Gravare.

1. Gravari nullus potest odio alterius. Non debet aliquis alterius odio prægravari. *De regulis juris in 6. regul. 22.*
2. Gravari non possunt populi à suis Dominis, contra Statuta Apostolica. *Joann. XXII. const. 4. Paternum.*
3. Gravari non possunt ab Episcopo Clerici, Presbyteri, &c. *10. qu. 3. cap. Relatum est nobis.* Vide, *Episcopus. tit. 54. n. 11.*
4. Gravatus à Metropolitanò, appellat ad Primatem, vel Papam. *2. q. 6. c. Si quis pater verit.* Vide, *Appellare. tit. 7. n. 4. Ibid. c. Quoties.* Vide, *Vis. n. 2.*
5. Gravatum se putans per excommunicationem, interpellare potest, sed Superiorem. *11. q. 3. cap. Si Episcopus. & cap. Si quis*

Presbyter. Vide, *Excommunicatio. tit. 8. n. 4.* Vide, *Appellatio.* Vide, *Excommunicatus.*

Græcus, Græca Ecclesia.

1. Græci à Latinis Episcopis, & è contrà, ordinari non debent, si in ritibus ordinatorum sunt diversi. *De tempore ordinat. cap. Cum secundum.* Vide, *Clerici. tit. 3. n. 47.*
2. Græcus subiectus Latino Episcopo, si ordinatur à Græco sine Latini licentia, impeditur in executione Ordinum: (si verò cum licentia, toleratur.) *Clem. VIII. const. 34. Sanctissimus. §. 4.* statuit, ut remaneat irregularis, & indignat dispensatione Papæ, si Græcus Episcopus sit schismaticus. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cum Clericus Græcus Episcopo Latino subiectus, à Græco Pontifice ordinatur, nisi de mandato vel licentia sui Episcopi fiat, inreudicanda est ei Ordinis executio sic suscepti, tanquam ab alieno Pontifice, sine mandato vel licentia sui Episcopi ordinato; Si verò de mandato vel licentia sui Præsulis à Græco Pontifice secundum morem eorum fuerit ordinatus, licet culpandus sit Episcopus Latinus, qui Clericos suos à Græco facit Antistite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione Ordinum taliter susceptorum. *De temporibus ordinationum. c. Quod translationem.*

3. Græci Sacerdotes conjugati, approbati, audire possunt confessiones suorum Parochianorum. *Innocen. IV. const. 14. sub Catholica.*

4. Græci Episcopi consecrari debent per unctionem, sicut Latini.

Cum venisset ad A. S. Bracarensem Episcopus, qui in consecratione sua factam non acceperat unctionem, quoniam apud vos non consueverunt Pontifices, cum consecrantur, inungi: Nos quod illi defuerat, mandavimus in ipso suppleri, facientes caput ejus, & manus, per Albanensem Episcopum (Assistentibus ei duobus Episcopis secundum morem Ecclesiasticum factò, Chrismate deliniti. *De sacra unctione. cap. 1. Cum venisset.* Vide, *ungere.*

5. Græcorum filii possunt promoveri in Ecclesia Latina, nisi adsit scandalum. *De Clericis conjugatis. c. Cum olim.* Vide, *Clerici. tit. 8. n. 3.*

6. Græci Sacerdotis filius licitè promoveri potest inter Latinos, nisi adsit scandalum. *Ibidem.*

7. Græci etiam Romano Pontifici sunt subiecti. *Extra. de Majoritate & obedientia. c. 1. Unam S.* Vide, *Christiani. tit. 2. n. 3.*

8. Græci Clerici, qui continentiam non acceptarunt, si in minoribus contrahunt matrimonium, in sacris utuntur jam contractò. *De Clericis conjugatis. cap. cum olim.* Vide, *Clerici. tit. 8. n. 3.* Vide, *Ordinatorum obligationes circa conjugia.* Vide, *Clerici, quoad Ordines.* Vide, *Filii Clericorum.*

9. Græci Sacerdotes consecrantes in fermentato, non reprobantur.

Et illi quidem suum fermentatum commendantes, reprehensionis in nos levissima verba contumaciter jaculari non desinunt. Nos verò azymum nostrum inexpugnabili secundum Dominum ratione defendentes, ipsorum fermentatum nec vituperamus, nec

reprobamus; sequentes Apostolum dicentem: Mundis esse omnia munda. Sed ad detegendam & commendandam Græcorum temeritatem, nunc ista sufficiant. *Greg. VII. lib. 8. ep. 1.*

10. Græcus Presbyter Viduus ferre debet habitum diversum ab aliis. *Clemens VIII. const. 34. Sanctissimus. §. 4.*

11. Græci Sacerdotes non possunt ritu Latino Missas celebrare, vel Officia, neque Latini ritu Græco, & abrogantur omnes licentiæ in contrarium. *Pius VI. const. 12. Providentia.*

12. Græci quid tenentur observare, ut communicent cum Latinis. *Innoc. IV. const. 14. Sub Catholica.*

13. Græci rebaptizantes baptizatos à Latinis, excommunicantur. *Conc. Later. 4. c. 4. Et de Baptismo. cap. fin.* Vide, *Baptismus. tit. 5. n. 9.*

14. Græci putantes polluta altaria, in quibus celebrant Latini, excommunicantur. *Ibid.*

15. Græci Sacerdotes licitè utuntur uxore, quam acceperunt existentes in minoribus Ordinibus, ante Subdiaconatum. *De Clericis conjugatis. cap. Cum olim.* Vide, *ut supra. n. 5.*

16. Græci Sacerdotes, si eorum incuriâ filii in lecto opprimuntur, & hoc sit occultum, poenitentia arbitraria sunt puniendi, & abstinere debent per aliquod tempus à celebratione Missæ. Si verò sit publicum, publicâ poenitentia puniendi, & perpetuò sunt irregulares.

Si ipsis (id est, Sacerdotibus Græcis) procurantibus, vel studiosè negligentibus, filii in lectis reperiuntur oppressi, ab officio Altaris debent perpetuò abstinere: Et eis gravior, quam Laicis, non tamen publica (nisi in publicum id veniat) poenitentia debet imponi; verò si ex incuria ipsorum mortui inveniantur in cubis, & illud fuerit occultum, eis poenitentia pro arbitrio poenitentiarum imponatur, & in terrorem aliorum ad tempus abstinere à celebratione Missarum. *De poenit. & remiss. cap. Quisquam.*

17. Græcorum ritus tolerat Romana Ecclesia. *De baptismo. c. fin.* Vide, *ut supra. n. 13.*

18. Quos ritus toleravit Ecclesia Catholica, seu Romana, pro Græcis, tam in Baptismo, quam aliis. *Innoc. VI. const. 14. Sub Catholica. per c. 26.* Omnes ibi distinctè.

19. Græci Sacerdotes Altaria portatilia, ab Episcopis Latinis benedicta, accipere debent. Tolerantur eorum throni super Altari lapideo, dum celebrant. *Clem. VIII. const. 34. Sanctissimus. §. 2.*

20. Græci Sacerdotes Corporalibus in Altari, ut Latini, utantur, nisi utantur thronis pro Corporalibus. *Ibid. §. 2.*

21. Græci Sacerdotes in necessitate possunt absolvere Latinos; & uti debent formâ absolvendi à Concilio Florentino præscriptâ; deinde, si volunt, recitent orationem deprecatoriam. *Clem. VIII. const. 34. ubi supra. §. 3.*

22. Græci Presbyteri cogendi sunt accipere Chrisma benedictum ab Episcopis Latinis. *Clem. VIII. ubi supra. §. 4.*

23. Græci Presbyteri non cogantur accipere alia olea sancta ab Episcopis Latinis, quia hæc ab eis aliter conficiuntur. *Ibid.*

24. Græcus baptizatus à Græco, si vult ordinari ab Episcopo Latino, ab hoc debet prius confirmari, cum forma conditionata: *Si non es confirmatus, &c. Ibid. §. 4.*

25. Græci non possunt solvere matrimonia, quoad vinculum. *Clem. VIII. Ibid. §. 5.*

26. Græci mariti ritum non sequatur uxor Latina, nec è contra: Sed sequatur ritum mariti Latini. Si autem hoc fieri non possit, quilibet sequatur suum ritum. *Ibid. §. 5.* Vide, *Matrimonium consummatum.*

27. Græcus Sacerdos, antequam celebret, per hebdomadam vel triduum abstinere ab uxore. *Ibid. §. 5.*

28. Græci Monachis, vel Calogercis, non est committenda cura animarum, nisi in magna necessitate, vel justa causa. *Ib. §. 6.*

30. Græci tenentur credere, quòd Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio. *Eugenius IV. in litteris unionis. Clem. VIII. const. 34. Sanctissimus. §. 6.*

31. Græci credentes hunc articulum, non coguntur, seu non tenentur illum pronuntiare, nisi adsit scandalum, vel nisi vivant inter Latinos, quia sic tenentur. *Clem. VIII. Ibid. §. 6.*

32. Græci tolerantur, ut in die Sabbathi carnes comedant, ubi non est scandalum, & hoc inter eos tantum. *Ibid. §. 6. & prius Innoc. IV. const. 14. Sub Catholica.*

33. Græci tolerantur, ut in Quadragesima in Sabbatho non jejunent. *Ib. §. 6. & Innocen. IV. Ibid.*

34. Græcis permittitur commutare jejunium Sabbathi in alium diem, ad consequendum subileum, quando à Papa præscribitur pro illo jejunium Sabbathi.

35. Græci non coguntur ad observanda jejunia Ecclesiæ Latinæ. *Clem. VIII. Ibid.*

36. Græcus Episcopus Catholicus tenendus est Romæ, qui ordinare possit Græcos, subiectos Episcopis Latinis Italiæ, & Insularum adjacentium, si ab eo velint ordinari. *Clem. VIII. const. 34. Sanctissimus. §. 7.* Sed litteras dimissorias habeant ab Episcopis Latinis, aliàs sunt irregulares, & dispensatione Papæ indigent. *Ibid. §. 6.*

37. Græcus Imperator recipitur ad unitatem Ecclesiæ, Lugduni, à *Greg. X. const. 2. Exultat.* Sed excommunicatus fuit à *Martino IV. const. 1. Michaëlem.* quia fautor hæreticorum & schismaticorum.

38. Græci Imperatoris professio fidei. *Ibidem.*

39. Græci quam professionem fidei debent facere, (cum sua formula.) *Greg. XIII. const. 33. Sanctissimus.*

40. Græci subduntur Ordinariis locorum, circa ea, quæ pertinent ad fidem, Sacramenta, & cætera spiritualia. Et non solum sæculares, sed Clerici, & Monachi, Abbates, Rectores, Episcopi, &c. *Pius IV. const. 74. Romanus.*

41. Græci, qui à Romana Ecclesia discedunt ad Græcum Patriarcham, sunt per censuras compellendi ad unitatem fidei Romanæ, etiam per brachium sæculare. *Honorius III. ex Cirone de Apostat. c. 1. Vide, Apostata. tit. 1. n. 9.*
42. Græcorum Collegium Romæ erigitur. Forma gubernii, redditus & protector assignantur. *Greg. XIII. cons. 42. In Apostolica.*
43. Græca Ecclesia est filia Romanæ. *De Baptismo. cap. fin. Vide, ubi suprâ. n. 13. Vide, Ecclesiarum.*
44. Græca Ecclesia cum Latina unita fuit. *Eugenius IV. in litteris. union. cons. 17. Letentur. in Conc. Florent. Assignantur in ea omnes principales articuli, in quibus Græci à Latinis discordabant, & concordant, eoque consistuntur. Ibidem.*
45. Græcus Patriarcha in eo Concilio sedit primus post Papam. *Ibidem. Vide, Baptismi ceremonie, in medio. Vide, Calix. Vide, Christina à quo recipiendum.*

Gubernator, Gubernium.

1. Gubernatores Statûs Ecclesiastici quomodo olim eligendi erant.

Ecclesiæ Romanæ, sicut et fidelium dispendia, dissimulare non possumus, quin postquam nobis cognita fuerint, adversus ea opportunis remediis occurramus. Attendentes igitur gravia nocumenta, quæ nonnullis civitatibus, terris, castris, intra patrimonium B. Petri in Tuscia, Comitatum Sabinæ, & terram Arnolphorum constitutis eidem Ecclesiæ Romanæ subjectis, & personis singularibus eorundem, ex diversorum, tam nobilium, quam etiam aliorum usurpatio regimine provenerunt, & volentes super hoc imposturam eorum dispendiis præcavere: omnibus & singulis Comitatus, seu Universitatibus, & singulis personis civitatum, terrarum, castrorum, & locorum intra patrimonium, Comitatum, & terram prædictos constitutis, in quibus videlicet nobis, seu quibusvis Officialibus nostris jus competit deputandi, vel instituendi, aut eligendi, seu ponendi Potestates, Capitaneos, Dominos, vel Rectores, aut Officiales quoslibet alios; nè ipsæ Potestatem, Capitaneum, Dominum, Rectorem, vel defensorem, seu quemcumque alium Officialem, quocumque nomine censeatur, in civitatibus, castris, terris, & locis prædictis, aut eorum aliquo eligere, assumere, vocare, vel recipere, retinere, aut jam electo, vel assumpto, vocato, seu recepto tanquam Potestati, seu Capitaneo, Rectori, seu defensori, vel Officiali, obedire quomodolibet præsumant; neve taliter electus, assumptus, receptus, seu vocatus, hujusmodi Potestatis, Capitaneatus, Domini, vel Rectoris, seu defensoris, aut quodcumque aliud cujusvis nominis officium recipere, acceptare, assumere, vel gerere, (nisi de nostra, & Apostolicæ Sedis licentia speciali) quomodolibet audeat: sed assumptum omninò dimittat. Ubi verò ad Communitates, seu universitates, & singulares personas civitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum, vel eorum aliquem jus competit eligendi Potestatem, Capitaneum, Dominum, vel Rectorem, seu Officialem quemlibet alium, qui per nos, seu quosvis Officiales nostros debeat, aut consueverit confirmari, nè ante debitam confirmationem obtentam, ipsæ, vel earum aliquæ, sic electo, tanquam Potestati, seu Capitaneo, Rectori, vel defensori, seu Officiali, in quibusvis obediant, neve taliter electus, quousque confirmationem habuerit, (ut præfertur) hujusmodi Potestatis, Capitaneatus, Domini, vel Rectoris, seu defensoris, aut cujusvis alterius nominis officio se immiscere, vel illud

gerere, aut exercere quovis modo præsumat, auctoritate Apostolicâ districtius inhibemus: Decernentes ex tunc irritum & inane, quidquid contra hujusmodi inhibitionis tenorem contigerit attentari. *Extrav. Joannis XXII. de Majoritate & obedientia. cap. unio. Ecclesie Romana.*

2. Gubernatoris Romæ jurisdictio quantum se extendit, præscribitur à Julio II. *cons. 28. Decet. Ordo præventionis inter eum & Marcellum, ac Senatorem. Ibidem.*
3. Gubernatori Romæ prohibuit idem Pontifex, ne declaret aliquem excommunicatum, ratione obligationis Cameralis. *Ibidem.*
4. Officiales ejus quoslibet annò debent dare Syndicatum. *Ibidem.*
5. Gubernatori Romæ concessit Leo X. ut possit delegare causas. *Cons. 8. Et si pro cunctarum. Item, ut in religiosos Romæ in quibusdam exercere possit jurisditionem, sic in Burgo, in Palatio Apostolico, & in Castro S. Angeli; postea hæc reformatæ sunt. Item, ut possit manu Regiâ, absque juris solemnitate procedere.*
6. Præterea habet potestatem, promulgandi censuras contra litigantes coram illo, quantum opus sit. Derogandi statutis Urbis. Bandimenta, etiam de mandato Papæ facta, mutandi, alterandi, & interpretandi. Ut in aliquibus causis ab eo non deur appellatio. Ut omnes illi, sicut Papæ, pareant. Ut delegati ab eo à nullo possint syndicari, neque ipse. *Leo X. Ibidem. Ubi maxima legitur auctoritas Gubernatoris.*
7. Gubernator Romæ ob sanguinis effusionem, ratione officii factam, mutilationem, &c. non incurrit irregularitatem: neque Officiales ejus. *Ibidem.*
8. Omnem potestatem, quam Officiales Papæ & ipse Papa exercet in temporalibus, ei concessit. Sed moderata postea fuit, ut infra. *Leo X. Ibidem.*
9. Gubernatori tenetur Baroncellus obedire. *Ibidem.*
10. Gubernatori Romæ dicenti aliquid esse de mandato Papæ, ei credendum est. *Pius V. cons. 107. Cum Apostolica.*
11. Gubernatoris Romæ reformatio, quoad jurisditionem; præscriptio eorum, quæ tenetur facere, tam circa audientias, quam circa sportulas. Ab eo quando & ad quem potest appellari. *Sixtus V. cons. 72. In sublimi. per §§. 42.*
12. Iterum reformatur & præscribitur facultas & jurisdictio Gubernatoris Romæ à Paulo V. *cons. 71. tit. De Gubernatore Urbis diffuse.*
13. Gubernator Romæ non intelligitur exclusus, quando Papa committit alicui facultatem judicandi in causis criminalibus, cum particula, *privative quoad alios.* Sed ipse intelligitur cumulativè, etiam si iudices sint Cardinales, vel Protectores Religionum; vel judicandi sint Regulares. *Urbanus VIII. cons. 93. Decet.*
14. Gubernatoris Burgi jurisdictio ei concessa à Julio III. *cons. 4. Ad fidei. Fit Capitaneus*

- neus generalis custodiae corporis Papæ. Omnes causas civiles & criminales, habitantium in Burgo, potest cognoscere & judicare in prima instantia. *Ibidem.*
15. Baricelli aliorum iudicum nihil possunt in Burgo exequi, absque ejus licentia. Potest deputare Baricellum, Procuratorem Fiscalem, & alios Officiales, & alia quæ potest exequi. *Ibidem.*
16. Gubernator populi Divinâ electione fit. Si ergo tantus ille, ac talis Moyses non permittit iudicio suo de eligendo Principe populi, de constituendo successore: quis erit, qui audeat, vel ex plebe, quæ sæpè clamoribus gratiam, aut ad pretium fortasse excitatis, moveri solet, vel ex ipsis etiam Sacerdotibus, quis erit, qui se idoneum ad hoc iudicet, nisi si cui oranti & petenti à Domino reveletur? &c. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semetipso Spiritum DEI, & præcepta DEI in conspectu eius sunt, & qui Moysi valde notus & familiaris sit: id est, in quo sit claritas legis & scientia, ut possint eum audire filii Israël. *8. qu. 1. cap. Si ergo.*
17. Gubernium negandum est petentibus, dandum fugientibus. *Ibid. cap. In scripturis. Vide, Episcopus. tit. 2. n. 27.*

Gula.

1. Gulæ vitium est, edere absque indigentia. *De consec. dist. 5. c. Quinque modis infra.*
2. Gulæ vitium est, cibos lautiores quærere. *Ibidem.*
3. Gulæ vitium est, cibos præparare accuratius. *Ibidem.*
4. Gulæ vitium est, excedere in mensura & quantitate ciborum. *Ibidem.*
5. Gulæ vitium est, aliquando deterius nimis avidè appetere. Quinque modis nos gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigentia tempora prævenit, aliquando vero tempus non prævenit, sed cibos lautiores quærunt. Aliquando quæ sumenda sunt, præparari accuratius expetit: Aliquando autem & qualitati ciborum, & tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mentis moderatæ reflectionis excedit. Nonnunquam verò & abjectus est, quod desiderat, & tamen ipsò actu immensi desiderii, deterius peccat. *De consecrat. Dist. 5. cap. Quinque modis.*

H.

Habitus.

1. Habitus gratiæ infunditur parvulis in Baptismo, & aliæ virtutes. *Clement. De fide & summa Trinitate. c. 1. §. ult. Ad hæc. Vide, Baptismus. tit. 9. n. 13.*
2. Habitus Fratrum Minorum, vel similis illi, à nullo potest deferri. *Vide, Fratres Sancti Francisci.*
3. Habitus Religiosum dimittens, cogatur redire ad habitum & monasterium. Si custos religiosi habitus, aut esse nosse Episcopus, filium gloriose memoriæ Tulliani Magistri militiæ, te illic posito, nec projectis religiosi vestibus ad sacularem reverti habitum, nec ad nos licuisset perverfam epistolam destinare, &c. Præsentia igitur scripta suscipiens, evigila, & excitatus saltem exequere, quod pressus usque nunc ignavi distulisti. Instantia ergo sua sit, prædictam mulierem unâ cum Sergio defensore nostro comprehendere, & statim, non solum ad malè contemptum habitum sine excusatione aliqua

- revoCare, sed etiam in monasterio, ubi omninò districtè valeat custodiri, detrudere: & ita omnem circa illam sollicitudinem exhibere, ut quàm sit nefarium, quod commisit, ex tua possit distractione cognoscere. *27. qu. 1. cap. Si custos.*
4. Habitus Religiosum dimittens, carceri tradatur. Omni ergo dilatione, omnique excusatione postpositâ, filium gloriose memoriæ Tulliani Magistri militiæ, quæ projectis, quas spontè assumpserat, religiosi vestibus, indumentis se laicis deturpavit unâ cum fratre & Coadjutor nostro Vitaliano: festina comprehendere, atque ad religiosum rursus habitum revocare, ac in monasterium mittere, ubi districtè omninò valeat custodiri: Nec ejus custodiam aliquatenus relevari permittas, quousque dentis nostra scripta susceperis. *Ibidem. cap. Si homo esset. Vide, Religio deferri non potest.*

Hastiludia.

Hastiludia prius prohibita fuerunt, permittenda aliquando.

Sanè felicis recordationis Clemens Papa V. prædecessor noster, attentè considerans Generale passagium in Concilio Viennensi, pro Terræ Sanctæ subsidio salubriter ordinatum per torneamenta & hastiludia, sive juxtas non leviter impediri, &c. Torneamenta ipsa & hastiludia sive juxtas in regnis Franciæ, Angliæ & Alemanniæ, & aliis nonnullis Provinciis, in quibus ea consuevere frequentius exerceri, specialiter interdixit: in faciendum ea, vel ad id eis præstantium opem, consilium, vel consensum, & illorum etiam, in quorum locis vel districtibus fierent, non prohibentium hoc, cum possent, & illorum procedentes ad illa in domibus suis recipientium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eisdem, in personas excommunicationis, & in terras interdicti sententias promulgando, absolutione ab excommunicatione hujusmodi, præterquam in mortis articulo; Sedi Apostolicæ reservatâ. Verum quoniam (ut intelleximus) per sententiam hujusmodi periculum animabus ingeritur, & pro eo maximè negotio dicti passagii derogatur, &c. Nos ad dilectum filium nobis viri Philippi claræ memoriæ regentis Franciæ & Navarræ Regis, & aliorum de domo Regiâ, necnon quamplurium Magnatum & Nobilium, tam in regno Franciæ, quam aliunde considerantium, præmissa discrimina repetita supplicationis instantiam, sententias excommunicationis & interdicti præfatas, præmissorum supplicationibus inclinati & ducti considerationibus antedictis, & ex causis etiam rationabilibus aliis in favorem sæpèfati negotii, de fructum nostrorum consilio revocamus. *Extrav. Joannis XXII. De torneamentis. cap. un.*

Haruspices.

1. Haruspices sunt, qui dies & horas observant, in quibus debeant homines operari. *26. q. 3. cap. 1. Isti etiam extra pecudum inspicunt, & ab eis observationes capiunt. Ibidem. Vide, Aruspices.*
2. Haruspicina, & aliæ artes magicæ, à quo primùm inventæ. *26. q. 5. cap. Nec mirum. Vide, Ibidem. Illusiones sunt, & præstigia. Ibidem. Vide, Magi.*

Hebdomada Sancta.

In hebdomada sancta curet Episcopus, & alii Rectores, ne in officiis tenebrarum fiat rumor ac strepitus indecorus.

Episcopi ne patiantur, &c. Curent fidem, ut ex eo more pulsiandi, in tenebris sanctæ hebdomadæ, ad representandam creaturarum rerum perturbationem in passione Creatoris, omnis licentia & indecorus tumultus amoveatur. *Conc. Mediolan. 1. p. 2. tit. Communitatione Divinorum Officiorum.*

Hebræi.

1. Hebræorum libri Talmud comburendi; non possunt eos tenere Hebræi sub pœnis pecuniariis, corporalibus, & aliis, etiam ultimi supplicii. *Julius III. const. 24. Cum scut.*
2. Hebræorum libri, in quibus blasphemiae contra DEUM & Sanctos continentur, sunt Hebræis prohibiti. *Ibid.*
3. Hebræi semel in hebdomada tenentur & cogendi sunt ad concionem à Religioso Catholico faciendam accedere, & pœna. *Greg. XIII. const. 92. Sancta Mater.*
4. Hebræorum concionator à quo destinandus. *Ibid. Vide, Judæi.*

Henricus.

Henrici primi Imperatoris canonizatio fit ab Eugenio III. const. 1. Per litteras, annò 1152.

Herbæ.

Herbæ quædam, vel lapides, possunt teneri ab Energumenis, modò non sint incantati. 26. q. 7. c. ult. *Dæmonium.* Vide, *Energumenus.*

Hæres, Hæreditas.

1. Hæredes possunt ab Episcopis & aliis Clericis constitui de rebus propriis.

Quicumque verò de prædictis Sacerdotibus, vel ministris, pro sui utilitate, atque amicitia, vel præstatione, aut quocumque modò, aut per scripturam seriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus Ecclesiasticis non poterit numerari; sed quod exinde voluerint facere, id ipsorum voluntatis arbitrio subiacet. Quòd si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, Ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister extiterit, in perpetuum vindicabit. *Conc. Tolet. 9. c. 4. 12. q. 1. c. Episcopi. cap. Manifesta. cap. Sint manifesta. Vide, Episcopus. tit. 66. n. 1. Item 12. q. 4. cap. Sacerdotes. Vide, Bona temporalia. n. 11. Vide, Clerici quoad testamenta.*

2. Filii hæredis exhæredati bona non possunt Ecclesiæ dari, neque hæc potest ea accipere. 17. q. 3. cap. *Quicumque.* Vide, *Bona temporalia. n. 2.*
3. Hæres Episcopi, quando hic non habet hæredem pro suis bonis, debet constitui Ecclesia. 12. q. 2. c. *Episcopus, qui filios.* Vide, *Episcopus. tit. 66. n. 2. Vide, Episcopus, quoad testamenta. Vide, Clerici, quoad testamenta.*
4. Hæredes non possunt revocare donationem factam alicui à Domino, ob ingratitude nem donatarii. *De donationibus. cap. fin. Vide, Donatio. n. 10.*
5. Hæres fundatoris Ecclesiæ, debet eam iurare. 16. q. 7. cap. *Filiis.* Nihil de Ecclesia potest sibi usurpare. *Ibid. cap. Filiis. Vide, Ecclesia. tit. 40. n. 1.*
6. Hæredes de jure naturæ, qui sint. *De testamentis. cap. Rainutius. Vide, Filii. tit. 18. n. 1.*
7. Hæredibus litigantibus de Ecclesia, reliquæ ab ea auferantur. Et claudenda est Ecclesia, donec de communi consensu statuantur de eligendo Presbytero, qui in ea inscribat.

Si plures hæredes contenderint de communi Ecclesia, aufferri jubeat Episcopus reliquias sacras, & Ecclesiam claudi, donec communi consensu & consilio Episcopi, statuatur ibi Presbyterum, & unde vivat. 16. q. 7. cap. *Si plures.*

8. Hæreditas ad filios pervenire debet, & hi sunt aliis præferendi. *Joann. VIII. ep. 109. Vide, Filii. tit. 18. n. 2.*
9. In hæreditate succedunt etiam filii, qui nascuntur ante matrimonium ex matre libera, dummodo secutum sit matrimonium. Sic etiam filii, qui nati sunt ante divortium, vel concepti tempore divortii.

Meminiimus, nos fraternitati tuæ super causa, quæ inter P. & R. de quadam hæreditate vertitur, quam idem P. nomine Sibyllæ uxoris suæ petebat, tali modò scripsisse, ut si constaret, prout litteræ tuæ continebant, inter dicti R. Patrem & Matrem, post ejus natiuitatem matrimonium fuisse contractum, eum omni appellatione remota legitimum esse denunties, & ab hæreditate paterna propter causam prædictam nullatenus debere repelli. *Conc. Lateran. 3. in append. tit. Qui filii sint, & c. 1. & cap. Conquestus est. Vide, Filii. tit. 14. n. 2. & cap. 5. Vide, Filii. tit. 13. n. 1. De testamentis. cap. Rainutius. Vide, uti supra. n. 6.*

10. Hæreditas alterius à Laico non retineatur, aliàs non absolvatur.

Ne aliquis Laicus alterius sibi hæreditates usurpet, quod si fecerit, nec reus satisfecerit, nullus Sacerdos eum interim ad pœnitentiam admittat. *Concil. Claramontan. cap. 21.*

11. Hæredes eorum, qui hæreticos receptarunt, compelli possunt ad solvendum pœnam illis impositam, si mortui fuerint absolvi ante satisfactionem.

Si verò pro his, quæ in hæresi receptando, vel defendendo hæreticos, seu eis favendo, non tamen existens hæreticus, quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum Inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendum ab eis pœnitentiam, & complendam; & eâ, licet injunctâ, non tamen peractâ, decessit: si per hujusmodi pœnitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem in bonis ejus temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes, vel alii, ad quos cum suo onere bona hujusmodi devenerunt. Porro si propter hujusmodi hæreticorum receptionem, defensionem, seu favorem, quis ad faciendum pœnitentiam, quam Inquisitores ipsi injungere vellent, bona sua obligaverit eisdem, & antequam ei pœnitentia injungeretur, decesserit: ejus hæredibus non est satisfactio pro extincto jam crimine injungenda. *De hæreticis in 6. c. Accusatus. §. Si verò. Vide, Inquisitores.*

12. Hæredes incendiariorum Ecclesiæ, tenentur ad restaurandum damnum. Vide, *Ecclesiæ invasores.*
13. Hæreditates relicte à marito & uxoribus, non sunt diripiendæ à Dominis secularibus. *Honorius II. const. unic. Charissimus.*
14. Hæredes excommunicatorum, qui sunt mortui, cum securitate de danda satisfactione, tenentur satisfacere. *De sententia excommunicationis. cap. A nobis. Vide, Excommunicati. tit. 8. n. 8. De sepulturis. c. fin. Vide, Ibid. tit. 17. n. 1.*
15. Hæres usurarii tenetur ad restitutionem.

Tuæ igitur questioni, litteris præsentibus, respondemus, quòd filii ad restituendas usuras eâ sunt restrictione cogendi, quâ parentes sui, si viverent, cogentur. Id ipsum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum. *De usuris. cap. Tuus nos.*

16. Hær

16. Hærede constituto monasteriò, si aliquis opponit sibi deberi hæreditatem, quia Monachus non habet hæredes, quid agendum. *De probationibus. c. In presentia. Vide, Fideicommissum.*

17. Hæres verus esse potest aliquod monasterium, si instituat hæres. *Ibid.*

18. Hæreditatem petenti, si opponitur exceptio natiuitatis, hæc prius debet probari.

Tuam non credimus latere prudentiam, causam natalium Regiæ Cypri ad examen nostrum (utpotè quæ ad forum Ecclesiasticum pertinet) esse delatam. Quia verò antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa successione causam incipere nihil aliud esset, quam diversis processibus intricare negotium, & confusione quadam iudicii ordinem perturbare: Si fortè ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec jam dicta causa natalium Apostolico iudicio finem acceperit, patienter expectes. *De ordine cognitionum. cap. Tuam.*

19. Hæredes per Episcopum cogendi sunt ad exequendas ultimas voluntates testatoris.

Si hæredes iusta testatoris non adimpleverint, ab Episcopo loci illius omnes res, quæ his relicte sunt, canonicè interdantur, cum fructibus & cæteris emolumentis, ut vota defuncti implerentur. *Concil. Lateran. 3. in append. tit. De sepulturis. cap. 5. Et de testamentis. cap. Si hæredes. Vide, Episcopus circa testamenta, & circa ultimas voluntates. Vide, Episcopi iurisdictionis. Vide, Testamenta.*

20. Hærede non implente testamentum, interdicitur res relicta, & emolumenta ejus, usque dum satisfaciatur. *De testamentis. c. Si hæredes supra.*

21. Hæres compellitur ab Ecclesia ad satisfaciendum votum ultramarinum factum à defuncto.

Accepimus siquidem, quòd cum Rex Ungariæ pater tuus agens in extremis, votum, quod voverat Domino, Hierosolymitanam provinciam in forti manu, humili corde visitare, sub interminatione maledictionis paternæ commiserit tuæ fidei exequendum: Et tu assumptò crucis signaculo te id impleturum sine dilatione qualibet promissisti. Mandamus, quatenus postpositis cæteris sollicitudinibus, usque ad festum exaltationis Sanctæ Crucis, debitum acceptæ crucis exsolvens, propositum iter arripas, & humiliter prosequaris: Ne si onus tibi à Patre injunctum, & à te spontè susceptum, occasione qualibet detrectaveris, paternâ te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumentò priveris, cujus recitaveris onera supportare; sciturus ex tunc anathematis te vinculo subjacere, & jure, quod tibi, si dictus Rex sine prole decederet, in Regno Ungariæ competebat, ordine gentium, privandum, & Regnum ipsum ad minorem fratrem tuum appellatione postpositâ devolvendum. *De voto, & voti redemp. cap. Licet universis.*

22. Hæredes hæreticorum. Vide, *Hæreticorum pœna.*

I. Hæresis.

1. Hæresis Græcè idem sonat, quod Latine electio, quòd quòd hæreticus eligit doctrinam, eam quæ putat esse meliorem.

Hæresis Græcè ab electione dicitur, quòd scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicumque igitur aliter Scripturam intelligit, quam sensus Spiritus S. flagitat, quò scripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens quæ pejora sunt. *Caus. 24. q. 3. cap. Hæresis. Vide, Divisio.*

Tomus II.

2. Hæresis differt à schismate, quia illa dicitur perversum dogma, hæc dividit à capite.

Inter hæresim & schisma hoc interesse arbitrantur, quòd hæresis perversum dogma habeat, schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separet: Quòd quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest. Cæterum nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, ut rectè ab Ecclesia recessisse videatur. *Ibid. cap. Iner.*

3. Hæresis prima post Christi adventum fuit hæresis Simonis Gethæi Samaritani, de simonia; quia credidit, donum Spiritus Sancti posse vendi. Et hæc est pejor omni aliâ, etiam Macedonii, & quare.

Nullum, qui sub regno vestro est, ad factum Ordinem ex datione pecuniæ, vel quantumlibet patrocino personarum, seu proximitatis jure patitur accedere: sed ille ad Episcopatus, vel alterius sacri Ordinis officium eligatur, quem dignum & vita, & mores ostenderit; ne si (quod non optamus) honor venalis fuerit Sacerdotii, simoniaca in illis partibus hæresis, quæ prima in Ecclesia prodit, & Petri sententiâ damnata est, confluet, & Regni vestri, quod absit, vires imminuat. Nam grave omnino, & ultra quàm dici potest, facinus est, Spiritum Sanctum, quæ omnia redemit, venundari. *Greg. I. lib. 7. ep. 5.*

Quàm grave omnino sit factus, DEI donum velle pretio comparare, vel vendere, Evangelica est testis autoritas: Templum enim Dominus & Redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi pretium de manuum impositione percipere, & Sanctum Spiritum, quem Omnipotens DEUS hominibus tribuit, venundare? &c. Et cum liqueat hanc hæresim in Ecclesia ante omnes radices pestiferâ sustripisse, atque in ipsa sua origine Apostolicâ esse detestatione damnatam, cur non cavetur? Cur non perpenditur? Quia benedictio illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur. *Idem. lib. Ex regest. ep. 112. Et Greg. VII. lib. 9. ep. 34.*

Fertur autem, simoniacam hæresim, quæ prima contra DEI Ecclesiam diabolica supplantatione surrexit, & in ipso ortu suo, zelò Apostolica ultionis percussa atque damnata est; in Regni vestri finibus dominari, &c. *Greg. I. Locò citatò. ep. 116.*

Eos qui per pecunias manus impostuerunt, Petrus divinus Apostolus (cujus Cathedram sortita est Sanctitas vestra) tanquam Simonem Magum deponit. Tolerabilior est enim Macedonii, & eorum, qui circa ipsum sunt, Spiritus Sancti impugnatorum impia hæresis. Illi enim creaturam, & servum DEI Patris, & Filii, Spiritum Sanctum delirando fatentur; isti verò eundem Spiritum efficiunt suum servum, &c. Ait enim Petrus Simoni: (Non est tibi pars, neque fors in sermone isto, quia existimasti, donum DEI pecuniâ possideri, &c.) 1. q. 1. cap. *Eos qui.*

4. Hæresis semel damnata, non eget amplius damnari.

Majores nostri Divinâ inspiratione cernentes necessario præcaverunt, ut quod contra unamquamque hæresim coacta semel Synodus pro fidei communionem, & veritate Catholica atque Apostolica promulgasset, non sinerent nobis post hæc retractationibus mutilari, &c. Sic Sabellium damnavit Synodus: nec fuit necesse, ut ejus sectatores postea damnarentur, singulas vitium Synodos celebrari: sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos, qui vel pravitatis illius, vel communionis exstitere participes, universalis Ecclesia duxit esse refusandos. Sic Arrium, Eunomium, Macedonium, Nestorium, Synodus semel gesta condemnans ulterius ad nova Concilia venire non sinit. 24. q. 1. cap. *Majores. Gelasius I. ep. 13.*

5. Hæresis damnata à Sede Apostolica, fugienda est ab omnibus.

Synaxis autem ministerium perficiant, qui ibi sunt Presbyteri & Diaconi, qui diligenter & acceptabiliter

C c 2

lites

liter rectam Catholicæ Ecclesiæ nobiscum doctrinam suscipiunt, quæ nuper ad vos à nobis scripta est; abjicientes omnem hæresim ac novitatem, quæ ab Apostolica prædicatione condemnatur, quousque, ut dictum est, ille sua corrigat, &c. *Martin. I. ep. 13.*

6. Hæresim semel damnatam amplectens, ut author damnandus est.

Achatius non est factus inventor novæ erroris: sed vereris imitator, atque ideo non erat necessarium, ut adversus eum nova sententia prodiret, sed antiqua tantummodo renovaretur. Factus sum itaque executor veteris constituti, non promulgator novi. Quicumque enim in hæresim semel damnatam labitur, ejus damnatione se ipsum involvit. *24. q. 1. cap. Achatius.*

7. Hæresis omninò fugienda.

Primum omnium cavere Episcopi hæreses, quæ horrendæ & difficiles, & à DEO maximè averisæ sunt, easque fugite, ut ignem, qui appropinquantes urit, deinde fugite etiam schismata; nec enim fas est declinare mentem ad sceleratas hæreses, neque ab iis qui unum atque idem sentiunt, cupiditate principatus seungi atque distrahi. Hæc enim schismata cum quidam olim tentare ausi essent, non tulerunt impune; Dathariam & Abiron, quia se Moyli opposuerunt, demersi sunt; Core autem & quinquaginta cum eo, quia seditionem in Aaron concitarunt, igne arserunt. *Lib. 6. const. Apost. c. 1.*

8. Hæreses damnatæ à Concilio Gangrensi, & superstitionem, quænam fuerunt.

Dist. 30. per capita 17.

Si qui filii parentes, maximè fideles, deseruerint occasione DEI cultus, hoc justum esse judicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum in eis veneretur, quod fideles sunt, anathema sint. *Dist. 30. cap. 1.*

Quæcumque mulier religioni judicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus, & ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit. *Ibidem. cap. 2.*

Si qua mulier derelictò virò discedere voluerit, soluto vinculo conjugali, nuptias condemnando, anathema sit. *Ibidem. cap. 3.*

Si quis propter Deum virginitatem professus in conjugio positus per arrogantiam vituperaverit, anathema sit. *Ibidem. cap. 4.*

Si quis vel virginitatem, vel continentiam professus tanquam abominabiles nuptias judicat, & non propter hoc solum, quod continentia & virginitatis bonum sanctum propositum est, anathema sit. *Ibidem. cap. 5. ex Conc. Gangrensi. cap. 9.*

Si qua mulier suo proposito utile judicans, ut virili veste utatur, propter hoc virilem habitum imitetur, anathema sit. *Ibidem. cap. 6.*

Si quis tanquam hoc continentia convenire judicans, die Dominicò jejunaverit, in ejusdem diei contemptum, anathema sit. *Ibidem. cap. 7.*

Si quis eorum, qui in proposito sunt continentia, propter necessitatem corporalem, superbiat, & jejunia communia putaverit contemnenda, totius Ecclesiæ perfectam in sua conscientia judicans rationem, anathema sit. *Ibidem. cap. 8.*

Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conventus, qui per loca & Basilicas Sanctorum Martyrum fiunt, vel accusaverit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque Sanctorum contemnendas, anathema sit. *Ibid. cap. 9.*

Si quis domum DEI contemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, anathema sit. *Ibidem. cap. 10.*

Si quis extrà Ecclesiam privatim populos congregans, contemnat Ecclesiasticas Sanctiones, ipsamque Ecclesiam apud se sine Concilio Episcopi cum Presbytero agat, anathema sit. *Ibid. cap. 11.*

Si quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem ac religiosam cum viro suo dormientem abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tan-

quam non posse conjugatos in Regnum DEI ingredi, anathema sit. *Ibid. cap. 12.*

Si quis carnem manducantem ex fide cum religione præter sanguinem & idolo immolatum, & suffocatum, crediderit condemnandum, tanquam spem non habentem, qui eam manducat, anathema sit. *Ibid. cap. 13.*

Si quis dereliquerit proprios filios suos, & non eos aluerit, & (quod pietatis est) necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentia negligendos putaverit, anathema sit. *Ibid. cap. 14.*

Si quis vitorum putaverit sancto proposito (id est continentia) convenire, ut palliò utatur, tanquam ex eo justitiam habiturus, & reprehendat, vel judicet alios, qui cum reverentia birtis utuntur, & alià veste communi, quæ in usu est, anathema sit. *Ibid. cap. 15.*

Hæc autem scripsimus, non abscondentes eos, qui Ecclesiæ DEI secundum Scripturas sanctum propositum continentia eligunt, sed eos, qui suscipiunt habitum ejus, & in superbiam effertur adversus eos, qui simplicitatis vivunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollunt adversus Scripturas & Ecclesiasticos Canones, & nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione DEO acceptissimam dicimus, & renuntiationem secularium negotiorum atque actuum cum humilitate approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod secundum castitatem perdurat, & honoramus; & divites cum justitia & operibus bonis non abjicimus. *Ibid. cap. 16.*

Si quis Presbyter propter publicam poenitentiam à Sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate, die Dominicà pro quadam religione jejunaverit, sicut Manichæi, anathema sit. Similiter quia, quod ab Apostolis traditum est, Canon tenet antiquus. Placuit, ut omnes Dominicis & per omnes dies Paschæ, usque ad Pentecosten, non prosternant se in oratione causa humilitatis: sed rectò vultu ad Dominum fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus. Si quis etiam non pro abstinentia, sed pro execratione escarum à carne abstinere, placuit Sancto Concilio, ut præguster, & sic se vult abstinere, abstinere. Si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non deguster, iste non obediens, nec suspicionem hæresis à se removens, deponatur de Ordine Clericatus. *Ibid. cap. 17.*

9. Hæreses omnes semper à S. A. damnatæ & destructæ. 24. q. 1. cap. Arelæ. cap. Memor. Vide, Ecclesia. tit. 9. n. 1. Vide, Ecclesia Romana. Vide, Papa.

10. Hæresis est, sentire contrarium ab eo, quod sentit Papa cum magna parte Ecclesiæ, etiam si non sit definitum per Concilium. Leo X. const. 40. Exurge.

11. Hæresis semel damnata omnes, qui in eam incidunt, similiter puniendi.

Achatius non fuit novi, vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita prodirent, sed alienò facinorosi sua communione se miscuit, itaque necesse est, ut in illam recideret justà lance sententiam, quam cum suis successoribus per convenientiam synodalem susceperat auctor erroris. *24. q. 1. cap. Achatius. il. 2.*

12. De hæresi damnatò auctore, etiam socii intelligitur damnati.

Sicut in unaquaque hæresi cum pravitate auctore damnatò, successores ejus & complices, atque hujusmodi sectatoribus pollutà communione permixtos Catholica vitare debet integritas, ita cum Eutychete Dioscoro, simulque Thimoteo, Elurus, & Petrus Alexandrinus, ejusque communicator Achatius, nec etiam Antiochenus Petrus, cum suis sunt omninò participibus abdicandi. *Gelasius ep. 11. & ep. 13. supra n. 4.*

II. Hæresis abjuratio.

1. Hæresim abjurantes primà vice, absolvuntur, eisque poenitentia imponitur.

Si verò aliquis ex prædictis hæreticà labe primitus abjuratà redire voluerit ad Ecclesiæ unitatem: ei juxta formam Ecclesiæ abolutionis beneficium impendatis & injungatis, eidem quod injungi talibus consuevit. Provisò solenter, nè simulatà conversione redeant fraudulenter, & vos (imò se ipsos) fallentes sub agni specie lupum gerant. *De hæreticis in 6. cap. Ut officium.*

2. Abjuratio de omnibus hæresibus fieri debet.

Hanc ergo nativitas ejus veritatem quicumque à perverso errore Nestorii revertuntur, coram Sancta F. V. congregatione fateantur, eundem Nestorium cum omnibus sequacibus suis, & reliquis hæreses anathematizantes. Venerandas quoque Synodos, quas universalis Ecclesia recipit, se recipere, & venerati promittat, & absque ulla dubitatione eos Sanctitas vestra servatis eis propriis Ordinibus in suo Cœtu recipiat. *Greg. I. lib. 9. ex regest. ep. 61.*

3. Hæresim abjurans propter vehementem suspensionem, si labitur in hæresim formalem, censetur relapsus, & sic punitur. De hæreticis in 6. cap. Accusatus. Vide, Abjurare. n. 2.

4. Si de levi abjuravit, & postea labitur in formalem, non censetur relapsus, sed gravius punitur. Ibidem.

5. Hæresim abjurans, si postea universaliter fidem negat, vel in eandem, vel in aliam hæresim incidat, judicatur, ut relapsus. Ibid. §. Eum verò. Vide, Ibid. n. 4.

6. Hæresim abjurans, si postea favet hæreticis, donat, munera mittit, &c. ut relapsus habetur. Ib. §. Ille quoque. Vide, Ib. n. 5.

7. Abjurans fidei morte puniendus. Innoc. IV. const. 1. cum adversus. Vide, Abjuratio.

8. Hæresis abjuratio cum stipulatione faciendâ.

Qui salutaribus monitis pertinaciter per multos diuturnosque conflictus renitens, tandem gratiâ divinâ edoctus, cunctis coram adstantibus hæresim propriam abdicavit, &c. Conversus itaque atque receptus susceptæ fidei confessionem, cum ad stipulationem protulit, atque ab omnibus suis erroribus purgatus apparuit. *Conc. Hispanen. 2. cap. 12.*

9. Hæretici abjurantes datò juramentò de amplius non faciendo absolvuntur. Clem. VII. const. 22. Placuit.

10. De hæresi convictus abjurare tenetur, & jurare se nunquam illi, vel alteri adhæsurum, & acceptare poenitentiam conditionam, etiam perpetuam immurationem, nec alios docebit aut hæresim fovebit. Conc. Constant. sess. ult. in const. Martini. V. Vide, in Bullario.

11. Abjurare nolens suspectus de hæresi, tradendus est brachio seculari.

Laicus autem nisi (prout dictum est) abjuratà hæresi, & satisfactione exhibitâ, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis judicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus, pro qualitate facinoris, ultionem. Qui verò inventi fuerint, solâ suspitione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi juxta considerationem suspitionis qualitatemque personæ propriam innocentiam, congruâ purgatione monstraverint, simili sententia subiacent. *De hæreticis. cap. Ad abolendam.*

12. Faventes hæreticis, non recipiendi, nisi abjuratà eorum hæresi.

Qui in partibus Tholosanis hæreticorum, quas alii Catharos, alii Paterenos, & alii aliis nominibus vocant, invaluit damnanda perversitas: eos, & defensores eorum, & receptores anathemati decernimus subjacere, & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserint, non sub nostrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec sub aliquacunque occasione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Christianos recipiant sepulturam. De Brebantionibus, & Arrogenum Navariis, Basculis, Coterelis, & Triaverdinis, qui tantam in Christianis inhumanitatem exercent, ut nec Ecclesiis, nec monasteriis deferant, non senibus, & pueris, nec cuilibet parcant atati, aut sexui, sed more paganorum omnia perdant & vastent, similiter constituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint, per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, & aliis solemnibus diebus per Ecclesias publicè denuntientur, & eadem omninò sententiâ & poenâ cum prædictis hæreticis habeantur adstricti, nec ad communionem recipiantur Ecclesiæ, nisi societate illâ pestifera & hæretici abjuratis. *Conc. Later. 3. cap. 27. Et de hæreticis. cap. Sicut ait.*

13. Hæresim abjurantes, poenitentiam impositionem exequi tenentur.

De his, qui post Baptismi Sacramentum ad hæresis lapsum (carne suadente) descendunt, & agnoscetes reatum ad unitatem fidei Catholicæ venire desiderant, in Episcoporum potestate consistat, cum eos viderint dignam poenitentiam agere, quando vel qualiter communioni pristinae reformentur. *Conc. Aurelian. 4. cap. 8.*

14. Abjurare nolens, ut hæreticus est tractandus, Martinus V. const. 1. Inter cunctas. §. 14.

15. Hæretici, vel suspecti de hæresi, nolentes abjurare solemniter, & poenitentiam quamcumque, etiam per immurationem, acceptare, & dare cautionem de non credendo amplius illis, vel aliis erroribus, ut hæretici puniantur. Martinus V. const. 1. Inter cunctas. cap. Quod super. §. 14.

III. Hæreses extirpandæ.

1. Hæreses sine mora profligandæ.

Miramur, Dilectionem tuam fuisse miratam curam Sedis Apostolicæ, quæ more maiorum cunctis per mundum debent Ecclesiis, pro vestra quoque regionis fide fuisse sollicitam. Cumque ad eam perlarum esset, quod quidam per Dalmatias integritatem Catholicam vitare niterentur, & Divinis humanisque legibus antè damnatum Pelagianæ pestilentia denudè vici inferre, non putaverimus ullatenus differendum, quod minus hæc diligentius inquirentes, aut si fortasse subreperant, de proximo sanarentur, aut anxietatem nostram, si falsa probarentur, jactura relevarent, astimantes melius nos videri, impatientius talia investigare voluisse, quam crescere dissimulando perniciem. Neque enim, vel silentiò premere causas hujusmodi, vel differendo fovere deberemus. *Gelas. ep. 6.*

Sed opus est, citra respectum timoris infectari eorum rabiem, qui fidei adversa nituntur. Quænt enim infidelium error exarsit, tantò magis se, si resistas, securitas nostra commendat. Neque enim hæc sunt per patientiam negligenda, quando malo hoc vicio pravæ consuetudinis animarum apud plures sub quodam colore legis inolevit, duri aut prava studia in unum congruunt, aut recta subtrahunt. *Hormisd. ep. 8.*

Exploratum nempe est, quod non alià viâ convenientius hæreticorum calumnia, hæreses atque impietates caventur, quam ubi deteguntur & manifestantur. Tunc enim omnibus facile constat, quam vana sint, ac frivola, imò, quam stulta & impia eorum dogmata. *Conc. Senon. cap. 18.*

Plurimos hæcenus errores commemoravimus; sed

non illorum sufficit commemoratio; opus namque est, quod Christianissimi Principes suppetias ferant zelo, zelantes pro domo Domini exercitum, quæ juxta Apostolum est Ecclesia. Possit haud dubie DEUS absque illis universam hæreticorum cohortem conterere, ac exterminare: nullus enim creaturae suæ eger ministerio; vult tamen pro sua benignitate, homines sibi cooperari; amplâ quoque eos donat mercede, qui ei cooperantur, in iis præsertim negotiis, quæ ad fidei dignoscuntur spectare integritatem, quemadmodam multæ indicant historiæ. *Ibidem. cap. 18. Innot. IV. const. 1. Cum adversus in proemio. Clem. VII. const. 27. Cum scilicet. §. 1.*

2. Hæreses non extirpans Episcopus. Vide, *Episcopus.*
3. Hæretici exterminandi. *Honorius III. constit. 1. Has leges, & ex decreto etiam Imperatoris. Vide infra, Hæretici non tolerandi.*
4. Hæretici & hæreses eorum, qui dicebantur Apostolici ordinis, damnantur ab *Honorio VI. const. Olim.*
5. Hæreses Joannis Wicleff & Joannis Huls damnantur à *Martino V. const. 1. Inter cunctas.*
6. Hæresis Martini Lutheri damnatur à *Leone X. constit. 40. Exurge.*

IV. Hæretici & eorum proprietates.

1. Hæretici sunt, qui Evangelicis autoribus, Apostolicis literis, vel Prophetis oraculis resistunt.
Quid autem iniquius est, quam in ipsa sapere, & sapientioribus doctoribusque non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem, aliquò impediuntur obsecro, non ad propheticas voces, non ad Apost. literas, nec ad Evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt, & ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. *24. q. 3. cap. Quid autem.*
2. Hæreticus esse non dicitur, qui non est pertinax.
Dixit Apost. (Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devota, sciens quia subversus est cujusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus;) sed qui sententiam suam, quamvis fallam atque perverfam, nullâ pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audaciam præsumptionis pepererunt, sed à seductis atque in errore lapsis parentibus acceperunt, quarunt autem cautâ sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. *Ibid. cap. Dixit Apostolus.*
Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapient, si correpti, ut sanum, rectumque sapiunt, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, hæretici sunt. *Ibid. cap. Qui in Ecclesia.*
3. Hæreticus est, qui in damnatam hæresim incidit. *24. q. 1. cap. Achatius. Vide. tit. 1. n. 6.*
4. Hæreticus est, qui correctus, ut sanè sapiat, resistit. *24. q. 3. cap. Qui in Ecclesia. supra. n. 2.*
5. Hæreticus non est, qui non suâ audaciâ, sed alienò errore seducitur. *24. q. 3. cap. Dixit. Ibidem.*
6. Hæreticus est, qui quod pravè sapit, contumaciter defendit. *Ibidem. cap. Qui in Ecclesia.*
7. Hæreticorum bellis Ecclesia instruitur.
Hoc autem magna DEI Omnipotentis est gratia, quòd in ipsis, qui à sanctæ Ecclesiæ doctrina divisi

sunt, unitas non est: Quoniam omne regnum in se divisum non stabit, & S. Ecclesia subtilius in sua semper eruditione instruitur, dum hæreticorum questionibus impugatur, ita ut aperit impleretur, quod per Psalmistam contra hæreticos de Deo dictum est: Divisi sunt ab ira vultus ejus, & appropinquavit cor illius. Nam dum ipsi in suo pravo errore dividunt cor, nobis Deus appropiat: quia eruditio adversitatibus, intellectum ejus subtilius invenimus. *Greg. I. lib. 7.*

8. Hæretici cur permittuntur à DEO, ut Catholicis discant scripturas.

Ideo Divina providentia multos diversi erroris hæreticos permittit, ut, cum insultant nobis, & interrogant nos ea, quæ nescimus, vel excutiamus pigriniam, & Divinas Scripturas nôsse cupiamus. Propterea & Apostolus: Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos. (Hi autem Deo probati sunt, qui benè possunt docere, sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cum docent. *24. q. 3. cap. ultimo.*)

9. Hæretici dicuntur Christiani, qui ad Judaismum transeunt, vel redeunt. De hæreticis in 6. cap. Contrâ. Vide, Christiani. tit. 1. n. 1.

10. Hæreticus judicatur, qui suspectus de ea excommunicatus per annum non comparuit. De hæreticis in 6. cap. Cum contumacia. Vide, Contumacia. n. 5.

11. Hæretici sunt, qui fidem negant, vel faceri simulant.

Hæreticos autem dicimus, tam eos, qui olim ab Ecclesia projecti sunt, quam qui post hæc à nobis anathematizati sunt. Præter hos autem & eos, qui fidem quidem sanam negant, vel simulant confiteri. *Nicolaus I. in decretis. tit. De Judicis cap. 11.*

12. Hæreticorum primus in Ecclesia Christiana fuit Simon Gechæus Samaritanus; & primi ejus successores fuerunt Dosineus, Menander, Basilides, &c.

Initium verò novarum hæresum hoc existit: Fuit quidam Simon, cognomine Gechæus, à pago sic dicto, Samaritanus, qui artem magiæ profitebatur, hoc se diabolus induit, & ministrum suæ perverfæ voluntatis fecit. *Lib. 6. Constit. Apost. cap. 7.*

Cum verò proditivimus in mundam ad prædicandum Verbum vitæ, tunc diabolus hoc in populo operatus est, ut pseudo-Apostolos ad contraindandum Verbum post nos mitteret; ac præmiserunt Cleobium quendam, quem Simoni adjuverunt; fuerunt autem hi discipuli cujusdam Dosinei, quem improbarunt, & ex principatu magisterii deiecerunt: Deinde alii aliorum dogmatum absurdorum auctores existerunt; Querintus, Marcus, Menander, Basilides, & Saturnillus, ex quibus alii quidam plures Deos ponunt, alii verò tres adversos, principio carentes, qui semper unâ sint: alii infinitos & ignotos. Item alii nuptias improbant, quòd opinentur non esse eas opus Dei; alii quædam genera ciborum tanquam execrabilia ejiciunt: alii omni verecundiâ & pudore sublato seortantur, ut ij, qui nunc falsò nomine Nicolaitæ vocantur. *Ibidem. cap. 8.*

13. Hæreticorum multa nomina, & Sectæ.

Quidam autem hæretici, qui de Ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam verò ex causis, quas eligentes instituerunt. Simoniani dicti à Simone, magiæ artis perito: cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo, quòd ab Apostolis Spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt, creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam.

Menandri à Menandro magno, discipulo Simonis, nuncupati: quia mundum non à Deo, sed ab Angelis factum asserunt.

Basilides

Basilidiansi à Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias, JESUM passum abnegavit.

Nicolaitæ dicti à Nicolao Diacono Ecclesiæ Hierosolymorum: qui cum Stephano, & cæteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, dixerat, ut qui vellet, eâ uteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem conjugia commutarentur. Quos Joannes in Apocalypsi improbat, dicens. (Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.)

Gnostici, propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus tingunt.

Carpocratiani à Carpocrate quodam vocantur, qui dixit, Christum hominem fuisse tantum, & de utroque sexu progenitum.

Cerinthiani à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem observant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. Unde & Græcè *χρυσωται*, Latine Millenarii sunt appellati.

Nazaræi dicti, qui dum Christum, (qui à vico Nazaræus est appellatus) Filium DEI constentur, omnia tamen veteris legis cultu diunt.

Ophite à colubro nominati sunt. Coluber enim Græcè *ὄφις* dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem.

Valentiniani à Valentino quodam Platonicæ sectæ vocati, qui *αιωννας*, id est, sæcula quædam in originem DEI creatoris indixit: Christum quoque de virgine nihil corporis assumptisse, sed per eam, quasi per solum, transisse asseruit.

Appellitæ, quorum auctor Apelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris DEI faciens, DEUM legis Israël illum ignem affirmans dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.

Archontici à principibus appellantur: qui universitatem, quam DEUS condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani vocati, quòd Adæ imitentur nuditatem, unde & nudi orant, & nudi inter se mares foeminaque conveniunt.

Cainani inde sunt appellati, quoniam Cain adorant.

Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus est Seth: dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech, Sacerdos DEI, non hominem fuisse, sed virtutem DEI esse arbitrantur.

Angelici vocati, quia Angelos colunt. Apostolici hoc sibi nomen ideo sumperunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliqd in hoc mundo utuntur.

Cerdoniani à Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia asserunt.

Marcionistæ à Marcione Stoico Philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum justum DEUM asseruit, tanquam duo principia creationis & bonitatis.

Artotyritæ ab oblatione vocati: panem enim & caseum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & fructibus ovium fuisse celebratam.

Aquarii appellati, eò quòd aquam solam offerunt in calice Sacramenti.

Severiani à Severo exorti, vinum non bibunt: vetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

Tatiani à Tatiano quodam vocati: qui & Encratitæ dicti: quia carnes, abominantur.

Alogii vocantur, tanquam sine verbo, *αλογος* enim Græcè, verbum dicitur. DEUM enim verbum non credunt, respuentes Joannis Evangelium, & Apocalypsim.

Cataphrygis nomen, provincia Phrygia dedit: quia ibi extiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca & Maximilla fuerunt. Hi adventum Spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum asserunt.

Cathari propter mundiciam ita se nominaverunt: gloriantes enim de suis meritis, negant poenitentibus

veniam peccatorum: viduas, si nuptierint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellet, mundanos se potius, quam mundos vocarent.

Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt: qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumptisse initium.

Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducens, DEO non nato eam comparavit, materiamque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis servientes.

Manichæi à quodam Persa extiterunt, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, id est, bonam & malam, & animas ex DEO, quasi ex aliquo fonte manare asseruit, testamentum vetus respuit, novum ex parte recepit.

Anthropomorphitæ dicti pro eo, quòd simplicitate rusticâ DEUM habere humana membra, quæ in divinis libris scripta sunt, arbitrantur, *ανθρωπος* enim Græcè, Latine homo interpretatur, Ignorantes vocem Domini, qui ait: (Spiritus est DEUS.) incorporeus est enim, nec membris distinguitur: nec corporis mole censetur.

Hierarchitæ, ab Hierarcha auctore exorti, monachos tantum recipiunt: conjugia respuunt: regna cælorum parvulos habere non credunt.

Novatiani à Novatiano Romæ urbis presbytero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizans baptizatos.

Montani hæretici dicti, quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt, quâ occasione se à catholice Ecclesiæ corpore dividerunt.

Ebionitæ ab Ebione dicti, sive à paupertate; Christum enim per profectum solum vitum justum putant effectum. Unde competenter Hebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. Hi enim semi Judæi sunt: & ita tenent Evangelium, ut legem carnaliter fervent: adversus quos Apostolus ad Galatas scribens invenitur.

Photiniani à Phorino, Gallogræciæ Syrmii Episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans, asseruit, Christum à Maria per Joseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aëriani ab Aërio quodam nuncupati sunt: hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Aëtiani ab Aëtio sunt vocati: idemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aëtii discipulo, ex cuius nomine magis innovaverunt, dissimilem Patri asserentes Filium, & Filio Spiritum sanctum. Dicunt etiam, nullum imputari peccatum in fide manentium.

Origeniani ab Origene auctore, exorti sunt, dicentes, quòd non possit videre Filius Patrem, nec Spiritus sanctus Filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diversitate peccatorum è calis usque ad terras diversa corpora, quasi vincula memisse, eaque caris fractum esse mundum.

Noëtiani à quodam Noëto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & Patrem, & Spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde & Patripassiani vocantur, quia Patrem passum dicunt.

Sabelliani ab eodem Noëto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innovaverunt, unde & Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam Patris, & Filii, & Spiritus sancti astruunt.

Arriani ab Arrio Alexandrino presbytero orti sunt: qui coætærum Patri Filium non agnoscens, diversas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait Dominus: (Ego & Pater unum sumus.)

Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano Episcopo dicti sunt, negantes DEUM esse Spiritum sanctum.

Apollinaritæ ab Apollinare vocati sunt, dicentes, Christum corpus tantummodò sine anima suscepisse.

Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quòd Mariæ virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum naturam viro suo fuisse commistam.

C c 4

Me-

Metangifmonia: ideo tale nomen acceperunt, quia *εγυς* Græcè Vas dicitur. Afferunt enim, sic esse in Patre Filium, tanquam vas minus, intra vas majus.

Patriciani à quodam Patricio nuncupati sunt: qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt.

Colluthiani à quodam Collutho nominati: qui dicunt, DEUM non facere mala, contra illud, quod scriptum est, (Dominus creans mala.)

Floriani à Floriano: qui è contrario dicunt DEUM creasse mala, contra hoc, quod scriptum est: (Fecit DEUS omnia bona.)

Donatistæ à Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia veniens, totam penè Africam suâ persuasione decepit, afferens minorem Patre Filium, & minorem Filio Spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos.

Bonosiani à Bonoso quodam Episcopo exorti produntur: qui Christum DEI Filium adoptivum, non proprium asserunt.

Circumcelliones dicuntur, eò quòd agrestes sint quos Scototopicos vocant, supradictæ hæresis habentes doctrinam. Hi, amore martyrii, semetipsos perimunt, non violentur de hac vita discedentes, martyres nominentur.

Priscillianistæ à Priscilliano vocati: qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichæorum, permixtum dogma composuit.

Luciferiani à Lucifero Sardinia Episcopo orti: qui Episcopos catholicos, qui Constantii persecutione perfidie Arrianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes, sive quòd crediderant, sive quòd se credidisse simulaverant, quos Ecclesia catholica maternò recepit sinu, tanquam Petrus post sterum negationis, hanc illi matris charitatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes, ab Ecclesiæ communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui manè oriebat, cadere meruerunt.

Jovinianistæ à Joviniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptiarum & virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes & simpliciter epulantes esse, discrimen.

Helvidiani ab Helvidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de suo Joseph peperisse.

Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

Arabici nuncupati, eò quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrumque resurgere.

Tertullianistæ dicti à Tertulliano presbytero Africanæ provincie civitatis Carthagenensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in demones verti putantes.

Thestares cædecaritæ dicti, quòd decimâ quartâ Iannâ Pascha cum Judæis observandum contendunt: Nam *τρεῖς* quatuor, *δέκα* decem significat.

Nyctages à somno nuncupati, quòd vigiliis noctis respuant, superstitionem esse dicentes, jura temerari divina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani à Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinæ gratiæ anteposunt, dicentes, sufficere voluntatem ad implenda jussa divina.

Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati, qui beatam Mariam virginem non DEI, sed hominis tantummodo matrem, asseruit: ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec unum Christum in verbo DEI, & carne credidit: sed separationem, atque secundum alterum Filium DEI, alterum hominis prædicavit.

Eutyehiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate: qui Christum post humanam assumptionem negavit existere in duabus naturis: sed solam in eo divinam asseruit naturam.

Acephali dicti, id est, sine capite: Nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in ejus persona naturam prædicant.

Theodosiani, & Gajanitæ, appellati à Theodosio, & Gajano: qui temporis Justiniani principis in Alexandria, populi perversi electione, unâ die ordinari sunt Episcopi. Hi errores Eutyehetis, & Dioscori sequentes, Chalcedonense Concilium respuunt, ex duabus unam in Christo naturam asserunt: quam Theodosiani corruptam, Gajanitæ incorruptam contendunt.

Agnoitæ, & Thriceitæ à Theodosianis exorti sunt, ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad perversitatem, à qua exorti sunt, id adjiciunt, quòd Christi divinitas ignoret futura, quæ sunt subscripta de die & hora novissima, non recordantes Christi personam in Esaja loquentis, (Dies iudicii in corde meo.)

Tricheitæ verò vocati, quòd sicut tres personas in Trinitate; ita quoque tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est: (Audi Israël, Dominus DEUS tuus, DEUS unus est.)

Sunt aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformem esse DEUM: aliæ Christi divinitatem passibilem dicunt: aliæ Christi de Patre nativitate initium temporis dant: aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione, non credunt: aliæ animam imaginem DEI negant: aliæ animas converti in demones, & quæcumque animalia existimant: aliæ de mundi statu dissentiunt: aliæ innumerabiles mundos opinantur: aliæ aquam DEO coæternam faciunt: aliæ nudis pedibus ambulant: aliæ cum hominibus non manducant. Hæ sunt hæreses adversus Catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis, & à sanctis Patribus, vel Conciliis prædamnatæ: quæ dum in se multis erroribus divisæ, invicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine adversus Ecclesiam DEI conspirant. Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagrat, à quo conscripta est: licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. 24. q. 3. cap. *Quidam*.

14. Hæreticus est ille, qui Sacram Scripturam falsò sensu declarat. 24. q. 3. cap. *Hæresis*. Vide, *Hæresis*. tit. 1. n. 1.

Unde & dolose eum decipiendo adorare fingentes scripturas de eo, & paterna testimonia conscribentes, falsè exposuisse noscuntur, in hæreticam pravitatem convertentes ea. *Concilium Lateranen. Sub Martino I.*

15. Hæreticus veritatem cum mendacio mutat.

Transferunt principes Judæ terminos, quos possederunt Patres eorum, quando immutant mendacio veritatem, & aliud prædicant, quam ab Apostolis acceperunt. De hæreticis manifestus est sensus, quòd Sophismatibus suis & arte dialecticam sapè opprimant Ecclesiasticos: Veteres scrutant historias, invenire non possunt Ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos, qui Sacerdotes à DEO positi fuerant, & prophete, id est speculatores. Ipsi ergo vertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum. 24. q. 3. cap. *Transferunt*.

16. Cum hæreticis anathematizantur, qui eorum doctrinam defendunt, & laudant.

Condemnamus autem & anathematizamus unâ cum omnibus aliis Hæreticis, qui condemnati, & anathematizati sunt à prædictis Sanctis quatuor Conciliis, & à sancta Catholica, & Ap. Ecclesia, & Theodorum, qui Mopsuestiæ Episcopus fuit, & impia ejus conscripta, & quæ impius Theodorus conscripsit contra rectam fidem, & contra duodecim capitula S. Cyrilli, & contra Ephesinam primam synodum, & quæ ad defensionem Theodosii & Nestorii ab eo scripta sunt &c. Prædicta igitur tria Capitula anathematizamus, id est, Theodorum impium Mopsuestenum, cum nefandis ejus conscriptis, ut, quæ impiè Theodorus conscripsit, & impiam Epistolam, quæ dicitur Ibræ, & defensores eorum, & qui scripserunt, vel scribunt, ad defensionem eorum, vel recta ea dicere præsumunt, vel omnimodo impietatem eorum nominum Sanctorum Patrum, aut S. Chalcedonensis Concilii defendunt, aut defendere conantur. *Conc. Constantinopol. General. s. sub. Vigilia. Confessione. seu collatione octava.*

17. Hæretici sunt, qui malè sentiunt de Sacramentis Ecclesiæ. *De hæreticis. cap. Ad abolendam*. Vide, *Episcopus*. tit. 17. n. 7.

18. Hæretici publici sunt, qui vel contra Catholicam fidem publicè prædicant, vel profitentur, seu defendunt suum errorem: vel à suis Prælati sunt convicti vel confessi, vel per sententiam condemnati de hæresi.

Super quo tibi duximus respondendum: illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem Catholicam publicè prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem, vel qui coram Prælati suis convicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super hæretica pravitate: Quorum bona propria confiscantur, & ipsi juxta sanctiones legitimas puniuntur. *De Verbor. signific. cap. Super quibusdam*.

19. Hæretici delictum secundum, confirmatum. *Martinus I. ep. 12*. Vide, *Delicta*. n. 4.

20. Hæreticus est, qui de Sacramentis Ecclesiæ sentit aliter, quam sentiat R. E. *Concil. Constantin. sess. ult. in constitut. Martinus V. Vide, in Bullario. Vide, Accusare. Vide, Apostata à fide. Vide, Fidem deserens. Vide, Lapsi*.

V. Hæretici ab Ecclesia sunt separandi

1. Hæretici segregandi & dividendi sunt ab aliis fidelibus.

Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiola ovis à caulis repellenda, nè tota domus massa, Corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum Orbem ejus flamma populata est. 24. q. 3. cap. *Resecanda*.

Si verò (quod non optamus) erroris hujusprehenduntur jaculo vulnerati, Ecclesiasticæ adhortationis est eis adhibenda curatio, ut aut inter oves Dominicas, si sanati fuerint, permaneant, aut ab unitate Ecclesiasticæ corporis excidantur, quatenus & magnum ex damno modico lucrum fiat, & totum faciat liberum, pars amissa. Nam & providi sollicitudo pastoris, ovem languidam, quæ curationem non recipit, nè alias languoris sui labe contamine, à sanarum consortio non differt ejicere, sciens caterarum se sanitatem non aliter, nisi hujus posse ejectione servare. *Greg. I. Lib. 7. Ex regest. Epist. 6*.

Hos ideo homines, dilectissimi, per omnia execrabiles atque pestiferos, quos aliarum regionum perturbatio nobis intulit crebrioribus, ab amicitia vestra penitus abdicare, vosque præcipue mulieres à talium notitia & colloquiis abstinete, ne dum fabulosis narrationibus incautus delectatur auditus, in Diaboli laqueos incidatis. *Conc. Roman. 1. Sub Leone I.*

2. Hæretici diligenter quærendi & extirpandi, ne alios inficiant.

Præcipimus, ut præfatum hæreticum, qui mantus nostras, judicium suum perfidie formidans, suffugit, diligenter exquiras & solerter examines, &c. Quòd si veris rationibus, & saluberrimis monitis tuis, Diaboli spiritus induratus acquiescere, & incertis intellectibus fidei consentire noluerit, ne rabies illius ignaros latere, & sic incautos valeat ledere; jubemus, ut eum facias perfidie notâ in aperto signari, ac deinde ex toto Archiepiscopatu tuo ipsum expulsum, hæresim ejus cunctis detegendo ubique, quantum potest, ut Apostatam, & Christianæ unitatis inimicum, non desinas persequi. *Greg. VII. Lib. 7. Ep. 28*.

3. Episcopi & Archiepiscopi omni annò tenentur visitare provincias & Dioceses suspectas de hæresi.

Adjicimus insuper, ut quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se, aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas, bis aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit, hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam jurare compellat; quòd si quos ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vitâ & moribus distantes, eos Episcopo studeas indicare. *De hæreticis &c. cap. Excommunicamus. s. Adjicimus*. Vide, *Episcopus in causis fidei*.

4. Statuta contra hæreticos omnino observanda, & à quatuor distinctis personis scripta, in libris conservanda, id est, in Archivio civitatis, apud Diocesanum, apud Fratres Prædicatores & apud Fratres Minores. *Innoc. IV. Constit. 9. Ad extirpanda. §. 38*.

VI. Hæretici non sunt tolerandi.

1. Hæretici nullò modò sufferendi sunt.

Apostolo protestante nobis, ut hominem hæreticum post primam & secundam correptionem evitare debeamus, scientes, quia hujusmodi subversus est, & delinquit, proprio judicio condemnatus, nullò modò oportet nos deinceps tacere aut quiescere, (ne quoquò modò iniquè judicemur) odibilem DEO pacem amplectentes, &c. Sed consurgere cum DEO, & consiliter promptè, induentes arma Spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, ut appropinquemus spiritui sapienter, id est, verba eorum, si ex DEO sunt. *Liberius. Ep. 13. Ad Athanasium*.

2. Hæretici sine mora damnari debent. *Hormisdas ep. 8. Concil. Senonense. cap. 17. & 18. Vide, tit. 3. n. 1*.

3. Hæreticorum inquisitio sollicitè faciendâ. *Innoc. IV. Constit. 1. Cum adversus. Ibidem inconsultilem &c. §. 2*.

4. Hæretici dicti Ordinis Apostolorum, damnantur ab Honorio IV. *Constit. 1. Olim felices*.

5. Hæreses omnes Joannis Wicleff & Joannis Husi damnantur à Martino V. *Constit. 1. Inter cunctas. Vide, Hæreses extirpandæ*.

VII. Hæreticorum punitiones & poenæ.

1. Hæretici, vel suspecti, vocari possunt ex quolibet loco, etiam remoto, & revocantur Constitutio Bonifacii VIII. in contrarium. *Martinus V. Constit. 1. Inter cunctas. cap. Quod super. §. 15*.

2. Hæretici quomodo examinandi & interrogandi, per 37. interrogationes. *Ibid.*

3. Hæretici sunt excommunicandi, id est, declarandi excommunicati. 24. q. 3. c. *Notandum*. Vide, *Excommunicatio*. tit. 3. n. 12.

4. Hæretici ipsò factò cadunt à propria dignitate, quæcumque illa sit, sive Regia, sive Imperialis, Episcopalis, Cardinalitia, &c. & privantur beneficiis. *Paulus IV. Constit. 19. Cum ex Apostolatibus*.

5. De factò sunt excommunicati in Bulla Cœnæ.

Excommunicamus & anathematizamus omnem hæresim, extollentem se adversus hanc sanctam Orthodoxam Catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes universos hæreticos, quibuscunque nominibus censeantur. Facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum. *Conc. Lateranen. 4. cap. 3*.

cap. 3. De Hæreticis. cap. Excommunicamus. Vide, Excommunicationes in Bulla Genæ.

6. Hæreticus perseverans, & impœnitens, damnatur.

Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum, vel schismaticum, cum diabolo & angelis ejus æterni ignis incendio participandum, nisi ante finem vite Catholicæ fuerit incorporatus & redintegratus Ecclesiæ. (Et post pauca.) Omni homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet unitatem, neque baptismum, neque elemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem. De hæreticis. cap. Firmissimè. Et cap. ad abolendam. Vide, infra num. 11.

7. Hæretici, ut rei læsæ majestatis puniendi. Innocentius IV. const. 1. Inconsuetilem.

8. Hæretici puniendi, etiam si habent saluum conductum, si sunt pertinaces in suis dogmatibus.

Præfens sancta Synodus ex quovis salvo conductu, per Imperatorem, Reges, & alios sæculi Principes hæreticis, vel de hæresi diffamatis, putantes eosdem sic à suis erroribus revocare, quocumque vinculo se adstrinxerint, concessio nullum fidei Catholicæ, vel Jurisdictioni Ecclesiasticæ præjudicium generari vel impedimentum præstari posse, seu debere, declarat, quò minus, dictò salvo conductu non obstante, liceat judici competenti & Ecclesiastico de hujusmodi personarum erroribus inquirere, & alias contra eos, debere procedere, eosdemque punire, quantum iustitia suadebit, si suos errores revocare pertinaciter recuserint, etiam si de salvo conductu confisi, ad locum venerint iudicii, alias non venturi, nec sic promittentem, cum fecerit, quod in ipso est, ex hoc aliquo remansisse obligatum. Concilium Constantien. sess. 19.

9. Hæretici antequam dampnentur, citandi sunt ad comparandum.

Item decernit dicta sancta Synodus, citationem contra Hieronymum de Praga, de hæresi infamatum, quòdque dicta citatio contra eum exequatur in forma, quæ sequitur: Sacro-sancta Constantiensis Synodus, &c. Concil. Constantien. sess. 6. in causa Hieronymi de Praga. Leo X. Const. 40. Exurge. in fine.

10. Hæretici carcerati, tenendi sunt seprati ab aliis. Innoc. IV. const. 9. Ad extirpanda. &c. §. 22.

11. Hæretici clerici spoliandi sunt officio & beneficio, & tradendi brachio sæculari, nisi pœniteant, & abjurent hæresim coram Episcopo.

Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque manifestè fuerint in hæresi deprehensi, si Clericus est, vel cujuslibet Religionis abumbratione fuit atus, totius Ecclesiastici Ordinis prærogativâ nudetur, & sic omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiastico sæculari relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debitâ puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ unitatem spontè recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicè confiteri abjurare, & satisfactionem congruam exhibere; laicus autem, (Cætera Vide,) tit. 2. n. 11. De hæreticis. cap. Ad abolendam. Vide, Hæretici clerici.

12. Hæretici damnati, longissimè ablegandi.

Scriptimus Clementiæ Principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque, hunc Antiochiam revertisse, &c. Elaborate fratres charissimi, laborate obsecro, ut verè tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Sola decet tales homines solitudo; ubi enim debet hic invenire solatium, qui sic traxit ubique regnantem? Celestinus I. ep. 11. Ad Cyrillum de Nest.

13. Hæretici relapsi, & fidei abjurantes, morte mulcandi. Innoc. IV. const. 1. Cum adversus.

14. Hæreticorum domus destruendæ. Innocent. IV. Const. 9. Ad extirpanda.

15. Hæreticorum domus, in quibus fiunt conventicula, fisco sunt applicanda.

Secundum sacratissima Divorum retrò Principum, constitutiones, quæ de Appollinaristis promulgatæ sunt, non habeant potestatem faciendi testamenti, & condendæ ultimæ voluntatis, neque id capiant, quod ipsis ex testamento cujusquam fuerit derelictum, nihil etiam ex donatione aliqua consequantur; sed si quid in ipsos, vel liberalitate viventis, vel morientis fuerit voluntate collatum, id fisco nostro proinus addicatur. Ipsi verò in nullos aliquid ex facultatibus suis donationis titulo & jure transfundant, &c. Universi præterea Appollinaristæ, vel Eutyrianistæ, non Ecclesias, non monasteria sibi construant, parasynaxes & conventicula, tam diurna, quam nocturna non contrahant, neque ad domum, neque ad possessionem cujusquam, neque ad monasterium, neque ad quemcumque alterius locum, operatores sectæ finestissimæ congregentur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse Dominò volente confiteris, post rem in examine iudicis approbatam, domus, vel possessio, in quam venerint, fisco sine dilatione societur; Monasterium verò ejus civitatis orthodoxæ Ecclesiæ, in cuius territorio est, jubemus addici. Sacra Marcianni Imperatoris, contra hæreticos in Concilio Calcedon.

16. Hæreticorum nomina in quatuor libris scribenda, & omni anno publicanda. Innoc. IV. const. 9. Ad extirpanda. §. 29.

17. Hæretici possunt capi, & fieri servi capientium Catholicorum.

Ipsis autem, cunctisque fidelibus in remissionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus se viriliter opponant, & contra eos armis populum Christianum tueantur, confiscenturque eorum bona, & liberum sit principibus hujusmodi homines subjicere servituti. Concilium Lateranen. 3. cap. 27.

18. Hæreticorum bona confiscanda, etiam si filios habeant Catholicos. Innoc. IV. Const. 1. Cum adversus. Sed redeuntibus ad eos (nisi relapsi sint) possunt eis restitui bona. Ibidem.

In terris verò temporali nostræ jurisdictioni subiectis, bona hæreticorum statim publicari, & in aliis idem præcipimus fieri per Potestates & Principes sæculares, quos ad id exequendum, si fortè negligentes extiterint, per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus & mandamus. Nec ad eos bona eorum ulterius revertantur, nisi eis ad cor revertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium misereri aliqui voluerit, ut temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigat disciplina. De hæreticis. cap. Vergentis.

19. Hæreticorum bona ipso jure sunt confiscata. De hæreticis in 6. cap. Cum secundum. Vide, Confiscatio. n. 2.

20. Hæc confiscatio fieri non potest nisi per Principes sæculares, nec executioni mandari, nisi post latam sententiam hæresis à Judice Ecclesiastico. Ibidem.

21. Confiscatio bonorum hæreticorum damnatorum in statu Ecclesiæ faciendâ est per ministros Papæ. In terris Principum per alios. De hæreticis. cap. Vergentes supra n. 18.

22. Bona hæc confiscata non possunt eis restitui, nisi revertantur ad cor, & Domini voluerint eorum misereri. Ibidem.

23. Neque filiis hæreticorum sunt concedenda bona confiscata, nisi parentes conver-

tantur, & ex misericordia Domini voluerint eis concedere.

Cum enim secundum legitimas sanctiones, reis læsæ Majestatis punitis capite, bona confiscentur eorum; Filiis suis vita solummodò ex misericordia conservata, quantum magis qui aberrantes in fide Domini Dei Filium Jesum Christum offendunt, à capite nostro, quod est Christus, Ecclesiasticæ debent distractione præcidi, & bonis temporalibus spoliari, cum longè sit gravior æternam, quam temporalem ledere Majestatem. De Hæreticis. cap. Vergentis.

24. Bona confiscata non possunt à Diocesanis appropriari, neque pars eorum pro expensis capi, sed Camera Apostolicæ sunt applicanda. Extra. de hæreticis. cap. Ex eo. Vide, Bona temporalia. n. 5.

25. Hæreticorum bona confiscata pro dispositione Papæ conservanda sunt. Alexander IV. Const. 21. Discretioni.

26. Ob hæresim mariti non possunt confiscari bona uxoris, nisi uxor cum hæretico marito scienter contraxerit. De hæreticis in 6. cap. Decrevit. Vide, Confiscatio. n. 4.

27. Clericorum damnatorum bona fisco Ecclesiastico applicanda.

Damnati verò præsentibus secularibus Potestatibus, aut eorum balivis relinquuntur animadversione debitâ puniendi, Clericis prius à suis Ordinibus degradatis, ita quòd bona hujusmodi damnatorum, si Laici fuerint, confiscentur; si verò Clerici, applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt. De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Damnati. Concil. Lateran. 4. cap. 3.

28. Confiscatio fieri potest, etiam si quis declaretur hæreticus post mortem. De hæreticis in 6. cap. Accusatus. §. In eo verò. Vide, Confiscatio. n. 1.

29. Hæreticorum bona confiscata non accipiantur, nisi post sententiam de hæresi contra eos promulgatam. Martinus V. Const. 1. Inter cunctas. §. 8.

30. Confiscatio hæreticorum nullo modo relaxanda. Innoc. IV. Const. 9. Ad extirpanda. §. 33. Bona confiscata quomodo dividenda. Ibidem. §. 34.

31. Electi in Episcopos, Cardinales, &c. si sunt hæretici, nulla est electio. Paulus IV. Const. 19. Cum ex Apostolatus.

32. Electio hæretici in Papam est nulla. Item & omnia acta, quæ facit. Ibid. Vide, Papa Electio.

33. Hæreticus (impœnitens, vel relapsus) damnatus, tradendus est potestati sæculari, si Clericus, prius degradandus. Concil. Lateranen. 4. cap. 3. supra. Bona confiscanda. Et si Clerici sint, bona applicentur Ecclesiis. Ibidem. & Lateran. 3. cap. 27. De hæreticis. cap. Ad abolendam. supra n. 11.

34. Hæretici, & eorum receptatores & defensores, cujuscumque gradus, exempti, vel non exempti, possunt excommunicari, carcere interdici, privari dignitatibus, beneficiis, feudis, monasteriis, gradibus omnibus, sive sæculares sint, sive Clerici, usque ad degradationem inclusivè, immurari & tradi brachio sæculari. Conc.

Constantiense. sess. ultima. in Const. Martini V. circa finem. Vide, in Bullario.

35. Hæretici possunt comburi, & hoc non est contra DEI voluntatem. Leo X. in Const. 40. Exurge.

36. Pœnæ contra hæreticos per sæculares Principes executioni dantur. Statim ab eis accipiendi.

De Liguribus atque Veneticis & Histriis Episcopis quid dicam? Quos idonea est Excellentia Vestra & ratione, & potestate reprimere, & dimittere eos in contemptum Apostolicarum Sedium de sua rusticitate glorari, &c. Nolite ergo dubitare hujusmodi homines principali, vel judiciali autoritate comprimere; quia regule Patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua Ecclesiastici officii persona, cui subiectus est, resisterit, vel scorsum collegerit, vel aliud Altare erexerit, seu schisma fecerit, iste excommunicetur, atque damnetur. Quòd si fortè & hoc contempserit, & permanferit divisiones & schisma faciendò, per Potestates publicas opprimatur. 23. q. 5. cap. De Liguribus.

Ob quam causam Petrum Presbyterum Sedis nostræ; sed & Projectum Notarium ad eadem conduximus destinandos, ut ea quæ Canonice Statuta à prædictis Pseudo-Episcopis compererint commissa, vel digna debeant ibi ultione compescere, vel eosdem ad nos usque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestram, petimus, ut præfatis, quia nostra Sede directi sunt, in omnibus præbeatis auxilium, nec putetis alienius esse peccati, si hujusmodi homines comprimuntur, hoc enim & Divinæ, & humanæ leges statuerunt, ut ab Ecclesiæ unitate divisi, & ejus pacem iniquissimè perturbantes à secularibus etiam Potestatibus comprimantur. Nec quidquam majus est, unde DEO Sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hi, qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci. Ibidem. cap. Quali nos. Pelagius I. ep. 2. De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Damnati. supra n. 27.

Placuit & illud adversus hæreticos, vel Paganos, vel eorum superstitiones, vel Legati missi de hoc glorioso Concilio, quicquid utile providerint, à gloriosissimis Principibus impetrent. Concil. Milevitanum. cap. 11. Concil. Constantiense in const. Martini V. Vide, in Bullario. Innoc. IV. Const. 9. Ad extirpanda.

37. Hæretici possunt tradi Curie sæculari, (ut morte mulcetur) vel carcere perpetuò immurari.

Cumque quotidie ob novas, imò jam olim damnatas hæreses, Apostatarum numerus, tam Religiosorum, quam Sacerdotum, in immensum crescat, quamplurimis eorum uxores ducentibus; ut ergo sacrilegia hæc impunita non remaneant, concedimus quibuscumque Principibus, Statibusque Potestatis sæcularis, eorumque Officialibus facultatem, ut ejusmodi Apostatas & sacrilegos capere possint. Modò reos ipsos Ordinariis infra tempus debitum tradant & assignent, aliqua in eos torturâ & animadversione debite puniendos; quibus enixè mandamus, ut omni positâ morâ, favoreque, diligentius quàm hæcenus factum fuit, juxta sacras Sanctiones, omninò puniant facinorosos, aded quòd criminis enormitate expostulante, possit Episcopus, servatâ formâ Capituli Primi de hæreticis in 6. reum Curie sæculari relinquere, vel ad perpetuè carceris arumnam damnare. Reformatio Cleri Germaniæ. Cap. 24.

38. Hæretici non gaudent immunitate Ecclesiæ, si ad eam fugiunt. Joannes XXII. Const. 1. Ex parte.

39. Hæretici Religiosi immurationis pœnâ puniendi, & gravius quàm sæculares.

Religiosi etiam sunt immurationis pœnâ, vel aliâ gravius puniendi, quàm sæculares, si inventi fuerint in

- in hæresi, vel consimilibus deliquisse. *De hæreticis in 6. cap. Accusatus. §. Fin.*
40. Hæretici sunt infames & intestabiles. *Clemens VII. Const. 22. Placuit. §. 7.*
 41. Hæreticorum fidelium bona quilibet fidelis potest sibi acquirere, & personas captivare, & in servitutem redigere. *Concil. Lateranen. 3. cap. 27. Supra. n. 17.*
 42. Hæreticorum poenæ statim à sæculari Magistratu, Judice, &c. executioni dandæ, non obstante appellatione, aliàs excommunicantur, & fiunt suspecti de hæresi. *De hæreticis in 6. cap. Ut inquisitionis. Vide, Episcopus tit. 17. n. 13.*

VIII. Hæreticis non communicandum in divinis ac ritibus; & poenæ.

1. Cum hæreticis communicans Clericus in oratione, excommunicatur, & si alios ad id horratur, est damnandus.
Episcopus, Presbyter & Diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodò Communione privetur; si verò tanquam Clericus, hortatus eos fuerit, agere, vel orare, damnetur. *Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 45. Vide, Orare.*
2. Non possunt admitti ad Ecclesiam hæretici, neque intrare in eam possunt, manentes in hæresi.
Quòd hæretici non permittendi sint ingredi in domum Domini in hæresi permanentes. *Concil. Laodicen. cap. 6.*
3. Hæreticorum loca, orationis gratiâ frequentantes, excommunicantur.
Quòd non permittantur Ecclesiastici ad hæreticorum cæmeteria, vel ad ea, quæ ab eis martyria appellantur, orationis causâ, vel sanitatis accedere: Sed hujusmodi, si fideles fuerint, certò tempore communionis privati, poenitentes autem, & confitentes, se deliquisse, convenit suscipi. *Ibidem. cap. 9.*
4. Cum hæreticis, aut schismaticis orandum non est. Neque cum eis psallendum.
Quòd non oporteat cum hæreticis, aut schismaticis pariter orare. *Ibidem. cap. 35.*
Cum hæreticis, nec orandum, nec psallendum. *Concil. Carthaginen. 4. cap. 72.*
5. Eorum ritus, & alii similes illis, puniendi,
Sed quia nunc usque ab hæreticis infans in baptismo tertio mergebatur, sciendum apud vos esse non censet, nè, dum mersiones numerant, divinitatem dividant; dumque quod faciebant, faciunt, se morem nostrum vicisse gloriantur. *Greg. I. lib. 1. ep. 41.*
6. Hæreticorum templa adire non licet.
Itaque studete, nè Ecclesiam Dei unquam deseratis. Sin verò aliquis eam despexerit, & in Fanum profanum gentilium intraverit, vel in Synagogam Judæorum, vel Hæreticorum, quid iste in die Judicii apud Deum excusabit, qui dereliquit verba Dei viventis, quæ vivunt, & vivificant, quæque ab æterno supplicio liberare possunt, & se contulit ad aliquam ædem demoniorum, aut ad Synagogam eorum, qui Christum occiderunt, aut ad Ecclesiam malignantium, neque audiunt eum, qui dixit: (Odivi Ecclesiam malignantium, & cum iniquè agentibus non introibo; non sedi cum concilio vanitatis, & cum impiis non sedebo.) *Lib. 2. const. Apost. cap. 61.*
7. Ab hæreticis non potest accipi Communio, seu Eucharistia. *1. q. 1. cap. Super veniente. Vide, Communio. tit. 1. n. 12.*
8. Quam poenitentiam subire tenetur, qui eam

- accipit. *24. q. 1. cap. Si quis dederit. Vide, Communio. tit. 1. n. 11.*
9. Nec potest Paschæ ab hæretico accipi potest Communio. *Ibidem. cap. Ultimò. Vide, Ibidem. n. 12.*
 10. Hæreticorum Eulogiæ non recipiendæ. *Concil. Lucense. cap. 70. Vide, Ecclesia. tit. 57. n. 3.*
 11. Hæreticis aut fautoribus non sunt danda Sacramenta, sub poena privationis officii. *Innoc. IV. const. 18. Noverit. Vide, Sepelire.*
 12. Neque possunt sepeliri in sacro, sub poena excommunicationis, & sepeliens propriis manibus tenetur eos extumulare. *Innoc. IV. Ibidem. Vide, Hæretici moribundi & mortui.*

IX. Hæreticis non communicandum in ullo, & poenæ.

1. Cum hæreticis neque in sermone domi, aut alibi communicandum. Communicans excommunicatur.
Si quis cum excommunicato saltem in domo locutus fuerit, vel simul oraverit, Communionem privetur. *Conc. AA. cap. 11.*
Impios hæreticos non poenitentes discedite, & removeat à fidelibus, & eis Ecclesiam Dei interdicit, ut omnibus modis ab eis declinent, neque ulla cum eis sit sermone aut precationis communitas; hi enim sunt adversarii & insidiatores Ecclesiæ, qui corrumpunt gregem, & sedant hereditatem, sapientia simulatores, & toti improbi, de quibus aiebat Salomon: (Qui impii sunt, simulant se pios esse.) Est enim, inquit (via, quæ quibusdam videtur recta, extrema verò ejus spectant ad profundum inferni.) Hi sunt, de quibus Dominus acerbe & rigidè pronuntiavit: Esse pseudo-christos & falsos magistros, qui in Spiritum gratiæ blasphemi fuerunt, & donum ejus post gratiam contumeliosè aspernati sunt: Quibus neque in hoc sæculo, neque in futuro remittetur, qui magis impii sunt, quam Judæi, & magis sine Deo, quam gentiles. *Lib. 6. const. Apost. cap. 18.*
Cavete igitur Episcopi & Laici ab omnibus hæreticis, qui legem & Prophetas improbant. Hi enim Deo Omnipotenti, cui sunt inimici, repugnant, & non continentur, esse Filium Dei Christum; negant enim generationem ejus secundum carnem, pudetque eos Crucis, passum & mortuum fuisse in gloriam & in honoratum putant, &c. Cavete ergò ab eis, nè cum eorum impietatis pariter intereat. *Ibidem. cap. 25.*
2. Neque in donis cum eis est communicandum.
Quòd non oporteat à Judæis vel hæreticis, quæ mittuntur munera festiva, suscipere, nec cum eis festa celebrare. *Concil. Laodicen. cap. 37.*
3. Neque in convivii potest cum eis communicari.
Clericus hæreticorum & schismaticorum, tam convivium, quam sodalitates, evitet æqualiter. *Conc. Carthagin. 4. cap. 70.*
4. Eorum colloquia & omnis communicatio fugienda: Et præsertim à Religiosis: Nisi ex causa conversionis.
Rursum enim iidem hæretici caput improbum de profundo, quo immergi tenebantur, atollunt. Atque idè rogo, hortor, admonero dilectionem vestram ab eorum vos consiliis & communiōne fecernite. *Hormisdas. ep. 16. Conc. Rom. 1. sub Leone I. Vide, tit. 5. n. 1.*
Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet; qui permanet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non afferit, nolite recipere eum

- eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi Ave, communicat ejus malignis operibus. Hæc Joannes de schismaticis, five hæreticis detestandis, quæ verbis docuit, etiam factis exhibuit, &c. *24. q. 1. cap. Omnis qui recedit.*
Fides igitur inprimis Ecclesiæ quaerenda mandatur, in qua, si CHRISTUS habitator sit, haud dubiè sit legenda; sin verò populus perfidus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum communio, fugienda synagoga censetur, excutiendus pedum pulvis, ne fatiscens tanquam humi arido arenosoque mentis tuæ vestigium polluat, &c. Quod Apostolus quoque evidenter asseruit, dicens: Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita. *Ibidem. cap. Que dignior.*
Clericus hæreticorum & schismaticorum tam convivium, quam sodalitates, evitet æqualiter. Eorum convivia non Ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum, neque psallendum. *24. q. 3. cap. Clericus hæreticorum. 24. q. 2. cap. Ne quisquam. Vide, Communio. tit. 3. n. 8. Concil. Tolosan. cap. 13. Vide, Excommunicati. tit. 8. n. 3.*- 5. Communicans cum hæreticis, est excommunicatus. *Conc. Tolosan. cap. 13. supra.*
- 6. Hæreticorum consolationem ferentes, si sanæ mentis sunt, non excusantur, si eam obtinent, cum alienati sunt mente. *Alexander IV. const. 13. Ex parte. Vide, Excommunicatio, &c.*

X. Hæretici revelandi.

Hæretici sunt revelandi Inquisitoribus, sub poena excommunicationis. *Innoc. IV. const. 18. Noverit.*

XI. Hæreticis à solo Papa fit generalis condonatio.

 1. Hæretici omnes Portugaliæ obtinent condonationem à Paulo III. & eorum filii ac descendentes rehabilitantur, ac si patres eorum non fuissent hæretici, & alias gratias obtinent. Nomina tamen eorum describenda jussit in peculiari libro. *const. 8. Illius.*
 2. Idem fecit Julius III. cum aliis hæreticis aliorum regnorum, præmissâ aliquâ poenitentia. *Const. 6. Illius.*

XII. Cum hæreticis non faciendæ matrimonia à Catholicis.

 1. Puella Christianæ Catholicæ cum hæreticis non possunt nubere, (aliàs per quinque annos maneat excommunicatæ.) Nec è converso. Et solum permittitur, quando conjux hæreticus, vel hæretica, promittit venire ad fidem.
Hæreticis, qui errant ab Ecclesia Catholica, nec ipsi Catholicas dandas puellas, sed neque Judæis, neque hæreticis dari placuit, eò, quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet. *Conc. Eliberitan. cap. 16.*
Quòd non oporteat indifferentes Ecclesiasticos fecedere uuptiarum hæreticis suos filios filiasque conjugere. *Conc. Laodicen. cap. 10.*
Quòd non oporteat cum hæreticis universis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare, vel filias, sed magis accipere, si tamen Christianos se fieri promittant. *Ibid. cap. 31.*
Item placuit, ut filii, & filiae Episcoporum, vel quorumlibet Clericorum, gentibus, vel hæreticis, aut schismaticis, matrimonio non jungantur. *Conc. Carthaginen. 3. cap. 12.*

- Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere; si tamen se profitentur Christianos futuros esse Catholicos. *Conc. Tolet. 17. c. 20. Conc. Calced. c. 14. Vide, Clerici. tit. 8. n. 4. Vide, Catholicus.*
2. Per hæresim non solvitur matrimonium. *Concil. Trid. sess. 24. Canon. 5. Vide, Matrimonia prohibita ratione diversæ cultus.*
- ### XIII. Hæreticorum multæ inhabilitates, & incapacitates.
1. Hæretici non possunt accusare Catholicos. *Conc. Carthag. 7. cap. 2. caus. 2. q. 7. cap. Alieni. & cap. Non potest. Vide, Accusare. tit. 2. n. 2. Nicolaus I. in decretis. tit. De judiciis. c. 11. Vide, Accusare. tit. 2. n. 4. cau. 2. q. 7. cap. Majorum. ex Felice I. cap. 1. Vide, Accusare. tit. 4. n. 4. Cau. 2. q. 7. cap. Pagani. Ex Cajo ep. Decretali. Vide, Accusare. tit. 4. n. 6. cau. 3. q. 4. cap. Si quis verò. Et cap. Beatus. ex Anacleto. epist. 1. Vide, Apostata. tit. 1. n. 8.*
 2. Hæreticus potest accusare hæreticum. *2. q. 7. cap. Si hæreticus. Vide, Accusare. tit. 1. n. 1.*
 3. Hæretici non sunt capaces donationum. *Concil. Carthag. 3. cap. 13. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 6. Vide, Donatio.*
 4. Neque sunt capaces legatorum.
Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis, vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hætenus repetatur, ut eis relinquendi, vel sumendi jus adimat, qui pertinaciæ furore cœcatis in Donatarum errore perseverare voluerint. Cæterum illis, qui consideratione unitatis & pacis se corrigere voluerint, absque interdicto hujus legis, capiendæ hereditatis aditus pateat, si adhuc in errore hæretico constituti, aliquid ante donationis vel hæreditatis obvenit: his sanè exceptis, qui lite pulsati, putaverint ad Catholicam transeundum: quia de talibus credibile est, non meru cœlestis judicii potius, quam terreni commodi aviditate, unitatem Catholicam præcipisse. *Concil. Affric. cap. 60. Vide, Legatus. Vide, Testamenta.*
 5. Hæreticus non est capax dignitatis Ecclesiasticæ. Neque alterius est capax. Et si ordinatur, est deponendus.
Sed illud me non mediocriter fecit attonitum, quòd iidem literis suis Petrum, qui hæreticorum socius dudum extitisse probatur, & princeps, quod conscientiam dilectionis tuæ meminimus non latere, in structio-nesque ipsas, quibus fuerat confutatus, nõsse confidimus, quemque etiam dubium non sit, adhuc extra communionem durare Catholicam, sæpèque nos de eodem, ex illa urbe pellendo scripsisse, sit certum, ad præfatæ Ecclesiæ regimen existimet provehendum; cùmque promittat rectæ fidei definitionibus convenire, à cujus utique (sicut superius dixi) consortio tam degit extraneus, quam ab ejus communiōne discretus est, ad quam, si nunc redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem, non potest introire, ac perinde non ad fastigium Sacerdotalis dignitatis accedere, sed medelæ, quæ post poenitudinem præbenda est, consequenter aptari animæ suæ cupiens, reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu convicitur fuisse perverfus, nè per speciem remeantis non remedium sinceræ salvationis inquirat, sed facultatem propagandæ pravitatis inveniat. Quòd factò non tunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem fidelibus irrogamus, &c. *Simplicius. ep. 17. Nicolaus. III. const. 2. Noverit. Innocent. II. const. 18. Noverit.*
Quicumque de lapsis ad Ordinem Cleri promoti sunt, per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem,

nem, hoc Ecclesiasticæ non præjudicat regulæ: cogniti namque deponuntur. *Conc. Nicen. 1. cap. 10. & dist. 81. cap. Quicumque ex his.*

6. Hæreticus non potest eligi, nec ordinari Episcopus.

Et nos quidem juxta seriem relationis vestrae, consuetudinem; quæ tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, sive de primatibus constituendis, cæterisque Capitulis, exceptis his, qui ex Donatistis ad Episcopatum perveniunt, quos provehi ad primatus dignitatem, etiam cum Ordo Clericorum eos ad locum eundem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis, commissæ sibi plebis tantummodo curam gerere; non autem etiam illos Antistites, quos Catholica Fides in Ecclesiæ sinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus, antecire. *Greg. I. lib. 1. ep. 75.*

Porrectâ igitur petitione insinaverunt nobis præsentium latores, &c. Maximianum, ejusdem Ecclesiæ Antistitem, in loco, quo degit, corruptum præmiò Donatistatum, Episcopo nova licentia fieri permisisse, cum & si hoc anterior usus permitteret, manere atque persistere, Fides Catholica prohiberet, &c. Et si capitulum hoc à præsentium latoribus prædicto Episcopo documentis idoneis fuerit approbatum, à dignitate officioque, quò fungitur, modis omnibus degradetur, ut & ille ad penitentiae lucra per agnitionem delicti redeat, & cæteri tentate talia non præsumant. *Idem. libro 2. epist. 33.*

7. Hæreticus non potest esse iudex. *Nicolaus I. ep. 8. Vide, Excommunicati. tit. 11. n. 9.*

8. Hæretici sunt infames & intestabiles. *Clemens VII. const. 22. Placuit.*

9. Hæreticorum judicia & statuta sunt nulla.

Non licet ergo Imperatori, vel cuicumque pietatem custodiendi aliquid contra mandata Divina præsumere, nec quicquam, quod Evangelicis Prophetisque & Apostolicis regulis obviat, agere. Justum enim iudicium, & definitio regio meti, vel iussu, à iudicibus ordinata non valet; nec quicquam, quod contra Evangelicam, vel Propheticam, aut Apostolicam doctrinam, constitutionem eorum, sive Sanctorum Patrum, actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. *Concil. Romanum 6. sub Symmacho.*

10. Hæretici sunt incapaces dignitatum; & si eliguntur in Episcopos, Cardinales, &c. nulla est electio. *Paulus IV. constit. 19. Cum ex Apostolatus. Idem de sæculari dignitate Regia, Imperiali, &c.*

11. Hæreticus nequit eligi in Papam, & electio est nulla, sic & omnia acta, neque per inthronizationem aliquid acquirit. *Paul. IV. constit. 19. Cum ex Apostolatus. Vide, Papæ electio.*

12. Hæreticus non potest esse testis contra Catholicum. *Anacletus. ep. 1. 2. q. 7. c. Si hæreticus. Potest esse testis contra hæreticum. Ibidem. Vide, Suprà. n. 1. & 2. Innoc. IV. constit. 1. Inconsutilem.*

13. Hæreticus non potest possidere bona Ecclesiæ, & iniuste possidet.

Quod autem nobis obijciunt, quòd res eorum concupiscamus & auferamus, utinam Catholici fiant, & non solum, quæ dicunt sua, sed etiam nostra, in pace nobiscum & charitate possideant, &c. Quicquid ergo nomine Ecclesiarum parti Donati possidebatur, Christiani Imperatores, legibus religiosis, cum ipsis Ecclesiis ad Catholicam transire iusserunt; cum ergo nobiscum sint plebes earundem Ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de eisdem possessionibus aiebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere alie-

na, sed intrarent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus, non illa tantum, quæ dicunt sua, verum etiam quæ dicuntur & nostra. Scriptum est enim: (Omnia vestra; vos autem CHRISTI, CHRISTUS autem DEI. 23. q. 7. cap. Quod autem.

14. Hæreticorum bona iuste retinent Catholicis.

Si derebus, vel bonis Ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenetis, queremini, possunt & Judæi se iustos dicere, & iniquitatem nobis obijcere, quia locum, in quo impiè regnaverunt, modò Christiani possident. Quid ergo indignum, licet, quæ tenebant hæretici, secundum patrem Domini voluntatem Catholicis tenent? Ad omnes enim similes, id est, ad omnes impios & iniquos illa vox Domini valet: (Aufferetur à vobis regnum DEI, & dabitur genti facienti iustitiam.) An frustra scriptum est? (Labores impiorum iusti edocuit.) Quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amisistis. *Ibidem. cap. Si de rebus.*

15. Hæreticus nullum officium publicum potest habere. *24. q. 1. cap. Didicimus. Vide, Beneficium. tit. 9. n. 18. & tit. 13. n. 25.*

16. Hæreticorum corpora in Ecclesia non possunt sepeliri. *Clemens VII. const. 22. Placuit. Vide, Sepultura. Vide, Hæretici moribundi, &c.*

17. Non potest pro eis dici Missa, nec inter Catholicos sepeliri. *Conc. Lateranen. 3. cap. 27. Vide, tit. 2. n. 12.*

18. Hæretici non possunt ordinari: eos ordinans, decem libras auri in poenam solve-re debet. Ordinati deponuntur.

Simul etiam petendum, ut illam legem, quæ à religiose memoriæ, eorum patre Theodosio, de auri libris decem, in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, (ubi eorum congregatio deprehenditur) promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant, ut in eos valeat, contra quos propter eorum invidias Catholicis provocati, contestationem deposuerunt, ut hoc saltem terrore à schismatica vel hæretica pravitate desistant, qui consideratione æterni supplicii emendari corrigique dissimulant. *Conc. Afric. cap. 60. Concil. Nicen. 1. cap. 10. Vide, Suprà. n. 5.*

19. Hæreticus non habet potestatem absolvendi.

Si autem foris cuncti hæretici & schismatici non habent Spiritum Sanctum, & ideo apud nos eis manus imponitur, ut hic accipiatur, quod illic nec esse, nec dari potest: manifestum est, nec remissionem peccatorum dari per eos posse, quos conflet Spiritum Sanctum non habere. *24. q. 1. c. Didicimus. Vide, Hæreticus Episcopus.*

20. Hæreticus non potest excommunicare. *24. q. 1. cap. Aperte. & cap. Miramur. Vide, Excommunicatio. tit. 4. n. 1. Ibidem. cap. An Cælestinus. Vide, Degradatio. n. 12.*

21. Hæretici non possunt emancipare filios. *Innoc. IV. constit. 18. Noverit.*

22. Non gaudet immunitate Ecclesiæ, fugiens ad eam. *Joann. XXII. const. 1. Ex parte.*

23. Hæretici & schismatici non consecrant alios, nec ipsi consecrantur; (intellige licitè, & quoad executionem.) *24. q. 1. cap. Pudenda. Vide, Episcopus. tit. 48. n. 3.*

24. Hæretici Spiritum iustitiæ habere non possunt.

Quemadmodum membrum, si præcindatur ab hominis vivi corpore, non potest tenere spiritum vite; sic homo, qui præciditur de CHRISTI iusti corpore, nullò modò potest tenere Spiritum iustitiæ, etiam si figuram

figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. *23. q. 7. cap. Quemadmodum.*

25. Pro hæretico nullus potest esse advocatus, neque notarius, & qui hoc faciunt, sunt infames, & officio privantur. *De hæreticis. cap. Si adversus. Vide, Advocatus. n. 15.*

26. Hæretici Spiritus S. profusionem perdunt. Hæretici, cum à fide Catholica desciverunt, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt. *24. q. 1. cap. Hæretici.*

27. Hæretici possunt capi à Catholicis, & fieri servi capientium. *Concil. Later. 3. cap. 27. Vide, tit. 7. n. 17. Clem. VII. constit. 22. Placuit.*

28. Non possunt fieri hæredes. *Innoc. IV. const. 1. Cum adversus. Vide, Episcopi iurisdic-tio in causis hæreticorum.*

29. Non possunt habitare in nullo loco Italiae, vel Insularum adjacentium, vel habere domos apertas, aut conductas, nec morari in Italia; receptantes eos, incurrunt poenas fautorum, &c. *Gregor. XV. const. 28. Romani. Vide, Itali.*

XIV. Hæreticis quædam permittuntur, & quæ.

1. Cum hæreticis communicari potest in causa conversionis. *Conc. Tolosan. cap. 13. Vide, tit. 9. n. 4.*

2. Communicari cum eis potest in casu necessitatis, ut ad emendum necessaria, &c. *De sententia excommunicationis. cap. Si verò. Vide, Communicatio. tit. 3. n. 4.*

3. Possunt validè ministrare Baptismum, (& licitè in necessitate.)

Si quem fortè coegerit extrema necessitas, ubi Catholicum, per quem accipiat, non invenit, & in animo pace Catholica custodiâ, per aliquem extra unitatem Catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa Catholica unitate percepturus, si statim etiam de hac vita migraverit, non cum nisi Catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus, cum se Catholica congregationi, etiam corporali præsentia reddiderit, nunquam corde discesserat, non solum non improbamus, quod fecit, sed etiam securissimè verissimèque laudamus, quia præsentem DEUM credidit corde suo, ubi unitatem servabat. *24. q. 1. c. Si quem fortè. De consecrat. dist. 4. cap. Nullus. cap. Quomodo. Vide, Baptismus. tit. 5. n. 1.*

4. Olim eis permittebatur, ut essent præsentés in Missa Catechumenorum, (id est, usque ad Canonem.)

Episcopus nullum prohibeat, ingredi Ecclesiam, & audire Verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad Missam Catechumenorum. *De consecrat. dist. 1. cap. Episcopus nullum. ex Conc. Carthag. 4. cap. 84.*

5. Audire conciones in Ecclesia, est eis permillum. *Concil. Carthag. 4. cap. 84. ubi supra. Vide, Concio.*

6. Possunt accusare hæreticum, & esse testes contra eum. *2. q. 7. cap. Si hæreticus. Vide, tit. præcedenti. n. 2. Innocent. IV. constit. 1. Inconsutilem.*

7. Hæretici quid possunt cum Catholicis facere, & quos contractus inire in suis locis. *Vide, Itali.*

Tomus II.

XV. Hæreticorum fautores, vel receptatores, aut credentes, & poenæ.

1. Hæreticis favens, ut domi aliquem ex eis tenens, vel cum eis negotia exercens, excommunicatur.

Quicumque hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum, scienter præsumpserint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se noverint subjacere; nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publicè extruulentes, & projiciant hujusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetuà careat sepulturâ. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. Concil. Lateran. 3. cap. 27. De hæreticis. cap. Sicut aut. Vide, tit. 2. n. 12.*

2. Hæreticorum fautores, defensores, vel credentes, excommunicati sunt, & si intra annum non satisfaciunt Ecclesiæ, sunt infames, intestabiles, non possunt eligere, non testamentum facere, non ad hæreditatem succedere, nullus tenetur eis respondere in causis, sed ipse aliis; si sint advocati, non valet eorum patrocinium; si notarii, nulla sunt instrumenta; si iudices, nullæ sententiæ; si Clerici, ab omni officio & beneficio sunt depositi.

Credentes verò præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subjacere: firmiter statuentes, ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipsò jure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sic etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si fortè iudex existerit, ejus sententia nullatenus obtineat firmitatem, nec cause ali-quæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sunt momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus observari. Si verò Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo major est culpa, gravior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententiæ usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sanè Clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus Ecclesiasticis Sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec electiones aut oblationes eorum percipiant, alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur, absque indulto Sedis Apostolicæ specialiter: similiter, quilibet Regulares, quibus etiam hoc infligatur, ut eorum privilegia in illa Diocesi non ferventur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare. *Conc. Lateran. 4. cap. 3. & De hæreticis. c. Excommunicatus. s. Credentes. Innoc. IV. const. 1. Inconsutilem. const. 9. Ad extirpandam. s. 28. const. 18. Noverit. Paulus IV. const. 19. Cum ex Apostolatu.*

3. Hæreticos adjuvantes, sunt excommunicati. *Concil. Senon. cap. 18. Vide, tit. 2. n. 5. Conc. Tolosan. cap. 13. Vide, Excommunicati. tit. 8. n. 3.*

4. Hæreticorum credentes, vel fautores, laudatores, aut receptatores; tractandi sunt ut hæretici, & tradendi curiæ sæculari. *Conc. Const. sess. ult. in constit. Martini V. Vide, in Bullario.*

Dd 2 1. Hær-

5. Hæreticorum fautores vitandi sunt, non vitantes excommunicantur. *Innoc. IV. consl. 18. Noverit.*
6. Hæreticis faventes in officio Advocati, vel Notarii, & alio simili, ipsò factò sunt infames. *De hæreticis. cap. Si Adversus. Vide, Advocatus. n. 5.*
7. Hæreticis faventes non recipiendi, nisi abjurent eorum hæresim. *Conc. Lateran. 3. cap. 27. Vide, tit. 2. n. 12.*
8. Hæreticis consentientes, ab Ecclesia ejiciendi.
Illud sanè plurimùm mihi displicere significo, quòd inter dilectionis tuæ Clericos, quidam esse dicuntur, qui adversariorum conveniant pravitati, & vasa iræ vasis misericordiæ miscantur. Quibus investigandis, & severitate congruè coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere, ità ut his, quibus prodesse non potuerit correptio, non parcat abscessio. Oportet enim nos Evangelici meminisse mandati, quòd ab ipsa veritate præcipitur, ut si nos oculus, aut pes, aut dextra scandalizaverit manus, à compage corporis auferatur: quia melius sit, his in Ecclesia carere membris, quàm cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra Ecclesiam positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abjicienda proflus pestifera hæc à Sacerdotali vigore patientia est, quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcat. *24. q. 3. cap. Illud sanè.*
9. Hæreticorum fautores non vitans, est excommunicandus. Sepulturâ Ecclesiæ privatur. Clerici non possunt recipere ejus eleemosynas, vel oblationes, aliàs officio priventur, nec restituantur, nisi ex indulto Papæ, & licet sit Regularis, ei non suffragantur privilegia. *Concil. Lateran. 4. cap. 3. De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. credentes. suprâ. n. 2. Innoc. IV. consl. 18. Noverit.*
10. Hæreticorum fautores, si moriuntur, non gaudent sepulturâ Ecclesiæ, vel Cœmæterii. *De hæreticis. cap. Sicut ait. uti suprâ. n. 1.*
11. Non gaudent immunitate Ecclesiæ, si ad eam confugiunt. *Joann. XXI. consl. 1. Ex parte.*
12. Lutheri fautor, Fridericus Dux Saxonie monetur, ut Lutherum non protegat. *Adrianus consl. 4. Satis.*
13. Hæreticorum errori credentes, sunt hæretici.
Si autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint, ad agendam condignam poenitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur; credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter judicamus. *De hæret. c. Excommunicamus. il. 2. §. Si qui.*
14. Hæreticos instructes ad celandam veritatem, ut fautores sunt puniendi, sive Clerici, sive Religiosi, sive alii.
Sacerdotes insuper, & alii Clerici, qui negotium inquisitionis instruendo, citatos hæreticos, vel eorum credentes, de celandâ veritate, vel dicendâ falsitate, seu eos indebitè liberando, inventi fuerint impedire: (Cum non sit dubium, eos ipsa facere in favorem hæreticæ pravitatis) per Inquisitores à talibus compesci possunt, & poenâ debitâ castigari, tam per captionem personarum, quàm aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. *De hæreticis. in 6. cap. Accusatus. §. fin.*
15. Hæreticorum fautores, etiam si Imperatores sint, excommunicandi sunt. *Martinus IV. consl. 1. Michaelem Palæologum.*

16. Hæreticorum fautores, defensores, credentes, receptantes, &c. si promoventur ad officia, & dignitates, nullæ sunt eorum promotiones. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. §. Hæretici autem. Vide, Beneficia. tit. 7. n. 10.*
17. Hæreticorum fautores, vel suspecti de hæresi, excommunicantur, & si per annum in excommunicatione persistunt, tractantur ut hæretici. *De hæreticis. in 6. cap. Cum contumacia. Vide, Contumacia. n. 5.*
18. Si hæreticorum fautores absolvantur, & moriuntur ante satisfactionem, heredes, & filii eorum tenentur ad satisfaciendum. *De hæreticis. in 6. cap. Accusatus. §. si verò. Vide, Heredes. n. 11.*
19. Hæreticos, aut de hæresi suspectos carceratos, de carcere liberans, sive Dominus secularis, sive alius, aut dans favorem, vel auxilium, &c. ut inde abstrahatur, excommunicatus est, & si per annum in excommunicatione persistat, ut hæreticus tractatur. *De hæreticis. in 6. cap. Cum contumacia. Vide, ubi suprâ. n. 17.*
20. Hæreticorum fautores persequendi. *Gregorius. consl. 4. Ille humani.*
21. Hæreticorum fautores, quando puniuntur ut relapsi. *Vide, Hæretici relapsi.*
22. Hæreticum captum eripiens, vel abscondens, quomodo puniendus. *Innoc. IV. consl. 9. Ad extirpanda. Domus destruenda, & bona in ea reperta, sint destruendum. Ibid. §. 21. Burgus, aut villa, sub poena pecuniaria intra tres dies tradere tenentur defensores hæreticorum. Ibidem. §. 11.*
23. Qui hæreticorum locò se capi faciunt, perpetuo carceri tradantur. *Ibid. §. 22.*
24. Hæreticorum erroribus credentes, puniendi sunt, ut hæretici. *Ibid. §. 28.*
25. Hæreticorum fautores, credentes, vel receptatores, quando veniunt in gremium Ecclesiæ, tenentur dare cautionem de amplius non favendo, credendo, receptando, &c. *Innoc. IV. consl. 10. Cum venerabilis.*
26. Hæreticorum fautores, &c. relapsi, ad poenam obligationis condemnandi. *Ibid.*
27. Hæreticorum fautoribus, nullus potest patrocinari, nec dare Sacramenta sub poena privationis ab Officio. *Innoc. IV. consl. 18. Noverit.*
28. Hæreticorum fautores sepeliens, excommunicationem incurrit, & propriis manibus tenetur eos exhumare. *Ibid.*
29. Hæreticorum fautores, filii, ac nepotes, non sunt capaces beneficiorum Ecclesiæ. *Innoc. IV. consl. 18. Noverit.*
30. Hæreticorum fautores non possunt emancipare filios. *Ibid.*
31. Hæreticorum fautores, qui testes in causis fidei, vel denunciantes offendunt, ut si inquisitionis officium impediunt, carceratos extrahunt, reos capi impediunt, aut prohibent, occultant, eis dant favorem,

adju-

- adjutorium, consilium, vel alia in eorum favorem faciunt, sunt rei læsæ majestatis, omni dominiò privati, infames ipsi, & eorum filii, aliisque hæreticorum poenis subjaceant, & curiæ seculari tradendi sunt. *Pius V. consl. 82. Si de protegendis.*
32. Hæreticorum fautores dare debent cautionem de parendo Ecclesiæ, sub poena pecuniaria. Et si delinquant, Inquisitores eam exigunt, & applicant Sacerdoti Officio. *Alexander IV. consl. 14. Super extirpatione. Et fidei jussores adstringuntur. Ibid.*
33. Fautorum filii. *Vide, Hæreticorum filii.*
- XVI. Hæreticorum causæ à quo & quomodo judicari possunt.
1. Hæreticorum causæ à Concilio possunt judicari.
Notum est enim, hæreticæ religionis viros, si eis, quod absit, suppetit nocendi licentia, contra Catholicam fidem vehementer insurgere, quatenus hæreses sit venena, ad tabefacienda, si voluerint, Christiani corporis membra transfundant. Cognovimus enim, eos contra Ecclesiam Catholicam Dominò eis adversante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare; sed Eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum cervicis jugò rectitudinis premat. Concilium verò Catholicorum Episcoporum admoneri præcipite, ut primatem non ex ordine loci, postpositis vitæ meritis, faciat: Quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. *Greg. I. lib. 1. ep. 72.*
2. Hæretici per Ecclesiam puniendi. *Vide, Ecclesiæ potestas.*
3. Hæreticorum causæ à Papa sunt terminandæ per judicium.
Atque ideo dum dete, &c. contraria integræ fidei fuisset orta suspicio, ut professionis tuæ potuisset integritas apparere, ad Apostolicam Sedem, cui præsidemus, elegisti recurrere, afferens etiam te corporaliter verberatum, aliqua injustè ac violentè fecisse. *Et infra.* Hac ratione permoti, postquam etiam ex probata à te libelli pagina, fides tua nobis Catholica Deo custodiende perclaruit, ab omni hæreticæ perveritatis macula juxta professionem tuam liberum esse decernimus, atque Catholicam, & sinceram fidei in omnibus professorem, &c. claruisse pronuntiamus. *Greg. I. lib. 5. ep. 64.*
4. Episcopus, vel Capitulum S. V. procedere potest in causis hæreticorum. *De hæreticis. cap. Ad abolendam. Vide, Capitulum. n. 19.*
5. Hæresum causæ & processus fieri possunt ab Episcopo, & Inquisitore, divisim, vel conjunctim, & simul sententiant; quòd si non conveniunt, recurrunt ad Papam. *Clement. De hæreticis. cap. 1. & in 6. cap. Per hoc. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 17. & 12. &c.*
6. Ab Ecclesiastico tantùm judice possunt judicari. *Conc. Constant. in consl. Martini V. Vide, in Bullario.*
7. Hæreticorum causæ non possunt judicari à laicis, nisi ex delegatione Ecclesiæ. *De hæreticis in 6. cap. Ut inquisitionis. Sub poena excommunicationis. Ibidem. Vide, Fides. tit. 10. n. 2. & 3.*
8. Hæreticorum causæ, vel fautorum, &c. fieri possunt ab excommunicatis, etiam sæcu-

Tomus II.

- laribus, ex delegatione Ecclesiæ, vel Inquisitorum. *De hæreticis. in 6. cap. Præfidentes. Quando ipsi sunt impediti. Vide, Excommunicati. tit. 11. n. 11.*
9. In causis hæresis procedere possunt Episcopi & Inquisitores, & quomodo. *Vide, Episcopi jurisdictio in causis hæreticorum.*
10. Hæreticorum cujuscuque nobilitatis fiat causæ, Sacerdotali judicio subjacent.
Hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex Palatini Ordinis gradu, vel religionis Sanctæ conventu, regis sublimitatis actu, vel profanæ potestatis instinctu, sive quorūlibet hominum malitiosè voluntatis obnixu, citra manifestum & evidens culpæ suæ judicium, ab honore sui Ordinis vel servitio domus regis arceatur; non antea vinculorum nexibus illigetur; non quæstioni subdatur, &c. Sed is qui accusatur, gradum Ordinis sui tenens, & nihil ante de supradictorum capitulorum nobilitate perferens, in publica Sacerdotum, seniorum, atque etiam Gardingorum discussione reductus, & justissimè perquisitus, aut obnoxius reatui detectæ culpæ, legum poenas excipiat, aut innoxius judicio omnium comprobatus appareat. *Conc. Tolet. 13. cap. 2.*
11. Hæreticorum causæ cognoscuntur omnes à solis Episcopis, & Inquisitoribus, tanquam Papæ delegatis. *Clement. De hæreticis. c. 1. suprâ. n. 5. Vide, Inquisitor.*
12. Hæresis causa fieri potest simpliciter & de plano.
Statuta quædam f. r. Innocentii, Alexandri & Clementis prædecessorum nostrorum, quibusdam declaratis & additis recentibus: Concedimus, quòd in inquisitionis hæreticæ pravitatis negotio, procedi possit simpliciter & de plano, & absque advocatorum ac judiciorum strepitu & figura. *De hæreticis. in 6. cap. Statuta. Conc. Constant. sess. ult. in consl. Martini V. Vide, in Bullario.*
13. In causa hæresis testium & accusatorum dicta vel nomina non publicanda. *Ibid. Vide, Accusator. tit. 7. n. 1.*
14. In causis hæresis testes examinandi sunt coram duobus. Testium dicta per tabellionem debent excipi.
Verùm, quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, (ut in reos sine ullo proferatur errore, dura ac digna severitas ultionis) volumus & mandamus, ut in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsūque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiofas, & discretas personas, in quarum præsentia per publicam, (si commode potestis habere) personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. *De hæreticis. in 6. cap. Ut officium. §. Verum quia.*
- Ad conscribendas quoque hujusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commissio nobis officio, ad scribendam, seu tabellionis officium pertinet, teneri districtè præcipimus, cum per vos fuerint requisiti, omnes & singulos vestri Ordinis fratres, qui dum essent in sæculo, tabellionatus officium habuissent, aut exercuisse noscantur; & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotii fidei, fuit Apostolicâ Sede commissum & impofterum committetur. *Ibidem.*
15. In causa hæresis testis deponens falsum contra fidem, si postea se retractat, licet perjurus sit, probat, si apparet verum dicere, & non esse corruptus.
Licet verò perjuri à testimonio etiam post poenitentiam repellantur: Si tamen ij, qui coram Inquisitoribus jurantes, tam de se, quàm de aliis super factò

D d

hæ-

hæresis dicere veritatem, eam celando tegerent, & postmodum velint corrigere dictum suum, contra se ac alios suos complices deponendo, cum crimen hæretici sit exceptum, si ex manifestis indicis apparuerit, talis non animi levitate, aut odii fomite, sed zelò fidei orthodoxæ dictum suum velle corrigere, ac modò, quæ prius tacerant, revelare: in favorem fidei, nisi aliud obstitat, statì debetam contra se, quam contra reliquos attestacionibus eorundem. *De hæreticis in 6. cap. Accusatus. §. Licet.*

16. In causa hæresis omnes, etiam exempti, vel aliter privilegiati Apostolicò privilegiò, subdantur Episcopo & Inquisitori. *De hæreticis. cap. Ad abolendam. §. Si qui verò. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 7.*

17. Hæreticorum causæ per sæculares judicari non possunt, sub pœna excommunicacionis. *Julius III. const. 11. Licet à diversis.*

18. Hæretici per Dominos sæculares capiendi, & Ecclesiæ consignandi.

Longum idem esset, eorum felicitatem & gloriam recensere, qui fidei Catholicæ inconculsè adherentes, hæreticos, tanquam capitales suæ coronæ hostes ad intercecionem usque deleverunt. Hæc itaque attendentes, pro nostri officii debito Christianos Principes instantè rogamus, & in Domino exhortamur, si suæ salutis consulere, si suæ dittonis jura illabata custodire, si in pace & tranquillitate subditas sibi nationes continere exoptant, potenti brachio fidem Catholicam tueantur, ac ejus hostes viriliter satagant debellare. *Conc. Senon. cap. 18. Reformatio Cleri Germaniæ. Vide, tit. 7. n. 37. & Bulla Leonis X. const. 40. Exurge.*

19. Interrogationes faciendæ hæreticis, vel de hæresi suspectis, sunt numero 30. *Martinus V. const. 1. Inter cunctas. Vide, Examen.*

20. A giudice sæculari nullò modò possunt cognosci aut judicari causæ hæresum. *Greg. XIV. const. 7. Cum alias.*

Vide, *Episcopi jurisdictio in causis hæreticorum. Vide, Inquisitor.*

XVII. Hæretici Episcopi.

1. Episcopi hæretici non possunt accusare Episcopos Catholicos. *Conc. Constanti-nopolitan. 1. cap. 6. Vide, Episcopus. tit. 29. n. 1.*

2. Episcopi hæretici non consecrant alios, nec consecrantur, (intellige licitè) & quoad executionem.

Nos igitur tanti Pontificis autoritate firmati, & Damal. Papæ testimonio roborati, qui ait: (Reiterari oportet, quod malè actum est) Daibertum ab hæreticis corpore & spiritu digressum, atque utilitatibus Ecclesiæ pro viribus insudantem, ex integro (Ecclesiæ necessitate ingruente) Diaconum constituimus. Quod non reiterationem existimari censemus, sed tantum integram Diaconi dationem. Quoniam, ut prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit. *1. q. 7. cap. Daibertum.*

Si qui voluerint venite ad E. C. & A. ex Novarianis, placuit Sancto Concilio, ut ordinentur, & sic maneant in Clero. Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet, ut fateantur, se communi confes. su E. C. & A. Statuta observaturos. *Ibid. cap. Si qui voluerint. Ex Conc. Nicæn. 1. cap. 8.*

Nos consecrationem dicere nullò modò possumus, quæ ab excommunicatis hominibus est celebrata. *9. q. 1. cap. Nos.*

Per illicitam manûs impositionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse; habebant

& ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, quâ infixa sanetur macula, (id est, reiterare necesse est, quod legitime actum aut collatum minime probatur, si perfectum esse debebit.) Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo accepit, qui potestatem dare legitime non habuit, invenire non possum. *Ibid. cap. Per illicitam.*

3. Hæretici Episcopi consecrationes & Sacramenta valida sunt, & ei solum nocent. *Anast. 11. ep. 1. cap. 8. Vide, Consecratio. tit. 5. n. 2.*

4. Episcopi hæretici redeuntes ad fidem, recipi possunt cum sua dignitate, licet in quodam alio Concilio contrarium fuerit definitum. *Conc. Afric. sub Cælestino. cap. 35. Vide, Ibidem. tit. 43. n. 3. Vide, Fides, redeuntes ad fidem.*

5. Episcopi hæretici non possunt ordinare, id est, licitè; nam validè possunt, si ipsi sint validè ordinati.

Cum nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manûs impositionem habere caput, ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, ut possit recipere sanitatem, &c. Nam si (ut legitur) quod tetigerit immundus, immundum erit, quomodo id ei tribuetur, quod munditia ac puritas consuevit accipere? Sed è contrario asseritur, eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erit, quod ille postea accipere. Acque istimus, & verum est certè, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem utique, quam habuit, per pravam manûs impositionem dedit, & qui particeps effectus est damnato, quomodo honorem acciperet, invenire non possum. Sed dicitur vera ac iusta legitimi Sacerdotis benedictio, asserere omne vitium, quod à viciolo fuerat injectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei: quia benedictione ordinationis crimina, vel vitia purantur auferri. *1. q. 1. cap. Venium est. ex Innoc. 1. ep. 22. cap. 3.*

Nostræ verò lex est Ecclesiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem Laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in Clericatus honorem, vel exiguum subrogare. *Ibidem. cap. 4. Vide, Ordinatio. Vide, Ordinati.*

6. Hæretici Episcopi non sunt digni honoribus Christi. *1. q. 1. cap. Arianos. cap. Qui per sektionem. Vide, Episcopi. tit. 47. n. 1.*

7. Validè ministrant Baptismum. *De consec. dist. 4. cap. Nullus. & cap. Quomodo. Vide, Baptismus. tit. 5. n. 1.*

8. Non possunt excommunicare. *24. q. 1. Apertè. & cap. Miramur. Vide, Excommunicatio. tit. 4. n. 1. Ibidem. cap. ait Cælestinus. Vide, Degradatio. n. 12.*

9. Hæretici Episcopi redeuntes ad fidem. *Vide, infra. ab hæresi redeuntes.*

10. Hæretico Episcopo redeunte ad fidem, in loco in quo fuerat ordinatus alius, quid agendum. *De Parochiis. &c. cap. 1. Vide, Episcopi. tit. 47. n. 4.*

Vide, *Episcopus hæreticus. Vide, Ordinatio.*

XVIII. Hæretici Clerici.

1. Clerici hæretici redeuntes ad fidem, recipi possunt cum sua dignitate: Si erant ordinati à Catholicis.

Memini me, &c. litteras de Clericis Naxensibus transmississe, his videlicet, qui se ante damnationem Bonoli allebant ab eodem tam Presbyteros, quam Dia-

Diaconos ordinatos, ut si relicto atque damnato ejus errore, vellent Ecclesiæ copulari, libenter reciperentur, ne forte, qui essent digni recuperandæ salutis, in eodem errore deperirent. Nunc etiam admonendam duximus F. T. ut si verè constet, aliquos ante damnationem Bonoli ab eodem ordinatos, postea voluisse, vel nunc velle reverti, eos recipiendos esse censemus, maxime cum memorati asserant, se in tantum anteriore tempore ordinatos, ut sanctæ recordationis virum Cornelium Episcopum Sirmiensis Urbis, necnon & fratrem nostrum Nicetam aliosque nonnullos fuisse præsentem, cum honoribus, quos se habere commemorant, faterentur, &c. *Innoc. 1. ep. 27. Conc. Afric. cap. 35. Vide, Episcopi. tit. 43. n. 3.*

2. Clerici redeuntes ab hæresi non possunt ulterius promoveri: Sed manere debent in Ordine, quem habent. Validè ministrant Baptismum. Et in necessitate etiam licitè.

Si quis hæretica communicationis contagione se maculavit, hoc in magno habeat beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo invenitur Ordine, permaneat. *1. q. 1. cap. Si quis hæretica.*

Omnis cujuslibet Ordinis Clericus, qui Catholicam deserens unitatem, hæreticæ, vel schismaticæ conjunctionis contagione se maculaverit: Si ad Ecclesiam redierit, cum legitima satisfactione & erroris sui damnatione; hoc in magno beneficio habeat, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo invenitur Ordine, permaneat. *1. q. 1. cap. Omnis. cap. Venium est. Vide, tit. præcedenti. n. 5. ex Innocent. 1.*

Saluberrimum enim & spiritalis medicinae utilitate plenissimum est, ut sive Presbyteri, sive Diaconi, aut cujuslibet Ordinis Clerici, qui se correctos videri volunt, usque ad Catholicam fidem, quam jam pridem amiserant, rursum reverti ambiunt; prius errores suos, & ipsos auctores errorum, damnari à se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus, etiam pravis, etiam preceptis, nulla speranda superfit occasio, ne illum membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cæperit obviare. Circa quos etiam illam Canonum constitutionem præcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo invenitur Ordine, stabilitate perpetuâ maneant, si tamen iteratâ tinctione non fuerint maculati. *1. q. 7. c. Saluberrimum. De consec. dist. 4. c. Nullus. & c. Quomodo. Vide, tit. præced. n. 7. 24. q. 1. c. Si quem forte. Vide, tit. 14. n. 3.*

3. Clerici hæretici venientes ad fidem, post manûs impositionem, (id est, absolutio-nem) si digni sunt, possunt promoveri ad officia.

De hæreticis Clericis, qui ad fidem Catholicam plenâ fide & voluntate venerint, vel de Basilicis, quas in perversitate sua Gothi hæcenus habuerunt, id censimus observari, ut si Clerici fideliter convertantur, & fidem Catholicam integrè confiteantur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiant, officium, quò eos Episcopus dignos esse censuerit, cum impolitæ manûs benedictione suscipiant, & Ecclesias similes, quò nostræ innovari solent, placuit ordine consecrari. *Concil. Aurelianen. 1. cap. 12.*

Lapsus, id est, qui in Catholica fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine brevità, pœnitentiam biennii, conditione infra scripta observationis imposuimus, &c. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad Altarium observatio relaxetur; quòd si ardua vel dura forte putaverint, statuta præteritorum Canonum implere debebunt. *Conc. Agathen. c. 60. Et Conc. Epau. cap. 29.*

4. Clerici hæretici non sunt digni honoribus Christi. *1. q. 1. cap. Arianos. cap. Qui per sektionem. Vide, Episcopus. tit. 47. n. 1.*

5. Clerici hæretici spoliandi officio & beneficio, & relinquendi brachio sæculari, si relapsi sint, vel impœnitentes. *De hæreticis in 6. cap. 1. Vide, Degradatio. n. 5. De hæreticis. cap. Ad abolendum. Vide, tit. 7. n. 11.*

Illos quoque, qui post abjuracionem erroris, vel postquam se (ut diximus) propriè Antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, sæculari judicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos. *Ibid.*

6. Clericus hæreticus damnatus debet degradari. *De hæreticis cap. Excommunicamus. §. Dammati. tit. 7. n. 27. Religiosus hæreticus pœnâ immorationis puniendus, & gravius, quam sæculares. De hæreticis in 6. cap. Accusatus. §. fin. Vide, tit. 7. n. 39. Alexander IV. const. 12. Quod super. §. 1.*

7. Clericus hæreticus relinquendus curiæ sæculari, à solo Episcopo potest degradari. *De hæreticis in 6. cap. 1. Vide, Degradatio. n. 5.*

8. Clericus hæreticus perpetuò immurandus, debet degradari. *Ibidem. & Alexander IV. const. 1. Cum à nobis. §. 9.*

9. Ordinati in hæresi deponendi sunt. *Concil. Nicæn. 1. cap. 10. Vide, tit. 13. n. 5.*

XIX. Hæreticorum filii.

1. Hæreticorum filii baptizati in infantia, dum veniunt ad fidem, sunt capaces Ordinum. *1. q. 4. cap. Placuit. Vide, Baptismus. tit. 5. n. 10.*

2. Hæreticorum filii, usque ad secundam generationem, non possunt promoveri ad dignitates, nec officia publica. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. §. Hæretici autem. Vide, Beneficium. tit. 7. n. 10.*

3. Hæreticorum filii ex linea paterna, usque ad secundum gradum: ex materna verò usque ad primum, sunt incapaces beneficiorum & officiorum, etiam sæcularium, si parentes sic mortui sunt. Secus si in Ecclesia sunt reconciliati.

Statutum fr. in hoc & Alex. prædecessorum nostrorum, ne videlicet hæretici credentes, receptatores, defensores & fautores eorum, ipsorumque filii, usque ad secundam generationem, ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, quòd si secus actum fuerit, sit irritum & inane: primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus; per maternam verò ad primum dumtaxat volumus hoc extendi. Hoc sanè de filiis & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum hujusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videretur, non autem illorum, quos emendatos esse constituit, & re-incorporatos Ecclesiæ unitati, & pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perfecerunt, vel humiliter pœnitentiam ei insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eam. *De hæreticis in 6. cap. Statutum. Innoc. IV. const. 9. Ad extirpandos. §. 30. Et const. 18. Norvici.*

4. Hæreticorum filii, vel subditi, emancipari non possunt ab hæreticis, & nulla est emancipatio, etiam si post eam manifestatur hæresis.

Illorum autem filiorum emancipationem, quotum parentes post emancipationem etiam hujusmodi ap-

parere, ante ipsam à via veritatis ad hæreticæ superstitionis invium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui juris, cum dignum sit, ut propter tanti atrocitatem delicti, filii esse in parentum hæreticorum deficiant potestate. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. §. fin.*

5. Si filii hæreticorum volunt probare, quòd dum parentes in extremis communicaverunt cum hæreticis, non erant sanæ mentis, non admittuntur.

Filii, vel hæredes illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos consolatorios, ut ab eis per manûs impositionem consolationem reciperent, secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicque viam fuerint universæ carnis ingressi: Ad probandum, quòd ipsi defuncti consolationem illam, imò verius desolationem, non sanæ mentis effecti susceperint, vel post perditam jam loquelam, (cum tamen moris sit, ut dicitur, apud eos, quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: si dum vivebant, diffamati erant de hæresi, vel suspecti, aut legitime constiterit, quòd sanæ mentis existentes huiusmodi hæreticos petierunt. Alioquin admitti poterunt prædicti filii, vel hæredes, ad probandum præmissa; Non tamen per uxores, filios, familiares, vel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores. *De hæreticis in 6. cap. Filii.*

6. Hæreticorum filii, vel alii, qui per annos quadraginta possederunt bona eorum, etiamsi pertinerent ad Ecclesiam Romanam, non possunt molestari.

Si post mortem hæreticorum, qui dum viverent, Catholici putabantur, bona ipsorum à Catholicis, eorum filiis, vel nepotibus, aut extraneis quibuscumque, spatio quadraginta annorum fuerint bona fide possessa: sancimus, eos super bonis eujusmodi, etiamsi ad Romanam pervenire deberent Ecclesiam, in hoc casu non esse ulterius molestandos; quamquam illi, quorum bona fuerant, nunc detegantur hæretici existisse. *De Præscrip. in 6. cap. fin.*

7. Hæreticorum filii quomodo tractandi, si parentes eorum in extremis vocaverunt hæreticos pro consolatione. *De hæreticis in 6. cap. Filii. Suprà. n. 5.*
8. Hæreticorum filii non possunt esse eorum hæredes. *Inn. IV. const. 1. Cum adversus.*
9. Hæreticorum filii si revelant hæresim patris, non subjacent his pœnis. *Ibid.*
10. Filii hæreticorum fautorum & receptatorum jam absolutorum, admitti possunt ad officia, &c. *Honorius IV. const. 2. Exhibita.*
11. Hæreticorum, & fautorum hæreticorum filii, privandi sunt officiis, sed intelligitur de filiis eorum, qui non sunt emendati, vel mortui sunt non parati ad parendum Ecclesiæ. *Alexander IV. const. 12. Quod super. §. 12. Vide, Filii.*

XX. Hæreticorum templa, & conventicula.

1. Hæreticorum loca & Ecclesias frequentans, si pœniteat, est recipiendus, & quomodo; si non, excommunicandus. *Concil. Laodicænum. cap. 9. Vide, tit. 8. n. 3.*
2. Hæreticorum Ecclesiæ, quando ipsi convertuntur ad fidem Catholicam, pertinent ad Episcopum loci. *Conc. Tolet. 3. cap. 9. Vide, Ecclesiæ. tit. 57. n. 1.*

3. Conventicula hæreticorum in suis domibus facere permittentes, sunt excommunicati, & fustibus cædi debent. *Ex sacris Marciani Imperatoris ad Concil. Chalcedon. Vide, tit. 7. n. 15.*

4. Hæreticorum conventicula non sunt Ecclesia. Conventicula hæreticorum non Ecclesia, sed conciliabula appellantur. *Conc. Carthag. 4. cap. 71.*

Sicut non omnis congregatio hæreticorum CHRISTI Ecclesia dici potest, nec caput eorum CHRISTUS: sic nec omne matrimonium, quòd non viro suo secundum præcepta CHRISTI uxor jungitur, ritè conjugium appellari potest, sed magis adulterium. *32. q. 2. cap. Sicut non omnis.*

5. Hæreticorum domes, in quibus sunt conventicula, si fisco sunt applicandæ. *Ex Conc. Chalcedon. Vide, ubi supra. n. 3.*

XXI. Hæretici relapsi, qui, & quomodo tractandi.

1. Hæretici relapsi non audiuntur, sed brachio sæculari traduntur.

Illos quoque, qui post abjurationem erroris, vel postquam se (ut diximus) proprii Antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, sæculari iudicio, sine ulla penitentiæ audientia, decernimus relinquendos. *De hæreticis. cap. Ad abolendam. co. tit. in 6. cap. 1. Vide, Degradatio. n. 5. §. seq.*

2. Relapsi licet pœniteant, tradendi brachio sæculari, & non audiendi. *De hæreticis. in 6. cap. Super eo. infra.*

3. Relapsis pœnitentibus, licet Curie sæculari tradendis, non negantur sacramenta.

Nos itaque Inquisitioni vestræ, &c. respondemus, quòd taliter deprehensis, etiamsi (ut dictum est) sine ulla penitentiæ audientia relinquendi sint iudicio sæculari: si tamen postmodum pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta pœnitentiæ ac Eucharistiæ deneganda. *De hæreticis. in 6. cap. Super eo.*

4. Hæresim abjurans ob vehementem suspicionem, si labitur postea in hæresim, dicitur etiam relapsus: si verò solum levis erat suspicio, & sic abjuravit, si labatur, non est relapsus, sed gravius punitur.

Accusatus de hæresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hæresim in iudicio abjuravit, & postea committit in ipsa, censeri debet quadam juris fictione relapsus, licet ante abjurationem suam hæresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem levis & modica suspicio illa fuerit, quamquam ex hoc sit gravius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœnâ puniri. *De hæreticis. in 6. cap. Accusatus. Alexander IV. const. 12. Quod super §. 1.*

5. Hæresim abjurans formaliter, si postea universaliter fidem negat, vel in eandem hæresim, aut aliam incidit, iudicatur ut relapsus.

Eum verò, qui in una hæresi specie vel secta commisit, aut in uno fidei articulo, seu Ecclesiæ Sacramento erraverit, & postmodum hæresim simpliciter, vel generaliter abjuravit, si ex tunc in aliam etiam hæresis speciem, sive sectam, aut aliò articulo, seu Sacramento committat, volumus ut relapsum in hæresim iudicari. *Ibid. §. Eum verò.*

6. Hæresim abjurans, (id est, formaliter) si postea hæreticos recipit, donat, munera mittit, (id est, si sit vehementer suspectus) ut relapsus iudicatur.

Ille

Ille quoque, de cuius lapsu in hæresim, ante abjurationem, constiterat, vel nunc constat: si post illam hæreticos receperit, deducat, visitet, sive associet, aut dona, vel munera eis donet, vel mittat, seu favorem eis impendat, qui excusari non possit, etiam sine adoratione, (ut verbis vestris utamur) merito debet iudicari relapsus, cum illum ex approbati à se prius erroris consequentia, non sit dubium id fecisse. *Ibidem. §. Ille quoque. Alexander. ut supra. §. 2.*

7. Hæretici relapsi, quomodo puniendi.

Constat insuper ex præmissis, eundem Hieronymum, prædictis Wicleff, & Hufs, damnatis, & eorum erroribus adherere, illorumque factorem fuisse, & esse, propter quæ eadem sancta Synodus eundem Hieronymum, palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit, ipsumque hæreticum, & in hæresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronunciat, & declarat. *Concil. Constantien. sess. 21. in fine.*

8. Hæretici relapsi, morte mulctandi. *Innocent. IV. const. 1. Cum adversus.*

9. Idem de hæreticis si fide abjurantibus. *Ibidem. Vide, Relapsi.*

XXII. Hæreticorum libri, & scripta.

1. Hæreticorum scripta legens est anathema.

Si quis scripturas, quas Priscilianus secundum suum depravavit errorem, vel tractatus Dicitini, (quos ipse Dicitinus, antequam converteretur, scripsit sub nomine Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, & suo errori consona continxit) legit & impia eorum signa sequitur, aut defendit, anathema sit. *Conc. Bracaren. 1. cap. 17.*

Qui sapè à nobis admonitus, rescribens innotuit, codicem apud te fuisse inventum, in quo plurima continebantur hæretica, & ob hoc se adversus dilectionem tuam fuisse commotum, quem quia ad nos studuit pro satisfactione transmittere, priores ejus partes sollicitè lectione percurremus. Et quoniam manifesta in eo hæreticæ pravitatis venena reperimus, nè denuo debuisset legi, venimus. Sed quia hunc te simpliciter restatus es legisse, & ad amputandam ambiguum suspicionis materiam, libellum nobis manu tuâ porrexisti per scriptum, in quo &c. *Greg. V. lib. 5. ep. 64.*

Puerilia omnia, ludibria, furiosaque dicta ac scripta, quæ adversus sanctas imagines edita sunt, oportet dari Episcopo Constantinopolitano, ut cum reliquis libris hæreticis reponantur. Si quis autem hæc celate inventus fuerit, si sit quidem Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, deponatur: si autem Laicus, vel Monachus, segregetur. *Conc. Nicæn. 2. cap. 9. Vide, Excommunicatio in B. cona.*

2. Hæreticorum libros, aut scripta tenere nullus potest; habentes illos sunt denunciandi. *Conc. Constant. sess. ult. In const. Martini V. Vide, in Bullario.*

3. Hæreticorum libri cremandi, sic tractatus & opuscula.

Rufus his ad notitiam S. A. & Generalis Concilii deductis, R. Pontifex in Concilio Romano ultimo celebrato, dictos libros, tractatus, & opuscula condemnavit, jubens illos publicè concremari, districtius inhibendo, nè quis CHRISTI nomine insignitus, auderet aliquem, seu aliquos, seu aliqua ex dictis libris, voluminibus, tractatibus, & opusculis, legere, exponere, vel tenere, aut illis quomodolibet uti, vel illos, nisi in ipsorum reprobationem, allegare, publicè, vel occultè. Et ut de medio Ecclesiæ illa periculosa purcissimaque doctrina eliminaretur, iussit omnes per locorum Ordinarios, libros, tractatus, volumina, & opuscula huiusmodi, autoritate Apostolicâ per censuram Ecclesiasticam (etiam si opus esset cum adiectione, quòd contra non parentes procederet, tanquam contra fautores hæresis) diligenter inquiri, & repertos ac reperta, publicè ignibus concremari. *Conc. Constantien. sess. 8.*

4. Hæreticorum libri, nec teneri, nec legi possunt, sub pœna excommunicationis.

Idcirco paternâ sollicitudine pro grege nostro solliciti, nè pabulum mortis, pro vitæ pabulo ei porrigatur: Præcipimus omnibus fidelibus, quorum animarum curæ nostræ à Dño commissæ sunt, potissimum Verbi Dei tractatoribus, sub anathemate, quod alias incurrant, ut sibi caveant, non modò ab his, quæ ex officina veniunt Lutheri, Bucerii, Calvinii, Oecolampadii, Balingeri, Francisci Lamperti, & Philippi Melancthonis, quos constat omnia sua scripta ad decipiendum & seducendum homines à vera fide edidisse, &c. *Conc. Colonien. 3. tit. Quod ad institutionem cap. 4. Leo X. constit. 40. Exurge.*

5. Non permittantur in Civitatibus teneri.

Id autem haud factu erit difficile, ubi antiqua Christianissimorum Principum in hæreticos, eorum libros, & fautores edicta, instaurabuntur. Quæ si salutaris iudiciorum severitate executioni demandentur, nulla profus hæreticorum monumenta, nulli libri, nulla scripta in suis Provinciis reperientur. Male sanæ item conciones cessabunt, nec non & clandestina conventicula, in quibus peregrinos cultus à Christiana pietate degenerantes inducere solent hæretici. *Et in fine: Auctoritate itaque, quâ fungimur, omnes in nostra Provincia constitutos, qui tam impia dogmata ausu temerariò asserere, docere, scribere præsumperint, his scriptis sententiæ excommunicationis innodamus, nec non & eos, qui illis auxilium, consilium aut favorem quòvis modo fuerint impertiti. Sub eadem quoque pœna omnibus nobis subditis inhibemus, nè Lutheri libros, sive Lutheranorum quorumcumque retinere præsumant, qui ad pestilentem doctrinam promovendam conscripti sunt. *Conc. Senon. cap. 18. Vide, Defuncti in sine.**

XXIII. Hæreticorum favore utentes.

Qui favore aut precibus hæreticorum obtinet beneficia, de facto illis est privatus, & est inhabilis etiam ad alia. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. §. Ad hæc. Vide, Beneficium. tit. 7. n. 11.*

XXIV. Hæreticorum Sacramenta, Sacrificia, Benedictiones, consecrationes, Martyres, &c.

1. Hæreticorum Baptismus, factus in forma & ritu Ecclesiæ, est validus. *Can. 1. q. 1. cap. Quod quidam. Vide, Baptismus. tit. 2. n. 1.*
2. Hæretici validè baptizant: Et in casu necessitatis etiam licitè. *De consec. dist. 4. c. Nullus. Vide, Baptismus. tit. 5. n. 1. Ibid. c. Quomodo. Vide, Baptismus. tit. 2. n. 14. Can. 24. q. 1. c. Si quem fortè. Vide, tit. 14. n. 9.*
3. Non perdunt potestatem baptizandi, neque suum baptismum. *1. q. 1. cap. Quod quidam supra. n. 5.*
4. Consecrationes eorum activæ & passivæ sunt irritæ, (id est illicitæ, & earum executio est impedita.) *1. q. 1. c. Ventum est. Vide, tit. 17. n. 5. Sed validæ sunt. Vide, Hæretici Episcopi.*
5. Hæreticorum Sacramenta non nocent aliis, sed ipsis tantum. *Anastasius II. ep. 1. cap. 8. Vide, Consecratio tit. 5. n. 1.*
6. Baptizatus ritè ab hæreticis dum venit ad fidem, non debet rebaptizari. *Conc. Trident.*

- dent. sess. 7. de baptismo. Canone II. Contrarium dicens, est anathema.*
7. Matrimonium hæreticorum non solvitur per hæresim. *Conc. Trid. sess. 24. Can. 5.*
8. Hæretici facientes Sacramenta, faciunt sacrilegia.
- Nunc autem, non sicut hæresis Hæreticorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium dissentionis ipsorum est: sic etiam Baptisma, quod CHRISTI est, dici debet ipsorum. *De consecr. dist. 4. cap. Nunc autem.*
9. Hæretici si ordinantur, deponantur. *Conc. Nicen. 1. cap. 10. Vide, tit. 13. n. 18. Vide, Lapsi. Vide, Ordinatio. Vide, Ordinatio.*
10. Hæreticorum benedictiones non accipiendæ, quia apud Deum sunt maledictiones.
- Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quia sunt maledictiones potius, quam benedictiones. *Conc. Laodicen. cap. 32. 1. q. 1. cap. Quod non oportet.*
11. Eorum benedictiones Deus maledicit. Maledicam benedictionibus vestris, hoc est, quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum. *1. q. 1. cap. Maledicam.*
12. Hæreticorum oblationes & eleemosynæ non sunt recipiendæ. *Innoc. IV. constit. 9. Noverit.*
13. Hæreticorum Eulogiæ non sunt recipiendæ. *Conc. Lucen. cap. 70. Vide, Ecclesia. tit. 57. n. 3.*
14. Oblata ab Hæreticis DEO non placent.
- Sic Populus iste Hæreticorum omnium est in conspectu meo, dixit Dominus, omne, quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocaustum, sive eleemosynas, sive jejunia, sive victus continentiam & corporis castitatem contaminata erunt in conspectu meo. Quamvis enim sancta videantur specie sui, quæ offerentur à talibus: tamen, quia tractata sunt ab eo, qui pollutus in anima est, omnia pollutantur. *1. q. 1. cap. Sic Populus.*
- Odit DEUS Sacrificia Hæreticorum, & à se projicit, & quotiescunque sub nomine Domini fuerint congregati, detestatur factorem eorum, & claudit nares suas. *Ibid. cap. Odit.*
- Illi offerunt panem sacrilegum, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem. Quæ ego, si verè fiant, holocausta interpretor, cum autem scientiam DEI reliquerint, frustra truncatò capite fidei, cætera membra habere se jactant. *Ibid. c. Illi offerunt.*
15. Sacrificia Hæreticorum DEO displicent.
- Odi & projecit festivitates vestras, & non capiam odorem Cæterum vestrorum. Quod si obtuleritis mihi holocausta munera vestra, non accipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam, &c. Et si obtulerint holocausta, ut videantur jejunare, dare eleemosynas, pudicitiam polliceri, (quæ holocausta sunt vera) non ea suscipit Dominus, nec dignatur aspiciere pinguis hostias eorum. Non enim Sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita causasque dijudicat. *24. q. 1. cap. Odi & projecit.*
- Quò exemplo ostenditur & probatur, obnoxios omnes & culpæ & pœnæ fautores, qui de schismaticis contra Præpositos & Sacerdotes irreligiosâ temeritate miscuerint: sicut etiam per Olæ Prophetam Spiritus S. testatur, & dicit: (Sacrificia eorum, tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur) docens scilicet & ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio conjungi, qui fuerint eorum peccatò contaminati. *24. q. 1. cap. Dicimus.*
16. Ordinatus ab hæreticis invitus, si statim discessit, excusatur: si verò cum eis permansit, reus est usurpatae dignitatis.

- Constat multos vim passos, atque invitos attractos, repugnantesque ab hæreticis ordinatos, sed hujusmodi aliquis, si post ordinationem talem non interfuit, cum illi conficerent Sacramenta, si communioni eorum participatus non est, si statim discedentibus illis pessimo conciliabulo eorum abrenuntiavit, & ad Ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Cæterum qui post mensem aut amplius redierunt, cum se considerarent ab Hæreticis ordinatos, quamvis nihil ab eis acceperunt, rei sunt usurpatae dignitatis. *1. q. 1. cap. Constat. Vide, Ordinatio, &c. Ibid.*
17. Hæreticorum Martyres falsi sunt, & eos adorantes sunt excommunicati.
- Quod autem Christianum non oporteat deserere Martyrem CHRISTI, & ire ad pseudo-Martyres, id est, hæreticorum, & quos ipsos constat hæreticos existitisse, hi namque sunt alienati à Deo, sunt igitur anathema, qui ad tales accesserint. *Conc. Laodicen. cap. 34.*
18. Hæreticos ordinans, decem auri libras in pœnam solvere debet. *Conc. Affric. c. 60. Vide, tit. 13. n. 18.*
19. Hæretici Spiritus Sancti profusionem perdunt. *24. q. 1. cap. Hæretici. Vide, Ibid. n. 26.*
20. Hæretici Spiritus Sancti profusionem perdunt. *23. q. 7. Quemadmodum. Vide, Ibid. n. 24.*
- XXV. Hæretici ab hæresi redeuntes ad fidem.
1. Omnes redeuntes ab hæresi, recipiendi.
- Pro qua re præsentibus Epistolis admoneris, nostrâ fide, nostròque, sicut ipsi videntur poposcisse, periculo eos in fidem Catholicam communionemque suscipite, quibus potestis modis ad lucem de tenebris revocare. *Greg. I. lib. 1. ep. 14.*
- Quandoquidem in priore actione visum est, magna & generali Synodo in sequenti doctrinam Patrum & legislationem Ecclesiasticam eos, qui ex hæresi revertuntur, recipiendos, quin etiam rursus admittendos, qui ab hæreticis ordinati sunt, modò orthodoxam fidem sapiant. *Conc. Nicen. 2. actio 3.*
2. Hæretici redeuntes ad fidem, tractandi humaniter.
- Eos, qui rectæ fidei adjiciuntur, & partierum, qui ex hæreticis servantur, recipimus, secundum subjectam hic consequentiam & consuetudinem. Arianos quidem, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Novatianos, &c. recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæresim anathematizantes, quæ non sentit, ut Sancta DEI Catholica & Apostolica Ecclesia. *Conc. Constantinopolitanum. 1. cap. 7.*
- Maximè cum nostrorum priorum sententia, redeuntes ad nos ex Arianis, quolibet modò, in qualibet ætate, illius pestilentia labe pollutos, tantâ charitate in fide complexa est ejusmodi iustitia, & sub dilectione redarguit, tantâ ratiocinatione de ambitu honoris excludi, ut erubescerent aliud magis querere, quam redire. *Et infra. Venientes igitur ad fidem sincerissimam, nutriat humanitas, consoletur, prompta sit omnibus misericordia, in cuius remuneratione dictum est: Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Agapitus ep. 2.*
- Quia verò sunt multi fidelium, qui imperitò zelò succenduntur, & sæpè dum quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreses faciunt, eorum infirmitati consulendum est; & sicut prædixi, ratione & mansuetudine sunt placandi. *Greg. I. lib. 9. Ex reg. ep. 39.*
3. Mitigatur rigor contra eos. *Conc. Agathen. cap. 60. Sed cum absolutione, & penitentes recipiendi. Ibid. Vide, tit. 18. n. 3.*
4. Hæreticus rediens, debet recipi, & post decennium, communicare, (irâ olim.) *Conc. Eliberitan. cap. 22. infra.*

5. Si infans fuit ad hæresim inductus, statim recipiatur.
- Si quis de Catholica Ecclesia ad hæresim tranfitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrerit, placuit, huic penitentiam non esse denegandam, eò quòd cognoverit peccatum suum, qui etiam decem annis agat penitentiam, cui post decem annos præstari communitio debet; si verò infans fuerint transducti, quòd non sub vitio peccaverint, incunctanter recipi debent. *Conc. Eliberran. cap. 22.*
6. Si infans fuit baptizatus, & in hæresi instructus, cum venit ad fidem, est capax Ordinum. *1. q. 4. cap. Placuit. Vide, tit. 19. n. 1.*
7. Hæretici venientes ad fidem, tenentur abjurare hæresim, & promittere, quòd facient, & tenebunt, ut facit, & tenet Ecclesia Catholica. *Conc. Nicen. 1. cap. 8. Vide, tit. 17. n. 2. Conc. Constantinopolitanum. 1. cap. 7. Vide, Suprà. n. 2. Greg. I. lib. 10. ep. 30. statuit, ut talis rediens abjuret, & promittat se permansurum in unitate Ecclesiæ Catholicæ. Vide, Episcopus. tit. 43. n. 5. Can. 1. q. 7. cap. Convenientibus. Vide, Episcopus. tit. 43. n. 4. Ibidem. cap. Si qui voluerint. Vide, Suprà. tit. 17. n. 2. Ibidem. cap. Saluberrimum. Vide, Suprà. tit. 18. n. 2.*
8. Omnes hæreses debent abjurare. *Greg. I. lib. 9. Ex reg. ep. 61. Vide, tit. 2. n. 2. Conc. Colon. 3. tit. Censura. cap. 7. Vide, Abjurare. n. 7. Vide, Hæresis abjuratio.*
9. Redeuntes ab hæresi, debent à Sede Apostolica, vel ejus delegatis, absolutionem obtinere. *Conc. Colonien. 3. tit. Censura. cap. 7. Vide, Ibidem. Vide, Excommunic. Bullæ Cænæ. Vide, Hæretici à quo absolvendi.*
10. Non suffragatur Bulla cruciata. *Vide, Cruciatæ. Vide, Bulla cruciata.*
11. Episcopi & Clerici redeuntes ab hæresi, recipi possunt cum sua dignitate, & gradu ac honore. Etiam si Episcopi ordinati ab hæreticis. Et de facto sunt recepti in Conc. Nicen. 2. actio. 3. licet in alio Concilio esset aliter definitum.
- Si quis ex hæresi Pauli Samosatensis convertatur ad fidem Ecclesiæ, debet iterum baptizari, & in quocunque gradu Ecclesiastico antea fuerit, si convertatur dignè, & cum humilitate, ejusque vita antea acta reprehendi non possit, sed laudari potius, restituendus est in gradum suum, & imponendæ ei manus, ut imponi solent ei, cui nunquam antea imposita fuerunt, cum benedictione Diaconali, id est, quæ fit super ministros Ecclesiæ. Sed si aliquis eum accusaverit, & non fuerit dignus gradu propter malam fidem & prava opera, non est ordinandus. *Conc. Nicen. 1. Ex Arabico. cap. 17. Conc. Nicen. 2. actio. 3. Suprà. n. 1. 1. q. 7. cap. Convenientibus. & cap. Si voluerint. Vide, uti suprà. n. 7. Conc. Affric. cap. 35. Vide, Episcopus. tit. 43. n. 3.*
12. Hæreticus ritè baptizatus, rediens ad fidem, non rebaptizatur. *Conc. Trid. sess. 7. de bapt. cap. 11.*
13. Ab hæresi redeuntes, recipiantur cum honore, si erant ordinati à Catholicis. *Innoc. I. ep. 21. Vide, tit. 18. n. 1.*
14. Redeuntes ab hæresi, non debent promoveri, sed manere in Ordine, quem ha-

- bebant. *1. q. 1. cap. Ventum. cap. Si quis hæreticæ. cap. Omnis cujuslibet. Et qu. 7. cap. Saluberrimum. Vide, tit. 18. n. 2. Sed in Conc. Aurelian. 1. cap. 12. Et Epau-nen. c. 29. statutum est, ut, si digni sunt, promoveri possint. Vide, tit. 18. n. 3.*
15. Redeuntes ab hæresi, non possunt ministrare Sacramenta, nisi prius absolvantur, & dispensentur in irregularitate.
- Caveant autem Sacerdotes, sive Religiosi, sive sæculares, ab hæreticis vel schismaticis ad Ecclesiam revertentes, se ministeriis Divinis statim ingerere, & sacrificare, aut Sacramenta Populo administrare, etiam si maximè id non more hæreticorum aut schismaticorum, sed secundum Ecclesiæ ritum facere velint, priusquam sint absoluti, Ecclesiæ reconciliati, & officiis ac ministeriis suis irregularitate sublata restituti: nè damnationem graviolem incurrant propter irregularitatis impedimentum, quò tenentur per sacros Canones illaqueati. *Conc. Colonien. 3. tit. Censura. cap. 8.*
16. Redeuntes ab hæresi, olim chrisinate ungebantur ab Episcopo, & in casu necessitatis hæc unctio fiebat à Presbytero.
- Si quis à mala fide ad fidem orthodoxam revertatur, recipiendus est in Ecclesiam per manus Episcopi, vel Sacerdotis, qui præcipere ei debet, ut anathematizet cunctos fidei orthodoxæ contradicentes, & quia Catholice Ecclesiæ contradicunt, &c. Et postquam hæc fecerit Episcopus vel Sacerdos, in cuius manibus est, debet ungere eum unctioe chrisimatis, & ter signare signò crucis, ungerendo & orando super eum orationem Dionysii Areop. Oportetque orare DEUM pro eo devotè, ut recipiat eum, ac tunc poterit esse particeps Sacramentorum, & interesse orationi Eucharisticæ, per quam fit ei remissio peccatorum. Si autem is, in quo hæc facta sunt, fuerit Episcopus, manebit post conversionem suam in gradu Presbyteri: Si Presbyter, in gradu Diaconi, si Diaconus, in gradu hypodiaconi, & similiter in reliquis deinceps, ut ad gradum inferiorum descendat. *Conc. Nicen. 1. Ex Arab. cap. 31.*
17. Cum tali unctioe recipiendos, statuit Sylvester in Concilio Aransican. 1. cap. 2. Et in absentia Episcopi, in casu mortis, Presbyter ungere poterat. *Ibid. Vide, Chrisma. tit. 9. n. 7.*
18. Redeuntes ab hæresi, penitentiam impositam ab Episcopo tenentur exequi. *Conc. Aurelianen. 4. cap. 8. Vide, tit. 2. n. 13. Causa. 24. q. 1. cap. Si quis dederit. Vide, Communitio. tit. 1. n. 11.*
- Si quis permiserit, hæreticum Missam suam celebrare in Ecclesia Catholica, & nescit, 40. dies peniteat: Si pro damnatione Ecclesiæ Catholicæ & consuetudinis Romanorum, proficiatur ab Ecclesia, sicut hæreticus, nisi habeat penitentiam: Si habuerit, decem annos peniteat: Si recesserit ab Ecclesia Catholica in congregationem hæreticorum, & alius persuaserit, & postea penitentiam egerit, duodecim annos peniteat, tres extra Ecclesiam, septem inter audientes, & duos adhuc extra communionem. De his in Canone dicitur, ut duodecimò annò communionem sine oblatione percipiant. *Ibidem.*
19. Sed in his conversionibus moderandus est rigor. *1. q. 7. cap. Didici. cap. Cognovi. cap. Dispensationes. Vide Dispensare. n. 1.*
20. Redeuntibus ad cor, possunt eorum bona restitui. *De hæreticis cap. Vergentis. Vide, tit. 7. n. 18.*
21. Redeunte Episcopo hæretico ad fidem, si in ejus Ecclesia erat ordinatus alius, quid

- quid agendum. *De Parochijs, &c. cap. i. Vide, tit. 17. n. 10.*
22. Hæretici conversi, dare debent cautionem de parendo Ecclesiæ sub pœna pecuniaria, & si delinquant, Inquisitores eam exigere possunt. *Alexander IV. constit. 14. Super extirpatione.*
23. Pecunia applicanda necessitatibus Inquisitorum & sancti Officii. *Ibid.*
24. Et fidejussores compelluntur solvere. *Ibidem.* Vide, *Hæretici, quomodo tractandi.* Vide, *Fides, Redemptes ad fidem.*
- XXVI. Suspecti de hæresi.**
1. Suspectus de hæresi, si non se purgat, excommunicatur; & si per annum in excommunicatione permaneat, ut hæreticus damnatur.
- Qui autem inventi fuerint solâ suspitione notabiles, nisi juxta considerationis, suspitionis, qualitatem personæ, propriam innocentiam, congruâ purgatione monstraverint, anathematis gladiô feriuntur, & usque ad satisfactionem condignum ab omnibus evitentur; ita, quod si per annum in excommunicatione persisteant, ex tunc velut hæretici condemnentur. *De hæreticis cap. Excommunicamus. §. Qui autem. Et Conc. Lateran. 4. cap. 3.*
2. Domini non purgantes suas terras ab hæreticis, excommunicantur per Metropolitanum, & si per annum permaneat in excommunicatione, subditi eorum per Papæ sententiam absolvuntur à juramento fidelitatis. *De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Moneantur.* Sed Domino principali, si sit feudum, remanet saluum jus, si ipse non sit complex in casu. *Ibid.* Vide, *Dominus. n. 3.*
3. Hæresim alicujus confessus, deinde negans, fit vehementer suspectus de hæresi. *De præsumption. cap. Litteras vestras. Vide, Condemnati. n. 1.*
4. De hæresi fit suspectus, qui per annum manet in excommunicatione. *De pœnis. cap. fin. Vide, Excommunicati. tit. II. n. 24.*
5. De hæresi suspecti, si noluerint se purgare, habeantur pro convictis. *De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Adjudicemus. Vide, tit. 5. n. 3. Innoc. IV. const. 18. Novit.*
6. De hæresi suspecti, juxta qualitatem personæ & suspitionis abjurare tenentur, alias si abjurare nolint, relinquendus est brachio sæculari. *De hæreticis cap. Ad abolendam. Vide, tit. 2. n. II.*
7. Pro hæresi excommunicatus, si se non purgat, est suspectus, & non recipiendus. *1. q. 7. cap. Si quis Episcopus. Idem ac Concil. Bracaren. 2. cap. 36. Vide, Excommunicati tit. 7. n. 2.*
8. Suspectus fit, qui ab Episcopo interrogatur de veritate dicenda, an sint hæretici in loco, non vult jurare, & nisi se purget, est puniendus. *Conc. Senon. tit. Diœcesani cap. 32. Vide, Episcopus. tit. 18. n. 10.*
9. Suspectus de hæresi fit, qui hæreticum fa-

- cit hæredem, & excommunicatus est, etiam si sit Episcopus.
- In eos, qui Catholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint Episcopi, vel Presbyteri, nihil confecerant. Denique hoc de Episcopis & Presbyteris dictum est, debet de reliquis Clericis exaudiri. *De hæreticis cap. In eos. & cap. Si quis Episcopus. Vide, tit. 17. n. 6.*
10. Suspectus de hæresi, si excommunicatus per annum non comparuit, judicatur, ut hæreticus. *De hæreticis in 6. cap. Cum contumacia. Vide, Contumacia. n. 5.*
11. Si quis existens in extremis vocat hæreticos pro consolatione, si sanæ mentis sit, ut hæreticus tractatur: si non sit sanæ mentis, est suspectus, & quomodo tractandus ipse, & ejus filii. *De hæreticis in 6. cap. Filij. Vide, tit. 19. n. 5.*
12. Suspecti de hæresi, coram judice Ecclesiastico, habente potestatem, se debent purgare; quod si noluerint, vel defecerint, pro hæreticis habentur. *Conc. Constant. in const. Martini V. §. 9. Vide, in Bullario.*
13. Suspectus de hæresi nolens abjurare, & cautionem dare de non credendo amplius &c. ut hæreticus tractandus. *Martinus V. const. 1. Inter cunctos. §. 14.*
14. Non gaudet immunitate Ecclesiastica ad Ecclesiam fugiens. *Joann. XXII. const. 1. Ex parte. Vide, Suspectus.*
- XXVII. Hæretici persequendi, & privilegia persequentium.**
1. Hæretici per Catholicos Superiores sunt compescendi.
- De vestro gratulati sumus, quem pastoraliter geritis, zelo, &c. maxime autem, quia ita studuit. *Ev. Affricanam inconcussam servare provinciam, ut nullatenus devias hæreticorum sectas cum fervore Sacerdotali coercere negligeret. - - - Quamquam ergo hæc ita se habeant, & desideremus omnes hæreticos à Catholicis Sacerdotibus, vigore semper ratione que compesci: tamen subtiliter intuentes, omnino nos tetigit, ne per ea, quæ apud vos gesta sunt, aliorum Conciliorum primatibus, (quod avertat Dominus) generetur scandalum. - - - Tunc enim totis coadunatis viribus, hæreticorum commodius obviatis erroribus, cum secundum morem Sacerdotii vestri studueritis Ecclesiasticam interiori custodire concordiam. *Greg. I. lib. 9. ep. 2.**
- De Manichæis, qui in possessionibus nostris sunt, frequenter dilectionem tuam admonui, ut eos persequi summopere debeat, atque ad fidem Catholicam revocare. Quod si tempus exigit, per te, si autem pro causis aliis non licet, per alios solerter inquire. *Idem. Ibidem. ep. 6. 23. q. 4. cap. Quando. cap. Qui peccat. Et cap. Sicut Excellentiam. Vide, Ecclesia. tit. 4. n. 1. & 3.*
2. Contra hæreticos possunt Ecclesiastici implorare auxilium Principum.
- Nostri adversus illicitas & privatas vestrorum violentias, (quas & vos ibi, qui talia non facitis, doletis & geritis) à potestatibus ordinatis tuitionem petunt, non quâ nos persequantur, sed quâ se defendant. *23. q. 3. cap. Nostri adversus.*
3. Per Imperatores etiam exterminandi sunt hæretici. *Honorius III. const. Has leges. Gregorius IX. const. 4. Ille humani.*
4. Etiam per Dominos sæculares ex lege Divina comprimendi sunt hæretici. *Pela-*

- gius I. ep. 2. 23. q. 5. cap. De Liguribus. Et cap. Quali nos. Vide, tit. 7. n. 36. Conc. Senon. cap. 18. Vide, tit. 3. n. 1.*
5. Hæreticorum pœna per Principes sæculares factâ sententiâ ab Ecclesia exequenda. *Conc. Milevit. cap. II. Vide, tit. 7. n. 36.*
6. Hæreticos non persequentes Principes sæculares, à Deo puniti sunt, persequentes verò remunerati. *Conc. Senon. cap. 18. Vide, uti supra. n. 4.*
7. Hæretici rationabiliter patiuntur persecutiones à Catholicis. *23. q. 4. cap. Qui peccat. cap. Sicut Excellentiam. & cap. Quando. ubi supra. n. 1.* Utile est eis, pati hanc persecutionem. *Ibid. cap. Quando. Ibid.*
8. Hæretici expellendi ab omni loco, Dominio, &c. à Principibus, & isti non permittant domos, lares, mercantias, &c. facere in suis Dominis. *Conc. Constant. sess. ult. In const. Martini V. Vide, in Bullario.*
9. Magistratus & Potestates sæculares tenentur persequi hæreticos, & de hoc tenentur juramentum facere. Item jurare tenentur, quod juvabunt Ecclesiasticos in persecutione hæreticorum, alias puniendi, & excommunicandi, eorumque terræ interdicto supponendæ. *De hæreticis. cap. Ad abolendam. & c. Excommunicamus. §. Moneantur. ex Concil. Lateran. 4. cap. 3. Vide, Dominus. n. 3. Innocent. IV. const. 6. Ad extirpanda.*
10. Hæretici possunt cogi per Dominos sæculares, sed Ecclesiæ tradendi.
- Requerimus Christianos Principes, Magistratus sæculares, & quotquot potestatem coercendi malos habent omnes, ut suo ministerio ad laudem DEI & Ecclesiæ, cujus sunt filii, salutem persurgentes, obstinatos Apostatas, monachos & sanctimoniales, in suis sordibus & rebellione hærentes, seductores quoque fidelis populi, eis indicatos potenti manu capiant, tradantque suis Superioribus, aut monasteriis, penitentia severiori, salutari tamen submittendos. *Conc. Colon. 3. tit. Censura. c. 10. Reformatio Cleri Germaniæ. Vide, tit. 7. n. 37. & Bulla Leonis X. 40. Exurge.*
11. Hæreticos persequentes, lucrantur indulgentias.
- Nos etiam de misericordia DEI, & BB. AA. Petri & Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, & ad Episcoporum, seu aliorum Prælatorum consilium ad eos decertando expugnandos, biennium de penitentia injuncta relaxamus, aut si longiore ibi moram habuerint, Episcoporum discretioni, quibus hujus rei causa fuerit injuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, major eis Indulgentia tribuatur. *Conc. Later. 3. cap. 27.*
12. Eas lucrantur indulgentias, ac si sepulchrum Domini visitarent. Sub protectione Ecclesiæ recipiuntur, de rebus ac personis assicurantur, & molestantes eos excommunicantur. *Ibidem.*
- Catholici verò, qui crucis assumptò caractere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illâ gaudeant indulgentiâ, illoque sancto privilegio sint muniti, quod accedentibus in Terræ Sanctæ subsidium

- conceditur. *Concil. Lateranen. 4. cap. 3. Et de Hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Catholicis verò. Concil. Lateranen. 3. cap. 27. infra.*
13. Hæreticos nolentes persequi, admoniti sunt excommunicandi. Et si Dominus sæcularis monitus, intra annum non ejecerit hæreticos à sua terra, Papæ significetur, qui vasallos à juramento absolvet. Et quid de terra illa agendum. Idem Ecclesiarum Rectoribus, & aliis, non persequentibus hæreticos.
- Illis autem, qui ad monitionem Episcoporum in hujusmodi parte parere contempserint, à perceptione Corporis & Sanguinis Domini jubemus fieri alienos. Interim verò eos, qui ardore ad eos expugnandum, laborem justum assumpserint, sicut eos, qui sepulchrum Dominicum visitant, sub defensione Ecclesiæ recipimus, & ab universis inquietationibus, tam in rebus, quam in persona, statuimus manere securos. Si verò quispiam vestrum præsumpserit eos molestare, per Episcopum loci excommunicationis sententiâ feriatur; & tam diu sententiâ servetur ab omnibus, donec & ablata reddantur, & de illis damnis congruè iterum satisfaciatur. Episcopi verò, sive Presbyteri, qui talibus fortiter non restiterint, officii sui privatione mulctentur, donec misericordiam Apostolicæ Sedis obtineant. *Conc. Later. 3. cap. 27. Conc. Lateran. 4. cap. 3. Vide, Dominus. n. 3. Innocent. IV. const. 1. In consuetudinem.*
14. Hæreticos non persequens Episcopus, Episcopatu privatur, & alius subrogatur. *De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. fin. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 3.*
15. Quolibet annò tenentur visitare terras suspectas de hæresi. *Ibid. §. Adjudicemus. Vide, tit. 5. n. 3.*
16. Rector civitatis non observans constitutiones contra hæreticos, fit infamis, & inhabilis ad officia. *Innoc. IV. const. 9. Ad extirpanda. §. 6. Rectores curent capi hæreticos expensis communivitatis, & mitti ad Ordinarios. Ibidem.*
17. Constitutiones contra hæreticos. *Ibidem.* Contra hæreticos quilibet requisitus tenetur ferre auxilium. *Ibid. §. 40.*
18. Hæretici capti intra 15. dies Episcopo consignandi, vel Inquisitori. *Ibidem. §. 24.*
- XXVIII. Hæreticorum damnatorum bona.**
- Vide, *Hæreticorum pœna.*
- XXIX. Hæretici moribundi, & mortui.**
1. Hæretici moribundi si penitent, possunt absolvi. (Olim chrismate consignari debebant per Episcopum, vel etiam Presbyterum, in absentia Episcopi.) *Concil. Arausican. 1. cap. 2. Vide, Chrisma. tit. 9. n. 7. Vide, Hæretici redeunt ad fidem.*
2. Hæretici etiam post mortem possunt excommunicari, (id est, tales declarari) & multa exempla de hoc afferuntur. *24. q. 2. cap. Sane profertur. Vide, Defuncti. tit. 1. n. 13.* Etiam animò confiscandi bona, potest post mortem fieri talis declaratio. *De hæreticis in 6. cap. Accusatus. §. In eo. Vide, Confiscatio. n. 1.*

3. Etiam post mortem damnari possunt hæretici, si in hæresi mortui sunt.

Insuper quia autoritate sententiæ, & decreti Romani Concilii, mandatoque Ecclesiæ & Sedis Apostolicæ, datis dilationibus debitis, processum fuit super condemnatione dicti Joannis Wicleff, & suæ memoriæ edictis propositis denunciationibusque ad vocandum eos, qui eundem, sive ejus memoriam defendere vellent, si qui penitus existerent. Nullus verò comparuit, qui eundem, sive ejus memoriam defenderet. Examinatis insuper testibus super impenitentia finali, pertinaciâque dicti Joannis Wicleff, per commissarios, deputatos per Dominum Joannem, Papam modernum, & hoc Concilium, servatisque servandis, prout in tali negotio postulat ordo juris, de ejus impenitentia ac finali pertinaciâ per evidentia signa testibus legitimis comprobata, fuit legitimè facta fides. Propterea instante Procuratore fiscali edictoque propositò ad audiendam sententiam ad hanc diem, hæc sancta Synodus declarat, definit, & sententiar, eundem Joannem Wicleff fuisse notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæresi decessisse; anathematizando ipsum pariter, & suam memoriam condemnando: decernitque, & ordinat, corpus, & ejus ossa, (si ab aliis fidelibus corporibus discerni possint) exhumari, & procul ab Ecclesiæ sepultura jactari, secundum Canonicas & legitimas sanctiones. *Conc. Constant. sess. 8.*

4. Missæ pro eis dici non possunt. Vide, *infra. Hæreticos sepelientes. Vide, Defuncti.*

XXX. Hæreticos sepelientes, & hæretici sepulti.

1. Hæretici non possunt inter Catholicos sepeliri. *Conc. Later. 3. cap. 27.* Neque pro eis dici Missa. *Ibid. Vide, tit. 2. n. 12.*
2. Hæretici publici, etiam si non sint declarati per Ecclesiam, non possunt in E.E. sepeliri, nec Missa pro eis dici. *Conc. Constant. Martini V. Vide, in Bullario.*
3. Hæreticos in E.E. sepelientes, excommunicantur, donec propriis manibus eos extumulent. Sic etiam sepelientes defensores, receptatores, fautores, &c. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. Vide, tit. 15. n. 1.*
4. Hæreticus sepultus in loco sacro, extumulandus est, & locus ille perpetuò sit inhabilis ad sepulturam. *Ibidem.*
5. Hæreticorum ossa exhumanda, & in alio loco, distincto à fidelibus, collocanda. *Concil. Constant. sess. 8. in causa Joannis Wicleff. Vide, tit. precedent. n. 3. Vide, Sepelire. Vide, Sepultura. Vide, Excommunicatus.*

XXXI. Hæretici, quomodo ad salutem trahendi.

1. Hæretici etiam invitati trahendi sunt ad salutem. *23. q. 4. cap. Displicet. cap. Si Ecclesia. & cap. Quis nos. Vide, Ecclesia. tit. 4. n. 1.*
 2. Hæretici cum charitate & modestia tractandi & trahendi.
- Proindeque, ubi cum hæreticis res est, corripiat quidem eos cum modestia, qui resistunt veritati, ut aliquando DEUS det illis penitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo tenentur captivi ad ipsius voluntatem: quòd si non profecerit, hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devitet, sciens quia subversus est,

qui ejuscemodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. *Conc. Colonien. 2. p. 6. cap. 12.*

Nè verò poenarum severitate proposita, reverti ad Ecclesiam ab hæresi cupientes, avertamus & retrò pellamus, & non potius etiam duros & obstinatos, veniæ blandimentis emolliamus, atque ad pudorem & resipiscenciam invitemus; ex omnibus, cujuscumque sint status, gradus, aut conditionis, ad mentem cum filio prodigo redeuntibus, resipiscencibus, atque ad Ecclesiam, Patris sui domum, unde auferantur ab hæresum & schismatum Lenociniis, cupientibus reverti, Ecclesiæ valvas, quantum in nobis est, aperimus, & facilem ignoscenciam pollicemur. Requiriturque Reverendos Confratres nostros, suffraganeos Episcopos, ut animò volentes, boni Pastoris officium esse, non imperare cum austeritate, & potentia, sed infirmas oves consolidare, ægrotas sanare, contractas alligare, perditas per deserta quaerere, atque in humeris reportare: Patris item boni officium esse, prodigo filio à longè revertenti, veniæ propositionem occurrere, studeant etiam ipsi errantes ad resipiscenciam & Ecclesiam revocare. *Conc. Colonien. 3. tit. Censura. cap. 9. Vide, Hæretici redeuntes.*

XXXII. Hæreticis subjecti liberantur, & quomodo.

1. Hæreticis adstricti, seu obligati, liberantur ab omni obligatione.
- Abolutos se noverint à debito fidelitatis, hominù, & totius obsequii, quicumque lapsis manifestè in hæresim, aliquò pacto, quacunque firmitate vallatò tenebantur adstricti. *De hæreticis. cap. fin. & Conc. Lateran. 3. cap. 27.*
2. Si Domini terrarum non ejiciunt hæreticos à suis terris, excommunicantur, & si per annum permanent excommunicati, per Papam subditi liberantur à juramento fidelitatis. Remanet tamen salvum jus Domini Principalis, (si est feudum) dummodo ipse non sit complex. *De hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Moneantur. Vide, Dominus. n. 3.* Sed prius per sententiam hoc declarandum est. *Ibidem. & de Pænis. cap. fin. Vide, Excommunicatio. tit. 11. n. 24. Vide, Fidelitatis juramentum. n. 5. Conc. Later. 4. cap. 3. Quid de terra illa faciendum. Ib. ut supra.*

XXXIII. Hæreticorum disputationes, & doctrina.

1. Cum hæreticis non est disputandum, sed eorum dogmata gravi redargutione refutanda, Conciliorum autoritate, consuetudine, SS. PP. doctrinâ, locis sacrae Scripturæ.
- Nè hæreticorum opiniones & argumenta referant apud imperitam multitudinem, quòd si alicubi necessitas postulârit, ut eorum falsa dogmata accuratius ac liberius confutentur, id non longâ disputatione, sed gravi redargutione faciant, quod facile assequitur, si Catholicam veritatem expromentes, sanctæ Ecclesiæ, Conciliorum, & probatæ veteris consuetudinis autoritate, ac Sanctorum Doctorum, quos probat Ecclesia, testimoniis roborârint, sacrae Scripturæ locos, quorum sensus ab illis ad corruptendos simplicium hominum mentes depravantur, & ex aliis ejusdem Scripturæ locis, & ex Sanctorum Patrum sententia, fideliter interpretentur, sic enim fiet, ut dogmatum pervertitas, quæ falsa interpretatione nitetur, Catholice veritatis vi, & recte interpretationis pondere corruat. *Conc. Mediolanen. 1. sis. De prædicatione Verbi DEI.*

2. Hær-

2. Hæreticorum doctrina. Vide, *Defuncti. in fine.*

XXXIV. Hæretici à quo absolvendi, & à quo non.

1. Hæretici publicè à Papa, vel ejus legatis absolvi debent, quando ad fidem veniunt. Vide, *Excommunicationes in Bulla Cænæ. Conc. Colonien. 3. tit. Censura. cap. 7. Vide, Abjurare. n. 7.*
2. Hæretici publici, judicialiter factò eorum processu, vel sponte comparentes, absolvuntur à delegatis Papæ, ut Episcopo, & Inquisitore. *De hæreticis in 6. cap. Ut officium. Vide, Hæresis. tit. 2. n. 1. Alexander IV. const. 18. Cupientes. Urbanus IV. const. 2. Licet. §. 4.*
3. Sic etiam suspecti de hæresi. *Ibidem.*
4. Hæresis externa, occulta, in foro conscientia potest absolvi ab Episcopo, vel ejus Vicario, ad hoc specialiter delegato. *Conc. Trid. sess. 24. De reformat. cap. 6. Ex litteris Bullæ Cænæ hoc privilegium videtur ablatum.*
5. Hæresis externa, occulta, sive occulta absolvi non potest virtute Bullæ cruciatæ. *Greg. XIII. const. 37. Officij. Vide, Confessores, quoad reservata, per Bullam cruciatæ non absolvuntur. Vide, Absolutio.*

Hermaphroditus.

Hermaphroditus non potest esse testis.

Hermaphroditus, an ad testimonium adhiberi possit, qualitas incalcescentis sexus ostendit. *4. q. 2. cap. Si testes.*

Sanctus Hyacinthus.

Sanctus Hyacinthus Polonus, canonizatur à Clem. VIII. const. 27. *Benedictus.*

Hydromantici.

Hydromantici magi sunt, qui demonum ope in aqua faciunt signa apparentia.

Hydromantici ab aqua dicti. Est enim hydromantia, in aquæ inspectione umbras demonum evocare, & imagines & ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibetò sanguine, etiam inferos perhibentur suscitare. *26. q. 5. cap. Nec mirum.*

Hierarchia.

Hierarchia Ecclesiæ, constans ex Episcopis, Presbyteris, & aliis Ministris, à Christo est instituta. *Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. Et Canone 3.*

Hieremias.

Hieremias in utero matris est sanctificatus.

Multi sanè, & sancti existere, & ab omni peccato immunes: siquidem Hieremias ex utero sanctificatus est. Joannes quoque intra materna viscera etiam natus delitescens, Deiparæ Virginis Mariæ voce perceptâ, præ læticia exultavit. *Concil. Ephesinum. Tom. 2. cap. 7.*

Divus Hieronymus.

1. Divus Hieronymus, & Divus Augustinus, sunt lumina Magistorum. *Gelasius. ep. 6. Vide, Divus Augustinus. n. 2. Tomus II.*

2. Divus Hieronymus ob lecturam librorum Ciceronis ab Angelo correptus est. *Dist. 37. cap. Legimus. Vide, Clericus. tit. 17. n. 18.*

3. Divi Hieronymi Fratres. Vide, *Fratres. Hymnus.*

1. Hymni in Ecclesia cantandi.

De hymnis etiam canendis, & Salvatoris, & Apostolorum habemus exemplum; nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo Evangelistâ attestante: & hymnò dictò exiverunt in montem Oliveti. Et Paulus Apostolus ad Ephesios scripsit, dicens: Implemini Spiritu Sanctò, loquentes vobismet ipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus. Et quia nonnulli hymni humanò studio in laudem DEI, atque Apostolorum & Martyrum triumphantos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi DD. Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo, quòd de scripturis Sanctorum Canonum, vel Apostolica traditione non existant. *Conc. Toletan. 4. cap. 13. De consecrat. dist. 1. cap. De hymnis.*

2. Hymni duo ab Angelis cantati reperuntur, scilicet: *Gloria in excelsis, & Alleluja. De consecr. dist. 1. cap. Hi duo. Vide, Alleluja. n. 1.*

3. Hymni aliqui præter Ambrosianos, in Ecclesia canuntur.

Licet Hymnos Ambrosianos habeamus in Canone, tamen quoniam reliquorum sunt aliqui, qui digni sunt formâ cantati, volumus libenter amplecti eos, præter ea, quorum autorum nomina non fuerunt in limine prænotata. Quoniam quæ fide constiterint, dicendi ratione non obstant. *Conc. Trivan. 2. cap. 24.*

4. Hymni novi, jussu Urbani VIII. editi, in Ecclesia canendi. *Urbanus VIII. in append. const. 56.* Cum aliis Vicariis in Urbe, & Ordinarii in aliis locis curare debent, ut ita fiat. Compellere possunt ad hoc per censuras, & alia remedia, etiam brachii secularis; Derogatque privilegiis & indultis in contrarium. *Ibid. Vide, Angeli in fine.*

Hispania.

1. Hispaniarum Rex cum Sceptrum primò accipit, jurare tenetur, se defensurum fidem Catholicam, & non permissurum, ut in Regnis sint homines non Catholicis.

Quocirca consonam cum eo corde & ore promulgamus DEO placituram sententiam, simul etiam cum suorum Optimatum illustriamque virorum consensu & deliberatione sancimus, ut quisquis succedentium temporum Regni sortitus fuerit apicem, non antè conscendat regiam sedem, quam inter reliquas condiciones Sacramentò pollicitus fuerit, hanc se Catholicam non permissurum eos violare fidem, sed & nullatenus eorum perfidia favens, vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat prævaricationis, sed illibatam perseverare in futurum. *Conc. Toler. 6. cap. 3.*

2. Hispaniarum Provinciarum divisio, facta in Concilio apud Lucum habito. *Conc. Lucens. 1. in principio. Vide, Provincia. n. 4.*

3. Hispaniarum Inquisitores. Vide, *Inquisitores.*

4. Hispaniarum Inquisitores absque Papæ consensu mutari & innovari non possunt. *Sixtus V. const. 74. Immensa. §. 5.*

Ee 2

5. Hispania-

5. Hispaniarum Episcopi, & visitatores, quot & à quibus possunt accipere procuraciones. *Extrav. De censibus. cap. Vas electionis. Vide, Alemania. Vide, Reges. Histriones.*

1. Histrionibus donari non possunt res Ecclesiarum, & est grave peccatum, si fiat. *Dist. 86. cap. Donare. Vide, Donatio. n. 16.*

2. Histriones, si poenitent, possunt reconciliari.

Ut scenicis ac Histrionibus ceterisque huiusmodi personis, reconciliatio non negetur. *Conc. Afric. cap. 11.*

3. Histriones non sunt alendi à Clericis.

Statuimus, ut nullus Clericorum nostrae provinciae, quocumque fungatur honore, vel statu, à talibus jocularores, vel histriones transmissos recipiat, seu provideat aliquid propter victum, etiam transeundo. Si quis autem contra fecerit, duplam ejus, quod dederit jocularori, vel histrioni, restituere Ecclesiae, à qua habet beneficium, teneatur, per ipsum in usus pauperum convertendum. *Concil. Ravennaten. 2. Sub Honorio 17. cap. 1.*

Homo, ejus creatio, natura & vires.

1. Homo ab initio temporis fuit creatus. *Conc. Lateran. 4. cap. 1. De fide & summa Trinitate. cap. 1. Vide, Angelus. n. 7.*

2. Hominis corpus non est opus diaboli, contrarium dicens est haereticus. *Concil. Bracaren. 1. cap. 12. Vide, Corpus humanum. n. 1.*

3. Homo constat ex corpore & spiritu. *Concil. Lateran. 4. cap. 1. ubi supra.*

4. Hominum genus semper à potestate Sacerdotali & Regia gubernatum est. *Conc. Colon. 2. p. 2. cap. 2. Vide, Regia potestas.*

5. Homo fuit creatus plenus gratiâ & justitiâ, non plenus malis moribus.

Inter cetera bonitatis & potentiae suae opera DEUM ab initio hominem ad imaginem & similitudinem condidisse, corporis & animae vicibus rectum, ornatum justitiâ & gratiâ, intus in anima pravis motibus vacuum, in corpore infirmitatis omnis & omnium ærumnarum expertem, & à moriendi necessitate immunem, in voluntate ad bona malaque appetenda ex pari liberum. *Concil. Mogunt. 4. cap. 3.*

6. Hominis opera non dividuntur omnia inmediate in virtuosa & vitiosa. *Concil. Constant. contra articulum 16. Joann. Hus. Vide, in Bullario.*

7. Homo non operatur necessariò, nec bonum, nec malum, sed liberè.

Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia, necessitate trahimur: alioquin ubi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. Sicut in bonis operibus perfectior est DEUS, (non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis & adjuvantis, ut pervenire valeamus ad calcem) sic in malis atque peccatis semina nostra sunt incentiva, & perfectio diaboli. *De poenitentia. dist. 2. cap. 40. Si enim, circa mundum. Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 5.*

8. Homo cum gratia DEI liberè se movet ad justitiam. *Conc. Trid. Ibidem.*

9. Homo non peccat ex necessitate, sed ex libertate. *Concil. Mogunt. 4. cap. 2. Vide, DEUS. n. 9.*

10. Homo non invirus, sed liberè observat DEI praecepta. *Conc. Mogunt. 4. cap. 10. Vide, Ibid. n. 25. Conc. Trid. ut supra.*

11. Homo primus peccans factus est deterior in corpore & anima. *Infrà.*

12. Hominis primi peccantis poenae diffusè in posteros sunt fames, sitis, concupiscentia, infirmitas, proclivitas ad malum, &c.

Qui cum mandatum DEI Conditoris sui prævaricatus esset, sanctitatem, & gratiam, & justitiam, in qua erat constitutus, justissimo DEI judicio amisit, iræ DEI ac damnationi obnoxius, & in corpore simul & anima factus deterior, ut jam in corpore famem, sitim, & innumeras alias miseras & infirmitates, in anima concupiscentiam ad mala prolicentem, multasque noxias & molestas arumnas, ac tandem utriusque, videlicet corporis & animae mortem sustineret. *Conc. Adogant. 4. cap. 4. Vide, Infirmitas.*

13. Homo verò diaboli suggestione peccavit. *Concil. Lateran. 4. cap. 1. Vide, Angelus. n. 8.*

14. Homo obligatur ad observantiam Evangelii. *Conc. Trid. sess. 6. Canon. 20.*

15. Homo non adstringitur fatò, contrarium dicens est haereticus.

Si qui duodecim signa, quae mathematici observare solent, per singula animae vel corporis membra disposita credunt, & nominibus Patriarcharum adscripta dicunt, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. *Conc. Bracaren. 1. cap. 10.*

16. Homo potest facere vias suas malas. Contrarium dicens est anathema. *Concil. Trid. sess. 6. Canon. 6.*

17. Homo non potest judicare, quæ Deus suo judicio reservavit.

Ideo hæc præmissimus, ut cognoscatur ab his, quibus incognitum est, quòd & Sacerdotes (quos sibi Dominus de omnibus adscivit, & suos esse voluit) non sunt leviter tractandi, nec lacerandi, nec temerè accusandi, aut reprehendendi, nisi à magistris suis, quoniam eorum causas sibi Dominus reservare voluit, & suo judicio vindicari. *Fabianus. ep. 2.*

18. Homo non potest scire certitudine fidei, se esse in gratia. *Concil. Trident. sess. 6. Canon. 9.*

19. Homo à miseria non liberatur, nisi DEI misericordiâ.

Nullus miser de quacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordiâ prævenitur, sicut dicit Psalmista: Cito anticipet nos misericordia tua Domine. Et illud: Deus meus, misericordia ejus præveniet me. *Conc. Arausican. 2. cap. 14.*

20. Homo justificatus non potest perseverare in justitia, sine speciali auxilio Dei. *Conc. Trid. sess. 6. Canon. 22.*

21. Bona in homine sunt à DEO.

Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo; nulla verò facit homo bona, quæ non DEUS præstat, ut faciat homo. *Conc. Arausic. 2. cap. 20.*

22. Homo licet peccati confcius non sit, non potest se judicare. *Conc. Trident. sess. 6. cap. 16.*

23. Voluntas ad malum, est hominis. Voluntas ad bonum, est à DEO.

Suam voluntatem homines faciunt, non DEI, quando id agunt, quod DEO displicet; quando autem id faciunt, quod volunt, ut Divinæ serviant voluntati, quamvis volentes agant, quod agunt, illorum tamen voluntas est, à quo preparatur & obicit, quod volunt. *Conc. Arausican. 2. cap. 23.*

24. Homo etiam justus tenetur ad observanda Dei praecepta. *Conc. Trid. sess. 6. c. II.*

25. De

25. De his quæ hominum propria sunt.

Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque justitiam, ab illo fonte est, quem debemus scire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via. *Conc. Arausic. 2. c. 22.*

26. Homo sine gratia, per solam doctrinam legis non potest justè vivere nec mereri. *Conc. Trid. sess. 6. Canon. 2.*

27. Homo non adjutus gratiâ Dei, non potest nec agnoscere, nec appetere, quæ DEI sunt. *Concil. Mogunt. 4. cap. 5. Vide, Gratia. n. 6.*

28. Homo disponens se, vel nitens ad justificationem, non peccat. *Conc. Trid. ut supra. Canon. 7.*

29. Homo consentiens gratiæ excitanti & adjuvanti disponitur ad justificationem. *Conc. Mogunt. 4. cap. 7. Vide, Loc. cit. n. 41.*

30. Homo fit justus per gratiam sibi collatam ex meritis Christi. *Conc. Mogunt. ut supra. Conc. Trid. sess. 6. Canon. 10.*

31. Si homo non renasceretur in Christo, non justificaretur. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 3.*

32. Hominis vires in opere bono respectu gratiæ viles sunt.

Non enim secundum humanas vires aestimanda sunt justificatorum opera, sed secundum eam gratiam, quam in ipsos infudit Christus, ex qua deinde bona opera promanant: Et secundum eam dignitatem, quam de Spiritu Sancto, velut omnis boni operis motore & operatore sumunt; sic enim extenuandæ vires humanæ, ut non simul & gratia DEI vilis reputetur: sic in bono opere faciendo, deprimenda est facultas hominis, ut interim cogitemus, Spiritus Sancti motum & in nobis efficacem, & apud DEUM acceptum ac pretiosum esse. *Conc. Mogunt. 4. cap. 8.*

33. Homo per peccatum Adæ factus est naturâ filius iræ, servus peccati, sub potestate diaboli & mortis. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 1.*

34. Si homines non nascerentur per propagationem ex Adam, non nascerentur injusti. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 3.*

35. Homo, dum inspiratur ad se convertendum, agit aliquid cum convertitur. *Trid. sess. 6. cap. 5.*

36. Potest eam inspirationem abjicere. *Ibid.*

37. Homo Sacramenta suscipiens, dubitare non potest de efficacia eorum; sed propter suam infirmitatem potest dubitare, an sit in gratia. *Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 9.*

38. Homo, ut assequatur remissionem peccatorum, non est necesse, ut credat absque hæsitacione propriæ infirmitatis peccata esse sibi dimissa. *Trident. sess. 6. Canon. 13.*

39. Homo, ut justificetur, non est necesse, ut credat, se esse justificatum & absolutum. *Ibid. Canon. 14.*

40. Homo justificatus non tenetur credere, se esse de numero prædestinatorum. *Trid. Ibid. Canon. 15.*

41. Homo justificans, quantumvis perfectus, tenetur ad observantiam mandatorum DEI.

Tomus II.

42. Homo justificatus potest peccare. *Concil. Trid. sess. 6. Canon. 23.*

43. Homo justificatus non potest omnia venialia peccata vitare, sine speciali DEI auxilio. *Ibid. Canon. 23.*

44. Homo per Sacramentum Poenitentiae justificatus, in cœlum non intrat, nisi solvat poenam temporalem, vel in via, vel in Purgatorio. *Ibid. Canon. 30.*

45. Homo operans intuitu æternæ mercedis, non peccat. *Ibid. Canon. 31.*

46. Homo torus fuit à verbo assumptus. *Conc. Toletan. 15. Vide, Caro humana. n. 1.*

47. Homo non habet supra se duodecim signa mathematica, intitulo duodecim nominibus Patriarcharum; contrarium dicens, est haereticus. *Conc. Bracar. 1. cap. 10. Vide, Suprà. n. 15.*

48. Homo in hac vita non potest tantum proficere, ut fiat impeccabilis, vel amplius non possit in gratia crescere. *Clemen. de Hereticis. cap. Ad nostrum. Vide, Beguina. n. 1.*

49. Homo ob hanc causam perfectionis non potest esse liber à jejunio, neque ab aliis Ecclesiae præceptis. *Ibidem.*

50. Homo in hac vita non potest acquirere beatitudinem alterius vitæ, secundum omnem gradum. *Ibid.*

51. Hominis anima non est naturaliter beata, sed eget lumine gloriæ ad videndum Deum, & fruendum illò. *Ibidem.*

52. Homo liber non potest dari in pignus pro debito.

Lex habet, ut homo liber pro debito non teneatur, & si res defuerit, quæ possint pro debito addici. *De pignoris. cap. Lator.*

Vide, Furtum. Vide, Peccator. Vide, Viator.

Sanctus Homobonus.

Sanctus Homobonus canonizatur annò 1198. *Imoc. III. const. Quia pietas.*

Homagium.

1. Homagium facere, id est, fidelitatem promittere, ut obtineatur beneficium, est simonia.

Ex diligenti ma relatione innotuit, quòd H. scilicet Cant. Archidiaconus re induxit, ut ei homagium faceres, & fidelitatem præstares, ita, quòd ipse tibi beneficium Ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Unde quoniam huiusmodi obligatio illicita, & contra tuæ salutis, necnon & tuæ, profectum existit, absolvi à nobis instantius postulasti, adjiciens, quòd ab eo deinceps nihil omninò de beneficio acciperes constituto. *De Simonia. cap. Diligent.*

2. Homagium solvi non debet pro spiritalibus.

Indignum est, & à Romanæ Ecclesiae consuetudine alienum, ut pro spiritalibus facere quis homagium compellatur. *De regulis juris. cap. fin.*

Homicida.

1. Homicida quinam est.

Quicumque percussit malos, in eo, quòd mali sunt, & habet causam interfectionis, minister DEI est: qui verò sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum & adulterum, perjurum, vel quemlibet criminolum interfecerit, aut truncaverit, vel mem-

Et 3 bris

bris debilitaverit, velut homicida judicabitur, & tanto acrius, quanto non sibi à Deo concessam potestatem abusive usurpare non timuit. 23. q. 8. cap. Quicumque.

2. Homicida (olim) excommunicari debebat, donec pœniteret. Voluntarius usque ad mortem. Casualis per annos 5. 24. q. 3. cap. Itaque Ex Concil. Agathen. cap. 37. Et Conc. Veneticum. cap. 1. Vide, Falsum. n. 8. Omnis homicida per 5. annos excommunicabatur.

Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem pœnitentiæ ipsorum crimina diluantur. Conc. Turon. 1. cap. 7.

Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiã quidem jugiter se submittant, circa exitum autem vitæ communionem digni habeantur. Eos verò, qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiã communioni sociavit, secundùm gradus constitutos. Hæc verò humanior definitio quinquennii tempus tribuit. Conc. Anciranum. cap. 22. Et dist. 50. cap. Eos verò.

3. Homicida absolutus à Principibus, vel aliis pœnitentiam debet facere.

Quisquis homicidium voluntate commiserit, ita ut occidere audeat innocentem, si à Principibus, aut à parentibus quacunque re se reddiderit absolutum, pro modo pœnitentiæ distinguendus, in Sacerdotis potestate consistat. Conc. Aurelian. 4. cap. 28.

4. Homicida est dans venena ad sterilitatem causandam.

Si aliquis causâ expellendæ libidinis, vel odii meditatione, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, ut homicida teneatur. De Homicidio. cap. Si aliquis.

5. Homicida non potest exercere Sacerdotium. Etiam si ad defensionem vitæ id fecerit. Si sint Clerici. Dist. 50. c. Miror. cap. De his Clericis. Vide, Clerici tit. 24. n. 1. Vide, Irregularis.

6. Homicidium faciens, consulens vel præcipiens, non potest ordinari.

Suscipimus litteras tuas, per quas cognovimus, quòd cum lator præsentium in custodia cujusdam domus cum altero fratre maneret, ingredientiæ de nocte quidam Latrones ad eos, turpiter ipsos in personis affligere, & denudare vestimentis propriis præsumperunt, in quos isti resumptis viribus insurgentes, ligaverunt illos, & detinere, usque ad noticiam Capituli, voluerunt. Cum autem iste rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimississet, & fures se solvere niterentur, frater illos (nè ipse ab eis interimeretur) occidit. Verùm quoniam expediebat, potius post tunicam relinquere pallium, & retum sustinere jacuram, quam pro conservandis vilius rebus, & transitoriis, tam acriter in alios exardescere, abstineat iste humiliter ab altaris ministerio, & uterque peccatum suum, ad arbitrium tuum, studeat expiare, constat enim eos contra mansuetudinem Ecclesiasticam ex utriusque ope interemptos. De homicidio. cap. Suscepimus. Ex Concil. Lateran. 3. in append. p. 50. cap. 27.

De cætero noveris, quòd Diaconus, qui homicidio causam dedisse videtur, non videtur ad Sacerdotium promovendus. Ibidem cap. De cætero. dist. 50. cap. Si quis viduam. Vide, Clericus. tit. 3. n. 3. cap. De his Clericis. Vide, Ecclesia. tit. 75. n. 3. cap. Clericum. Vide, Clerici. tit. 23. n. 4. Vide, Irregularis. Vide, Occidens.

7. Homicida casualis cum dispensatione potest manere in suo officio.

Clericò jacente lapidem, puer dicitur interemptus. Nos pro amore tuo in tuo Ordine eum permanere permittimus, ut tamen semper in pœnitentiã & timore permaneat. Dist. 50. cap. Clericò.

Quia te quasi obnoxium judicas, ed quòd à Sarracenis captus, homines interfecisse videris, benefacis. Sed quoniam non tu sponte id fecisse cognoveris, inde Canonice nullò modò judicaris. Ibidem cap. Quia te.

8. Homicidæ casuali imputatur delictum, si dabat operam rei illicitæ, quando accidit homicidium. Sed non imputatur ei, qui non fuit in culpa.

Presbyterum, qui quendam puerum intuitu disciplina percussit in capite, cum post paucos dies exspirasset, tam ab omni altaris ministerio debes perpetuò removere, quam ab officio Sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interit, vel aliam infirmitatem incurrit, de qua noscitur exspirasse. De homicidio. cap. Presbyterum.

Ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd cum H. Presbyter scœnum vellet de curru deponere, pernicam superius alligatam projecit in terram, & cum scœno insisteret deponendo, quidam puerum quendam juxta currum reperit semivivum, in quo præter modicum livoris in fronte nihil inveniri potuit læsionis. Nos autem ab eodem quæsitivimus Sacerdote, si prius, quam jaceret pernicam, circumspexisset sollicitè, an esset aliquis circa currum, qui, quòd diligenter circumspexit, asseruit, sed quòd vidisset aliquem, denegavit. Ad te igitur remittentes eundem, mandamus, quatenus, si res ita se habet, nisi contra eundem grave scandalum sit exortum, vel tantà labore infamia, quòd deficiente accusatore oporteat eidem Canonicam purgationem indici: ipsum liberè permittas exequi officium Sacerdotis. Ibidem cap. Ex litteris. Et cap. Lator. Vide, Clericus. tit. 24. n. 6. Ibidem cap. Joannes ex Honorio III. Vide, Clerici. tit. 24. n. 10.

9. Homicida casualis adhuc eget Papæ dispensatione.

Significavit nobis R. Canonicus Virdunensis, quòd cum olim cum quibusdam aliis Canonicis vestris intrasset Primicerii vestri domum, & ipsò Primicerio in Cœna unà cum bonæ memoriæ H. Virdunensi Canonico residente, dictus R. & alii, qui cum eo intraverant, ludendo cõpissent alterutro inter se jacere nucleos perscorum, tandem ludò crescente, aquam & cœnum jacere inceperunt. Idem igitur R. parvum projecit lapillum contra eos, non credens, quòd illò aliquis lædi posset, nec etiam tunc audivit, aliquem esse læsum. Verùm præfatus Archidiaconus illò fuit juxta oculum, prout videbatur, leviter vulneratus, qui vulnus hujusmodi vilipendens, continuo sequenti die ac tertio equitavit, & sic periculis eam ejus capite tumescere, non post multum temporis diem clausit extremum. Undè dictus R. nobis humiliter supplicavit, ut secum, qui præter dolorem, quem concepit de morte Archidiaconi memorati, de cujus speciali amicitia lætatur, jam per quatuor annos & amplius in amaritudine pœnitentiæ vitam duxit, misericordiam facere dignemur. Ejus igitur supplicationibus inclinati, Disc. V. mandamus, quatenus de misericordia, quæ superexaltat judicium, fructus præbendæ suæ tribuat eidem, & facris sibi Ordinibus interdictis, ipsum permittatis in Psalmis & Canticis spiritualibus Domino famulari, dummodò gravari scandalum non contingat. Honorius III. Ex Cirone. De homicidio voluntario. cap. 2.

10. Homicida ex ira perpetuò careat officio.

Studeat Sanctitas tua - - quatenus invenire valeatis, utrum percussione jam nominati Presbyteri, an cervicis fractione idem Diaconus, ut fertur, extinctus est. Et si quidem à læpato Presbytero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens, cervicè fractâ interit, secundùm arbitrium vestrum pro percussione incautè agenti Presbytero pœnitentiã competentem indicite, & aliquanto tempore à Missarum Solemnis suspendatur, denudò post hæc ad Sacerdotale rediturus officium. Quòd si veraciter quacunquè percussione istius Presbyteri, ille mortuus est Diaconus, nullâ hunc ratione ministrare Sacerdotis more decernimus; quoniam, et si voluntatem occidendi non habuit, tamen

tamen & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodit, in omnibus, sed præcipuè in DEI ministris multipliciter inhihentur, atque ubique damnantur. Verùm si Presbyter adeò vestrò studio obnoxius fortè clauerit, præcipimus, ut tale beneficium sibi Ecclesiæ suæ concedatur, quòd & ipse, & sui, sufficienter possint habere suæ sustentationis solatium. Dist. 50. cap. Studeat.

Qui verò odii meditatione, vel propter cupiditatem Judæum vel Paganum occiderit, quia imaginem DEI & spem futuræ conversionis exterminat, 40. dies in pane & aqua pœniteat. Ibidem cap. Qui verò.

11. Homicida ex casu, ob defensionem terræ, loci, &c. est irregularis. De homicidio. volunt. cap. Petitio. ex Honorio. III. eod. tit. cap. 4. Vide, Clerici. tit. 24. n. 9.

12. Homicidæ sarcinas custodiens, est homicida.

Illi etiam, qui non, ut ferirent, sed ut percussoribus opem ferrent, si fortè per aliorum violentiam impediuntur, paulò minori debent pœnâ multari; Quia cum scriptum sit, qui potuit hominem liberare à morte, & non litavit, eum occidit, constat ab homicidii reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare venerunt, nec caret scrupulò societatis occultæ, qui manifesto facinorò definit obviare. De homicidio. cap. Sicut. §. Illi etiam.

13. Homicida non est occidens ex officio. Vide, Occidens. Vide, Index.

14. Homicidam socians, ut ei auxilietur, si mors sequitur, est homicida. Incitans verò ad homicidium incertum, mitius punitur.

Illi autem, qui animò occidendi, ferendi aut capiendi illum sanctum & reverendum virum quondam Cantuarien. Archiepiscopum circa manuum injectionem se fatentur venisse; si de illa captione mors ejus secuta fuisset, pari pœnitentiã, vel ferè pari existere puniendi. De homicidio. cap. Sicut. §. Illi autem.

Qui verò se asserunt animum Regis inflammavisse ac odium, unde homicidium fuit secutum, durè & asperè, sed non ita severè sunt puniendi, nisi fortè Regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus provocassent. Ibidem §. Qui verò.

15. Homicida est, qui illud malum fieri persuadet.

Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades, occidis, & ut scias, quia occidis, audi Psalmum: Illi hominum, dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum, machara acuta. De pœnitentiã. dist. 1. cap. 27. Noli putare.

Homicidium lege vetitum, putabatur non aliud esse, nisi corporis peremptio: aperuit ergo Dominus, omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidii genere deputari. Ibidem cap. Homicidium. Et cap. Permissiosè. Vide, Consulere.

16. Homicidam socians, non ut feriat, sed ut ferat opem, est homicidii complex. De homicidio. cap. Sicut §. Illi etiam. Suprà n. 12.

17. Homicidæ pœnitentiã

Si quis homicidium fecerit, si Episcopus est, 15. annos pœniteat, & deponatur, cunctos quoque dies vitæ suæ peregrinando finiat. Presbyter 12. annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua, & deponatur Superioris sententiã; Diaconus 10. annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua; Clericus & Laicus 7. annis pœniteat, tres in pane & aqua, & ad gradum cujuslibet Sacerdotii accedere non præsumat. Dist. 50. cap. Si quis homicidium.

18. Pœnitentiã aliorum homicidarum, quæ sint.

Si quis voluntariè homicidium fecerit, ad jannam Ecclesiæ Catholicæ semper subiaceat, & communionem in exitu vitæ suæ recipiat. Si autem non voluntariè, sed casu aliquo homicidium fecerit, prior Canon 7. annis agere pœnitentiã jussit: secundus Canon 5. mandavit. Dist. 50. cap. Si quis voluntariè. Ex Conc. Brachar. 2. cap. 78. Ibidem cap. Qui verò. Vide, Suprà. n. 10.

19. Qui ex odio, vel cupiditate Judæum occidit vel paganum, per 40. dies jejundet in pane & aqua. Ibidem.

20. Qui alios voluntariè occidit, per totam vitam pœnitere debet in foribus Ecclesiæ, & in exitu vitæ tantum communicare potest. Dist. 50. cap. Si quis voluntariè. Conc. Lucense. cap. 78. Vide, Suprà. n. 18.

21. Homicidio præfentes, si rixabantur sicut occidens, etiam ipsi debent pœnitere.

Si quatuor, aut quinque homines, seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit, quicumque eorum plagam ei imposuit, secundùm statuta Canonum, ut homicida judicetur; reliqui autem, qui eam impugnant, volentes eum interficere similiter pœnitent. Qui verò nec eum impugnant, nec vulnerabant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum adfuerunt, extra noxam sunt. 23. q. 8. cap. Si quatuor.

22. Homicidæ Clerici pœna.

Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo evelles eum, ut modatur. De homicidio. cap. 1. Si quis, &c.

23. Homicida si infans sit, non fit irregularis.

Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilat, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel mutilat in vaforum. Clem. De homicidio. cap. unicus.

24. Homicida occidens furem nocturnum, non punitur fecus, si diurnum. Si verò fur telò se defendit, aliter dicendum.

Si perfodiens inventus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatur Sol super eum, reus erit. Intelligitur ergo, non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus occidatur, si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim quod ait: Si oriatur Sol super eum, & cætera: quia poterat discernere, quòd ad furandum, non ad occidendum venisset, & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus secularibus, quibus ista est antiquior, invenitur, impune scilicet occidi nocturnum furem, quoquò modò; diurnum autem, si se telò defenderit: jam enim plus est, quam fur. De homicidio. cap. Si perfodiens.

25. Homicida, vel causa homicidii, fit irregularis. De homicidio. cap. Suscepimus. & cap. De cætero. Suprà. n. 6.

26. Homicida non est, qui sine culpa occidit.

Ex litteris tuæ Fraternitatis accepimus, quòd quidam Monachus, ad deponendam de campanili Campanam subserviens: quia quoddam lignum corruit, ipsò movente, quendam puerum oppressit & occidit. Quocirca mandamus, quatenus si monachus ipsam rem necessariam agebat & utilem, & in loco, per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quando lignum movisse dignoscitur, satis poterit, præsertim in monasterio, ad altiores Ordines promoveri. Ib. cap. Ex litteris tuæ. il. 2.

Dilectus filius A. Capellanus proposuit, quòd cum quidam corporis molestiã gravaretur, ut comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum quem butriebat, ascendit, qui cum henè non pareret habens, sed præter seitoris arbitrium saltibus lasciviret, ipse

(ut ejus refranaret impetum) frenò vim intulit, eumque calcariibus stimulavit; cumque fractò freno equus proprio arbitrio relictus, curreret festinanter, quadam mulier veniens ex obliquo infantulum bajulans obviam, in quam equus irruens, (precul abjectò fessore) puerum prædictum oppressit. Ideòque mandamus, quatenus, si est ita, cum idem Capellanus nec voluntate, nec actu homicidium perpetravit, nec dedit operam illicitæ rei, non impedias, quò minus Divina possit Officia celebrare. *Ibidem. cap. Dilectus.*

Significasti nobis, quòd cum F. Clericus equitaret, equus, cui infidebat, tam se, quam ipsum projecit in aquam: unde Clericus ipsum graviter stimulavit, equus verò cum existeret buccà durus, præter voluntatem fessoris raptus in cursum, quadam mulierem, quam obviam habuit ex improviso, pedibus interfecit. Cumque nos ab eodem Clerico fecissemus inquiri, utrum equi vitium prius scivisset, illud asseruit se ignorasse. Ideòque mandamus, quatenus, si ita est, ad cautelam injungas eidem poenitentiam competentem: quâ peractâ, non impedias, quò minus in susceptis ministrat Ordibus, & ad majores valeat promoveri. *Ibidem. Significasti. & c. Lator. & c. Ex litteris. i. l. t. Vide, prout supra num. 8.*

27. Homicida non est, qui non prohibet, ne aliqui se occidant, sed causam non dat.

Inhibiti autem expressè ab eodem Diacono, nè Abbatem occiderent, aut aliquid sibi facerent, unde Ordinis sui discrimen incurrerent, & animæ detrimentum; nihilominus irruerunt in eum, & plagis impostis abierunt, semivivo relicto, qui post dies aliquot exspiravit. Quocirca mandamus, quatenus, si præmissa noveris veritate subnixâ, sæpè dicto Diacono, non solum in Diaconatus officio ministrare, sed etiam ad Ordinem Presbyteratus ascendere, si aliud Canonicum non obstitit, liberam concedas auctoritate Apostolicâ facultatem, præsertim si super hoc non fuerit rescriptus infamiâ; cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem ejus expressam, eò causam vel occasionem non dante, in usu sacrilegò fuit ab ipsius consanguineis attentatum. *Ibidem. cap. Petrus Diaconus.*

28. Homicida non est Clericus, qui stat ex parte repellentium violentiam, licet aliqui illorum alios occidant. *De Clerico percussore. cap. Presentium. Vide, Clerici. tit. 2. q. 4. num. 4.*

29. Homicida non est Clericus, qui stans ex parte repellentium violentiam, jacit lapides, sed nullum percutit, licet ex parte adversa aliquis manet occisus. *Ibidem.*

30. Homicida casualis sine culpa, etiam si à moriente veniam petierit, non censetur homicida, nec irregularis.

Quia verò dictus Clericus, ut mitigaretur dolor patris defuncti, veniam super hoc postulavit ab ipso, tu eum à SS. Ordinum susceptione repellis, quaquam idem defuncti pater in extremis laborans, tibi & Presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, & præstito firmaverit juramento: nihil ipsum in morte filii sui (prout sibi consulerat) commisisse: quare idem Clericus postulavit à nobis, ut, cum de illius obitu laesam non habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer cum eodem. Quocirca mandamus, quatenus si consiterit ita esse, ipsum propter hoc à receptione SS. Ordinum non repellas. *De homicidio. cap. Exhibita.*

31. Homicida non est, qui procurat abortum ante animationem factus. 32. qu. 2. cap. Quod verò. & cap. Moyses. Vide, Abortus. n. 1.

32. Homicidas à statu Ecclesiæ relegandos, statuit Pius II. const. 8. Ad restituendas.

33. Homicida in Provincia Marchiæ, si sit annorum viginti, subjacet poenis. Jul. II. const. 2. q. 4. fide dignâ. Pius IV. constit. 52. Licet.

34. In statu Ecclesiæ homicida non gaudet salvò conductu, sine speciali licentia Papæ. Clem. VII. const. 10. In Sancta.

35. Quomodo citandi & puniendi. Jul. III. const. 25. Cum fecit. Non possunt aggrari à legatis, neque composio cum eis fieri potest. Pius IV. constitut. 27. in Eminenti.

36. Homicidis in Statu Ecclesiæ, non suffragatur minoritas 20. annorum, dummodò excedant 14. (pro poenis.) Pius IV. const. 52. Licet.

37. Homicidæ & eorum fautores, in Statu Ecclesiæ capiendi, persequendi, &c. Pius V. constitut. 10. Ex supernæ. in declaratione. Vide, Ecclesiasticus Status. Vide, Irregularis. Vide, Miles. Vide, Occidens. Vide, Occidere.

Homicidium.

1. Homicidium sine voluntate factum non est peccatum.

Frater vester rectius fecerit, si se Præsidi Provincia obtulerit: qui si probaverit, non occidendi animo hominem à se esse percussum, remissâ homicidii poenâ, secundam militarem disciplinam sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea, quæ ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur. *Dist. 50. cap. Frater.*

Quantum dicit iste Placidus, anno præterito dictum est de uxore illius; quia subito inter Caballos inventa est, & dum traherentur Caballi, collisa est illa, & abortum fecit. Quod si ita est, forè si Caballos alienos tulerit, in eam, tolerante Filii autem, quos ab ipsa suscepit, si eam, tolerante Ecclesiâ, duxit in uxorem, à successione non possunt paternæ vel maternæ hereditatis prohiberi. *Conc. Laveran. 3. In appendice. tit. de Sponsalibus. c. 7. Vide, Impedimentum publicæ honestatis, diffusè. Vide, Matrimonia prohibita, ratione honestatis publicæ.*

Hi qui arbores incidere videntur, si contigerit, ut cadens arbor occideret hominem, inculpabiles sunt, atque innocui, quia nec voluntate eorum, nec desiderio homicidium perpetratum est. Si verò aliquâ culpâ eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur advenisse, abijciendi sunt à gradu, & in sacro Ordine nullatenus suscipiendi. *Ibidem. cap. Et quæ arbores. ex Nicolao.*

Sæpè contingit, dum quis operi necessario insistens, arborem incidit, ut aliquis subtus ipsam veniens deprimatur, & incidit si voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida poenitentia debet omnimò subire. Quod si non voto, non incurrit illius, non denique scientia contingit; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrens sub arbore improvisus devenit, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida. *Ibidem. cap. Sæpè contingit. ex Concilio Wormat. cap. 29.*

Si duo fratres in sylva arbores succiderint, & appropinquante casurâ ipsius arboris, frater dixerit fratri, cave; & ille fugiens, in pressuram arboris incidit, & mortuus fuerit, vivens frater innocens de sanguine germani dijudicetur. *Ibidem. cap. Si duo Fratres.*

2. Homicidii voluntas pro facto reputatur, (quoad culpam.)

Omnis iniquitas, & oppressio, & iniustitia, Judicium sanguinis est: & licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit. *De poenitentia dist. 1. cap. 25. Omnis.*

3. Homicidio præsentis, si etiam ipsi rixabantur, poenitere debent sicut occidentes. 23. quest. 8. cap. ult. Vide, præcedenti tit. 1. n. 21.

4. Homicidii complices, vel participantes, diversimodè puniendi, juxta participationem. *De Homicidio. cap. Sicut. §. Illi*

etiam Vide, *Ibidem. n. 12. & §. Qui verò. Vide, Ibidem. n. 14.*

5. Homicidium casuale imputatur illi, qui dabat operam rei illicitæ. *Ibidem. cap. Presbyterum. Vide, tit. præcedenti n. 8. Sed non ei, qui sine culpa id fecit. Ibidem cap. Lator. cap. Ex litteris. cap. Significasti. & cap. Dilectus. ut supra n. 26.*

6. Homicidium voluntarium Episcopo est reservatum pro absolutione. *De Privilegiis cap. Inter cunctas. Vide, Confessor. tit. 9. n. 3. Vide, Occidens.*

Honestas.

1. Honestatis publicæ titulus impedit matrimonium, sed à Papa dispensatur.

Sanè si præfata puella ante hujusmodi desponsationem septimum annum compleverat, licet prædictus vir à desponsatione ipsius puellæ ipsò jure fuerit absolutus, cum ea in eum consentire nolebat, inhonestum tamen videtur, ut matrem ejus habeat, cujus filia sibi fuerat desponsata. Verùm si tibi visum fuerit, ut cum matre maneat, ne discordia inter utriusque consanguineos olim exorta, nunc autem sopita, denud susciteretur, id dissimulare poteris, & æquanimitèr tolerare. Filii autem, quos ab ipsa suscepit, si eam, tolerante Ecclesiâ, duxit in uxorem, à successione non possunt paternæ vel maternæ hereditatis prohiberi. *Conc. Laveran. 3. In appendice. tit. de Sponsalibus. c. 7. Vide, Impedimentum publicæ honestatis, diffusè. Vide, Matrimonia prohibita, ratione honestatis publicæ.*

Honor.

1. Honor DEI, proprio honori & rebus omnibus præponendus.

Provideas ergo, ut pro te incessanter insistas, si te diligis, DEUM honoremque DEI tibi tuoque præponere honori. DEUM mundâ mente, totis viribus integrò corde diligere. Crede mihi, si DEUM purâ mente, ut audis, & ut Scriptura præcipit, diligaris, si DEI honorem (ut debes) in omnibus tuo præposueris, qui sic nescit diligere, qui potens est, etiam te præponere, hic & in futuro te amplexabitur, & Regnum tuum omnipotenti suo brachiò dilatabit. *Greg. VII. lib. 7. ep. 25. Guilelmo Regi Anglorum.*

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. *De reg. jur. in 6. reg. 77.*

Honorius Papa Primus.

1. Hic Papa circa duplicem Christi voluntatem non erravit, sed fuit tantum negligens in resistendo aliis.

Qui verò adversum Apostolicæ traditionis puritatem perduelles existerant, abeuntes quidem æternâ condemnatione mulctati sunt, id est, Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pirhus, Paulus, Petrus, Constantinopolitani cum Honorio, qui flammam heretici dogmatis, non ut decuit Apostolicam auctoritatem, incipientem existinxit, sed negligendo confovit, &c. *Leo II. ep. 2.*

Hora.

1. Hora Canonica sunt 7. scilicet Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespertina & Completoaria.

Sanctimonialia in Monasterio constituta habeant studium in legendo & cantando, in Palmorum celebratione, sive oratione, & Horas Canonicas, Matutinam videlicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertinam, Completoaria pariter celebrent, & omnes, exceptâ, quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant. Et omnibus diebus ad collationem veniant. *Conc. Cabilonen. 3. cap. 59.*

Horam tertiam, & sextam, & nonam Daniel & tres

pueri supplicationibus devoverunt, scilicet ut abortu diei in tempus supplicationis tres horæ porrectæ Trinitatis nobis reverentiam declararent pariter à tertia ad sextam, atque inde ad nonam; per paria lucis intervalla, ratis dimensionibus terminatâ, Trinitas res in die rogata coleretur. *Conc. Aquisgran. sub Ludovico Pio. cap. 126.*

Vespertinum diurni finis officium diurnæ & alterne lucis occasus est, cujus ex veteri testamento solemnitas celebratio est; denique hoc tempore veterum sacrificia offerri, adolerique altario aromata & thuram, mos erat. Vesperum autem nominatur à sidere, quod vesper vocatur, & decedente Sole iterum exortitur. De quo Propheta dicit: Et Vesperum supra filios hominum confurgere facis. *Ibidem. cap. 127.*

De Completis autem celebrandis, ita etiam in Patrum invenitur exemplis, David Propheta dicens: Si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum DEO Jacob. *Ibidem. cap. 128.*

De matutinorum antiquitate & auctoritate testis est idem David Propheta, dicens: In matutinis meditabor in te, quia fuisti Adjutor meus, & alibi: Præverunt oculi mei ad te dilectus, ut mediterer eloquia tua. Cassianus autem dicit: Matutinæ solemnitas officio, novò adhuc tempore institutò, primitus in Berthelem Monasterio, ubi Dominus noster JESUS Christus pro redemptione salutis ex Virgine nasci dignatus est, sicque ex illa per universum Mundum ejusdem celebrationis invaluit consuetudo. Diluclò autem proinde oratur, quòd resurrectio Christi celebratur. Matutinâ autem luce radiante, Dominus & Salvator noster ab inferis resurrexit, quando cœpit fidelibus oriri lux, quæ moriente Christo occiderat peccatoribus. Siquidem & eò tempore cunctis spes futuræ resurrectionis creditur, cum justis & omnes ab hac temporaria morte, quasi à sopore somni resurgentes, evigilabunt. *Ibidem. cap. 129.*

Presbyter manè Matutinali Officio expleto, pensum servitutis suæ, videlicet: Primam, Tertiam, Sextam, Nonam Vesperamque persolvat, ita tamen, ut horis competentibus juxta possibilitatem, aut à se aut à Scholaribus publicè compleantur. Prophetâ dicens: Septies in die laudem dixi tibi; qui septenarius numerus à nobis impletur, si Matutini, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vespere & Completorii tempore nostræ servitutis officia persolvamus. Nam de nocturnis vigiliis, idem ipse Propheta ait: Mediâ nocte surgebam, &c. Ergo his temporibus laudes Creatori nostro super judicia suæ justitiæ referamus. *De celebratione Missarum. cap. 1.*

2. Hora Canonica præfata, quare sic dicuntur. *Concil. Aquisgranen. in locis citatis.*

3. Hora Canonica horis debitis celebrandæ, & quo ritu. *De celebratione Missarum. cap. 1. supra. n. 1.*

4. Horas Canonicas non recitans beneficiatus, quos fructus perdit. Vide, Beneficiati obligationes. Vide, Officium.

5. Hora Canonica qualibet die in Choro recitandæ, nunquam possunt omitti, neque per concionem, neque per Missam aliudve impedimentum.

Hora Canonica omnes quotidiè in Choro dicantur, quæ ratio neque concione, neque solemnè Missâ, neque aliâ causâ impediatur, nisi evidens necessitas intercesserit, de qua judicium sit Episcopi. *Concilium Mediolanen. 1. p. 2. tit. Communia. de ratione Divinorum Officiorum.*

6. Hora Canonica B. V. etiam dicendæ tempore debitò.

Nec Hora aliquæ Beate Virginis, ne in Matutino quidem, in Choro omittantur, exceptis diebus & locis, quibus ex ratione officii eas prætermittere licet. *Ibidem.*

7. Horæ Canonicae non sunt dicendæ omnes simul, sed cum aliquo intervallo.

Horæ ita commodè dividantur, ut manè aliquod intervallum, si id fieri poterit sine detrimento Divini cultus, detur Canonicis & aliis ad studium Divinae Scripturæ aut SS. Canonum. *Ibidem.*

8. Dum Horæ Canonicae in Choro dicuntur, non adfint Laici, vel si adfint, sint separati à Clericis.

Chorus ita vel sepiatur, vel constituatur, ut tempore Divini Officii Laici aditus in eum esse non possit, vel saltem à Clericis sejuncti sint. *Ibidem.*
Vide, *Chorus*. Vide, *Officium Divinum*. Vide, *Psalter.*

Horoscopus.

Horoscopi undè dicti.

Horoscopi dicti, quòd horas nativitatù hominum speculantur, dissimili & diversè factò. *26. qu. 3. cap. 1. in fine.*

Hospitalarii S. Joannis Hierosolymitani.

1. Hospitalarii possunt se & domum suam donare alicui Religiosæ domui, & illi se subdicere.

Inter dilectos Hospitalarios sancti sepulchri, ac Fratres sancti Altitii, super eodem Hospitali questione suborta, cum iisdem Hospitalariis super possessorio, quod semel & iterum, ex causis tamen dissimilibus intentarunt, contrariam sententiam reportassent: deinde ad peritorium recurrentes, proponere curaverunt, quòd cum G. quondam Rector, & Fratres, ac patroni ejusdem Hospitalis, habitu communi tractatu deliberassent, Hospitalia ipsam Hospitalariis supponere supra dictis, commiserunt in hoc tribus procuratoribus vires suas, communiter stantes, ut, quòd per ipsos fieret, acceptarent; qui cum eisdem taliter statuerunt, ut ad ipsam Hospitalia aliqui mitterentur, qui eorum nomine acciperent assignationem ipsius. Cum autem duos illud de suis fratribus transmississent, ipsi donationem & assignationem Hospitalis tam à Magistro, quam à supra dictis procuratoribus & aliis ejusdem domus fratribus receperunt. *De donationibus. cap. Inter dilectos.*

2. Semel in anno possunt in E. interdicta facere celebrari Divina.

Quòd si Templarii vel Hospitalarii ad Ecclesiam venerint interdictam, non nisi semel in anno ad Ecclesiasticum Officium admittantur, nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum. *De privilegiis. cap. Cam. & plantare. §. Quod si.*

3. Hospitalarii exempti sunt à decimis priorum laborum, & eorum, quæ propriis sumptibus excolunt. *De decimis. cap. Ex parte*. Vide, *Cistercienses. n. 1.*

4. Non extenditur hoc privilegium ad terras, quas tradunt aliis excolendas. *Ibidem. cap. Ad audientiam*. Vide, *Decima. tit. 4. n. 18.*

5. Hospitalarii, qui habent annalia, si beneficiati non resident, ipsi debent habere fructus, non Capitulum.

Præsenti oraculo declaramus, quòd fructus prædictæ Ecclesiæ, vel beneficii vacantis, cujus annalia, in quibus consistunt, debentur nobis ex privilegio, consuetudine, vel statuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium hujusmodi, (si in Ecclesiâ, ubi illa consistunt, personalem residentiam facerent) deberetur, si non resident ibidem, verè vel interpretativè, utpotè per speciale Privilegium Apostolicum, vel aliis ex causa rationabili, ab hujusmodi residentia legitime excusentur, cum dicta pars (ut præmittitur) Capitulo non accrescat, vobis accrescere debet, secundum intentionem & mentem declaratoria memorata. *Extra. De Privilegiis. cap. Exhibita.*

6. Hospitaliariorum Ordo & militia. Vide, *Militia*. Vide, *Equites*.

7. Hospitalia Sancti Joannis Hierosolymitani immediate subditur Papæ. *Anastasius IV. const. 2. Christiana. Anno 1154.*

Vide *infra*, *Hospitalia Sancti Joannis Hierosolymitani*. Vide, *Equites Sancti Joannis*. Vide, *Milites*. Vide, *Militia*.

I. Hospitalia.

1. Hospitalia quæcunque immunia sunt à tributis omnibus. *23. qu. 8. c. In qualibet*. Vide, *Ecclesia. tit. 47. num. 11.*

2. Hospitalia tenenda sunt parata ad recipiendos peregrinos. *Concil. Sabini. tit. infra.*

3. Rectores Ecclesiarum ad hoc invigilare debent.

Hospitalitatem, quam ex pietatis officio de Jure à Clericis, & maxime Ecclesiarum Rectoribus impertiri convenit, transmittibus servari volentes, statimus, ut parochialium Ecclesiarum Rectores, & Curati, secundum facultatem bonorum suorum, Religiosos, pauperes & peregrinos transmittentes charitative recipiant, & pertractent in locis; nisi ubi ad hoc sit domus aliqua specialiter deputata. Rectores & Curati prædicti diligenter invigilent, ut domus hujusmodi sic convenienter paratae sint, quòd hospitalitas ipsa, ad quam deputata fuerint, in eis debite observetur, & ad hæc Rectores ipsi per Ordinarios compellantur. *Concil. Sabini. c. 14.*

4. Hospitalium bona usurpantes, sunt excommunicati.

Admonenda est Regia magnitudo de Hospitalibus, quæ tempore Prædecessorum suorum & ordinata, & excolta fuerunt, & modò ad nihilum sunt redacta. Sed & Hospitalia Scotorum, quæ sancti homines generis illius in hoc Regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua acquisitis, ampliaverunt, ab eodem Hospitalitatis officio funditus sunt alienata. Undè per rimcendâ est Canonica sententia, & maxime decretalis Symmachi Papæ definitio; quia ut necator pauperum, & Christi traditor Judas, idem, qui hujus sceleris author & peccator esse dignoscitur, præsentem & perpetuò est anathemate feriendus. Item in Canone Aureliano. (Vide, *infra. n. 8.*) *Conc. Meldani. cap. 49.*

5. Hospitalium bona invadens, ut homicida puniendus. *Conc. Mogunt. 3. cap. 6.* Vide, *Ecclesia. tit. 40. n. 16.*

6. Hospitalium bona conservanda.

Statuentes nullam Regum, nullam Auctitum, nullam quæcunque prædium dignitate, vel quenquam alium, de his, quæ Xenodochio à supra scriptis præcellentissimis filiis nostris, Regibus, jam donata sunt, vel in futuro à quibuslibet aliis de proprio fuerint iure collata, sub cuiuslibet causa occasioneve specie minuire, vel auferre, sive suis usibus applicare, vel aliis quasi piis causis pro suæ avaritiæ exultatione posse concedere, sed cuncta, quæ ibi oblata sunt, vel offerre contigerit, tam à te, quam ab eis, qui in tuo officio locòque successerint, perenni tempore illibata, & sine inquietudine aliqua volumus possideri. Hoc quoque capitulo præsentem subjungimus, ut locum avaritiæ excludamus, nullum de Regibus, nullum de Sacerdotibus, vel quencunque alium, per se suppositivè personam, de ordinatione ejusdem Abbatis vel quibuscunque causis, Xenodochio ipsi pertinentibus audere in auro, sive alia qualibet specie commodi quidquam accipere, neque eundem Abbatem ordinationis suæ causâ dare aliquid præsumere; nè hæc occasione ea, quæ à fidelibus piis locis offeruntur, aut jam oblata sunt, consumantur. Si quis verò Regum, Sacerdotum, judicum personarumque secularium hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se

Di-

Divinò judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscatur. Et nisi vel ea, quæ ab illo malè ablata sunt, restituerit, vel dignâ penitentiâ illicitè acta deservit, à sacratissimo Corpore & Sanguine DEI & Domini nostri Redemptoris JESU Christi alienus fiat, atque in æterno examine districtè ultioni subjaceat. *Greg. I. lib. 11. Ex Regest. Ep. 10.*

7. Non possunt in alios usus converti.

Cum autem ea, quæ ad certum usum pium sunt largitione fidelium destinata, non debeant in alium usum converti; præcipimus juxta Concilium Viennæ. Xenodochia, leprosariorum, cleemosynariorum & alia Hospitalia, quocunque nomine censeantur, visitari & reformari per eos, ad quos de jure statuto in locorum fundatione apposito, vel ex consuetudine præscripta, aut privilegio Sedis Apostolicæ spectat & pertinet. Gubernatio verò viris providis & discretis ac boni testimonii committatur, qui instar tutorum & curatorum præstare juramenta, ac de locorum ipsorum bonis inventarium perficere, & Ordinariis seu locis illis, quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. *Concilium Senonen. cap. 29.*

8. Eorum facultates alienari non possunt. Et poenæ scientium.

Ut quidquid præfato Xenodochio, aut per supra dictorum Regum obligationem, aut per quorumcunque fidelium elemosynas collatum, aut conferendum est in quibuscunque rebus atque corporibus, nihil exinde ad se quolibet tempore Antistes Ecclesiæ Lugdunensis revocet, aut ad jus Ecclesiæ transferat, ut succedentes sibi per temporum ordinem Sacerdotes non solum de facultate Xenodochii ipsius, aut de consuetudine vel institutione nihil minuant, sed dent operam, qualiter rei ipsius stabilitas in nullam partem detrimentum aut diminutionem aliquam patiantur, providentes ad intuitum retributionis æternæ, ut Præpositi semper strenui, ac Deum timentes decedentibus substituantur, & cura ægroantium, ac numerus, vel exceptio peregrinorum, secundum indictam institutionem, in violabili semper stabilitate permaneat. Quòd si quis quolibet tempore, cuiuslibet potestatis vel Ordinis, contra hanc constitutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine vel facultate Xenodochii ipsius abstulerit, ut Xenodochium (quod avertat DEUS) esse desinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur. *Concilium Aurelianen. 5. cap. 15.* Vide, *Alienatio*. Vide, *Ecclesia bona.*

9. Hospitalia erigenda suatione Episcoporum, in quo venientes à Judæis & Saracenis, & c. alantur, & de aliquo artificio doceantur, de quo possint vivere. *Concil. Sabini. cap. 22.* Vide, *Baptismus. tit. 27. n. 1.*

10. Hospitalium cura pertinet ad Episcopos, eisque subsunt. Sed non Militarium Ordinum, aut Religiosorum.

Quam ob rem significamus pervenisse ad nos, consuetudinem fuisse, ut Xenodochia, quæ sunt in Caritanis partibus constituta, apud Episcopum civitatis singulis quibusque temporibus suas subtiliter rationes exponerent, ejus videlicet tuitione atque sollicitudine gubernanda. *Greg. lib. 3. ep. 24. de Religiosis domibus. cap. De Xenodochiis.* Vide, *Episcopus. tit. 15. num. 44.* *Clement. tit. infra.*

11. Curare debet Episcopus, ne redditus usurpentur ab aliis, & in hoc habeat facultatem etiam in exemptis.

Hoc Sacro Conc. approb. sancimus. (Cetera Vide, *sub verbo Episcopus. tit. 21. n. 72. & sequitur.*) In quo si forte commiserint negligentiam, vel defectum, Ordinarii locorum injungimus, ut, etiam si pia loca prædicta exemptionis privilegio munita consistant, per se ipsos vel alios impleant omnia præmissa, & singula, & Rectores eosdem utique non exemptos, proprias exemptos verò & aliis privilegiatos Apostolica ad id

authoritate compellant. *Clementina de Religiosis domibus. cap. Quia contingit.*

12. Locus deputatus ad hospitale, est Religiosus, non profanus, non debet ad usus mundanos applicari.

Si locus ad hospitalitatis usum & pauperum provisionem fuerit, (sicut moris est) autoritate Pontificis destinatus, cum sit Religiosus, non debet mundanis usibus deputari, sicut de vestibus, & ligneis vasibus, & aliis urenlibus ad cultum Religionis per Pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter observat, & venerabilium PP. edocent sanctiones. *De Reliq. dom. cap. Ad hæc.*

13. Debent ab Episcopis visitari, etiam si sint exemptorum. *Ibid. cap. Quia contingit. supra. n. 11.*

14. Non possunt dari in beneficium.

Nullus ex locis ipsis secularibus Clericis in beneficium conferatur, etiam si de consuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit observatum, nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de Rectore locis hujusmodi providendum; sed eorum gubernatio viris providis, idoneis & boni testimonii committatur, qui scient, velint & valeant, loca ipsa, bona eorum ac Jura utiliter regere, & eorum proventus & redditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare, & quos in usus alios bona prædicta convertere, præsumptio verisimilis non existat. *Clementina de Reliq. domibus. cap. Quia contingit. §. Ut autem. Concil. Senonen. cap. 29. supra. n. 7.*

15. Hospitalia habeant inventaria.

Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committeretur, ad instar tutorum & curatorum juramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, & Ordinariis seu aliis, quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. Quòd si secus à quoquam fuerit attentatum, collationem, provisionem seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis. *Ibidem.*

16. Hospitalia, quoad altaria, Cæmeteria & Sacramenta servant antiquam consuetudinem.

Si qua sint Hospitalia, altare, vel altaria, & Cæmeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes, Sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si Parochiales Rectores consueverint in illis exercere præmissa: antiqua consuetudo servetur, quoad exercenda & ministranda spiritualia supra dicta. *Clement. De Reliq. dom. cap. Quia contingit. §. fin.*

17. Hospitalium gubernatio committenda viris providis, qui jurent curare, ut redditus fideliter dispensentur in usus miserabilium. Debent facere inventaria, & reddere rationem Ordinariis, seu aliis, quibus subsunt. *Ibid. §. Ut autem. supra. n. 14. & seq. Conc. Senon. de Vist. cap. 29. supra. n. 7.*

18. Hospitalia verò Militarium Ordinum non subsunt huic legi, sed gubernantur juxta statuta Ordinum, & per Superiores Ordinum compellendi sunt ministri, ut ritè gubernent, & ministrent fideliter.

Præmissa verò ad Hospitalia Militarium Ordinum, aut Religiosorum etiam aliorum extendi volumus, quorum tamen Hospitalium Rectoribus in sanctæ obedientiæ virtute mandamus, ut in illis secundum suorum Ordinum instituta & antiquas observantias, providere pauperibus, & hospitalitatem debitam in illis tenere procurent, ad quod per Superiores eorum arctâ distinctione cogantur, statuta quibuslibet non obstantibus in præmissis. *Ibid. §. Præmissa.*

19. Hospi-

19. Hospitalium gubernatio non concedenda Laicis, sed Religiosis, vel Clericis, qui sine uxore sunt, & perpetuo in eis deservire volunt.

Statuimus, quod Hospitalia alicui non concedantur, nec alicui constituantur in eis, nec ea, qui habent, valeant detinere, nisi sint Religiosi, & sine uxore, & tales, quod profiteantur perpetuo ibidem pauperibus deservire, & tonsuram, & hospitalitatem teneant, & residentiam faciant in eisdem, & qui contra fecerint, reddantur inhabiles ad Ordines suscipiendos, & beneficia quaecunque Ecclesiastica obtinenda, & ea amittant. *Conc. Ravennatense. 2. sub Clem. 7. cap. 25. Conc. Senon. supra. n. 7.*

20. Hospitalium fervientes, si actu sub eorum obedientia vivunt, Episcopo non subduntur. *Concil. Trident. sess. 24. de Ref. cap. 11.*

21. Hospitalia omnia ab Episcopo possunt visitari, exceptis iis, quae sunt sub Regum protectione. Vide, *Episcopus quoad visitationem.*

22. Hospitalia habentes in titulum, seu Commendam, vel administrationem, tenentur onus impositum exequi, & hospitalitatem cum peregrinis exercere ex fructibus eorum. Si vero sint in locis, ubi non adsunt peregrini, aut multi infirmi, (si ad haec instituta sunt) commutentur expensae reddituum in alium usum, ex decreto Episcopi, cum duobus peritoribus de Capitulo, nisi aliter in fundatione Hospitalium sit expressum, quod observandum curare debet Episcopus. *Conc. Trident. sess. 24. de Ref. cap. 8.*

23. Hospitalium curam habentes, (nisi Regularibus subjecta sint Hospitalia) per censuram compellendi sunt ad exequendum onus inunctum, alias priventur eorum cura, & tenentur ad restitutionem fructuum, quos receperunt contra institutionem Hospitalium. *Trident. ibid. cap. 8.*

24. Hospitalium gubernatio non committenda alicui plus, quam per triennium. *Ibid. cap. 8.*

25. Hospitalia per Episcopum visitanda, & quomodo. Vide, *Visitatio. Vide, Loca pia.*

26. Hospitalium ministri tenentur reddere rationes Episcopo, nisi in fundatione aliter sit cautum: non obstante privilegio. *Conc. Colon. ut infra.*

27. Quod si ex consuetudine, privilegio, &c. aliis reddenda sit ratio, inter eos sit Parochus.

Viderint quoque hi magistri ac Hospitalium praefides, ne Judam imitentur, qui loculos (quibus pauperibus distribuabatur) ferebat, ac fur erat, ne sicut ille, ita & ipsi pereant. Noverint ergo se tali muneri addictos, non ut sui, sed ut pauperum curam gerant, quos neglexisse, occidisse est: quibus quid subtraxisse, sacrilegii instar est. Et quod vigilantiores in officio sint, singulis annis, aut saepius, magistratui ejus loci, praesente Parochus, rationem de omnibus reddant. Non meum est, (inquit Prosper) dicere, quantum peccatum est eorum, qui cibos pauperum sibi usurpant, & unde pauper victurus erat, praesumendo suscipiunt. *Concil. Colon. 2. part. 11. cap. 7. Concil. Senon.*

de Visitat. cap. 29. supra num. 7. Concil. Trident. sess. 22. de Ref. cap. 9.

28. Hospitalia habentes in titulum, Commendam vel administrationem, tenentur illa reficere, restaurare, &c. recuperare amissa, & usurpata, atque omnia compelli possunt per Episcopos, & amoveri possunt ab eorum cura.

Non solum Canonicis constitutionibus, sed & Imperialibus ac Regalibus institutis antiquitus piensimè sancitum est, ut habeantur, quam fieri potest, frequentia in repub. Xenodochia, Prochotrophia, Orphanotrophia, Gerontocomia, & Brephotrophia, & id genus alia loca pietati consecrata, in quae recipiantur peregrini, pauperes, invalidi, senes, parentibus orbati, atque inopes liberi, infantes expositi, furiosi, leprosi, contagiosique, ac perpetuis morbis obstiti, atque alia miserabiles personae. Ideo curae nostrae imminet, ne ejuscemodi loca, ubi constituta sunt, tanta recta teneantur. Ubi vero dissipata sunt, instaurentur reformenturque. Denique ubi necdum constituta sunt, Episcopali nostrae providentiæ edificentur construanturque. Pauperum enim curam nobis Christus praecipuam esse voluit, & horum toties meminit Divinissimus Paulus Apostolus. *Conc. Colon. 2. part. 11. cap. 1.*

Qui hospitalia, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve usum praecipue instituta, in Commendam, administrationem, aut quemcunque titulum, aut Ecclesiis suis unita, obtinent; domos & aedificia horum locorum ruinosa, vel disiecta, faciant & restituant. Quae ab aliis occupata, aut amissa, injuste alienata sunt, recuperent. Impositum illis onus & officium omnino obeant, Hospitalitatemque ex fructibus, illi muneri attributis, re ipsa exerceant, ceteraque omnia praestent, quae à Viennensi & Tridentino Concilio praescribuntur. Quod officium, si moniti ab Ordine non fecerint, vel per Ecclesiasticas censuras & alia Juris remedia ad sui muneris functionem compellantur, vel ejusdem Tridentini Concilii praescripto, eos Episcopi ab illa administratione curave in perpetuum amoveant. *Conc. Mediolanen. 1. part. 3. tit. De piorum locorum administratione.*

29. Si in Hospitali non exercetur hospitalitas juxta fundationem, tenetur Parochus Episcopo referre, alias puniatur.

Ut autem haec ceteraque omnia, quae Tridentina Synodus de Hospitalibus & aliis piis locis statuit, facilius Episcopi praestare possint, praecipimus Parochis, ut diligenter singula, quae in Parochiis suis sint, Hospitalia & pia loca: eaque praesertim, in quibus re ipsa hospitalitas ceterave administratorum munera non exerceantur, ad Episcopum quamprimum deferant, cujus arbitrio Parochi hujus officii praetermissi poenas dabunt. *Conc. Mediol. ibid.*

30. In Hospitalibus stare non debent permixti mares & foeminae. *Conc. Mediol. ibidem infra.*

31. In Hospitalibus non maneant circulatores, aleatores, histriones & alii similes.

In Hospitalibus piisque diversoriis, ubi hospitalitas exercetur, mares cum foeminis, etiam specie matrimonii, nisi id certissime constet, versari ne liceat, neve ea loca, quae bonorum subsidio sunt addicta, circulatoribus, aleatoribus, nebulonibus, & istiusmodi nequifimis hominibus pateant. *Ibid.*

32. Neque mendaces, qui morbum simulant Mendici morbum simulantes, moneantur, ut se ita aliqua arte potius exercentes, inde sibi honestum vite subsidium comparent, quam ignaviae ac desidia dediti ostiatim in trivis & in templis miserimè mendicent. Si id recusaverint, curent Episcopi, ut ejiciantur, neque illis domorum hospitalium praeterea aditus pateat. *Ibid.*

33. In hospitalibus prima cura habeatur pro anima, & pro Sacramentorum administratione; deinde pro corpore.

H

Hic ante omnia nobis curandum est, ut in domibus istis, quae ad salutem animarum pertinent, minime negligantur, sed ante omnia de Sacramentorum administratione, pauperibus, debilibus, & aegrotis provideatur; ac ubi corporis infirmitas Medicum postulat, ibi prius animae, deinde corporis Medicus accerfatur. *Conc. Colon. 2. part. 11. cap. 2.*

34. In Hospitali recipi debent solum personae miserabiles, quae laborare non possunt. Prius recipiendae personae loci, deinde exterae.

In ejuscemodi autem Hospitalia, nulla alia, quam ea, quae diximus, miserabiles personae, quae aut aetate impeditae, suis manibus laborare, victumque ac vestitum sibi comparare non possunt, recipiantur; quae ad Ecclesiasticam disciplinam Canones pertinere, ac nostris alicorumque piorum hominum largitionibus victitare voluerunt. *Ibid. cap. 3.*

Inprimis autem recipiantur in haec Hospitalia personae miserabiles ejus loci, ubi hospitalia constituta sunt. *Ibid. cap. 4.*

35. Non recipiantur pauperes validi & robusti.

Sint autem mendicantibus validis non solum Hospitalia clausa, sed & publicè, ac ostiatim mendicare, penitus interdictum. Et qui secus agere comperti fuerint, arceantur, ac Regalibus, nostrisque constitutionibus comprehensis poenis subdantur. Utilius enim esurienti panis tollitur, si de cibo securus justitiam negligat, quam eidem frangitur, ut seductus injustitiae acquirat. *Ibid. cap. 5.*

36. Teneri in eis non possunt, qui non indigent. Qui aliter faciunt, sunt deprædatores pauperum.

Dammamus autem ab usum, quod in quibusdam locis fit, ut neglectis miseris, ac inopibus, quibus Hospitalia dedicata sunt, ex privato affectu Magistrorum, aut Magistratum, qui Hospitalibus hinc praesunt, non modo validi, sed & quibus victus & vestitus suppetit, recipiantur, tantum quod illic commodius & in otio vivatur: qui certe aliter censer non possunt, quam pauperum deprædatores, raptorisque de alieno viventis, ac velut ex languine pauperum saginati; Quos Divus Hieronymus gravissimè increpat: Qui (inquit) ex bonis parentum & suis opibus sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant & bibunt. *Ibid. cap. 6.*

37. Hospitalium redditus fraudantes sunt sacrilegi, ut Judas. *Ibid. cap. 7. Vide, supra. n. 26.*

38. Hospitalia exemptorum potest Episcopus visitare, salvo eorum iure in aliis.

Cum reipublice, sed praecipue Episcoporum, inter sit, ut visitentur ac restituantur Hospitalia, quippe, quod Episcopi sint, & esse debeant patres pauperum & infirmorum, nec ferendum eis sit, ut eleemosynae debita eis subtrahantur: statuimus, hospitalia omnia esse diligenter & magnà curâ visitanda, impetrandumque Ordinaris à summo Pontifice, Caesareae Majestatis intercessione, privilegium visitandi & reformandi etiam exemptorum hospitalia, salvo tamen in aliis exemptionis iure. *Concil. Colonien. 3. tit. De quarto medio. cap. 4. Vide, Episcopus quoad visitationem. Vide, Episcopus circa Regulares. Vide, Loca pia. Vide, Pia loca.*

II. Hospitalia multa in Urbe.

1. Hospitalia S. Antonii de Vienna potest colligere eleemosynas in locis, ubi exercetur hospitalitas, de licentia tamen Ordinarii. *Gregor. XIII. consilii. 73. Romani.*

2. Hospitalia S. Hieronymi Illyricorum quomodo regitur. Protector & iudex cum facultate instituuntur. *Pius IV. consilii. 68. Cum sicur.*

Tomus II.

3. Hospitalia Incurabiliu instituitur à Leone X. *const. 15. Salvatoris.* Forma regimini, & privilegia. *Ibid.* Gaudet privilegio S. Jacobi in Compostella. Multae gratiae conceduntur ministris dicti Hospitalis. Indulgentiae iis, qui eleemosynas elargiuntur, & alia multa.

4. Hospitalia praefatum, ejus ministri & servientes, immunes & exempti sunt ab omnibus, & immediate subditi sunt Papae, etiam quoad bona. Causae eorum quomodo expediendae de plano, &c. *Ibid.* Protector judicat causas eorum. *Pius IV. consilii. 2. Ad charitatis.*

5. Hospitalia B. MARIAE de Pietate instituitur à Pio IV. Illius statuta confirmantur. *Const. 27. Illius.* In eo tenentur ad curam pauperes, advenae, infani. Multa privilegia concessa sunt confratribus istius Hospitalis. *ibid.* Confirmantur à Gregorio XV. *const. 48. Ex inuncta.* Protectoris iurisdictionio. *ibid.*

6. Hospitalia Mendicorum instituitur à Sixto V. propè Pontem Sixtum. Redditus sunt illis assignati pro alendis mendicis. *Const. 57. Quamvis.* Forma gubernii, & quales mendici sunt retinendi. *ibid.*

7. Habet iudicem causarum, eligendum ab administratoribus, qui sit Doctor & Clericus. *Sixtus V. constit. 86. Postulat.* Hic iudex omnes causas Hospitalia tangentes judicat, contra quascunque personas; & nullus iudex Romae potest causas illas ad se trahere. Ampla est iurisdictionio talis iudicis. *ibid. per §§. 19.* In secunda instantia causae possunt cognosci ab aliquo iudice, eligendo per Protectorem. *Paulus V. constit. 57. Alias.*

8. Hospitalia Neophitorum erigitur à Paulo V. *const. 37. Illius.* Forma gubernii, & exemptiones illius. *ibid.*

9. Huic Hospitali Judaei Status Ecclesiastici tenentur quolibet anno in Festo Omnium Sanctorum solvere decem ducatos pro qualibet Synagoga. Etiam pro Synagogis demolitis; & ad hoc tenentur Judaei in solidum. *Paulus IV. const. 9. Dudum.* Iudex ordinarius illius, & personarum, etiam extra Urbem, est Protector Hospitalis. *ibid.*

10. Hospitalia Orphanorum pauperum. Approbatur haec Confraternitas à Paulo III. *const. 26. Altitudo.* Declaratur Archi-confraternitas, suo invocatione B. MARIAE Visitacionis. Ejus institutum est, educare pauperes orphanos & orphanas. Forma gubernii, privilegia, Protector, indulgentiae, &c. pro Rectoribus & Ministris. *ibid.*

11. Societas instituta ad erigendum Hospitalia pro Orphanis & Convertitis, approbatur à Paulo III. *const. 22. Ex inuncto.*

12. Hospitalia Sancti Spiritus in Saxia erigitur ab Innocentio III. Anno 1204. *const. Inter opera.* Forma gubernii, & privilegia multa.

Ff

multa.

- multa. *Ibid.* Confirmatur erectio à Nicolao IV. *const. 4. Inter opera.* Et sub protectione Papæ immediatè recipitur, tam quoad bona, & domum, quam quoad personas. *Nicolaus IV. ibid.* Multa ejus bona & possessiones per mundum dispersa, ibi numerantur. *Ibid.* Quatuor Ministri Clerici, professi illius Ordinis, debent ibi assistere ad ministrandum Sacramenta, & Papæ subduntur immediatè. *ibid.* Privilegia ejus. Vide, *Confraternitas. Sixtus IV.* omnia ejus privilegia confirmat, & alia addit, *Const. 22. Religionis.* Magistri, seu Præceptoris illius Hospitalis, privilegia. *ibid.*
13. Hospitale, bona, Ministri, & omnia alia ejus membra, exempta sunt à gabellis, & aliis solutionibus. *ibid.*
14. Item à jurisdictione Ordinariorum, Vicariorum, & omnium Officialium, & Sedi Apostolicæ immediatè subduntur. Omnia privilegia Congregationis S. Justinæ Benedictinorum ei concedit. *ibid. Pius IV.* Concedit ei facultatem quærendi eleemosynas. *Pius IV. const. 84.* Notarii, seu Cancellarii ejus Hospitalis, tenentur scripturas, & instrumenta in eo relinquere, quando recedunt. *Pius IV. const. 28. Cum sicut.*
15. *Gregorius XIII. const. 44. Si inter.* confirmat omnia privilegia hujus Hospitalis, quæ non sunt contraria Concilio Tridentino. *Clemens VIII. const. 118. Cum sicut.* Statuit, ut omnes causæ hujus Hospitalis judicentur à Vicario Papæ, tam in curia, quam extra; qui uti potest brachiò sæculari. Et *Paulus V. const. 22. Decet.* idem confirmat. Obligatio hujus Hospitalis. Vide, *infra.*
16. Hospitale Sanctissimæ Trinitatis, & Confraternitas ejus, approbarur à Pio IV. *const. 6. Illius.* Institutum hujus est, recipere peregrinos, & convalescentes. Multa privilegia & indulgentias confratribus concedit. Sic etiam eis, qui succurrunt peregrinis. *ibid.* Præceptoris jurisdictione se extendit ad omnes causas Hospitalis, sive pro, sive contra, & nullus alius judex potest in eis se ingerere. *Pius V. const. 123. Cum sicut.*

III. Alia de Hospitalibus Romæ, & obligationes eorum declarata ab Alexandro VII.

- Hospitalia Romæ, determinata pro artibus pauperibus, ista sunt.
- Hospitale Sancti Rochi pro aurigis, & eorum famulis, Vaccarum Rubrarum curam agentibus, Sutoribus, Veteramentariis, Bajulis, Fidicinibus.
- Hospitale Sanctæ Mariæ de Horto, pro Aviariis, Molitoribus, Vaccarum albarum præpositis, Naviculariis Regni Neapolis, Olitoribus & famulis, Colonis partiariis Vinearum, Sutoribus,

- Veteramentariis, Salfamentariis & Vermicellariis.
- Hospitale Sanctæ Mariæ de Laureto, pro Pistoribus & eorum famulis, Cruculariis, seu Ciambellariis, & frumenti menforibus.
 - Hospitalia Sancti Spiritus in Saxia, Sancti Salvatoris ad Sancta Sanctorum, Sanctæ Mariæ Consolationis, S. Joannis Colabitæ in Insula Tyberina, S. Jacobi Incurabiliū, & Sancti Lazari, communia sunt omnibus Nationibus.
 - In Hospitali Sancti Spiritus, tot lecti sunt, pro nobilibus & ignobilibus, quot capiunt illa infirmaria. In eo recipiendi sunt, qui laborant febri, vel alvi dejectione, & dysenteria, & vulnerati, etiam si scabiosi sint. In eo recipiendi sunt omnes cujusvis nationis, si non habeant proprium Hospitale suæ nationis, & nisi numerus infirmorum ibi sit completus.
 - In Hospitali Sancti Salvatoris 300. lecti sunt, pro viris & feminis, computatis servientium lectis; in quibus recipiendi sunt infirmi modò præfatò.
 - In Hospitali Sanctæ Mariæ Consolationis debent esse 80. lecti, pro viris & feminis, in quibus ægroti eodem modò recipiantur.
 - In Hospitali Sancti Joannis Colabitæ 60. lecti reperiuntur, & quia hoc Hospitale non habet redditus, Fratrum illorum charitatis relinquuntur numerus recipiendus.
 - In Hospitali Sancti Jacobi incurabiliū sunt 120. lecti pro viris & feminis, in quibus recipiendi sunt ulcerati ex omni natione, etiam scabiosi, ibique apta remedia ægrotis omnibus dentur.
 - In Hospitali Sancti Lazari leprosi omnis nationis sunt recipiendi.
 - Hæc omnia, &c. statuit *Alexander VII. const. In hac alma. dat. 16. Novembris 1657.*
 - Pauperes infirmi, quomodo deferendi sunt ad Hospitalia, & quot lecti tenendi sunt pro laborantibus scabie. Vide, *Infirmis.* Vide, *Infirmis.*

IV. Hospitale S. Joannis Jerosolymitani.

- Hoc Hospitale recipitur sub immediata protectione Papæ ab *Anastasio IV. anno 1154. const. 2. Christianæ.* Vide, *Hospitalarij.* Vide, *Equites.* Vide, *Militia.*

Hospitium, Hospites, Hospitalitas.

- Hospitia pro peregrinis statuere debent Episcopi; & si redditus Ecclesiæ non sufficiunt, ab aliis Christianis exigant. Ut sit in omnibus civitatibus locus separatus peregrinis, infirmis & pauperibus, qui vocetur Xenodochium, id est, hospitium peregrinorum. Et eliga
Episco

Episcopus aliquem ex fratribus, qui habitant in deserto, qui sit peregrinus, & procul distet à patria & familia suæ domus, qui sit etiam vir probus, & hunc præficiat Xenodochio, qui in eo faciat lectos, & quæcumque pauperibus & infirmis opus sunt; & si bona Xenodochii non poterunt sufficere, debet colligere omni tempore, & ex omnibus Christianis provisionem, secundum uniuscujusque vires; atque his facultatibus sustentet Fratres peregrinos, & pauperes, & infirmos, ut cuique opus erit. Siquidem ipse est protector eorum, ad juvandum eos sollicitè. In hoc opere pietatis inest remissio peccatorum, solutio iniquitatis, & appropinquo ad DEUM. *Concilium Nicænum 1. Ex Arabico. cap. 70.*

- Hospitium, dictum Gregorianum, erectum Romæ pro Benedictinis. *Gregor. XV. const. 6. Salvatoris.*
- Hospites sine distinctione recipiendi. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat; si cruciator fuisset circa refugientes ad se, nunquam Angelos hospitio recepit. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset; sed quoniam omnes recipiebat, suscepit & Angelos: non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retribuuntur est DEUS, sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate. *Dist. 42. cap. Quiescamus.*
- Hospitalitas ab Episcopis exercenda. *Dist. 85. cap. unio. Vide, Episcopus. tit. 2. num. 21.*

Hostia.

- Hostiæ in altari tot offerantur, quot sufficiunt pro populo. *Clem. I. ep. 2. De consecr. Dist. 2. cap. Tribus gradibus.* Vide, *Eucharistia. tit. 5. n. 1.*
- Hostiæ consecrata, quæ remanent, resumenda sunt. *Ibidem.*
- Hostia sit ex frumenta sana, & integra. *Conc. Cojacen. cap. 3.*
- In singulis hostiæ paribus est totus Christus. *De consecr. dist. 2. cap. Singuli. cap. Ubi pars, & c. Qui manducat.* Vide, *Christus. tit. 28. n. 3. & 12.* Vide, *Corpus Christi. num. 3.*
- Hostiæ fractio significat passionem Christi. Cum frangitur Hostia, dum Sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam Dominici corporis in cruce immolatio, ejusque Sanguinis de latere effusio designatur? *De consecr. dist. 2. cap. Cum frangitur.*
- De hostia quare fiant tres partes. Triforme est Corpus Domini. Pars oblata, in calicem missa, Corpus Christi, quod jam resurxerit, monstrat; pars comesta, ambulans adhuc super terram; pars in Altari usque ad Missæ finem remanens, Corpus jacens in sepulchro; quia usque ad finem sæculi corpora Sanctorum in sepulchris erunt. *Ibidem. cap. Triforme.*

Hugo.

Sanctus Hugo Gratianopolitanus, Canonizatur ab *Innocentio II. const. 1. Divinis.*

Humiliare. Humiliati.

- Humiliat DEUS bonos, permittens malos insurgere contra illos. *6. q. 1. cap. Sunt plurimi.* Vide, *Bonus. num. 6.*
- Humiliatorum Fratrum religio extinguitur. *Pius V. const. 110. Quæ admodum.* Redditus Sedi Apostolicæ applicantur. *Ibidem.* Bona eorum quibus postea sunt concessa. *Pius V. const. 120. Quoniam.*

Tomus II.

Hungaria.

Hungaria Episcopi, quas & à quibus accipere possunt procuraciones, dum visitant. *Extra. de Censibus. cap. Vas electionis.* Vide, *Alemania.*

I.

Jacobus.

- S. Jacobus, Hierosolymorum primus Episcopus, ordinatur à Sanctis Petro, Jacobo & Joanne. *Dist. 66. cap. Porro.* Vide, *Episcopus. tit. 8. n. 2.*
- S. Jacobi Equites. Vide, *Equites.* Vide, *Militia.*
- Jacobus de Marchia, Ordinis FF. Minorum de Observantia, declaratur Beatus, & Officium de illo fieri potest à Fratribus dicti Ordinis. *Urbanus VIII. const. 22. in Sede.*
- Jacobitæ Egyptii cum Ecclesia Romana uniti, & articuli ab eis credendi in fidei professione. *Eugenius IV. constituit. 23. Cantate.*

Janitor.

Janitores Ecclesiæ honorandi sunt.

Si autem & Lector est, is partem unam in honorem Prophetarum accipiat: item Cantor, & Januæ cultos: unicuique igitur dignitati honorem laici habeant, qui in iis, quæ dantur, deccat, & qui reverentiæ erga vitam illius, cui datur, adhibendæ conveniat. *Lib. 2. const. Apost. cap. 28.* Vide, *Ofitarius.*

Japponium.

- Japponium Regulares, quando & quomodo possunt adire. Vide, *Regulares euntes in partes infidelium.*
- In Japponio omnes Sacerdotes posse ministrare Sacramenta, tanquam Parochos, concessit *Urbanus VIII. in append. const. 16. Ex debito. §. 7.*
- Japponium 23. Martyrum Ordinis S. Francisci Discalceatorum Officium celebrari potest à prædictis Fratribus, & ab omnibus Diocelis Malinensis, sub die 5. Februarii. *Urbanus VIII. const. 70. Salvatoris.*
- Japponium trium Jesuitarum Martyrum Officium, scilicet Pauli Michi, Joannis de Goto, & Didaci Quizai, celebrari potest à Jesuitis, die 5. Februarii. *Urbanus VIII. const. 71. Salvatoris.*
- Missam de eisdem celebrare possunt in EE. Jesuitarum omnes Sacerdotes, qui in festo die illo ad eos accedunt. *Ibid. in Decret. Sacre Congreg. Rituum.*

Januarius.

- S. Januarii & Sociorum Festum die 19. Septembris celebrandum per totam Ecclesiam, statuit *Sixtus V. const. 22. Pia Sanctorum.*
- Januarii Kalendæ non observandæ, more gentilium. Non licet Kalendis Januarii vecula, aut cervolo facere, vel streas diabolicas observare: sed in ipsa die sic
Ff 2 omnia

omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.
Conc. Antisiodoren. sub Greg. I. cap. 1.

Idola, Idololatria, Idololatra.

1. Idola non colenda.

Interdictum verò est, jurare per ea, & eorum execrabilia nomina ore proferre, aut ea venerari, aut quasi Deos insimulare; neque enim sunt Dii, sed vel Dæmones, vel opera per ludibrium facta. Ait enim Deus per Hieremiam de Israëlitis: (Dereliquerunt me, & juraverunt per eos, qui non erant Dii.) Et in eandem sententiam: (Auferam nomina idolorum ex ore eorum.) Et aliàs: (Ipsi me provocaverunt in non Diis, & irritaverunt in Idolis eorum.) Sunt autem hæc in omnibus Scripturis à domino Deo verita. *Lib. 5. const. A. A. cap. 10.*

Neque verò de Idolis tantum interdictum est, sed etiam de luminaribus statuente monent, ne quis per ea juret, nec ea colat. Ait enim: Ne si videris Solem, & lunam, & stellas, venerationem eis per errorem adhibeas. Et aliò loco: (Secundum vias gentium ne discaris, & à signis cæli ne metuatis: astra enim & luminaria facta sunt, ut luceant hominibus, non autem ut colantur, &c.) Quocirca oportet, ut homo Dei, tanquam Christianus, neque per Solem juret, neque per lunam, neque per astra, neque per Cælum, neque per terram, neque per ullum elementum, five magnum, five parvum, &c. quia id genus jurandi ad impietatem gentilium pertinet: neque per Hierusalem, aut Sancta DEI, aut altare, aut domum, aut templi inaurationem, aut per suum caput, quòd sit hæc Judæorum corrupta consuetudo, & idcirco interdicta, &c. Quamò magis rei sunt, qui jurant per mentita, & falsi nominis, tanquam Jurisjurandi religionem contineant, & qui ea, quæ cogitatione facta sunt, pro veris honore & gloria efficiunt. *Ibid. cap. 11.*

2. Idola non tenenda in domibus fidelium, aliàs ejiciantur ab Ecclesia.

Admonere placuit fideles, ut quantum possunt, prohibeant, ne Idola in domibus suis habeant; si verò vim metuant fervorum, vel se ipsos puros conservent, si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur. *Concil. Eliberit. cap. 41.*

3. Idola frangens, non scribendus in numero Martyrum, si moritur.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in Evangelio non est scriptum, neque invenitur ab Apostolis unquam factum: placuit in numerum eum non recipi Martyrum. *Ibid. cap. 60.*

4. Idolorum templa non destruenda, sed ipsa Idola. Sed dicta templa consecranda sunt per asperisionem aquæ benedictæ, constructionem Altarium, applicationem Reliquiarum.

Dicite, quòd diu mecum de causa Anglorum cogitans tractavi, videlicet, quia sana Idolorum destrui in eadem gente minime debeant, sed ipsa, quæ in eis sunt, Idola destruantur. Aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, Reliquiæ ponantur, quia si sana eadem benè constructa sunt, necesse est, ut à cultu Dæmonum in obsequium veri DEI debeant commutari; ut dum gens ipsa eadem sana sua non videt destrui, de corde errorem deponat, & DEUM verum cognoscens ac adorans, ad loca, quæ consuevit, familiarius concurrat. *Greg. I. lib. 9. ex regest. epist. 71.*

5. Idololatræ tradendi Curia seculari.

Omnes sacrilegium idololatræ, vel quidquid illud est, contra sanctam fidem, in quo insipientes homines captivati, Diabolicis culturis inserviunt, Sacerdotis, vel Judicis instantia invenit, ut sacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos verò, qui ad talem errorem accurrunt, & verberibus coërcant, & omnes ferò Dominis suis tradant; si tamen Domini eorum per Jurisjurandi attestacionem promittant, se eos tam sollicitè custodire, ut ultra eis non liceat tale nefas committere. Quòd si Domini eorum nolint hujusmodi reos in fide sua suscipere, tunc ab eis, à quibus coërciti sunt,

Regis aspectibus presententur, ut principalis auctoritas liberam de talibus donandi potestatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nuncios sibi talium fervorum errores ulcisci noluerint, & excommunicationis sententiam perferant, & Jura servillius, quem coërceri noluerint, se amisisse cognoscant. Quòd si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetuam excommunicationis sententiã feriantur, & arctiori exilio ulciscantur. *Conc. Toletanum 12. cap. 11.*

6. Idolis sacrificandum non est; nec videnda eorum sacrificia. Et pœna faciendum.

Prohibendum, ne quis Christianus, aut gentilis, ad Idolum Capitolii sacrificandi causâ ascendat, & videat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos actâ pœnitentiã recipiatur. *Conc. Eliber. cap. 59.*

7. Idolis sacrificantes Presbyteri, vel Diaconi, five voluntariè, five ex timore, quomodo puniendi.

Presbyteros, qui immolaverunt, & postea certamen iterum inierunt, si ex fide luctati sunt, & non ex pacto ad ostentationem, ut caperentur, ipsi fecerunt: hos placuit honorem quidem sedis propriæ retinere, offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus Sacerdotalibus officiis fungi non liceat. Diaconi similiter, qui immolaverunt, postea verò iterum reluctati sunt, aliàs quidem honorem habere oportet: cessare autem debent ab omni sacro Ministerio, ita ut nec panem, nec calicem offerant, nec Evangelium pronuncient: nisi forte aliqui Episcoporum consilii sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipsos ergo erit de his potestas. *Dist. 50. cap. Presbyteros. & Conc. Ancyran. cap. 1. & 2.*

8. Idolis per vim & tractionem manuum aliquid offerentes, si reclamantes fecerunt, non privantur communione, & possunt ad Ordines promoveri.

Qui fugientes comprehensi sunt, vel à domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinere tormenta, aut in custodiam truci, proclamaverunt se Christianos esse, & eò usque adstricti sunt, ut manus eorum comprehendentes, violenter attraherent, & funestis sacrificiis admovent, aut aliquid pollutum cibi per necessitatem sumere cogrentur; continentres jugiter se Christianos esse, & luctum rei, quæ contigit, ineffabiliter ostendentes omni dejectione, & habitu, & humilitate vitæ: hos velut extra delictum constitutos à communionis gratia non vetamus. Si verò prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliore cautelam, vel propter quorundam ignorantiam, statim recipiantur. Hoc autem de Clericis cæteris observari convenit. Perquisitum autem est & illud: Si possunt etiam laici, qui in hac necessitatis angustias inciderunt, ad Clericatus Ordinem promoveri? Placuit ergo, & hos, tanquam qui nihil peccaverunt, si & præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium provchi. *Conc. Ancyran. cap. 5.*

9. Idolis immolantes recipiendi sunt, quando veniunt: sed usque ad mortem non communicent, sed pœniteant.

Circa eorum verò personas, qui se post unum & sanctum lavacrum, vel profanis sacrificiis dæmonum, vel incestuâ lavatione polluerunt, eam censuræ formam duximus esse servandam, ut his juxta Synodum Nicænam satisfactionis quidem aditus non negetur, ne infelicibus lachrymis, vel solatii janua, desperatione claudatur: acturi verò pœnitentiam usque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plenè sperare debent, qui ejus largitatem & solus obtinet, & tam dives misericordiâ est, ut nemo desperet. DEUS enim mortem non fecit, nec latetur in perditione vivorum. *Concilium Valentinum. l. c. 3.*

Placuit, ut quicumque post fidem baptismi salutatis, adultè ætate ad templum Idoli idololatræ accesserit,

& fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere. *Concilium Eliberitan. cap. 1.*

10. Cum qua pœnitentia recipiendi sunt, dum ad fidem veniunt.

Hi qui secundo & tertio sacrificaverunt coacti, quotuor annis pœnitentiæ subjiciantur: duobus autem aliis sine oblatione communicent, & septimo anno perfectè recipiantur. *Conc. Ancyran. cap. 7.*

11. Immolare persuadentes aliis, cum qua pœnitentia sunt recipiendi.

Quotquot autem non solum ipsi deviarunt, sed etiam insurrexerunt, & compulerunt fratres, & causas præbuerunt, ut cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant; per aliud verò sexennium pœnitentiæ subjiciantur arctiori, & aliò anno communionem sine oblatione percipiant; ut perfectionem (expletò decennio) consequantur. Inter hæc autem, & eorum vita pensanda est. *Ibidem. cap. 9.*

12. Immolantes si postea baptizantur, possunt ordinari.

Eos qui ante Baptisimum sacrificaverunt, & postea baptizati sunt, visum est, ad Ordinem promoveri, ut qui abluti sunt. *Conc. Ancyran. cap. 12.*

13. Immolantes in persecutione, quomodo recipiendi, dum veniunt ad fidem.

Si qui verò dolore victi, & pondere persecutionis, negare, & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenes, triennio inter pœnitentes habeantur, à communionem suspensi. *Conc. Arelaten. 2. c. 11.*

14. Idolorum simulacra & Aræ destruendæ.

Item placuit, ab Imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquiæ Idololatræ, non solum in simulacris, sed in quibuscunque locis, vel lucis, vel arboribus omnimodò deleantur. *Conc. Afric. cap. 51.*

15. Idolis immolatur, non debent fideles accipere. Hæc sunt Idolothyta.

Cavete verò ab Idololatriis, hæc enim immolant, ut Dæmones honorent, ut scilicet uni Deo contumeliam faciant: cavete, inquam, nè participes Dæmonum efficiamini. *Lib. 7. const. A. A. cap. 22. Conc. Eliberitanum. cap. 40. Vide, Fideles. tit. 14. n. 13. Greg. II. ep. 14. Vide, Cibi. n. 6.*

16. Idololatræ vacans, etiam occultè, anathema est.

Quòd non oporteat Ecclesiam DEI relinquere, & abire, atque angulos nominare, & congregationes facere, quæ interdicta noscuntur. Si quis igitur inventus fuerit huic occultæ idololatræ serviens, sit anathema; quia dereliquit D. N. J. C. Filium DEI, & scidololatræ tradidit. *Conc. Laodic. cap. 35.*

17. Idolis immolata emens, vel edens ignominanter, non peccat. 26. q. 2. cap. Licet aliquid. Vide, Dæmones. n. 14.

18. Idololatræ a suo territorio non ejiciens, excommunicatur.

Quoniam penè per omnem Hispaniam, five Galliciam, idololatræ sacrilegium inolevit, hoc cum consensu Gloriosissimi Principis, Sancta Synodus ordinavit, ut omnis Sacerdos in loco suo, unà cum Judice territorii, sacrilegium memoratum studiosè perquirat, & exterminare inventum non differat. Omnes verò, qui ad talem errorem concurrunt, salvo discrimine animæ, quâ potuerint animadvertione coërcant. Quod si neglexerint, sciant se utique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui verò Domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint, & familia prohibere noluerint, ab Episcopo, & ipsi à communionem pellantur. *Concilium Toletanum 3. cap. 16.*

Idoneus.

1. Magis idoneo dandum est beneficium. Ut Ecclesiastica beneficia &c. cap. univ. Tomus II.

circa finem. Vide, Beneficia. tit. 6. n. 9. Vide, Dignitas.

2. Habens rescriptum à Papa cum clausula, si sit idoneus, præsumitur esse idoneus, si nihil obstat contra eum. De præsumptionibus. cap. fin. Vide, Ibidem. num. 14.

3. Idoneus non est removendus ab aliquo officio, ut substituat magis idoneus.

Qui verò semel præsentati, & admitti fuerint, ut certò loco hoc ministerio fungantur, non debebunt temerè, seu præter nostrum assensum à suscepto munere retrahi. Nam frequentem personarum mutationem periculosam putamus, ut interim fileamus, sæpè minus idoneum, in idonei locum subrogari. *Concil. Colonien. 2. p. 4. cap. 13. Vide, Beneficia à quibus conferenda.*

Jejunium.

1. Jejunia ab Ecclesia præscripta, sunt observanda. Conc. Gangrense. ut infra.

2. Jejunia ex suo arbitrio solvens, est anathema.

Si quis eorum, qui continentia student, absque necessitate corporea, tradita in commune Jejunia, & ab Ecclesia custodita, superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Conc. Gangrense. cap. 19. dist. 30. cap. Si quis eorum. Et Concilium Aquisgranen. cap. 69.*

Cum in omnibus Ecclesiasticis constitutionibus, utilis quædam honestas, & spiritalis profectus incrementum elucescat: in indicen diis tamen jejunii insigniter eminet, quibus nihil apertius recondendæ carnis peccantia potuit institui; cum id genus dæmoniorum (ut ad spiritum dictum Christi referamus) jejunio tantum & oratione pellatur. Nec sanè quippiam, exemplò Moylis, promovendæ mentis puritati commodius, aut demum exemplò Ninivitarum, ad impetrandum, aut iram Dei placandam, efficacius ab Ecclesiasticis quondam præsidibus potuit ordinari. *Conc. Senon. cap. 7.*

Jejunia ergo ab Ecclesia indicta, reverentè observari volumus, admonendisque populus, cur sint instituta; nempe ut corpus per intemperantiam cibi ac potus luxurians, castigetur, in servitutumque religatur, quòd animus vegetior ac liberior laudibus Divinis insitit, Divinæque voluntati sese attemperet: magnum certè & generale Jejunium est, abstinere ab omnibus iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus sæculi. Ad hoc perfectionis qui nondum pervenit, is Ecclesiæ indictum hoc vocans, haud contemnat. *Concil. Coloniense. 2. p. 9. cap. 2.*

3. Jejunium est de præcepto Divino. Concil. Mogunt. ut infra.

4. Jejunium est ab Ecclesia determinatum, quoad tempus.

Eos verò, quos necessitas nulla excusat, etiam ad statuta Ecclesiæ Jejunia observanda inducant, ipsamque Jejunium Divini esse præcepti doceant. Tempora verò jejunandi, prout salubritati corporum & animarum expedire videbatur, ab Ecclesia ordinata, & totius Christiani Orbis consensu recepta, & jam inde ab Apostolorum temporibus observata sunt; quæ qui extra necessitatem non observaverint, velut Ecclesiasticæ disciplinæ violatores, & consuetudinum Ecclesiæ temerarij contemptores, severitate pœnarum coërceri debent. *Concil. Mogunt. 4. cap. 47.*

5. Jejunia observanda à quovis fidei, licet perfectissimo. Concil. Viennen. Generale. Vide, Beguardi.

6. Jejunia Ecclesiæ damnans, est anathema. Dist. 30. cap. Si quis eorum. supra. n. 1.

7. Circa jejunia, Ecclesiæ Romanæ est obediendum. Concil. Trident. sess. 25. De reformatione in fin. in Decret. de Delectu ciborum.

8. Jejunium Quadragesimæ non est humanum inventum, sed à cœlesti Majestate institutum.

Si quis igitur Aërianorum hujusmodi errorem, mille abhinc annis damnatum, & à Joviniano, Vigilantio, Valdensibus, Wicleffo, Hussitis, ac novissimis istis diebus, à Luthero & sequacibus suscitatum secutus: quadragesimale Jejunium non tam terrenâ cogitatione initiatum, quam cœlesti Majestate consecratum, & cætera Ecclesiastica jejunia, vel præscripta à Patribus abstinentias non observaverit, aut non observandas duxerit: SS. Conciliorum autoritate, anathema sit. *Concil. Synonem. cap. 7.*

9. Jejunium Quadragesimæ ex tempore etiam Apostolorum incepit.

Quadragesimæ institutio antiquissima est, à temporibus Apostolorum ad nos usque deducta, cujus violatores plerisque generalibus Conciliis, præsertim Toletano 8. acerrimè redarguntur, religionique contraire monstrantur. Atque adeo omnes, quotquot sine inevitabili necessitate, seu fragilitate, evidentique languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carniū attentare præsumpserint, alienos à sancta communione decernit, quòd sacris diebus abstinentiæ oblii sint, disciplinam, ac quadragesimæ dies, (quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione jejunii Domino consecrantur) temerariè profanaverint. Quos verò aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant, quam à Sacerdote permissum percipiant. *Concilium Colonien. 2. p. 9. cap. 6.*

10. Jejunium Quadragesimæ non solvendum feriâ 3. Majoris hebdomadæ.

Non oportet in Quadragesima quintam feriam ultimam hebdomadæ Jejunium dissolvi, & totam Quadragesimam inhonorari, sed per totos hos dies jejunare, & eis abstinentiæ convenientibus, id est, aridioribus, uti. *Concilium Laodicæ. cap. 50. De consecratione. dist. 3. cap. Non oportet.*

Non liceat quintâ feriâ novissimæ Septimanæ Jejunium solvere, & omnem exhonore Quadragesimam, sed sincerè abstinentes totam Quadragesimam peragere. *De consecrat. dist. 3. cap. Non liceat.*

11. Jejunium Quadragesimæ per 7. hebdomadas ante Pascha celebrandum à Clericis, decretum fuit.

Quadragesima sex Septimanas habet, cui addit Theophorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus, Quinquagesima. *Dist. 4. cap. Quadragesima.*

Statuimus, ut septem hebdomadas plenas ante Sanctam Pascha, omnes Clerici in sortem Domini vocati, à carne jejunent; quia sicut discreta debet esse vita Clericorum à Laicorum conversatione, ita & in Jejunio debet esse discretio. Has ergo septem hebdomadas omnes Clerici à carne & deliciis jejunent, & Hymnis, & Vigiliis atque Orationibus Domino inhærere die nocteque studeant. *Ibidem. cap. Statuimus.*

Denique Sacerdotes & Diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas Ecclesiastica gradus exornat, à Quinquagesima propositum jejunandi suscipiant, quò & aliquid ad pensum sanctæ institutionis adjiciant, & eorum, qui in laicali ordine consistunt, observantiam, sicut locò, ita religione, præcellant. *Ibidem. cap. Denique.*

12. Jejunium Quadragesimæ celebratur tanquam decima abstinentiæ totius anni, quia DEO de omnibus debetur decima, & dies illi sunt decima pars anni. *De consecrat. dist. 5. cap. Quadragesima. Vide, Dies Dominica. n. 8. & seq.*

A prima igitur Dominica Quadragesimæ, usque in Pascha Domini, sex hebdomadæ computantur, quarum videlicet dies quadraginta & duo sunt, ex quibus dum sex Dominici dies abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam 36. & 6. dies remanent, v. g.

si per 36. dies annus volvitur, & nos per 30. & 6. dies affligimur, quasi anni decimas DEO damus, sed ut facer numerus 40. dierum adimpleatur, quem Salvator noster sub sacro Jejunio consecravit, quatuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum 40. dierum tolluntur, id est, quarta feria, quæ caput jejunii subnotatur, & quinta feria sequens, & sexta, & Sabbathum, nisi enim istos dies quatuor superioribus 36. adjunxerimus, quadraginta dies in abstinentia non habemus. Jubemur etiam ab Omnipotenti DEO, omnium bonorum nostrorum decimas dare. *De consecratione. dist. 5. cap. Quadragesima. Vide, Dies Dominica. num. 8.*

13. Jejunium Quadragesimæ incipit à feria quarta Cinerum, exceptâ Mediolanensi civitate, & iis partibus Diœcesis, in quibus Officia Divina celebrantur ritu Ambrosiano.

Edicimus præterea, ut in Provincia nostra, proximâ quartâ feriâ post Quinquagesimam, omnes Quadragesimalis observantiæ initium faciant, præter civitatem Mediolanensem, easque Diœcesis partes, ubi ex D. Ambrosii instituto Divina Officia celebrantur. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. De Jejunio.*

14. Jejunia per Vigiliis ab Ecclesia designatas, sunt etiam observanda.

Ut per sacra quatuor anni tempora, Vigiliis Natalis Domini, Assumptionis B. V. Mariæ, BB. Apostolorum, (exceptis Joannis Evangelistæ, & Philippi & Jacobi Vigiliis) item diei festi omnium Sanctorum, Nativitatis Joannis Baptistæ, & B. Laurentii, Jejunium servent. *Ibid.*

15. Jejunia Quatuor Temporum observanda. *Ibid.*

16. Jejunia Quatuor Temporum in diversis temporibus olim sunt celebrata.

Jejunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus per quatuor volvitur tempora, sic & nos quaternum solemne agamus Jejunium per anni quatuor tempora; & sicut replemur frumento, vinò & oleò, ad alenda corpora: sic repleamur Jejunio, ad alenda animas. *Calistus 1. ep. 1. cap. 1. dist. 76. cap. Jejunium.*

Constituimus, ut quatuor tempora anni ab omnibus communi jejunio observentur, id est, in mensè Martio hebdomadâ primâ; in Junio, secundâ; in Septembri tertiâ; in Decembri, quartâ. *Ibidem. cap. Constituimus.*

De Jejunio autem incerto quatuor temporum hanc certitudinem statuimus, ut si Kalendæ Martiæ in 4. feria, sive antea evenerint, eadem hebdomadâ Jejunium celebratur. Si autem Kalendæ Martiæ in 5. feriam, aut 6. aut Sabbathum distenduntur, in sequentem hebdomadam Jejunium differatur. Simili quoque modo, si Kalendæ Junii in 4. feria, aut antea evenerint, in subsequenti hebdomada Jejunium celebratur & si in 5. aut 6. feria, aut Sabbatho contigerint, Jejunium in 3. hebdomadam referretur. Et hoc sciendum est, quòd si quando Jejunium mensis Junii in Vigili Pentecostes, secundum prædictam regulam, evenerit non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solemni Pentecostes, quia Vigilia simul & Jejunium celebrari non debent; & tunc propter solemnitatem Spiritus Sancti, Diaconi Dalmaticis induantur, & Alleluja cantetur, & flectamus genua, non dicatur. Eòdem modo de Septembri Jejunio constitutum est, si Kalendæ Septembris in 4. feria evenerint, aut ante: Jejunium in 3. hebdomada celebratur, & si in 5. aut 6. aut Sabbatho contigerint, in quarta hebdomada jejunandum erit. In Decembri verò illud observandum erit, ut proximò Sabbatho ante Vigiliam Natalis Domini celebratur Jejunium: quia si Vigilia in Sabbath evenerit, simul Vigiliam & Jejunium celebrare non convenit. *Ibid. cap. De Jejunio.*

Statuimus etiam, ut Jejunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimæ secundum in hebdomada Pentecostes: tertium verò

in Septembri: quartum in Decembri more solito fiat. *Ibidem. cap. Statuimus.*

Igitur post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in Cælos ascendentis exegimus, postque acceptum Sancti Spiritus donum, salubriter & necessariè consuetudo est ordinata Jejunii, ut si quid forte inter ipsa festivitatum gaudia, negligens libertas & licentia inordinata præsumpsit, hoc religiose abstinentiæ censura castiget. *Ibidem. cap. Igitur.*

Hujus observantiæ utilitas, dilectissimi, in Ecclesiasticis præcipue est constituta Jejunii, quæ ex doctrina sancti Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem jejunium vernum in Quadragesima æstivum in Pentecoste, autumnale in mensè septimo, hyemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus; intelligentes, divinis nihil vacuum esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia Elementa servire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Evangelia, incessabili tubâ discimus, quòd & prædicemus, & agamus. *Ibidem. cap. Hujus observantiæ.*

17. Jejunia quatuor temporum, & alia, quare celebrantur.

Jejunium quarti mensis, qui apud Latinos vocatur Julius, die septimâ & decimâ ejusdem mensis, illud arbitrantur, quando descendens Moyses de Monte Sina, tabulas legis abjecit atque confregit, & juxta Jeremiam murmurum rupti sunt civitates. In quinto mensè, qui apud Latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores Terræ sanctæ seditio orta esset in populo, jussi sunt montem non ascendere, sed 40. annos longis à terra sancta circumire dispendiis, ut, exceptis duobus, Chalep & Josue, omnes in solitudine caderent, &c. In septimo verò, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Judæ tribus, ac Hierusalem reliquæ dissipatæ: Legamus Jeremiam. Mensè decimò, (qui apud nos Januarius dicitur, eò, quòd janua anni sit, atque principium) Ezechiel in captivitate positus audivit, & cunctus populus captivorum, quinto mensè templum esse subversum, &c. Hoc est igitur omne, quod dicitur: Dies plantatus & Jejuniorum, quos hæcenus habuistis in luctum, sciatis vobis, (quia cogitavi ut benefaciam Hierusalem, & Domui Juda) in lætitiā, & gaudium, & solemnitates esse vertendos, ita duntaxat, si veritatem diligatis & pacem. Juxta Anagogen, quia tunc jejunamus, quando Sponsus auferitur à nobis, & non meremur ejus habere præsentiam. Cum reversus fuerit Dominus ad nos, & cogitaverit, ut bene faciat nobis, omnis tristitia vertetur in gaudium, & fames pristina sermonis Dei, præsentia doctrinarum ejus, & cœlestis panis saturitate pensabitur. *Dist. 76. cap. Jejunium.*

Scire debet S. V. per hos 50. dies nobis est jugis & continuata festivitas, ita ut hoc omni tempore, neque ad observandum judicamus Jejunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus, &c. Sic enim disposuit Dominus, ut sicut ejus passione in Quadragesimæ Jejunii contristamur: ita ejus resurrectione in Quinquagesimæ feriis lætaremur. Non igitur jejunamus in Quinquagesima: quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. *Ibidem. cap. Scire debet.*

Nosse credo vos Fratres: Non minore lætitiâ celebramus diem Pentecostes, quam Sanctum Pascha curavimus; tunc enim sicut modò fecimus, jejunavimus Sabbatho, Vigiliis celebravimus, orationibusque pernoctantes institimus; unde necesse est, similem observantiam, similis lætitiâ subsequatur. *Ibidem. cap. Nosse credo.*

Post Pascha usque ad Pentecosten, licet traditio Ecclesiasticam abstinentiæ rigorem prædictis relaxaverit, tamen si qui Monachorum vel Clericorum jejunare cupiunt, non sunt prohibendi, quia Antonius, & Paulus, & ceteri PP. antiqui, etiam his diebus in eremo læguntur abstinnisse, neque solvisse abstinentiam, nisi tantum diem Dominicò. *Ibid. cap. Post Pascha.*

18. Jejunium quatuor temporum, vernum, primâ hebdomadâ Quadragesimæ celebrandum, æstivum in Pentecoste.

Item, ut vernum Jejunium in prima hebdomada quadragesimæ, æstivum in Pentecoste semper celebretur. *Conc. Quinliburgense. cap. 7.*

Ut temperat Jejunium veris, in prima hebdomada quadragesimæ, Jejunium verò æstatis, inter hebdomadam Pentecostes. *Conc. Charvont. cap. 27.*

Jejunia quatuor temporum, in totius anni temporibus, in Martio primâ hebdomadâ, jejunandum est feriâ 4. & 6. & Sabbatho. In Junio, in secundâ, quod dupliciter observatur à pluribus: In prima hebdomada post Lytanas, aut in hebdomada Pentecostes. In Septembri, per tres dies. In proxima septimana integra ante Natalem Domini. *Conc. Oxoniense. c. 1.*

Ut triduo etiam Rogationum, post Ascensionem Domini, ex veteri instituto, in Mediolanensi Ecclesia Jejunium adhibeatur. *Conc. Mediolanens. 1. part. 2. tit. De Jejunio.*

Ut expletâ solemnitate Pentecostes, in sequenti septimana à quinta feriâ in Sabbathum per hoc triduum abstinentia celebretur. *Conc. Gerundense. cap. 2.*

19. Jejunia multa in anno facienda, exceptis quibusdam mensibus.

Jejuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii & Augusti, ob quorundam infirmitatem. *Conc. Eliberit. cap. 23.*

20. Olim in multis locis multa Jejunia fiebant; & quare.

De Jejunii verò antiqua à monachis instituta conserventur, ut de Pascha usque ad Quinquagesimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur. Post Quinquagesimam, totâ hebdomadâ exactè jejunent. Postea usque ad Kalend. Augusti ter in septimana jejunent, secundâ, quartâ & sextâ die, exceptis his, qui aliquâ infirmitate constricti sunt. In Augusto, quia quotidie Missæ Sanctorum sunt, prandium habeant, in Septembri toto, & Octobri, & Novembri, sicut prius dictum est, ter in septimana. De Decembri usque ad Natalem Domini omni die jejunent. Et quia inter Natalem Domini & Epiphaniam omni die festivitates sunt, itemque prandebunt. Excipitur triduum illud, quòd ad calcandam gentiliū consuetudinem Patres nostri statuerunt, privatas in Kalend. Januarii fieri Lytanas; ut in Ecclesiis psallatur, & horâ octavâ in ipsis Kalendis circumflectio, Missâ DEO propitio celebretur. Post Epiphaniā verò usque ad Quadragesimam, ter in septimana jejunent. *Conc. Turonem. 2. c. 18.*

21. Jejunia quotidiana laudantur.

Sint tibi jejunia pura, & continua moderatæque, id est, quotidie esurire, & quotidie prandere. Apostolus inquit: Noli adhuc aquam bibere, sed modicò utere vinò propter infirmitates tuas. Curat enim vulnera delinquentis, curatque sanctificat jejunium. *De consecrat. dist. 5. cap. Sint tibi.*

Sint tibi quotidiana jejunia, & refectio lætietatem fugiens. Nihil prodest, bicibus triduoque transmissis, vacuum portare ventrem, si post pariter obstruatur. *Ibid. cap. Sint tibi quotidiana.*

Non dico hebdomadas, non duplicata, non multiplicata Jejunia: sed vel singulos dies absque ciborum luxuria transigamus. *Ibidem. cap. Non dico.*

22. Jejunia sanant multas infirmitates. *De consecrat. dist. 5. cap. Legimus.*

Vide, *Articularis morbus.*

23. Jejunia Ecclesiæ solvens, anathema est: ita olim.

Jejunia in Ecclesia à Sacerdotibus constituta, sine necessitate rationabili non solvantur. *De consecrat. dist. 5. cap. Jejunia. Concilium Aquigran. cap. 19. supra num. 2.*

24. Jejunia in festis faciendâ, ut Manichæi: anathema est.

Si quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciam in die Dominico jejunet, anathema sit. *Concil. Gangrense. cap. 18.*

Utinam omni tempore jejunare possimus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. Nec hoc dico, quod Dominicis diebus jejunandum putem, & contextas 50. diebus ferias auferam, seu unaquæque provincia abundet in suo sensu: & præcepta majorum, leges Apostolicas arbitretur. *Dist. 76. cap. Utinam. Vide, Jejunare.*

25. Jejuniorum tempore vacandum est elemosynis, & abstinendum à peccatis.

Quod autem ex Divinarum Litterarum sententia parum homini prodest, se per jejunium cibo temperasse, si animus in peccatis sit intemperans, idcirco fideles in jejunio præcipue studeant, ut, dum caro ab alimentis abstinet, mens pariter à culpa jejnet, omnesque in Dei laudibus, elemosynis aliisque piis Officiis occupentur; hoc est enim jejunium, quod se Dominus Esaia ore delegisse testatur. *Conc. Mediolanen. 1. p. 2. tit. De Jejunio.*

26. Jejunia sine puritate mentis non profunt.

Nihil enim prodest homini jejunare, & orare, & alia Religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur, & ab obprobriationibus lingua cohibeatur. *De consecrat. dist. 5. cap. Nihil enim.*

27. Jejunium magnum est, ab iniquitatibus abstinere.

Jejunium autem magnum generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus sæculi, quod est perfectum Jejunium. In hoc ergo sæculo, quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene vivimus, cum ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus abstinemus. *Ibidem. cap. Jejunium autem.*

28. Jejunium non laudatur, si die sequenti ventri indulgetur. *De consecrat. dist. 5. cap. Sint tibi quotidiana. supra. n. 21.*

29. Jejuniorum tempore à carnibus est abstinendum, non quia immundæ sint, sed ad domandum corpus.

Huic Jejuniorum observationi jungendus est ciborum delectus, itidem cum sensu totius Ecclesiæ, ad nostra usque tempora retentus; monendi que sunt fideles, ut diebus Jejuniorum, similiter sextis feriis & Sabbatis à carnium & aliorum ciborum esu, quos Ecclesiæ consuetudo per eos dies hucusque vitare perseveravit, extra legitimam necessitatis excusationem, sibi temperent, non quidem ab iis, velut immundis, abstinentes: sed edomandi corporis causâ, propter animam, ab irrationabilibus motibus amplius humiliandam. *Concilium Moguntinum 4. cap. 47. Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 4. Vide, Carnes. num. 13.*

30. Jejuniorum tempore ab ovis etiam, lacte & caseo abstinendum, ex S. Gregorio Papa.

Par autem est, ut, quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, jejunemus; à lacte videlicet, caseo & ovis. Cæterum piscium esu ita Christiano relinquitur, ut hoc ei infirmitatis solatium non luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abstinet, nequaquam sumptuosiora marinarum belluarum convivia præparet. Vinum quoque ita bibere permittitur, ut ebrietatem omnino fugiamus, alioqui restat, ut omnia, quæ corpori libent, similiter faciamus. *Dist. 4. cap. Denique.*

S. Trident. Synodus Pastores omnes hortatur, atque obtestatur, ut omnem adhibeant diligentiam, ad fideles cohortandos, ut ea, quæ ad domandam carnem conducunt, præsertim ciborum delectum & Jejunium omni studio amplectantur. Itaque ejus nos auctoritati & SS. Canonum decretis innitentes, edicimus, ut omnes carne cæterisque omnibus, quæ à carne trahunt originem, ut ovis, lacte, caseo, butyro & hujusmodi per totam Quadragesimam abstinere, sciaturque singulis Quadragesimæ diebus, Dominicis

exceptis, Jejunii lege se obstrictos esse. Sunt enim illi quadraginta dies quasi totius anni decima quædam, quæ oblatione Jejunii, pro fidelium omnium salute, DEO consecratur. *Conc. Mediolan. 1. part. 2. tit. De Jejunio.*

31. Jejunium non requirit solum moderationem à carnibus, sed ab aliis cibis.

Jam cum in Jejunii ratio potius indictionis, quam abstinentiæ ista à carnibus spectetur: admonendus est populus, cum jejunandum erit, non minus sumptuosa & proluxa illa piscium fercula, quam carnium vitanda, bellaria item illa magis, quam carnes inflammantia. *Conc. Colon. 2. part. 9. cap. 5.*

Non tamen existiment Christiani, solâ carnis abstinentiâ se DEO gratos esse posse; cum meminerint primos homines, qui carnem nondum gustaverant, ob vitæ nequitiam diluvii dimissione deletos: sed cum abstinentiâ carnis etiam cæterorum ciborum moderationem & perpetuam totius vitæ sobrietatem conjungant. *Conc. Mogunt. 4. cap. 47.*

32. Jejuniorum tempore abstinendum, nedum à carnibus, sed ab aliis piscium ferculis, quæ carnem inflammant. *Conc. Colon. 2. supra.*

33. Jejuniorum tempore à piscibus etiam sumptuosius est abstinendum.

Caveant autem Jejunii cultores, ne, dum veritis cibis abstinent, aliarum rerum delicias luxuriamque consecutur; imò verò moderatè cibo & potu carnis vitia coërceant, ut liberi mentes ad celestium rerum amorem & contemplationem erigant, & ad pietatis opera expediti inveniantur. *Conc. Mediol. ut supra. dist. 4. cap. Denique. supra. n. 32.*

34. Jejuniorum tempore à jocis & scurrilitatibus est abstinendum.

Quadragesimâ ac Jejunii tempore, quando per amplius & instantius orationi, & abstinentiæ, & omnimodæ penitentis &c. vacare debetis, non solum jocis, verum etiam ab omni vaniloquio & scurrilitate, quæ ad rem non pertinent, atque ab ipso otioso verbo, ut in Evangelio Dominus dicit, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem, si de otioso, quanto magis de noxio & criminoso: Nulla ergo vos voluptatum, & jocorum, & maxime in tempore jejuniorum vanitas seducere valeat; non enim lamenta cum jocis conveniunt, & fallax ac decipitrix lætitia veraces lachrymas producere nescit. *Nicolaus I. ad Consult. Bulgar. c. 47.*

35. Jejuniorum tempore abstinendum à litibus & jurgiis.

In his Jejuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones esse debent, sed in DEI laudibus & opere necessarid persistendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites Quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per Prophetam dicens: Ecce in diebus Jejunii vestri invenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones jejunatis, & percussitis pugno impiè. *Post Liberii. epist. cap. 1.*

36. Jejuniorum tempore, conjugati abstinere à conjugibus. *Ibid. cap. 2. Vide, Conjuges. tit. 3. n. 15.*

37. Jejuniorum tempore convocari non possunt Concilia Regni. *15. q. 4. cap. Placita. Ex Conc. Epsford. cap. 2. Vide, Dies Dominica. n. 2.*

38. Jejunia pro necessitate publica possunt populo imponi, non à potestate sæculari, sed ab Episcopo.

Ut nemo, nisi consentiente proprio Episcopo, aut ejus Misso, Jejunium sub obtentu Religionis sibi imponat, unum præ aliis excipiendum, omni modo interdiciamus. Quod & factum displicet, & in futurum fieri

fieri prohibemus. *Conc. Epsfordien. cap. 2. Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. cap. 56. Conc. Ravennat. 1. sub Joanne IX. Vide, Episcopus. tit. 15. n. 16.*

39. Jejunia imposta pro necessitate publica, ab omnibus observanda.

Jejunia, quando generaliter pro aliqua necessitate indicuntur, diligenter ab omnibus custodienda sunt & observanda. Nec se aliquis improbitate gula patitur corrumpti, ut de communi consortio sequestratus effectum Jejunii, quem cum cæteris abstinendo consequi debuit, in gluvie ventris victus, turpiter amittat. *Conc. Turon. 3. cap. 47.*

Quod si quis indictum jejunium superbiendo contempserit, & observare cum cæteris Christianis noluerit, in Gangrensi Concilio præcipitur, ut anathematizetur, nisi emendare se studeat. *Conc. Moguntin. sub Leone III. cap. 37.*

40. Jejunia annuntianda sunt populo die Dominico. *Conc. Ravennat. 2. sub Clemente V. cap. 10. Vide, Festa. n. 20. Vide, Abstinentia. Vide, Ecclesiæ Romana Decreta. Vide, Vigilia Festorum.*

Jejunare, Jejunus.

1. Jejunandum non est in Dominicis diebus, nec etiam in Quadragesima.

Si quis Natalem Christi secundum carnem non vere honorat, sed honorare se simulat, jejunans in eodem die, & in Dominico, quia Christum in hominis natura natum esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus & Priscillianus dixerunt; anathema sit. *Conc. Bracharen. 1. cap. 4. Conc. Agabren. cap. 12. Vide, Dominica. n. 5. cap. Si quis Presbyter. dist. 30. Concil. Lucen. 2. cap. 57. Vide, Dies Dominica. n. 7. & 15. Concil. Aquigranen. sub Ludovico Pio. c. 68. Vide, tit. præced. n. 26.*

Ne quis jejnet die Dominicâ, causâ timoris, aut persuasionis, aut superstitionis: nec Quadragesimarum diebus ab Ecclesiis fideles desint, &c. *Conc. Cesar-Augustanum. cap. 2. de Consecratione. dist. 3. cap. Ne quis. cap. Placuit. Vide, Dominica. n. 5.*

Jejunium Dominicæ diei & quintæ feriæ nemo celebrare debet, ut inter jejunium Christianorum & gentium veraciter credentium, & infidelium, atque hæreticorum vera & non falsa discretio habeatur. *Ibidem. cap. Jejunium. de Consecratione. dist. 5. cap. Quadragesima. Vide, ubi supra. n. 12. dist. 76. cap. Utinam. Vide, supra. n. 24.*

2. Jejunans die Dominico est anathema.

Si quis Clericus inventus fuerit die Dominico jejunare, vel Sabbatho, præterquam uno solo, deponatur: Sin autem Laicus, segregetur. *Concil. quod dicitur Apostolorum. cap. 67. Concilium Gangrense. cap. 18. Vide, tit. præcedenti. num. 24. dist. 30. cap. Si quis tanquam. Vide, Dies Dominica. num. 7. dist. 30. cap. Si quis Presbyter. Vide, ubi supra. num. 1.*

3. Jejunus. Vide, *Missum dicentis dispositiones.*

4. Jejunans die Dominico vel Sabbatho, si est Clericus, deponatur. *Conc. AA. c. 65. supra. n. 2.*

5. Jejunium accidens in Dominica, fit in Sabbatho.

Ex parte vestra questum fuit, utrum si Nativitatem Domini, vel Assumptionem B. MARIÆ, vel festivitatem alicujus Apostolorum in secunda feria contigerit evenire, die Sabbathi præcedentis vigilia debeat jejunari: & utrum in vigilia B. Matthiæ Apostoli sit jejunium injungendum? Ad quod breviter respondemus, quod die Sabbathi festivitates prælibatas secundâ feriâ præcedentis, & B. Matthiæ Apostoli debet vigilia jejunari. *De observatione jejuniorum. cap. Ex parte. & cap. Consilium. Vide, S. Bartholomæus.*

6. Jejunans die Dominico non habeatur ut Catholicus.

Qui Dominico die studiosè jejunat, non credatur Catholicus. *Conc. Carthag. 4. cap. 64.*

7. Jejunandum non est in quibusdam festis solemnibus, ut Nativitatis Domini, Epiphaniæ, &c. *Nicol. I. Ad Consult. Bulg. c. 9. Vide, Caro. n. 8.*

8. Jejunans cum Judæis excommunicatur; si est Clericus, deponatur. *Conc. quod dicitur AA. cap. 70. supra. n. 4.*

9. Jejunandum non est à Paschate usque Pentecosten. *Dist. 76. cap. Post Pascha. Religiosi tamen possunt jejunare. Vide, tit. præcedenti. n. 17.*

10. Jejunare non tenentur infirmi, & possunt carnes comedere.

Præterea nec hortor, nec admoneo, sed districtè præcipio, ut jejunare minime præsumas, quia dicunt Medici, huic molestiæ valde esse contrarium, nisi forte, si grandis solemnitas exigit, quinque in anno vicibus concedo, sed & à vigiliis quoque temperandum est. *Greg. I. lib. 9. ex Regest. ep. 28.*

Multa nos, Frater charissime, cogit infirmitas, ex quibus, si sani essemus, jure reprehensibiles videremur. Sed quia aliter subsistere, in hoc fragili corpore positi, non valemus, nisi ejus languoribus serviamus, erubescere, quod imponit necessitas, non debemus; & ideo quoniam eruptionem sanguinis patientibus, jejunia Medici omnino dicunt esse contraria, his Fr. T. hortamur assiduis, ut reducens ad animum ea, quæ est solita de ægritudine sustinere, jejunandi sibi laborem minime imponat. Si autem, DEO miserante, ad eam melioratam se esse, ac virtutem suam sufficere possit cognoscit, semel aut bis in hebdomada jejunare permittimus. Sed illud te præ omnibus studeo convenit, ut exasperationem sentire nullo modo debeas, ne ægritudo, quæ modò levior & quasi suspensa creditur, per exacerbationem postmodum gravior sentiatur. *Idem lib. 11. Ex regest. ep. 34. de Observat. jejun. cap. Concilium. Vide, Carnes. n. 17.*

11. Sed indigent licentiâ Episcopi vel alterius de ejus commissione, qui Medicorum consilio utuntur.

Ab his autem omnibus eos excipimus, quosürgens necessitas vel imbecilla ætas à jejunii lege eximit; eos etiam, qui evidentis morbi aletitiae justæ causæ excusationem habent; sed horum Judicium Episcopo tantum vel iis, quos ei muneri ipse præfereat, scripto faciendum relinquimus, idque, quod ad morbum attingit, de Medici Consilio. *Concil. Mediolanen. ut supra.*

12. Jejunandum est tempore pestis & famis.

Si evenierit famis, inæqualitas aëris, pestilentia, vel talis qualicumque tribulatio, jejunii, elemosynis & obsecrationibus Domini misericordia deprecetur. *Post ep. 13. Liberii. cap. 3.*

13. Jejunandum est in hebdomada sancta, & quare.

Itaque præcepit nobis jejunare his sex diebus, propter impietatem & scelus Judæorum, hortatus ad deplendum & lamentandum Intestitum eorum; siquidem & ipse lachrymatus est illis, quod ignorassent tempus visitationis. Quartâ verò feriâ & sextâ iussit nobis jejunare, illâ quidem propter prodicionem, hæc verò propter passionem. Jejunium verò solvere præcepit septimâ die post Galli contum; ipso autem Sabbatho jejunare, non quidem quod jejunandum sit Sabbatho, quod est requies Domini à Mundi opificio, sed quia illo tantum jejunandum est, quo ipse Auctor Mundi adhuc erat sub terra. *Lib. 5. Consil. Apostol. cap. 14.*

14. Jejunandum est in Vigiliis omnium AA. exceptis SS. Philippi & Jacobi, propter tempus Paschale. *De observat. jejun. cap. Consilium. Vide, Apostolorum vigilie.*

15. Jejunandum est in Adventu. *Ibid.* Vide, *Adventus. n. 1.*
16. Jejunans in pane & aqua, si panis deficiat, potest aliis cibis uti.
Si autem illi, qui aliquos dies in pane & aqua, ex injuncta sibi penitentia tenentur peragere, panem, quò vescantur, non habent, leguminibus, aut piscibus, aut aliis cibariis reficiantur, si necessitas id expostulat. Discretionem tamen adhibita, quòd his non ad delicias, sed ad sustentationem utantur. *De Penit. & Remiss. c. Licet.*
17. Jejunandum est in feria 6. & Sabbatho ante Pascha, ob sepulturam Domini.
Sabbatò verò jejunandum esse, ratio evidentissima demonstrat; Nam si diem Dominicum ob venerabilem Resurrectionem Domini nostri JESU Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus, ac sextà feriã propter Passionem Domini jejunamus, Sabbathum prætermittere non debemus: quoniam inter tristitiam & lætitiã temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat, Apostolos biduo isto & in merore fuisse, & propter metum Judæorum se occulisse. Quod utique non dubium est, in tantum eos jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo Sacramenta penitus non celebrari. Quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quòd commemoratio diei illius semper est celebranda. Quòd si putant, semel atque uno Sabbatho jejunandum, ergo & Dominicã, & sextã feriã semel in Pascha erit utique celebranda. *De Consecr. dist. 3. cap. Sabbath.*
18. Jejunii examinandi sunt testes. *De test. & c. cap. Placuit.* Vide, *Testes. tit. 1. num. 6.*
19. Jejunii soli possunt percipere Eucharistiã. *De consecr. dist. 1. cap. Sacramenta.* Vide, *Eucharistia. tit. 2. n. 18.*
20. Jejunare tenentur PP. Concilii per tres dies ante Concilium. *Concil. Raven. 3. post Lem. V. c. 16.* Vide, *Concilia. tit. 8. n. 3.*

Jerosolyma.

Jerosolymæ Patriarchæ honor debetur, sine præjudicio Metropolitani. *Dist. 65. cap. Quoniam.* Itã declaratum est à Concilio Nicæno. 1. cap. 7. Vide, *Ecclesia. tit. 33. num. 7. Nicolaus I. Ad consult. Bulgar. c. 92.* Vide, *Constantinopolitana. num. 1.*

Jesuati.

Vide, *Fratres Sancti Hieronymi.*

Jesuitæ.

- Jesuitarum Societas cum sua Regula & institutis, approbatur à Paulo III. *constit. 25. Regimini.* Facultas Generalis, quæ & quanta sit. *Paulus III. constit. 48. Licet debitum. per §§. 46.* Regula eorundem explicatur à Julio III. *constit. 9. Exposcit.* Hæc Religio inter Mendicantes numeratur, & adscribitur, & eorum gratiis fruatur. *Pius V. constit. 131. Dum indefessè.* Potest hæc Religio eligere Conservatores pro suis caulis, & qualis est Conservatorum jurisdictio. *Gregorius XIII. constit. 1. Equum.*
- Isti Patres non tenentur accedere ad publicas processiones. *Gregorius XIII. constit. 16. Quæcumque.*
- Possunt ædificare Monasteria & loca propè domos Mendicantium, & derogat

- constit. contr. *Gregorius XIII. constit. 39. Salvatoris.* Exempti sunt ab onere decimarum & aliarum contributionum. *Gregorius XIII. constit. 51. Pastoralis.* Obtenent, ut possint uti altari viaticò in omnino loco, non obstante decreto contrario Concilii Tridentini. *Gregorius XIII. constit. 57. Usum.* Habent facultatem aperiendi litteras Sacræ penitentiarie, quæ diriguntur ad Doctores. *Gregorius XIII. constit. 75. Exponi nobis.*
- Generalis, quam facultatem habet circa alienationes, permutationes, locationes, emphyteuses, &c. *Gregorius XIII. constit. 76. Apostolica.*
 - Jesuitæ etiam extra tempora posse ordinari, concedit *Gregorius XIII. constit. 77. Pium.* Et in hoc derogat decreto Concilii Trid. *Ibid.*
 - Jesuitæ non possunt ad alios Ordines Regularium transire, exceptis Carthusianis, cum licentia Generalis. *Ibid. in declaratione.* Vide, *infra. Greg. XIV.*
 - Jesuitarum institutum iterum confirmatur à Gregorio XIII. *const. 89. Ascendite Dominò.* Deinde confirmatur à Gregorio XIV. *constit. 10. Ecclesiæ.* Institutum & forma gubernii declaratur. Generalis potest instituire Provinciales & Visitatores. §. 8. Novitii post biennium ad vota admittendi. §. 9. Dimitti possunt Religiosi ab ea Religione, etiam sine processu, sed facti veritate inspecta. Ad sacros Ordines possunt promoveri, etiam post vota simplicia. §. 16. Ad alias Religiones, excepta Carthusiana, non possunt transire, & alia per 29. §§.
 - Jesuitæ etiam non ordinati in Sacris, possunt concionari. *Gregorius XIII. constit. 95. Vigore.*
 - Jesuitæ possunt recipere Novitios contra constitutionem Sixti V. & cum illegitimis dispensare. *Gregorius XIV. constit. 15. Exponi.*
 - Generalis Jesuitarum potest in aliis Ecclesiis erigere Congregationes, & aggregare Congregationi Annuntiationis, Romæ institutæ, cum eisdem gratiis, tam pro Scholaribus, quam pro aliis. *Sixtus V. constit. 53. Cum in unaquaque.*
 - Jesuitarum Collegium Vilnense erigitur in Universitatem Studii Generalis. *Gregorius XIII. constit. 102. Dum attenda.*
 - Idem fit de Collegio Pontis Monsonii in Lotharingia. *Gregorius XIII. constit. 100. In supereminenti.*

Jesuitissæ.

Jesuitissarum Congregationes abrogantur, & de facto fuerunt suppressæ. *Urbanus VIII. constit. 110. Pastoralis.* Concessum fuit præsentibus, ut possent, ve matrimonium contrahere, vel Monialium Monasterium ingredi. *Ibid.* Institutum quale erat. *Ibid.*

S. Igna

S. Ignatius.

S. Ignatius Lojola canonizatur. *Urbanus VIII. constit. 3. Rationi congruit. per §§. 50.*

Ignis.

- Ignis in vigilia Paschæ benedicendus. *Conc. Toletanum. 4. cap. 9.* Vide, *Cereus Paschalis num. 1.*
- De novo excutiendus & benedicendus.
De igne autem Paschali, quod inquisisti à sanctis patribus, ex quo per DEI & Domini nostri JESU Christi gratiam & pretioso Sanguine ejus Ecclesia dedicata est, quintà feriã Paschæ, dum sacrum Christma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diversis candelis Ecclesiæ oleò collectò, in interiori Ecclesiæ loco, ad figuram interioris tabernaculi, insistente, indeficienter cum multa diligentia inspicitæ ardebunt, itã ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem. De quibus candelis Sabbathò sancto pro fontis sacri baptismate sumptus ignis per Sacerdotem renovabitur. *Zacharias ep. 12. Leo IV. Homilia. De cura Pastor. Vide, Aqua. tit. 2. n. 2.*
- Ignis purgatorii. Vide, *Purgatorium.*

Ignorantia. Ignorans.

- Ignorantia est causa omnium malorum.
Ex his ergo omnibus colligitur, quòd origo totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit omnium malorum Mater, quæ incuriã & ignaviã gignitur, negligentia verò alitur & augetur, atque in sensibus hominum radicatur, dum amatur. *Clem. I. ep. 3.*
Ignorantia, Mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. *Dist. 38. cap. Ignorantia. ex Conc. Arelat. 4. c. 3.*
- Ignorantia fugienda ab Ecclesiasticis.
Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus quasi lumine nobis inde accensò, errorum tenebras depellere. Grande enim malum est (ut diximus) ignorantia, sed quia substantiam non habet, facile ab his, qui stultiores sunt, effugatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi non cognovisse, quod expediat. Ubi autem cognoveris, perit ignorantia. *Clem. I. ep. 3. Conc. Arelat. 4. cap. 3. dist. 38. cap. Ignorantia. supra.*
Si in Laicis vix tolerabilis videtur infertia, quando magis in iis, qui præfunt, nec excusatione digna est, nec veniã. *Dist. 38. cap. Si in laicis.*
- Ignorantia in Episcopo penitus reprobatur. *Concilium Lateran. 4. cap. 10.* Vide, *Episcopus. tit. 1. n. 6.*
- Ignorantia Canonum non excusat Ecclesiasticos.
Quocirca hæc, quæ, inspirante DEO, communi consensu placuerunt: Si quis Antistitem, viventium, vel eorum, quos Spiritus DEI esse voluerit successores, reliquã observationis integritate custodire & implere neglexerit, reum se Divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum esse cognoscat: quia Canones suos, nec ignorare quenquam, nec dissimulare, id est, prætereire permittitur. *Concilium Arelatense. 3. cap. ultimo.*
- Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. *De reg. Jur. in 6. Reg. 47.*
- Ignorantia præcepti Pontificii excusat. *Concilium Agathense. cap. 9.* Vide, *Diaconus. tit. 9. n. 1.*
- Ignorantia legis excusat, nisi sit crassa.
Ut animarum periculis obvietur, sententiis per statuta quorumcumque Ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina. *De constit. in 6. cap. Ut animarum.*

- Ignorantia excusat à peccato, si est invincibilis.
Nullius crimen maculat nescientem. 1. *quæst. 4. cap. Nullius.*
Quis locus innocentie relinquatur, si alienum crimen maculat nescientem. *Ibidem. cap. Quis locus.*
Omnes quippe homines, qui scientes faciunt, quod non licet, vellent licere, usque adeò ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud, quod ex eo consequitur. Hæc si itã se habent, non sunt peccata volentium, nisi nescientium, quæ discernuntur à peccatis volentium. 15. *quæst. 1. cap. Merito queritur.*
Itaque pati quis injuriam, etiam si non sentiat, potest, facere nemo, nisi qui scit, se injuriam facere, et si nesciat, cui faciat. Quare si quis per jocum percutiat, aut dum certat, injuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat servum suum, in ea causa est, nè injuriarum teneatur. *Ibidem. cap. Illud relatum.*
- Ignorantia crassa non excusat, nè excommunicatus celebrans incurrat irregularitatem. Sed ignorantia probabilis excusat. *De clerico excommunicato celebrante. cap. Apostolica.* Vide, *Celebrare. num. 5.*
- Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum.
Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit. *De reg. Jur. cap. Quamvis.* Vide, *Prælatum.*
- Ignorantia facti, non juris, excusat. *De reg. Jur. in 6. Reg. 13.*
- Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantie causam censetur habere. *Ibid. Reg. 14.*
- Si ignorans eligitur, cassanda est electio. *De Electione. cap. Qualiter post.* Vide, *Electio. tit. 1. n. 12.* Vide, *Eligendus.*
- Ignorans litteras, eligi non potest Episcopus. *Concil. Valentinum 3. cap. 7. Concil. Lateran. 4. cap. 10.* Vide, *Episcopus. tit. 1. n. 6.* Vide, *Qualitates.* Vide *infra. Ignorans non potest ordinari.*
- Ignorans promotus removetur. *De Etate & qualitate & c. cap. fin. Quamvis.* Vide, *ibidem.*
- Ignorans non potest ordinari ad ullum Ordinem, maximè sacrum. *Dist. 49. cap. Sacerdotes. infra.*
- Ignorans non potest ad officia promoveri.
Si offeratis cœcum ad immolandum, nonne malum est? Superius accusati de panibus, nunc accusantur de victimis. Cœcum animal offert, qui ordinat indoctum locò docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui luera terrena quærentem locat, ut potè pedem in diversa ponentem, unum in Divinis, alterum in carnalibus; Cui potest inferri illud de Libro Regum: (Ullaque claudicatis in duas partes?) Languidum offert, qui vitiosum habet pro Religioso, quique tardum & pigrum probat patientem, dicens illum negligentie redarguendum. Indignum est enim dare DEO, quod indignatur homo. *Dist. 40. cap. Sacerdotes.*
Penitentes, vel infelici litterarum, aut aliqua membrorum damna perpessi, ad SS. Ordines aspirare non audeant: Quisquis autem talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvat. *Dist. 35. cap. Penitentes. dist. 34. cap. Precipimus. Dist. 36. cap. Illiteratos.* Vide, *Clerici. tit. 3. n. 4. & 34.*
- Ignorans vel indignus regere non potest Ecclesiam aliquam.

Cum

Cum sit ars artium, regimen animarum, districtè præcipimus, ut Episcopi promovendos in Sacerdotes diligenter instruant, vel per se ipsos, vel per alios idoneos viros super Divinis Officiis & Ecclesiasticis Sacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare. Quoniam si de cætero rudes & ignaros ordinare præsumpserint, (quod quidem facillè poterit deprehendi) & ordinatores, & ordinatos ultioni gravi etiam decernimus subjacere. Satius enim est (maximè in ordinatione Sacerdotum) paucos bonos quam multos malos habere ministros: quia si cæcus cæcum ducit, ambo in foveam dilabuntur. *De Etate & qualitate Sc. cap. Cùm sit ars. ex Conc. Later. 4. cap. 27. & cap. Eam te. Vide, Ecclesia. tit. 23. n. 1.*

19. Ignorans potens discere, non est immunis à pœna.

Non omnis ignorans immunis est à pœna; ille enim ignorans potest excusari à pœna, qui, à quo disceret, non invenerit. Istis autem hoc ignosci petit, qui habentes, à quo discerent, operam non dederunt. Hujusmodi non licet ignorare. Accipiant ergo veniam, si convertantur. *Dist. 37. cap. Non omnis.*

20. Ignorare quædam melius est, quam scire. *Dist. 38. cap. Quamvis. Vide, Errare. num. 4.*

Illegitimus.

1. Illegitimi filii qui sunt. *Vide, Filii.*
2. Illegitimi sunt filii nati ex matrimonio, cum impedimento publicæ honestatis. *Qui filii sint. cap. Referente. Vide, tit. 12. num. 8.*

3. Illegitimi pronuntiari non possunt filii, nati ex matrimonio, facto in facie Ecclesiæ, & pacifica cohabitatione conjugum.

Pervenit sanè ad nos ex insinuatione L. viduæ, quod cum inter G. Pavem suum & A. Matrem illius matrimonium fuisset legitime celebratum, & quamdiu vixerunt, quietè permanserunt; post illorum decessum, quidam asserentes, eam de non legitimo fuisse susceptam, à paterna hereditate tanquam illegitimam amovere conantur. Mandamus itaque, quatenus, si est ita, dictam viduam legitimam nuntietis. *Qui filii sint legitimi. cap. Pervenit.*

4. Illegitimus non potest fieri Episcopus. *Greg. VII. lib. 2. ep. 50. Vide, Episcopus. tit. 1. n. 3. Vide, Eligendus.*

5. Illegitimus potest postulari, non eligi. *De Electione. cap. Innotuit. & cap. Cùm Vito-venis. Vide, Electores. n. 1. & 3. Vide, Electus. in fine.*

6. Illegitimus non potest ordinari. *De Filiis Presbyterorum. cap. Ut Filii. infra.*

7. Illegitimus, etiam si sit filius Sacerdotis, potest ordinari, si sit Religiosus. *Ibidem. & Conc. Lateran. 3. tit. de Ordinatis. Filior. c. 2. infra.*

8. Si factus Religiosus, non potest ad Prælaturam promoveri.

Ut filii Presbyterorum & cæteri ex fornicatione nati ad sacros Ordines non promoveantur, nisi aut monachi fiant, vel in congregatione Canonica regulariter viventes; Prælationem verò nullatenus habeant. Sed neque servi, nisi à Dominis suis libertate donentur. *De Filiis Presbyterorum. cap. 1. Ut Filii.*

Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod filii Sacerdotum, nisi in monasterio, vel Canonica Regulari, si probata vita fuerint, & conversationis habitus, ad Diaconatum vel Sacerdotium non debent admitti. *Conc. Lateran. ubi supra. c. 2.*

Ut nulli filii concubinarum ad Ordines vel aliquos

honores Ecclesiasticos promoveantur, nisi monachaliter vel Canonice vixerint in Ecclesia. *Conc. Claram. cap. 11.*

9. Illegitimus filius etiam de uxore, ordinari non potest sine dispensatione.

Intelleximus, quod H. in Sacerdotio genitus, de uxore legitima natus & conceptus, affectavit à pœnitia, ministrare Domino in officio Clericali. Verùm licet à filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur, si tamen aliter dignus inventus fuerit, permittimus ipsum ordinari in Clericum, & ad Ecclesiasticum beneficium, undè commodè sustentari valeat, promoveri. *De Filiis Presbyterorum. cap. Litteras.*

10. Illegitimus, qui hoc tacito, per rescriptum impetravit Ecclesiam paternam, est removendus.

Ad præsentiam nostram accedens R. Presbyter, tacito, quod esset filius Sacerdotis, impetravit à nobis, ut in E. in qua Pater ejus ministravit, existeret Capellanus. Ideoque mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod memoratus R. sit in Sacerdotio genitus, & quod Pater in eadem Ecclesia ministravit: non obstantibus prædictis litteris nostris, ipsum amoveas ab eadem. *Ibidem. cap. Ad præsentiam. cap. Presentium. & cap. Conquerente. Vide, Filii. tit. 5. n. 22.*

11. Per Papæ dispensationem potest E. Paternam obtinere.

Dilectus filius &c. monstravit, quod, cum Virgilius Presbyter quandam Ecclesiam, curam animarum habentem, quam nullò modò habuit Pater ejus, obtineat, ipsum monuit, ut resignaret eandem; sed idem asserens, quod H. Remensis Archiepiscopus, tunc A. S. Legatus, dispensavit cum eo, id efficere contradicit. Quocirca mandamus, quatenus non obstante dispensatione aliqua, quæ à S. A. non manaverit, quod Canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis. *Ibidem. cap. Dilectus.*

12. Illegitimi institutio est nulla. *Ibidem. cap. Ad abolendam. infra.*

13. Instituens illegitimum in Ecclesia, in qua fuit pater hujus, privatur suis beneficiis.

Ad abolendam pessimam (quæ in pluribus inolevit, EE.) corruptelam, firmiter inhibemus, ne Canonico-rum filii, maximè spurii, Canonici fiant in secularibus EE. in quibus instituti sunt patres eorum. Et si fuerit contra præsumptum, decernimus, non valere. Qui verò tales (ut dictum est) canonicare præsumpserint, à suis beneficiis suspendantur. *Ibidem. cap. Ad abolendam.*

14. Illegitimus absque Papæ dispensatione promoveri non potest ad dignitatem.

Nimis in tua Provincia Ecclesiæ deformatur honestas, ex eo, quod filii Sacerdotum, & alii non legitimi nati, ad dignitates, & personatus, & alia beneficia, curam animarum habentia, sine dispensatione S. A. promoveantur. Quocirca mandamus, quatenus prædictis personis à personatibus, & dignitatibus, & hujusmodi beneficiis prorsus amotis, ea personis idoneis confecti facias per illos, ad quos collationes ipsorum de jure noveris pertinere, & ne id de cætero præsumatur, districtius inhibemus. *Ibidem. cap. In. Nimis in tua*

15. Illegitimus propter eminentem scientiam dispensatur à Papa ad Episcopatum. *De Electione. cap. Innotuit. Vide, Electores. n. 3.*

16. Illegitimus in Ordinibus minoribus potest dispensari ab Episcopo, sic etiam in beneficiis sine cura; in aliis verò indiget dispensatione Papæ, & talis dispensatus unum tantum beneficium habere potest. *De Filiis Presbyterorum*

in 6. cap. 1. Vide, Episcopus. tit. 88. n. 2. dist. 56. cap. ultimo. Quia simpliciter. Vide, Filii. tit. 5. n. 5.

17. Illegitimus dispensatus à Papa ad dignitates, Episcopatum &c. intelligitur etiam dispensatus ad alia, ut hæreditatem &c. *Qui Filii sint legit. cap. Per venerabilem. ibid. tit. 14. n. 6.*

18. Illegitimus dispensatus à Papa ad beneficium curatum, si aliam petit dispensationem, tacitè primà, nulliter dispensatur, & subrepticè. *De Filiis Presbyter. cap. In. Nimis in tua. supra. n. 14.*

19. Illegitimi Clerici non admittendi ad Canonicatus Sancti Joannis Laterani, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Majoris, sine Papæ dispensatione, nec valet dispensatio pro aliis obtenta in forma generali, nisi fiat mentio de his EE. *Greg. XI. const. 8. Et si à sacris.*

20. Illegitimis, etiam legitimatis, fieri non possunt donationes, legata &c. de bonis Ecclesiasticis, vel de fructibus ex eis acquisitis. *Pius V. const. 17. Que Ordini. Neque de bonis patrimonialibus Clerici. Ibidem. in declarat.*

21. Illegitimi recipi non possunt ad Ordinem Regularium. *Sixt. V. const. 71. Cum de omnibus. Sed Jesuitæ habent privilegium in hoc. Vide, Jesuitæ.*

22. Sed pro omnibus eam revocat *Greg. XV. const. 3. Circumspecta. Et concedit Superioribus Religionum, ut possint cum illegitimis receptis ad dignitates & officia dispensare. Ibidem.*

23. Illegitimis in Diocesi Valentis in Hispania, & aliis Diocesium, etiam si legitimi sint, conferri non possunt Canonicatus, præbendæ, & aliæ dignitates. *Sixt. V. const. 84. Cum Cælestis.*

Vide, Filii spurii, naturalis, & illegitimi. Vide, Filii Clericorum.

Illegitimare.

1. Illegitimare aliquos, ne possint matrimonium contrahere, pertinet ad E.

Ecclesia non potuit illegitimare aliquas personas, sic quod non possint contrahere matrimonium. *Inter errores damnatos, relatos in Conc. Senon. c. 17.*

Illicitum.

1. Illicitum in necessitate fit licitum. Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & Sabbathum custodiri præceptum est: Machabæi tamen sine culpa sua in Sabbatho pugnabant. Sic & hodie, si quis jejuniū fregit agrotus, reus voti non habetur. *De Regulis Juris. cap. Quod non est.*

2. Illicitum factum non subsistit. Quod latenter, aut per vim, vel aliis illicitè introductum est, nullà debet stabilitate subsistere. *Ibidem. cap. Quod latenter.*

3. Quod alicui suo non licet nomine, nec alienò licebit. *De reg. Jur. in 6. reg. 67.*

4. Cùm quid unà vià prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. *Ibidem. reg. 84.*

Illetteratus.

Vide, Ignorans.

Tonus II.

Illyricorum Collegium Laureti.

Vide, Laureti.

Illusiones Dæmonum.

Vide, Dæmon.

Imagines.

1. Imagines Christi & Sanctorum colendæ sunt.

Imagines, quas tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum rogasti, misimus: unde valde nobis tua postulatio placuit, quia illum totò corde, totà intentione quaeris, cujus imaginem præ oculis habere desideras, ut te visio corporalis quotidiana reddat exercitatum, ut dum picturam illius vides, ad illum animò inardescas, cujus imaginem videre desideras... Scio quidem, quod imaginem Salvatoris nostri non ideo petis, ut quasi DEUM colas, sed ob recordationem Filii DEI in ejus amore recalescas, cujus te imaginem videre desideras. Et nos quidem, non quasi ante Divinitatem, ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem, aut natum, aut passum, sed & in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura, quasi Scriptura, ad memoriam Filium DEI reducit, animum nostrum, aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. *Gregor. I. lib. 7. ex reg. ep. 54.*

2. Imagines non adorantes sunt hæretici: & anathema est contrarium dicens.

Eecce, charissimi Fratres, consideramus, quid DEO mandante Moyses fecerit, quidve Salomon sapientissimus jussu construxerit Divinò, quando debemus purò corde & animò sculptam Christum DEUM nostrum sanctamque semper Virginem ejus Genitricem Mariam, Apostolos quoque, vel omnes Sanctos DEI, per eorum sacras effigies, atque imagines, colere, vel adorare, & ad propitiandum nobis petere, relaxari delicta. Nos non ob aliud nomen imagines facimus, & adoramus, sed pro nobis incarnato Verbo DEI. Si autem manu facta omnia abjicienda sunt, neque Arca fœderis, neque aurei & celati Cherubim ejus, debuerunt recipi, &c. Si verò illa suscepta sunt, & hæc imagines opportuna recipiuntur, quoniam secundum DEUM fiunt, unde & operantur, sicuti & Arca multa miracula... Et ne quis aliter propter adorationem, quæ à Prædecessoribus nostris SS. Præfatis promulgata est, oblatrare præsumat: Sciat ipsos talem adorationem docuisse, qualem prædecessor noster Sanctus Gregorius, egregius Doctor & Papa, in Epistola sua, quam, ubi inter cætera Secundianum, servum DEI, inclusum Gallie, docuit, dicens: Scimus, quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut pro Deo, aut quasi Deum colas, &c. *Ubi supra. Conc. Roman. 3. sub Greg. II.*

Euthymius SS. mus Episcopus Sardensium dixit: Et ego ante lectis Beatissimi Papæ veteris Romæ litteris, sincerè & irrepugnabiliter in hæreo, confentio & confiteor de Orthodoxa Fide, deque Sanctis videlicet & venerandis imaginibus, non veluti hoc sit novum aliquod dogma, aut nuperum inventum recipiens, sed clarè cognoscens ex Apostolica Traditione, sanctorumque Doctorum in Ecclesia jussu per manus nobis traditum: ob eam causam venerandas imagines ex toto corde cum debito honore & salutatoria adoratione suscipio. Eos verò qui secus sentiunt, aut reclamant, contrariè docent, alienos à Catholica Ecclesia arbitror, renuntio, & hæreticos proclamo. *Conc. Nicænum. 2. Actioe 2.*

Apostolicas autem Ecclesiæ Traditiones, quibus veneratio cultusque Sanctorum docentur, recipimus & veneratur. Eos autem ut ministros, amicos & filios DEI existentes, honoramus. Honor enim, qui à confertis idem sententibus invicem exhibetur, indicium est benevolentis erga dominum: sunt enim promptuarioria Dei, & pura Christi habitacula, Spiritus Sancti immaculata specula... Cùm etiam sanctas imagines reveremus, principio, adorantes DEI Verbi propter nos incarnati, D. N. & Servatoris JESU Christi, qui formam servi assumpsit, imaginem... Adoramus

Gg

quil

quidem Christi imaginem, quemadmodum facies ejus visa est, non tamen à Deitate separata; absit ut ita sentiamus, cum ab ipsa prima conceptione cum Deitate unita sit. . . Veneramus etiam & adoramus imaginem Deiparæ, & Dominæ nostræ irreprehensibilis, immaculatæ, & inexplicitæ castitatis Matris, quæ illum peperit. Quin etiam SS. Apostolorum, Prophetarum, & SS. Martyrum, Sanctorumque & Beatorum, veluti amicorum DEI imagines colimus, non in materia, aut coloribus, honorem constituentes; sed per hoc officium nostrum, quod ipsis aded, quorum typum imagines gestant, debemus, impetientes; cum sciamus juxta Basilii Magni sententiam, quod imaginis honor exhibitus, ad ipsum prototypum referatur. Ad eos verò, qui contentiosius nobiscum agentes, negant fas esse SS. imagines adorare, cum sint manufactæ, ob id etiam idola impii illi eas vocant, sciant hi, quod & Cherubin, & propitiatorium, & Arca, & mensa, quæ admirandus Moyses ex Dei mandato præparavit, manu hominum facta sunt & adornata. Divina enim Scriptura reprehendit eos, qui sculptilia adorant, & qui demonibus immolant. Gentium enim sacrificia abominanda erant, justorum verò probanda. Cum igitur satis crasse Scriptura venerandas imagines recipit, adorare eas licitum est, sed prototypi causâ. . . Benedictus etiam DEUS, quod Orientis SS. Præsules in confessione adorationis imaginum venerandarum consensu cum Adriano SS. Papa veteris Romæ, & Tharasio, Beatissimo Patriarcha novæ Romæ, inventi sunt. Qui verò ita non consentunt, anathemati à 318. Patribus hic congregatis subiciantur. Sancta Synodus dixit: Fiat, fiat, fiat. *Idem Actio 3.*

Sancta Synodus dixit: Divinis loquorum Patrum doctrinæ nos correxerunt, ex iis veritatem haurientes, &c. Ab iis eruditi, venerandas imagines salutamus patribus annunciantibus bona filiis, obediens sumus; gloriamur autem in facie Matris sanctæque traditionis Ecclesiæ, credentes unum DEUM in Trinitate laudatum, venerandas imagines veneramus. Qui sic non credunt, anathema, qui aliter sentiunt, longè ab Ecclesia abiciantur. Nos veteri Ecclesiæ legislationi insistamus. Nos statuta Patrum conservemus. Nos, qui addunt, aut auferunt aliquid de Ecclesia, anathematizamus. Nos nuperam Christianorum accusatorum inventionem anathematizamus. Nos venerandas imagines salutamus. Nos, qui sic nolunt, anathemati subijcimus. Christianorum accusatoribus, videlicet Iconoclastis, anathema. Qui ex Scriptura sententias contra idola dictas torquent, anathema. Qui sacras imagines idola vocant, anathema. Qui dicunt, Christianos tanquam Deos imagines amplecti, anathema. Qui communionem habent cum iis, qui sanctas imagines rejiciunt, aut contemnunt, anathema. Qui dicunt, præter Christum aliquem nos à cultu idolorum liberasse, anathema. Qui dicere audent, sanctam Catholicam Ecclesiam idola unquam accepisse, anathema. *Idem Actio 4. § 7. In quibus serò idem repetitur. Concil. Constantinopol. 4. can. 3. Vide, Crux. n. 4. Concil. Constantin. in constit. Martini V. circa medicum. Vide, in Bullario.*

In imaginum autem usum, velut pro erudienda plebe, & omnium animis excitandis utilem, in Ecclesiis nostris retineri serò mandamus; dummodo Pastores nostri populum accuratè moneant, imagines non ad id proponi, ut adoremus, aut colamus eas, sed ut quid adorare, aut colere, aut quarum rerum utiliter meminisse debeamus, per imagines recordemur. Procaces verò imagines, & nimio artis lenociniò ad mundanæ potius vanitatis speciem, quam ad pietatis commotionem effigiatas, in templis proponi omninò vetamus, tam lascivam artis ostentationem frugi & severo Patri-familias intra privatas aedes gravem, templis profus intolerabilem censentes. *Concilium Moguntinum 4. cap. 41. Concilium Tridentinum, ut infra.*

3. Imagines non sunt adorandæ, secundum se & absolute; sed DEUS & Sancti representati per eas.

Peccatum siquidem ad nos fuerat, quod inconsideratè zelo succensus, Sanctorum imagines sub hæc

quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregera. Et quidem quia eas adorare vetuisses, omninò laudabimus; fregisse verò, reprehendimus. . . Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturam historiam, quod sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa etiam ignorantes vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Unde & præcipuè genibus, pro lectione pictura est. . . Frangi verò non debuit, quod non ad adorandum in Ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus Sanctorum depingi historias, non sine ratione vetustas admisit, &c. Et si quis imagines facere voluerit, minimè prohibet; adorare verò imagines, modis omnibus devita; sed hoc sollicitè F. t. admonet, ut ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipiant, & in adoratione solius omnipotentis Sanctæ Trinitatis, humiliter prosternantur. *De consecr. dist. 3. cap. Perlatum. Greg. I. lib. 9. ex Reg. ep. lib. 7. ex reg. ep. 54. supra. num. 1.*

Deinde etiam sanctam omnium Dominæ castæ Dei Matris imaginem, cujus faciem divites populi supplicent: sanctum enim est, ut Patribus videtur. Nam quicumque eam ita venerantur, his sine dubio magna retribuit: quandoquidem imaginis veneratio in prototypum (juxta Magnum Basilium) reddit. Pietate enim plenum est venerandarum picturarum argumentum, ut est auctor Chrysostomus: Si quis alius, ego certè, inquit, ex cera fulsem picturam pietate plenam amavi. Vidi enim Angelum turmas barbarorum in imagine persequentem, & David verè dicentem: Domine, in civitate tua imaginem eorum annihilabis. Neque unquam Ecclesia erravit, in hoc, quod dixerit, DEUM nobis imagines concessisse, neque etiam hoc Ethnicam traditionem sapit. . . Ergo Ecclesiæ capita & columnæ talia fieri permiserunt & tradiderunt: ut in omnium oculis hujusmodi picturæ exhiberentur, sacer ille & venerandus Typus, quò juxta humanitatem Christus, qui peccata mundi abstulit, velut columna erigeretur, per quam humilitatis DEI altitudinem nosceremus, & dispositionem illius incarnationis in memoriam reduceremus, inque agnitionem sacratæ noctis illius veluti manuduceremur. . . Neque tamen in hoc quicquam, quod à divinis discordat, dicitur, &c. Quòd si quispiam Judaicò animò nobis objiciat, ea, quæ in eos, qui insanò in idola amore ferebantur, dici solent: Ecclesiam nostram idololatricam, propter venerandarum imaginum Divina & admiranda ad promotionem & adductionem ad pietatis studia acceperit: habeatur hic non alius, quam canis oblatrans, & ut in funda à nobis quam procul abijciatur, &c. *Greg. II. ep. 10.*

Et dicit, non lapides, & parietes, ac tabellas adorare: non ita est, ut dicit, Imperator, sed ut memoria nostra excitetur, & ut solida, & imperita, crassaque mens nostra erigatur, & in altum provehatur, per eos, quorum hæc sunt nomina, & quorum appellationes, & quorum hæc sunt imagines, & non tanquam Deos, ut tu inquis. Absit: non enim spem in illis habemus. Ac siquidem imago sit Domini, dicimus: Domine J. C. Fili DEI! succurre & salva nos; sin autem sanctæ Matris ejus, dicimus: Sancta Dei Genitrix, Domini Mater, intercede apud Filium tuum verum DEUM nostrum, ut salvas faciat animas nostras; sin verò Martyris Sanctæ Stephane, qui pro Christo sanguinem tuum fudisti, qui ut Proto-Martyr loquendi confidentiam habes, intercede pro nobis, &c. *Idem ep. 12.*

Sit am candidè, quam curiosè hæreticus ea loca perlustrasset, quibus Scriptura passim ab idolorum & simulacrorum cultu revocat, nequaquam certò tantò strepitu Christianos ab imaginum honore deterreret. Neque enim, dum Catholicus quispiam Sanctam Christi veneratur imaginem, aliquid numen illi libelle putat, aut quasi Deum colit: sed ob recordationem Filii Dei, ut in ejus amore recalescat, cujus imaginem videre desiderat. Et nos quidem, non quasi ante divinitatem, ante imaginem prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem, aut passim, vel in throno sedentem, recordamur. Et dum per ipsam picturam, quasi per Scripturam, ad memoriam Filium Dei reducimus,

uni-

animum nostrum de resurrectione latificat, aut de passione mulcet, &c. *Concilium Synonen. cap. 14.* Cum utiliter & legitime imaginum usus, intra eos limites contineri merito debeat, ut simplex populus, non ipsas imagines adorare, aut fiduciam in eis ulam ponere: sed quem adorare, quosve honorare, & unde omnia bona sperare debeant, per imagines discant recordari, &c. *Conc. Moguntin. 4. cap. 42. Conc. Tridentin. sess. 25. in Decret. de Invocatione Sanctorum.*

4. Imagines adorando, non adorantur idola, sed DEUS in eis, & Sancti representati. Gregor. II. ep. 10. & 12. Concil. Nicænum 2. Actio 5. in fine. Conc. Moguntin. 4. cap. 42. supra. n. 2. & 3. Concil. Trident. sess. 25. l. c.

5. Imagines Sanctorum depingendæ sunt; & antiquitùs, ac semper fuerunt depictæ.

Sancta Dei Catholica Ecclesia, ad pœnitentiam & cognitionem observationis mandatorum Dei, omnes nostros sensus trahit, & ad gloriam Dei cognoscendam studet nos deducere, non modò per auditum, sed & per visum morum correctionem moliri cupiens; quare ea, quæ acta sunt, omnium oculis optat etiam esse conspicua. . . Ità imaginum picturam jugis contemplatio continuò memoriàm exercet, nè iterum recurratur ad proprium vomitum. Si quem autem amore meretriciò detentum, rapere cupit, casti Joseph imaginem proponit, qui adulterium execrans, & temperantia illud vicit; atque hoc ipsum factum in imagine representatum amatorum hujus virtutis multum confirmat, &c. Ipsa autem pictura ad recordationem temperantis & continentis vitæ facit, &c. Traditionem itaque Ecclesiæ recipimus, legislationem ejusdem veneremur; nè flocci pendamus piàm & divinam consuetudinem: in verera & prisca judicia, nè simus curiosi. Omne enim, quod in recordationem Dei erigitur, acceptum illi esse constat. Qui autem se excludunt ab ista traditione, quam acceptarunt, quicumque Germani in Ecclesia Catholica filii fuerant, an non sunt nothi, & minimè legitimi? &c. *Conc. Nicænum 2. Actio 6. circa finem. Idem Actio 3. 4. & 5. Vide, supra. n. 2. Greg. II. ep. 10. Ad Leonem Imperatorem. Vide, ibidem.*

6. Etiam in veteri lege fieri solitæ erant imagines, & adoratæ erant.

Dic itaque, & Judææ quid est super terram, quod non sit manufactum, cum à Deo sit factum? Nunquid Arca Dei, quæ ex lignis Sethim fabricata, atque constructa fuit, manufacta non est? Et altare, & propitiatorium, & urna, in qua erat manna, & mensa, & candelabrum, & tabernaculum interius, & exterius, non fuerunt ex hominum operibus manuum, quæ Salomon fecit? Erant Sancta Sanctorum vocantur manufacta existantia: Nunquid Cherubin, & fenarum alarum animalium, quæ in circuitu altaris erant, non fuerunt imagines Angelorum, opus manuum hominum? Quomodo non abijciuntur? Quia verò per præceptum Dei imagines factæ sunt Angelorum, Sanctæ sunt, & hæc animalia erant: etenim idola gentium, quia imagines fuerunt Demonum, Deus deposuit, & condemnavit ea, nos autem ad memoriam Sanctorum imagines facimus; Abrahæ videlicet, Moysi, Helie, Zachariæ, & reliquorum Prophetarum, Apostolorum & Martyrum Sanctorum, qui propter DEUM interempti sunt, ut omnes, qui vident eos in imagine, memorentur eorum, & glorificent Dominum, qui glorificavit eos. *Adrianus I. ep. 1.* Ergo veteres figuras, & umbras, ut veritatis indicia, & prælagia, Ecclesiæ traditas amplectentes, gratiam præferimus, & veritatem, hanc ut plenitudinem legis suscipientes. Ut ergo perfectio etiam per colorum operationes in eundem vultibus depingatur, Agni Christi Dei nostri, qui tulit peccata mundi secundum humanitatem, characterem, & imaginem, pro veteri agno depingi distinimus. *Idem ep. 2.*

Præterquam itaque SS. PP. traditionem, quam à prædecessoribus nostris, BB. & Orthodoxis Pontificibus, qui

Tomus II.

post Beatum Petrum in ejus A. S. residerunt, nobis observandam suscepimus, & hæctenus immutata hæc Sancta Cath. & Ap. tenet, ac defendit E. Oportet ergo totà mentis intentione, summique desiderii conamine venerandas, tam D. N. J. C. quam suæ Sanctissimæ genitricis, & BB. Apostolorum, atque omnium Sanctorum imagines venerari, & colere: ut eò quò valemus adnixi, contra hæreticorum, qui earum venerationem populum prohibent, resistere studeamus, &c. Apparuit nempe Deus Abrahæ Patri nostro, non in carne, neque in anima, sed in specie trium virorum. . . Apparuit denique Jacob, per subjectæ creaturæ speciem; unde & dixit: vidi Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea. Ecce incorporeus DEUS, & invisibilis per speciem subjectæ creaturæ, ita se mortalium voluit videri obtutibus, ut credentibus esset ad gratiam: Cur nobis Sanctorum icones, quos corporeos & visibiles esse credimus, si illos, ut verè Christi veneremus amicos, poterunt esse ad culpam? &c. *Nicollaus I. ep. 2.*

7. Ex multorum SS. Patrum testimonio imagines sunt pingendæ, & adorandæ.

Nam ipse Princeps A. A. B. Petrus, qui A. S. primitus præfedit, &c. Et ipse quoque suis consulis ac tradidit divinò jussu successoribus Pontificibus, quorum traditione Christi sacram effigiem, sanctæque ejus Genitricis, Apostolorumque, vel omnium Sanctorum venerantur imagines. Ex eo enim, quò Christi Dei nostri Ecclesia tempore quietis, & pacis aperta sunt fores, hæctenusque depictæ Ecclesiæ imaginibus sunt ornate, B. atque SS. Papa Sylvestrò restant, &c. *Adrianus I. ep. 1.*

Quia ergo sanctas imagines Christi Dei nostri, qui secundum nos, & pro nobis, & propter nos incarnatus est juxta humanum characterem, atque sanctæ intemeratæ, & reverè Dei Genitricis, nec non & Sanctorum, ejus vestra dilecta sanctitas colere, atque adorare, pollicita est: idcirco ejus orthodoxum propositum, si quemadmodum cepit, perseveraverit, modis omnibus collaudamus. *Idem ep. 2.*

8. Imaginum usus est maximæ necessitatis & utilitatis in Ecclesia. Gregorius II. ep. 12. supra. n. 3.

9. Imagines Sanctorum non sunt violandæ. Violantes, vel prosterpentes imaginem Crucis, B. V. vel SS. graviter puniendi.

Venerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque servant eis ut Diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis spectant futurum judicium, sed ad memoriàm & recordationem primitivorum venerantur eas, & adorant, sed non servant eis cultu divinò, nec alieni creaturæ. *De consecr. dist. 3. cap. Venerabilis. cap. Perlatum. supra. n. 3.*

Ceterum detestabilem abusum horrendæ indevotionis illorum, qui Crucis, Beatæ Mariæ Virginis, aliorumque Sanctorum imagines, seu statuas, irreverenti ausu tractantes, eas in aggravationem cessationis hujusmodi prosterpunt in terram, & urticis, spinisque supponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri de cætero districte prohibemus: statuentes, ut in eos, qui contra fecerint, ultrix procedat dura sententia, quæ delinquentes sic puniat graviter, quòd alios à similibus præsumptione compellat. *De officio oratorum in 6. cap. Si Canonici.*

10. Imago Christi non est representanda in Agno, sed in figura humana.

Sextam sanctam Synodum recipio cum omnibus Canonibus suis, in quibus dicitur: In quibus picturis sanctarum imaginum Agnus præcursoris digitò ostensus depingitur, qui in figuram gratiæ tranlit, verum nobis per legem Moysi demonstrans Agnum JESUM Christum Dominum nostrum. Antiquis ergo figuris & umbris ad veritatis præfigurationem sanctæ Ecclesiæ traditis valedicentes, gratiam & veritatem præferimus, & sic plenitudinem legis recipimus: verum igitur Agnum Dominum nostrum JESUM Christum, secundum imaginem humanam, amodò etiam in imaginibus pro veteri agno depingi jubemus. *De consecr. dist. 3. cap. Sextam sanctam.*

11. Imagines Sanctorum per excommunicatos non permittantur pingi in Ecclesiis; admittens eos ad pingendum, excommunicatur. *Concilium Constantinopolitanum. 4. cap. 7. Vide, Excommunicat. tit. II. num. 34.*

12. Imagines lascivæ in E. non tolerandæ. *Conc. Senon. & Mogunt. ut infra.*

13. Imagines SS. non pingendæ cum procacitate venustate.

Et ut nihil sine discretione in Ecclesia Dei fiat, expediens & rationale visum est, propter lascivas imagines, & veritati Scripturæ non convenientes, si impostero præcedente Episcopi, aut commissi ejus iudicio, & visitatione, imagines in Ecclesia collocentur. *Concil. Senonen. in decret. mor. cap. 40. Concil. Mediolan. ut infra. n. 15. Concil. Moguntinum 4. cap. 41. supra num. 2. Concilium Tridentinum sess. 25. in decret. Invocat. Sancti.*

14. De novo non collocandæ imagines in EE. nisi ex probatione Episcopi, nec etiam in EE. exemptis exponi possunt, sine Episcopi approbatione. *Conc. Mediolan. p. 1. tit. Quæ servanda sunt de sacris imaginibus. Vide, Pingere. n. 6.*

15. Imagines sacræ pingi non possunt in Ecclesia, inconsulto Parochò.

Hæc & reliqua hujusmodi ex Tridentini Conc. præscripto, ut commodius Episcopi exequantur, convocent suarum Diocesium pictores, & sculptores, omnésque pariter doceant, à quibus cavere debeant in sacris imaginibus effingendis: curèntque, ne illi inconsulto Parochò aliquam sacram imaginem publicè, vel privatim effingant. Quòd si qui deliquerint, puniantur tam artifices, quàm illi, quorum sumptibus, vel jussu, effectæ erunt imagines. Parochi verò Episcopo significant, quæ ille iudicavit in sacris imaginibus effingendis ad se, propter difficultatem, deferri debere. Quòd si quæ jam pictæ imagines, factæve simulacra, ob artificum temeritatem, aut inscientiam, ejusmodi fortasse fuerint, ut ferenda nullò modò videantur; ea curent Episcopi, doctorum etiam & peritorum virorum consilio adhibito, ut omnino deleantur, vel saltem aliquâ ratione corrigantur. *Concil. Mediolanen. 1. tit. Quæ servanda sunt in sacris imaginibus. Conc. Senonen. in decretis morum. cap. 40. supra.*

16. Si ad aliquam imaginem fiat concursus populorum, & purent populi aliquid divinitatis in ea esse, de consilio Theologorum, & aliorum, mutanda est illa imago, & alia in eo loco reponenda.

Nos prævæ superstitioni viam præcludere volentes, omnibus locorum Ordinariis injungimus, ut si forè in territoriis suis ad imaginem aliquam concursus fieri, & homines ad ipsius imaginis figuram respectum habere, & quasi quandam Divinitatis opinionem illi tribuere animadverterint, ipsam imaginem, (adhibitis prius in consilio Theologorum, & Christianarum antiquitatum scientissimis, juxta ac piensissimis viris) pro causæ qualitate, aut tollant, aut mutant, & aliam, à prima notabili quantitate differentem, reponant, ne rudis populus in intellectu suo depressus, & ideo per media corporalia à divina erigendus, spem suam contra Ecclesiæ intentionem in corporali, & quidem certa imagine privatâ phantasiâ atque inhaesione collocet: quasi in illa sit quædam necessitas, ut per eam, & non aliter, inducantur DEUS & Sancti id facere, quod petuntur. Verùm hæc omnia, ut dictum est, de T. T. & sapientissimorum virorum sententia, ut sic salubri Ordinariorum providentiâ à pernicioso idololatricæ sceleris populi præservetur simplicitas. *Concil. Moguntinum 4. cap. 42*

17. Imagines Sanctorum, qui à Sede Apostolica non sunt canonizati, vel beatificati, non possunt pingi cum radiis, splen-

doribus; nec aliud, quod cultum indicet, aut repræsentet, potest illis tribui. *Urbanus VIII. const. 37. Sanctissimus.*

18. Imagines præfatas sic pingentes, ab Episcopo & Inquisitore iudicandi, & quas pœnas incurrunt. *Ibid. §. 7.*

19. Imagines istorum hominum, si ad Ecclesias deferantur, in loco secreto teneantur, donec à Sede Apostolica super illis fuerit aliquid constitutum.

20. Eadem confirmat *Urbanus VIII. in constit. (in appendice) 22. Cælestis.* Ubi iterum prohibet, ne pingantur, aut teneantur in publicis, aut privatis locis, cum splendoribus, radiis, aut aliis sanctitatis signis, imagines quorumcunque, etiam cum opinione Sanctitatis mortuorum, si à Sede Apostolica non sint canonizati, vel beatificati.

21. Imagines Christi, Beatæ MARLÆ Virginis, Apostolorum & Evangelistarum, pingi non possunt cum habitu vel forma nova, non usitata aliâs in Ecclesia; neque cum habitu Regularium, & sic pictæ delendæ sunt, ac reformandæ. *Urbanus VIII. in append. 2. const. 51. Sacrosancta.* Ordinarii, & alii, possunt in hac causa judicare, etiam Regulares; & quoad hoc revocat privilegia exemptorum, & iudicio aliorum eos submittit.

22. Imagines Sanctorum non sunt pingendæ habitu prophanò, vel indecentiam, aut inhonestatem præ se ferente, & Ordinarii iudicant in hoc etiam exemptos. *Urb. VIII. ibid. Vide, Statuæ.*

Immunitas.

1. Immunitas EE. Clericorum, & rerum eorundem, defendenda est, quia ab omnibus, etiam Imperatoribus, & Regibus (qui numerantur) semper conservata.

Imperator Just. Augustus, Petros, gloriosissimo Præfecto Prætorio: Si quis contra aliquem Clericum, aut Monachum, aut Diaconissam, aut Monastriam, aut asceticam, habet aliquam actionem, aseat prius SS. Episcopum, cui horum unusquisque subiaceat. . . . Ne verò objiciatur, quia de Clerico hoc loquitur, non de Presbytero: sciendum est, quia in eadem constitutione lib. c. 1. legitur, appellatione Clericorum etiam Presbyteros contineri. Verba autem legis ista sunt: Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos, Cantores, & Lectores, quos omnes Clericos appellamus. . . . Imperatores Arcadius, & Honorius Augusti, Theodoro Præfecto Prætorii. Si quis in hoc genus sacrilegii. (*Sequentia Vide sub verb. Ecclesia. tit. 47. num. 35.*) Imperator Honorius, & Theodosius Augusti, Junio Præfecto Prætorii. Fidei ac devotâ præceptione sacrosanctis EE. confugientes adducere, sub hac videlicet definitione, ut si quisquam contra hanc legem venire tentaverit, sciat se Majestatis crimine esse retinendum. . . . Idem ejusdem tit. const. 5. Imp. Leo Augustus, Eutichiano Præfecto Prætorii. Presenti lege decernimus per omnia loca vilitura, exceptâ hæc Urbe Regiâ, in qua nos divinitate propriâ degentes, quoties usus exegerit invocati, singulis causis atque personis præsentanea constituta præstamus, nullos penitus cujuscunque conditionis de Sacrosanctis EE. Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi, confugas. *Et post pauca:* Qui hoc moliri, aut facere, aut nudâ cogitatione saltem, atque tractatu, ausi fuerint tentare, capitali & ul-

ultima supplicii animadversione plectendi sunt. . . . Sicut prædicta Novellarum constitutio continet, quæ de Episcopis loquitur. Ait enim: Sed neque pro quacunque pecuniaria, vel criminali causa ad iudicium civilem, sive militare, invitum Episcopum producere, vel exhibere, citra Imperialem iussionem permittimus: sed iudicem, qui tale aliquid, sive ex scripto, sive ex non scripto, præsumpsit imperare, post cinguli privationem, de 20. librarum auri pœnam exsolvere jubemus Ecclesiæ, cujus Episcopus producti, aut exhiberi iustus est. Executores similiter post cinguli privationem, & verberibus subdendum, & in exilium deportandum. *Item post multa:* Si autem, & à Clerico, aut Laico, quocunque, aditio contra Episcopum fiat, propter quamlibet causam apud SS. ejus Metropolitanam secundum sanctas regulas, & nostras leges causa iudicetur. Et si quis iudicatus contradixerit, ad Beatissimum Archi-Episcopum & Patriarcham Dioceseos illius referatur causa, & ille secundum Canones & leges, huic præbeat finem. Contra hæc, si dictum fuerit, quia nec Metropolitanam habuit, nec Patriarcham, dicendum est, quia à Sede Apostolica, quæ omnium EE. caput est, causa hæc audienda, ac dirimenda fuerat. *Gregorius I. Lib. 11. Ex regest. Epist. 56. cui tit. Capitulare Legum Imperialium pro immunitate Clericorum &c. Idem lib. 8. Epist. 64. Concilium Constantiense post ultimum sess. in confirmat. const. Imperialium. Concilium Ravennat. 1. sub Honorio IV. cap. 9. Vide, Ecclesia. tit. 47. n. 1. 33. & 35.* Ut omnes immunitates in universis EE. conservatæ sint. *Conc. Vernense. cap. 19.*

2. Immunitas E. & personarum, ab Episcopis est defendenda. *De immunitate Eccles. in 6. cap. Decet domum. §. Ordinarii. Vide, Ecclesia. tit. 47. n. 31.*

3. Immunitas E. in duobus præcipue consistit. Primò, ut Clerici eorumque possessiones & bona sint immunia, seu libera à tributis, vectigalibus, muneribus & solutionibus sæculi & Laicorum. Secundo, ut confugientes ad EE. ab eis non extrahantur, nisi in quibusdam casibus.

Immunitas Ecclesiastica vetustissima res est, jure pariter Divinò ac humanò introducta, quæ in duobus potissimum sita est. Primùm, ut Clerici, illorumque possessiones & bona, à vectigalibus & tributis, aliisque muneribus laicis libera sint. . . . Deinde, ne rei criminis, ad Ecclesias confugientes, inde violentè extrahantur, exceptis publicis latronibus, qui per industriam proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorum, qui itinera obsident aggressionum insidias; denique his, qui sub immunitatis spe in EE. ac cæmeteriis delinquant. Quòd si à confugientibus ad EE. paria his commissa sint crimina, quæ reipublicæ referantur, tantisper saltem debet sæcularis potestas à manuum injectione abstinere, donec nostros consulat Officiales, ne devenire necesse sit ad suspensiones à Divinis, & interdicta, quæ visum est antecessoribus nostris, ob violationem ejusmodi immunitatis, editis constitutionibus promulgare. *Concilium Colonien. 2. p. 9. cap. 20.*

4. Immunitate à solvendis tributis, pedaggiis laicorum, gaudent EE. & personæ Ecclesiasticæ. *23. qu. 8. cap. In qualibet. cap. Sancitum est. Et cap. Secundum. Vide, Ecclesia. tit. 47. num. 11.*

5. Immunitas EE. & personarum in solvendis pedaggiis &c. est de jure Divino. *De censibus in 6. cap. Quamquam. Vide, Clerici. tit. 27. n. 4.* Dei ordinatione, & Canonice sanctionibus est instituta. *Conc. Trident. sess. 25. De reform. cap. 20.*

6. Impediens Ecclesiasticos, ne immunitate gaudeant, trahendo ad forum sæcula-

re, vel ne utantur licetis S. A. quas pœnas incurrunt. Vide, *Impediens.*

7. Immunitate gaudet etiam Ecclesia non consecrata. *De immunit. Eccles. cap. Ecclesia. Vide, Ecclesia. tit. 30. n. 29.*

8. Immunitate gaudet reus fugiens ad Ecclesiam, nec potest extrahi, aut damnari ad mortem, vel ad membra, (nisi in certis casibus: infra.) *De immunit. Eccles. cap. Inter alia. Vide, Ecclesia. tit. 51. num. 7. Vide, Fugiens.*

9. Servus fugiens ad Ecclesiam, Domino restitendus, sed cum impunitate promissa. *Ibidem. Vide, ibidem. num. 2. Vide, Fugiens.*

10. Immunitatis Ecclesiasticæ violatio, Episcopo olim reservata. *Extra. de Privilegiis. cap. Inter cunctas. Vide, Confessor. tit. 9. num. 3. Nunc autem Papæ. Vide, Excommunicat. Bullæ Cœnæ.*

11. Immunitate non gaudent, qui in EE. delinquant, vel cæmeteriis, ut occidentes, aut mutilantes in eis. *De immunit. Eccles. cap. fin. Vide, Ecclesia. tit. 47. n. 7. Concilium Colonien. 2. p. 9. cap. 20. Vide, supra. num. 3.*

12. Non gaudent immunitate hæretici, vel suspecti, ad Ecclesiam fugientes. *Joann. XXII. constit. 1. Ex parte.*

13. Immunitate Ecclesiæ non gaudent latrones publici, neque depopulatores agrorum, neque grassatores viarum. *De immunit. Eccles. cap. Inter alia. Vide, uti supra. num. 8.*

14. Immunitate non gaudent hæretici, &c. *Joan. XXII. constit. 1. Ex parte. Vide, Hæretic. pœnæ. Vide, Hæreticorum inhabilitates.*

15. Immunitatem violans Ecclesiarum, vel personarum, laicus, sive iudex, sive alius, ipsò factò est excommunicatus. *De sententia excommunicationis. cap. Noverit. Vide, Ecclesia. tit. 47. n. 12. Est excommunicatus in Bullæ Cœnæ. Vide, Excommunicatio Bullæ Cœnæ.*

Quocumque igitur vim injustam inhibere, & personis Ecclesiasticis suam libertatem vel in hoc afferere volentes, statumus, ut actor Clerico, coram sæculari iudicio actionem intendens, eò ipsò omni causâ cadat, nec amplius ad ejus causâ querelam, etiam coram Ecclesiastico iudice admittatur. Iudicem verò sæcularem, qui causam Clerici, etiam eò consentiente, aut aliam quancunque causam, ad Ecclesiasticum iudicium pertinentem, quales sunt matrimoniales, & similes, iudicandam sibi desumpserit, excommunicationis pœnam ipsò factò incurrere decernimus. Similiter Iudex Ecclesiasticus causas, quas laici ad invicem habent, iudicandas sibi non assumat: nisi tales causæ ad forum Ecclesiasticum, de jure, vel consuetudine, pertinere noscantur. *Concilium Moguntinum 4. cap. 76.*

16. Item facientes statuta, contra Ecclesiasticam immunitatem, sive Magistratus, Rectores, aut Consules, easdem pœnas incurrunt. *De sent. Excommuni. cap. Noverit. Vide, uti supra. num. 15.*

17. Contra violantes Ecclesiasticam immunitatem confirmat omnes pœnas, *Con-*

- cil. Lateranen. 5. sess. 9. in Bulla. de Refor. Curie. cap. 3. Vide, in Bullario. Etiam latas per Extravagantes incognitas; & tandem Greg. XIV. const. 7. Cum alias.*
18. Casus seu delicta, quæ faciunt, ut aliquis non gaudeat immunitate Ecclesiæ. Isti laici si confugiant ad Ecclesiam, non gaudent immunitate. Latrones publici, viarumque grassatores, qui publicas fratas obfidunt, ac viatores ex insidiis aggrediuntur. Depopulatores agrorum. Homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesia committens, vel in cæmeteriis. Occidentes aliquem proditoriè. Assassini, hæretici, relictæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis. *Gregor. XIV. constit. 7. Cum alias.*
19. Personæ istæ Laici, si ad Ecclesiæ, vel Monasteria confugerint, si requirantur à Curia seculari, Clerici, Religiosi, &c. debent eos consignare, & absque periculo incurrendi irregularitatem id faciunt. *ibid.*
20. Sed sine expressa licentiâ Episcopi tantum (privativè quoad alias) consignari non possunt præfati delinquentes, aliàs extrahi non possunt. Exceptò casu, quò Episcopus, & aliæ personæ Ecclesiasticæ, apud quas sunt requisitæ, nolint concedere, nec extractioni, aut incarcerationi assistere. *ibid.*
21. Postquam autem extracti sunt ab Ecclesia, reponi debent in carcere Ecclesiastico, & benè custodiri, etiam per custodiam secularis iudicis, & non possunt ex hoc inde abstrahi, nisi per Episcopum, vel alium ab eo deputatum constiterit, an præfati extracti verè commiserint crimina, quæ sibi opponuntur, & sunt præfati generis, quò constitò tradendi sunt curiæ seculari. *ibid.*
22. Hæresis verò crimen judicandum est à iudice Ecclesiastico. *ibid.*
23. Revocantur omnia privilegia, extrahendi de Ecclesia fugientes ad eam, quibuscunque concessa. *ibid.*
24. Pragmatica Gallicana, præjudicialis immunitati Ecclesiæ, abrogata est à Concilio Later. 5. sess. 11. const. 3. Pastor æternus. Nullus potest eâ uti. *ibid.*
25. Immunitatis Ecclesiarum læsiones & præjudicia, etiam per conniventiam aut tolerantiam adhuc vigentia, abrogantur & annullantur. *Urbanus VIII. in append. 2. const. 47. Romanus Pontifex.* Non juvat præscriptio longissimi temporis, neque nonusus, neque contrarius usus, neque non publicatio, neque permissio, neque permissio impressio nis librorum, qui continent hæc præjudicia illata Ecclesiis per longam moram, neque conniventia, aut tolerantia. *ibid.* Alia hujusmodi consideranda sunt ibi, quia necessaria. Vide, *Ecclesiæ immunit.* Vide, *Clerici.* Vide, *Fugiens.*

Vide, *Excommunic. in Bulla Cæne.* Vide, *Cruce.* Vide, *Ecclesiæ circa confugientes.* Vide, *Ecclesiæ bona.* Vide, *Libertas.*

Impeccabilitas.

Impeccabilitas acquiri non potest ab homine in hac vita. *Clement. de Hæreticis. cap. fin.* Neque exemptus est homo à jejunio, &c. ob quamcunque perfectionem acquisitam. *ibid. Concil. Vienn. General. Vide, Beguine. n. 3.*

I. Impedimentum.

1. Impedimenta electi probari possunt per Laicos, & foeminas, non per famam, & auditum.

Tam literis vestris, quàm depositionibus testium intelleximus, nihil esse contra Lucanum electum sufficiens ostensum, nisi de auditu tantum & fama: cum super aliis, si qua fortè videantur esse probata, testes sint, vel soli, vel tales, qui non potuerunt illa legitime comprobare. Quia verò super matrimonio, quod idem electus dicitur contraxisse cum vidua, testes non fuisse recepti propter appellationis obstaculum, ne laici, vel foeminae in tali recipiuntur articulo contra ipsum, nos, ut tantæ irregularitatis objectio non remaneat indiscussa: Mandamus, quatenus testes, sive Laicos, sive foeminas, (duntaxat idoneos) qui ad hoc fuerint probandum inducti, recipiatis legaliter, & examinetis prudenter, excommunicantes solemniter, si quis eos impedire præsumpserit, quò minus testimonium perhibeant veritati. *De Testibus Ec. cap. Tam literis.*

2. Impedimentum non præstat, quod de jure non fortitur effectum.

Non præstat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum. *De reg. jur. in 6. reg. 52.*

II. Impedimenta matrimonii.

1. Impedimentum matrimonii ex consanguinitate non excedit quartum gradum. *De Consanguinit. & Affinit. cap. Non debet. Vide, Affines. n. 8. Vide, Gradus. Vide, Matrimonium.*

2. Impedimentum matrimonii ex cognatione spirituali, ex quot capitibus oritur. Vide, *Cognatio spiritualis.*

3. Ex cognatione legali quamdiu duret.

Per adoptionem quaerita fraternitas eò usque impedit nuptias, donec manet adoptio: ideoque eam, quam pater meus adoptavit & emancipavit, potero uxorem ducere. Atque & si me emancipatò, illam in potestate retinuerit, poterimus jungi matrimonio. Itaque volenti generum adoptare, suadetur, ut filiam emancipet. Similiter suadetur ei, qui velit nurum adoptare, ut emancipet filium. *30. quest. 3. cap. Per adoptionem.*

4. Impedimentò cessante, reassumitur matrimonium.

Nos autem perspicaciter attendentes, quòd impedimentum illud non erat perpetuum, quòd præter Divinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo potuit removeri, sententiam divortii per errorem, licet probabilem, novimus esse prolatam, cum pateat ex post facto, quòd ipsa cognoscibilis erat illi, cujus simili commiserat; & ideo inter ipsam & primum virum dicimus matrimonium existisse. *De frigidis & malef. cap. Fraternalitatis.*

5. Machinatio mortis conjugis impedit matrimonium.

Si qua mulier in morte mariti sui cum aliis consiliata est, & ipse aliquem illorum, se defendendo, occiderit, potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere; ipsa autem insidiatrix penitentia, absque spe conjugii, ster subjecta. *De Divortio. cap. 1.*

6. Im-

6. Impedimentum insanabile dirimit matrimonium. *De Consanguin. & Affin. cap. Ex litteris. Vide, Gradus. n. 9.*

7. Impedimentum matrimonii, probatum per dictum alicujus non juratum, quam vim habet.

Præterea de muliere, quæ à viro impeditur, cujus consanguineus cum ea se deliquisse proponit, sed hoc publicè confiteri recusat, propter metum & potentiam mulieris: taliter respondemus, ut matrimonium ipsum fieri (nisi Juramentum intervenisset) districtè prohibeas, ne deterius inde contingat. *De Sponsalibus. cap. Præterea. ll. 2.*

8. Impedimentum matrimonii malitiosè opponens, quomodo puniendus.

Si quis autem ad impedendam legitimam copulam malitiosè impedimentum objecerit, Ecclesiasticam non effugiet ultionem. *Concil. Lateran. 4. cap. 51. in fine.*

9. Ecclesia potest instituere impedimenta dirimentia matrimonium. *Conc. Tridentin. sess. 24. Can. 4.*

Vide, *Matrimonium.* Vide, *Affinitas.* Vide, *Comptax.* Vide, *Consanguinitas.* Vide, *Cognatio spiritualis.*

III. Impedimentum publicæ honestatis.

1. Impedimentum hoc oritur ex consanguineorum matrimonio.

Sponsam alterius (maximè si est nubili aetate proxima) nullus consanguineorum aliquando sibi potest matrimonio copulare. *De Sponsalibus. cap. Sponsam. ex Lateran. 3. tit. De Sponsalibus. cap. 23.*

Contractis autem à filio priore sponsalibus, quidam consanguinitatem inter eos esse, Juramentis interpositis, firmaverunt, ideo præfatus H. eandem dare alteri filio nititur, ut juravit. Sed quoniam scriptum est, quòd sponsam fratris frater habere non potest, mandamus, quatenus cum implere propositum, non permittas; sed ut penitentiam agat de illicito juramento; monitione præmissâ, Ecclesiasticâ districtione compellas. *Ibidem. cap. Ad audientiam. sub eodem tit. in 6. cap. 1. infra.*

2. Item oritur ex sponsalibus consanguineorum.

Ex sponsalibus puris & certis, etiam si consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, Religionis, aut aliâ quavis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensûs, oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia, vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissolvendum, impedimentum Justitiæ publicæ honestatis. Quare ille, qui sponsalia purè ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsalium vigore (quibus per publicæ honestatis Justitiam ex secundis sponsalibus subsecutam minimè derogatur) ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus. *De Sponsalibus in 6. cap. 1.*

3. Oritur etiam ex sponsalibus consanguineorum, esto nullis ex quocunque defectu, exceptò defectu consensûs. *De Sponsalibus in 6. cap. 1. supra. Sed Trident. Concil. sess. de Matrim. reform. cap. 3. docet, quòd, quando fuerunt nulla, non oritur impedimentum.*

4. Oritur ex contractu, factò à majori cum minori, etiam invalidè.

Juvenis, qui puellam nondum septennem duxit, quamvis ætas repugnaret, ex humana tamen fragilitate forsitan tentavit, quòd complere non potuit. Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quòd certius existimamus, tenere debemus: tam propter honestatem Eccle-

siæ, quia ipsa conjux ipsius fuisse dicitur: tum propter prædictam dubitationem mandamus, quatenus confortiam ipsius puellæ, quam postmodum duxit, dividat ab eodem. *De Sponsalibus. cap. Juvenis. Ex Conc. Lat. De eo, qui cognovit Ec. cap. 8.*

5. Non oritur ex contractu cum minore ante septennium.

Fraternitati tuæ duximus respondendum, quòd si memoratus vir matrem præfate puellæ, antequam puella illa annum 7. implisset, accepit in uxorem: Matrimonium non dissolvas, sed eundem virum, præfatum mulierem sicut uxorem liberè tenere permittas; cum hujusmodi desponsationes nullæ sint, quæ in cunabulis factæ sunt. Verùm si postquam præfata puella 7. annum complevit, prædictus vir Matrem ejus accepit in uxorem, cum ex tunc sponsalia placere consueverint, inter eos sententiam divortii non differas promulgare, nec ipsum filiam, sive Matrem in uxorem habere permittas. *Concilium Lateranen. 3. in append. tit. De eo, qui consanguineam Ec. cap. 2. de Desponsatione impuber. cap. Duo pueri. cap. Litteras. & cap. Accessit. infra.*

6. Item si contrahatur ante septennium, & consentiant post, oritur ex hoc contractu impedimentum publicæ honestatis. *Ibid. cap. Duo pueri. infra.*

7. Sed oritur ex contractu cum minori post septennium.

Duo pueri Gualelmus & Gualielma matrimonialiter sunt conjuncti, puero sextum, puellâ verò septimum annum agente, qui simul per tres annos manserunt. Tunc Pater puellæ subtrahens eam sponso, ipsam alteri, M. nomine, copulavit, cum quo per septem annos quierè permanit, ipse verò tunc reliquit eandem, quia credebat eam alium virum habere, illum scilicet, cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perveniens, à prædecessore tuo contrahendi cum alia licentiam impetravit, qui quandam, nomine G. consobrinam prioris, in uxorem accepit, &c. Breviter respondemus, quòd impediendo puerili ætate, matrimonium inter G. & G. non fuit: & licet idem, postquam illa nuptialii, potuerit aliam ducere in uxorem; tamen quia dictam S. duxit, consobrinam mulieris ejusdem, sive eam cognoverit, sive non: non debet tamen cum eadem S. propter publicæ honestatis justitiam remanere, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitime copulata. *De despons. impub. c. Duo pueri.*

Super quòd fraternitati tuæ duximus respondendum; quòd si memoratus vir Matrem præfate puellæ, antequam puella illa annum septimum implisset, accepit in uxorem: Matrimonium non dissolvas, sed eundem virum, præfatum mulierem, sicut uxorem liberè tenere permittas, cum hujusmodi desponsationes nullæ sint, quæ in cunabulis factæ sunt. Verùm si postquam præfata puella septimum annum complevit, prædictus vir Matrem ejus accepit in uxorem, cum ex tunc sponsalia placere consueverint, inter eas sententiam divortii non differas promulgare, nec ipsum filiam, sive Matrem in uxorem habere permittas. *Concilium Lateranen. 3. in append. tit. De eo, qui consanguineam Ec. cap. 2. & de Desponsationibus impub. cap. Litteras.*

Mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quòd puella non esset septennis, quando G. desponsata fuit, & postea in eum non consenserit, & quòd idem G. ab hujusmodi desponsatione per te fuerit absolutus: matrimonium inter eundem G. & matrem puellæ celebratum precipias inviolabiliter observari, & eorum prolem denuntias esse legitimam: quia desponsationes & matrimonia ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit. Sanè si præfata puella ante desponsationem septimum annum compleverat, licet prædictus vir à desponsatione ipsius puellæ ipso jure fuerit absolutus, cum ea in eum consentire noluerit: inhonestum tamen videtur, ut Matrem ejus habeat, cuius filia fuit sibi desponsata. *Ibidem. cap. Accessit. ex Concilio Lateranen. 3. in append. tit. de sponsalibus. cap. 7.*

Gg 4

8. Impe-

- 8. Impedimentum publicæ honestatis, quomodo impedit sponsalia, vel matrimonium. *Concilium Tridentinum sess. 24. De reform. cap. 3. Pius V. const. 62. Ad Romanum. Vide, Honestas. Vide, Matrim. prohibetur ratione publicæ honestatis.*
 - 9. Ex sponsalibus conditionatis non oritur. Ille verò, qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis eventum cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de presentì, cum secunda remanere debbit; Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem exstantem, sicuti consentum non habentibus & incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oriatur. *De sponsalibus in 6. cap. 1. §. 116.*
 - 10. A quibus aliis causis oritur hoc impedimentum. Vide, *Sponsalia. Vide, Matrimonium.*
 - 11. Impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus validis non excedit primum gradum. *Concilium Trident sess. 24. de Matrim. refor. cap. 3. Sponsalia invalida hoc non inducunt. Ibidem.*
 - 12. Impedimentum affinitatis ex fornicatione contractæ non excedit primum & secundum gradum. *Ibid. c. 4. Vide, Matrim. prohibetur ratione publicæ honestatis. Vide, Honestas.*
- Impediens, Impedire.**
- 1. Impediens Ecclesiam ordinari, est sacrilegus. *1. q. 1. cap. Sunt quidam. Vide, Eccles. tit. 47. n. 15.*
 - 2. Impediens Sacerdotem in ministeriis, graviter peccat, & nequit dici Sacerdos. *Dist. 88. cap. ultimò. Neque. Vide, Clerici. tit. 37. n. 1.*
 - 3. Impediens causas, nè ducantur ad forum Ecclesiasticum, vel nè quis utatur litteris S. A. excommunicatus est, & non absolvitur, nisi reficiat damna partis. *De immunit. Eccles. in 6. cap. Quoniam. Item impediens, nè causa Clerici fiat coram Ordinario. Ibidem. Vide, Causa Ecclesiastica. n. 11. Vide, Excommunicationes Bullæ Cæne. Vide, Immunitas. Vide, Litteræ Apostolicæ. Vide, Ecclesiarum immunitas. Vide, Clerici.*
 - 4. Impediri debet malum. Vide, *Malum.*
 - 5. Impedientes executionem litterarum A. A. excommunicantur. Terræ autem & loca, ad quæ tales personæ declinant, interdictio supponuntur. Et privilegia in contrarium annullantur. *Leo X. const. 3. In suprema.*
 - 6. Impediens suos subditos, nè cum Clericis faciant contractus, est excommunicatus. *De Immunit. in 6. cap. fin. Vide, Clerici. tit. 44. n. 4. Vide, Excommunic. Bullæ Cæne.*
 - 7. Impedientes delegatum Papæ, nè officium suum exercent, per censuras sunt reprimendi. *Conc. Lateran. 3. In append. tit. De Offic. Jud. Deleg. cap. 2. Vide, Delegatus Papæ. n. 31.*
 - 8. Impedientes Religiosos euntes ad Indias, & Regna Orientalia ad prædicandam

- fidem, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ. *Urban. VIII. in appendice. const. 16. Ex debito. §. 5.*
- 9. Impedientes citationes & executiones causarum, in Urbe Roma pendendum, sive Clerici, sive Laici, quomodo puniendi. *Innoc. VIII. const. 17. Officii nostri.*
- 10. Impedientes, nè frumentum & victualia Romam deferantur, excommunicationem incurrunt. *Julius II. relatus à Clem. VII. const. 3. Ad Sacram. Vide, Excommunic. Bullæ Cæne. Greg. XIII. const. 50. In declarat. Inter. & const. 81. Que est Bullæ Cæne. §. 8.*
- 11. Impedientes Episcopos aliove Prælatos, nè suâ Jurisdictione utantur, incidunt in excommunicationem Bullæ Cæne. *Greg. XIII. const. 81. Consecverunt. §. 16. Vide, Excommunic. Bullæ Cæne.*
- 12. Impedire debet Superior malum, & si non impedit, censetur consentire. Negligere, cum possis, deturbare perverfos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. *2. qu. 7. cap. Negligere. Vide, Errare. Vide, Error.*
- 13. Impedire potens & debens malum, si non impedit, est author illius. *Concil. Later. 3. In appendice. tit. de Pœnit. cap. 1. Vide, Homicida. n. 16. Ibi. §. 111. etiam.*
- 14. Impedientes mulieres, Virgines &c. nè Religionem ingrediantur, vel nè votum emittant, sine iusta causa, incurrunt excommunicationem. *Conc. Tridentinum. sess. 25. Ec Reform. Regulæ. cap. 18.*

Impœnitens.

- 1. Impœnitentes ut Ethnici tractentur. Erga eum, qui peccata sua non punit, tales esse debemus, sicut Dominus præcepit, dicens: (Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.) Et sicut Apostolus docuit, dicens: Subtrahite vos ab omni fratre, ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam tradidimus vobis. *26. qu. 7. cap. Erga eum.*
- 2. Impœnitens Presbyter, ex negligentia nolens facere pœnitentiam, detrudendus est in monasterio. *Dist. 81. cap. Dicitur est. Vide, Degradatus. n. 2. Vide, Lapsi. Vide, Pœnitentia.*

I. Imperatoris electio, & qualitates eligendi.

- 1. Imperator eligendus ab Electoribus Germanis. Verùm illis Principibus Jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, (ut debemus) ad quos de Jure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere: præsertim cum ad eos Jus & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in personam Magnifici Caroli à Græcis transiit in Germanos. *De electione Sc. cap. Venerabilem.*
- 2. Imperatoris eligendi qualitates, per Papam examinandæ. Sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscunt, sicut iidem in nostra recognovère præsentia, quòd Jus & autoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendum ad Imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus &

- & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem inpositio manus spectat. *Ibid.*
- 3. Eligi non potest Tyrannus, Paganus, hæreticus, fatuus vel excommunicatus; & electus ungi non potest. Numquid enim, si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia facilem quencunque, vel excommunicatum in Regem, Tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligent, aut paganos, nos inungere, consecrate aut coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omninò. *Ibid.*
- 4. Non valet electio, si Electores sunt contempti. Ex eo, quòd fautores Ducis, absentibus aliis & contemptis, ipsum eligere præsumperunt, pateat eos perpetrâ processisse, cum electioni plus contemptus unius, quam contradictio multorum obstat. *Ibid.*
- 5. Eligendi Jus à Papa datum est Germanis. *Ibid. supra num. 1.*
- 6. Varia alia de electione Imperatoris, ex cap. Venerabilem. Legatus noster, approbando Regem, & reprobando Ducem, nec Electoris gessit personam, utpotè, qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit: Nec cognitoris, cum neutrius electionem quoad factum eligentium confirmandum duxerit, aut etiam confirmandam & infirmandam. Exeruit autem denuntiatoris officium, quia personam Ducis ejusdem indignam, & personam Regis denuntiavit idoneam, quoad Imperium obtinendam; non tam propter studia eligentium, quam propter merita Electorum.... Quòd autem, cum in electione vota Principum dividuntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere possumus: maxime postquam à nobis unctio, consecratio & coronatio postulat, jure patet, pariter & exemplò. Numquid enim, si Principes admoniti & expectati vel non potuerunt, vel noluerunt in unum propositum convenire, Sedes Apostolica Advocatò & defensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam?..... Sunt enim notoria impedimenta Ducis: scilicet excommunicatio publica, perjurium manifestum & persecutio divulgata, quam progenitores ejus & ipsè præsumperunt in A. S. & alias E. E. exercere: fuit quoque à prædecessore nostro excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodum recognovit, dum per nuntium suum absolutionis beneficium postulavit; undè patet, quòd fuit excommunicatus electus.... Insuper si prædictus Dux Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & Imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam si, prout olim frater dicti Ducis Patri eorum, sic Dux ipsi fratri suo succederet, videretur Imperium non ex electione, sed ex successione deberi: Et in præjudicium Principum redundaret, si non nisi de domo Ducis prædicti videretur aliquis ad Imperium assumendus. *De Electione. cap. Venerabilem.*
- 7. Imperatoris electio dependere debet primò à voluntate Papæ, & quare. Quod bene vestra Regalis cognoscit sublimitas, à longo jam tempore vos pro utilitate & exaltatione Sanctæ S. A. matris vestræ, ad culmen Imperii, DEO propitiò, volentes perducere, autoritatis nostræ litteris missis vocavimus, ac postmodum præ magnitudine amoris vestri, relicta nostrâ Ecclesiâ inter favas hostium, non solum Paganorum, sed etiam malorum Christianorum manus ad vos Ravennam pervenimus. *Joann. VIII. ep. 216.* Et quia Carolomannus corporis, sicut audivimus, incommoditate gravatus, Regnum retinere jam nequit, ut de novi electione Regis omnes pariter consideremus, vos prædictò adesse tempore, valdè oportet, & ideo antè nullum absque nostro consensu Regem debetis recipere. Nam ipsè, quia nobis est ordinandus in Imperium, à nobis primùm atque potissimùm debet esse vocatus atque electus: quoniam & nos unâ

- cum vestra fraternitate cupimus tractare, & de hoc, & quò tenore vel ordine communes causas & utilitates Ecclesiarum DEI nobis commissarum, ordinemus. *Idem ep. 155.*
 - 8. Imperator eligendus, debet esse fidelis & obediens Ecclesiæ. Nisi enim ita obediens, & Sanctæ Ecclesiæ humiliter devotus ac utilis, (quemadmodum Christianum Regem oportet) & sicut de R.... speravimus, fuerit, procul dubio ei non modò sancta Ecclesia non favebit, sed etiam contradicet. De prædicto enim Rodulpho Rege, quid S. R. E. speraverit, & quid ille promittebat, tu ipse frater charissime satis cognoscis. Providendum est ergo, ut non minus ab eo, qui est eligendus in Regem, inter tot pericula & labores sperare debeamus. Qua de re quid promissionis Juramentò S. R. E. ab illo requirat, in sequenti significamus: (tit. Juramentum Regis.) Ab hac hora & deinceps fidelis ero per rectum fidem B. Petro A. ejusque Vicario Papæ Gregorio, qui nunc in carne vivit: & quodcunque mihi ipse Papa præceperit, sub his videlicet verbis: Per veram obedientiam, fideliter (sicut oportet Christianum) observabo. *Gregor. VII. lib. 9. ep. 3.*
 - 9. Imperator eligi non potest puer. *Alexander VI. const. 7. firma. Vide, Puer.*
 - 10. Imperatoris coronatio quomodo facienda. *Clemens VII. const. 28. Cum proximo. Vide, Coronatio.*
- II. Imperator erga Papam.**
- 1. Imperium à Papa translatum est à Græcis ad Latinos Occidentales. *De Electione. Sc. cap. Venerabilem. supra n. 1.*
 - 2. A Papa datum est Germanis Principibus Jus eligendi. *Ibid.*
 - 3. Favore Papæ Imperator evehitur ad Imperium. *Joann. VIII. ep. 155. & 216. supra n. 7.*
 - 4. A Papa ungitur Chrismate, benedicitur, coronatur; & ab eo accipit gladium contra infideles. Permittatur ergo præclaro Imperatori quietam ducere vitam atque tranquillam, & Patris suis nullam præsumptionem monstrantibus, Macharæ usum, quem primùm à Petri Principis A. A. Vicario contra infideles accepit, non cogatur in Christi fideles convertere. Liceat, inquam, ei per hæreditarium Regna, sibi Jus derivata, & Apostolicæ Sedis autoritate firmata, & summi Pontificis manu capiti superposito Diademate angustissimè decorata, cum suis fidelibus piè ac iustissimè gubernare. Sinatur omninò à DEO protectum Imperium suum, quod cum benedictione & sacratissimi Olei unctione, S. A. Præfule ministrante, percepit, ad exaltationem & quietem Maris sue, hujus Sanctæ Catholice & Apostolicæ Ecclesiæ, licenter ac rectissimè moderari. *Nicolaus I. ep. 26.* Et quia pridem Apostolicæ memoriæ decessore nostro, Papæ Nicolao, id ipsum jam inspiratione Divinâ revelatum fuisse, comperimus: elegimus merito, & approbavimus, unâ cum annis & voto omnium fratrum & Co-Episcoporum nostrorum, atque aliorum S. R. E. Ministrorum, amplique Senatûs, totiusque Romani populi, gentisque togatæ, & secundum priscam consuetudinem solemniter ad Imperii Romani sceptrum provexit, & Augustali nomine decoravimus, argentes cum oleo extrinsecus, ut interioris quoque Spiritûs S. unctionis monstrarem virtutem, quâ unxit eum Dominus DEUS suus, præ confortibus suis. *Joan. VIII. In Conc. Ticinon. Conc. Rom. sub Joann. IX. Vide, Chrisma. tit. 9. n. 5. Nicol. V. const. 4. Imperator. Vide, Coronatio.*
 - 5. Imperatores & Reges Christiani Papæ subduntur. Inter claras sapientiæ ac mansuetudinis vestræ laudes, Christianissimè Principum, putiori luce tanquam ali-

aliquid Sydis irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edocti Ecclesiasticis disciplinis Romanae Sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subijcitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus Auctorem, hoc est, Apostolorum primum, Dominò loquente, præceptum est: Paice oves meas. Joann. II. ep. 2.

Imperatores, qui piè & in Christo vixerunt, Ecclesiarum Pontificibus obedire minime recusarunt, nec eas vexarunt: Tu verò, Imperator, cum transgressus fueris, ac perverfus evaleris, & manu propria subscripseris, te ipsum subijcens, & confessus fueris, eum, qui terminos patrum tollit, execrabilem esse, in hoc proprio judicio condemnatus es, ac Spiritum Sanctum à te alienasti. Greg. II. ep. 13.

Præterea scriptis, iussisse nos quosdam, qui sub nobis existunt, mitti ad vos, quod longè est à piorum Imperatorum affectu, quorum sicut locum tenetis, utinam ita & pietatem sectemini; quod longè, inquam, est à Principibus, S. A. reverentiam observantibus. Non quippè hoc dicit Honorius, qui reverendo Præsuli Bonifacio scribit, dicens: Petrus us, uti quotidianis orationibus Apostolarum tui studium ac votum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur impendere. Non, inquam, hoc dixit Valentinianus & Martinianus pia dualitas, ad B. Papam Leonem scribens: Et tuam, inquiens, sanctitatem, principatum in Episcopatu Divinae fidei possidentem, sacris Litteris in principio justum credidimus alloquendum, invitantes atque rogantes, ut pro firmitate & statu nostri Imperii æternam Divinitatem tua sanctitas deprecetur. Non hoc dixit Justinianus, qui &c. Nicolai I. epist. 8.

Si Imperator Catholicus est, (quod salvâ pace ipsius dixerimus) filius est, non Præsul Ecclesiae; quod ad Religionem competit, dicere ei convenit, non docere. Ad Sacerdotes enim DEUS voluit, quæ Ecclesiae disponenda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates, quas, si fideles sunt, Ecclesiae Sacerdotibus voluit esse subiectas. Imperatores Christiani subdere debent, executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus non præferre. Dist. 96. cap. Si Imperator.

Nunquam de Pontificibus, nisi Ecclesiam judicasse. Non esse humanarum legum, de talibus ferre sententiam, absque Ecclesiae principaliter constitutis Pontificibus. Obsequi solere Principes Christianos secretis Ecclesiae, non suam præponere potestatem. Episcopis caput subdere, Principem solum non de eorum capitibus judicare. Ibid. cap. Nunquam. cap. Constantinus. Vide, Constantinus. n. 1.

Nos, tam ex superioritate, quam ad Imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua, vacante Imperio, Imperatori succedimus: & nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & Dominus Dominantium nobis, licet immeritis, in persona B. Petri concessit sententiam, & processus omnes prædictos, & quidquid ex eis factum est, vel occasione ipsorum, de FF. nostrorum consilio declaramus fuisse, ac esse omnino irritos & inanes. Clement. de Sent. & re jud. cap. Pastor. ult. Exerrè. de Majorit. & obedien. cap. Unam Sanctam. Vide, Ecclesia. tit. 8. n. 32.

6. Imperator à Papa est coronandus.

Romani Principes, orthodoxæ fidei professores, facti à sanctam R. E. cujus caput est Christus, Redemptor noster, ac R. P. ejusdem Redemptoris Vicarium, fervore fidei & claræ devotienis promptitudine venerantes, eidem R. P. à quo approbationem personæ, ad Imperialis Celsitudinis apicem assumendam, nec non unctionem, consecrationem & Imperii coronam accipiunt, sua submittere capita non reputarunt indignum, seque illi & eidem Ecclesiae, quæ à Grecis Imperium transtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes Jus & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodum pro. novendum pervenit, adstringere vinculo juramenti, prout tam mos observationis antiquæ, temporibus novissimis renovata: quam forma Juramenti hujusmodi, sacris inserta Canonibus, manifestant. Clementina de iurjurando. cap. unico. Ric. iii.

7. Imperator facere debet juramentum fide-

litatis Papæ. Forma Juramenti, quod Imperator facit. Jurat se esse protectorem, & defenforem Papæ, & E. R.

Litteras nostras sub certa forma duximus destinandas, inter alia inferentes in eis, quòd, cum ipsi Reges, ejusdem Ecclesiae specialissimi filii, sibi juramento fidelitatis & aliis multipliciter essent adstricti, ipsius Ecclesiae debeant esse promptissimi defensores. Dicitur namque Henricus quansprimùm fuit in Regem Romanorum electus, solemnes ad nos nuntios destinavit, dans eis per suas parentes litteras plenum & speciale mandatum, exponendi nobis pro eo devotionem ipsius & reverentiam filialem, quam ad nos & R. E. sincero gerere se dicebat affectu. Nec non petendi & impetrandi à nobis favorem & gratiam consueto; offerendi quoque nobis, & præstandi pro eo, & in ipsius animam debitæ nobis & eidem Ecclesiae fidelitatis, & cujuslibet alterius generis juramentum, ac nihilominus petendi à nobis, per nostras sibi manus impendi unctionem, consecrationem & Romani Imperii diademam. Postque idem Henricus consecrationis & coronationis suæ tempore aliud eidem Cardinalibus, quos ad impendendum sibi hujusmodi consecrationis & coronationis insignia miseramus ad urbem, illud nostrò nomine recipientibus, juramentum præstitit corporale, quod in libro Pontificali, Romano præstandum Pontifici per Imperatorem coronationis suæ tempore, continetur; cuius tenor dignoscitur esse talis: Ego Henricus Romanorum Rex, annuente Dominò, futurus Imperator promitto, spondeo, & polliceor, atque iuro coram DEO & Beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem & defenforem fore summi Pontificis & hujus sanctæ Romanæ Ecclesie in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores & jura ejus, quantum Divinò suffultus adjutorio fuero, secundum scire & posse meum, rectâ & purâ fide: sic me DEUS adjuvet, & hæc sancta DEI Evangelia. Ibidem.

8. Imperatoris processus nulliter facti recognoscuntur, & visitantur à Papa. Clement. de sent. & re judicata. cap. Passionalis. ubi supra. n. 5.

9. Imperator nullum habet jus circa electionem vel confirmationem Papæ.

Ego Ludovicus Imperator Augustus, statuo & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ tibi B. Petro Principi AA. & per te Vicario tuo domino Paschali summo Pontifici, & universali Papæ, & successoribus ejus in perpetuum; sicut à prædecessoribus nostris usque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam civitatem cum Ducatu suo, & suburbaniis atque viculis omnibus, & territoriis ejus montanis, & maritimis littoribus, & portibus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac villis in Tuscia partibus. Quando Divinâ vocatione hujus sacratissimi S. Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex Regno nostro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publicè, aut privatim veniendi, aut electionem faciendi, nullusque in civitatibus aut in territoriis, ad E. B. Petri A. potestatem pertinentibus, aliquid malum propter hoc facere præsumat; sed liceat Romanis cum omni veneratione & sine qualibet perturbatione honorificam sibi Pontifici exhibere sepulturam, & eum, quem Divinâ inspiratione & B. Petri intercessione omnes Romani unò consilio atque concordia sine qualibet promissione ad Pontificatus ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate vel contradictione more Canonico consecrare; & dum consecratus fuerit, Legati ad nos vel ad nostros successores, Reges Francorum dirigantur, qui inter nos & illam amicitiam & charitatem ac pacem fociant. Dist. 63. cap. Ego Ludovicus.

Inter nos & vos pacti serie statutum est, & confirmatum, quòd electio & consecratio summi R. Pontificis non nisi iustè & Canonice fieri debeat. Ibidem. cap. Inter nos.

Con-

Constitutio primi Henrici & primi Othonis eum Romanis Pontificibus: Ut nullus missorum nostrorum cujuscunque impeditionis argumentum electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Ibidem. cap. Constitutio.

Tibi Domino Joanni Papæ ego Rex Otho promittere & jurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per Lignum hoc vivificæ Crucis, & per has Reliquias Sanctorum; quòd si, permittente Dominò, Romanus venero, Sanctam Romanam Ecclesiam, & te Rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum, & nunquam vitam, aut membra, & ipsam honorem, quem habes, meâ voluntate, aut meò consilio, aut meò consensu, aut meâ autoritate perdes, & in Romana urbe nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio, & quidquid de terra S. Petri ad nostram potestatem pervenerit, tibi reddam, & cuicumque Italicum Regnum commiserò, jurare faciam illum, ut adjutor tu sit, ad defendendam terram S. Petri secundum suum posse. Sic me DEUS adjuvet, & hæc sancta DEI Evangelia. Dist. 63. cap. Tibi Domine.

10. Imperatores omnes, qui in Christo vixerunt, obedientes fuerunt Papæ, & maximo in honore eum habuerunt. Secus hæretici Imperatores. Gregor. II. ep. 13. Nicolaus I. ep. 8. supra n. 5.

11. Imperatores & Reges omnes Christiani sunt oves Papæ. Joannes II. ep. 2. Extra. de major. & minor. cap. Unam sanctam. ubi supra. n. 5.

12. Imperator à Papa potest excommunicari & deponi. Gregor. VII. lib. 8. ep. 21. Vide, Papa. tit. 18. n. 24.

Beatus quoque Gregorius Papa Reges à sua dignitate cadere statuit, qui A. S. decreta violare præsumperint, scribens ad quemdam Senatorem Abbatem his verbis: Si quis verò Regum, Sacerdotum, judicum atque sæcularium personarum hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit; potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscatur, & nisi ea, quæ ab illo sunt malè ablata, restituerit, vel dignâ poenitentia illicitè acta desolverit, à sacratissimo Corpore ac Sanguine D. Redemptoris N. J. C. alienus fiat, atque in æterno examine districtæ ultionis subijceat. Quòd si Beatus Gregorius, Doctor utique micillimus, Reges, qui statuta sua super unum Xenodochium violarent, non modo deponi, sed etiam excommunicari, atque in æterno examine damnari decrevit. Quis nos Henricum, non solum Apostolicorum judiciorum contemptorem, verum etiam ipsius Matris Ecclesie, quantum in ipso est, conculatorum, totiusque Regni & EE. improbilissimum prædonem & atrocissimum destructorem deposuisse & excommunicasse reprehendat. Idem Ibidem. Vide, infra, Imperatoris depositio, excommunicatio, &c.

13. Imperator est inferior Papæ & Episcopis.

Constantinus Magnus Imperator, omnium Regum & Principum fore totius Orbis Dominus, evidenter intelligens, in sancta Nicæna Synodo post omnes Episcopos ultimus residens, nullam judicii sententiam super eos dare præsumpsit, sed illos etiam Deos vocans, non suo debere subesse judicio; verum se ad illorum pendere arbitrium judicavit. Gregor. VII. l. c. Extra. de Majorit. c. Unam sanctam. supra n. 5.

14. Imperator tenetur obedire Apostolicis Statutis.

Non licet ergo Imperatori, vel cuique pietatem custodienti, aliquid contra mandata Divina presumere: nec quidem, quod Evangelicis, Propheticiisque & Apostolicis regulis obviat, agere. Injustum enim judicium & definitio injusta Regio metu vel jussu à iudicibus ordinata non valeat: nec quidem, quod contra Evangelicæ, vel Propheticæ, aut Apostolicæ doctrina-

constitutionem successorumve eorum, sive SS. Patrum actum fuerit, stabit; Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. 25. q. 1. cap. Omne. & dist. 10. cap. Non licet Imperatori ex Marcelino ep. 2. & ex Synodo Rom. 6. sub Symmacho. item, cap. Omne. ex eodem. Vide, Ecclesia. tit. 2. n. 5. Vide, Papa circa Imperatorem & Reges.

III. Imperatoris munus & obligatio.

1. Imperator constitutus est in præsidium E. Catholicæ.

Cum enim Clementiam tuam Dominus tantâ Sacramenti sui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, Regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesie præsidium esse collatam, ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta, defendas, & veram pacem his, quæ sunt turbata, restituas, depellendo scilicet perverfos juris alieni. Leo I. epist. 75. Ad Leonem Imperatorem.

Nonne mea fides est, quam solum esse unam & nullâ adversitate superandam, Dominus ipse monstravit, qui Ecclesie suæ in mea confessione fundatæ, portas inferi nunquam prævalituras esse promisit: hæc te renatum, ad Regiam sustulit dignitatem, atque ab ejus impugnatoribus potestate extrusâ, prævalenti tibi denno viam in ipsius defensione patefecit. Et circa finem. Subjecit vobis Divina providentia facultatem, quâ eidem effringatis opera perfidorum. Depulit ille nostræ Religionis vastatorem, vos ab ejus Ecclesie cervicibus irruptionem deturbatæ prædonum pacavit ille Rempublicam; sicut vester quoque sermo testatur. A tyrannide Hæretica libertatem vos ab ipsis hæreticos præceptoribus populos eruentes, Christianis restituite. Ille vos aulæ legitimæ restituit, Imperatoris jure suffultus, reddite vos magistro discipulum, Sedem beati Marci Evangelistæ ad communionem BB. Petri de vitæ eorum meritis, devotione reducite. Felix III. ep. 2.

Lætare igitur, Venerabilis Imperator, eos fuisse tuos hostes, qui existerunt Divinitatis inimici, atque gaude, cum Ecclesia laborasse, & cum fidei Catholicæ libertate Imperium restitutum, atque ut in omnibus doceas, causam cum DEO tibi esse commnem, cuius ope viriliter fretus inilite, ut per quem publicos incubatores subegit, Ecclesie quoque depellat Tyrannos. Simplicius ep. 8. ad Zenonem.

Maximianus Episcopus Vagenis auxilium petiit ab Imperatore Christiano contra hostes Ecclesie, non tam sui ulciscendi causâ, quam tuendæ Ecclesie sibi creditæ. Quod si prætermisisset, non ejus fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Neque enim & A. Paulus vitæ suæ transitorie consulebat, sed Ecclesie DEI, quando contra illos, qui eum occidere conspiraverant, consilium eorum Tribuno ut proderetur, effecit. Undè factum est, &c. 34. q. 3. cap. Maximianus.

Ab Imperatoribus universis visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum Episcoporum provisione delegentur. Ibidem cap. Ab Imperatoribus.

2. Imperator est Protector, Patronus & defensor Ecclesie.

Meminerit etiam, quia & nos illum (id est, Curulum) præ cæteris propinquis & amulis ejus amavimus, elegimus & præcelsimus: undè & eum adversus omnes hostes Ecclesie non solum defenforem, sed & patronum & Advocatum nostrum existere proposuimus, ut, quod ei nos apud Deum esse fatagimus, ipse inter homines pro nobis fieri non detrectet. Joann. VIII. epist. 35.

Superna vos Majestas Sanctæ suæ Ecclesie nobis commissa: Patronum, defenforem potentem & strenuum adjutorem concessit, ut in omnibus Ecclesiasticis utilitatibus, undè perpetuam habere gloriam mereamini, quasi vindicem Dei habeamus ministrum. Idem, epist. 47.

3. Imperator Papæ jussu bellum inire debet contra inimicos Catholicorum.

Hor-

Hortatu & precibus Adriani, Romanæ Urbis Episcopi, exhortatus Carolus Rex, bellum contra Longobardos suscepit; quod prius quidem & à patre ejus Pipino, Stephanò Papà supplicante, cum magna difficultate susceptum est. 23. q. 8. cap. Hortatu.

Nunc verò utile est visum, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quas gloria tua admonere, & hortari, ut parati sint ad laborem, studeat; & occasione inventa, cum gloriosis filiis nostris, Manirio, & Vitaliano loquere, & quæcunque vobis Deo adjutore pro utilitate reipublicæ statuerint, facite, & si huc, vel ad Ravenates partes, nec dicendum Arsalphum cognoveritis excurrere, vos à dorso ejus, ita sicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate, amplius in republica Deo auxiliante, proficiat. *ibid. cap. Ut pridem.*

Videte, si in fide sua Suatenses, quam Reipub. promissere, perstitissent: obsequere dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & in super eos denud Sacramentis obstringite, reddentes eis, quod locò pignoris sustulistis, &c. Præterea, gloriosi filii, estote solliciti: quia, quantum comperi, hostis multitudinem habet collectam, & in Marchia dicitur residere: & si huc cursum, Deo libitatio, mittere voluerit, vos loca ipsius (quantum vos Dominus adjuverit) deprædamini, aut certe sculpas, quos mittitis, sollicitè requirant, ne dolens factum ad nos discurrat. *Ibidem. cap. Suppliciter.*

4. Imperator tenetur auxilium dare Inquisitoribus contra hæreticos ad carcerandum, & alia faciendum, volunt teneri ut Christiani. *Conc. Constantien. sess. ult. in const. Mart. V. Vide, in Bullario.*

5. Tenentur hæreticos expellere à suo dominio. *ibid.*

6. Tenetur exterminare hæreticos. *Honor. III. const. 1. His leges. Gregor. IX. constit. 4. Ille humani. Vide, Heretici persequendi.*

7. Tenetur operari, ut Concilium sit tutum.

Item Sacrosancta Synodus Constantiensis exhortatur invictissimum Principem, Dominum Sigismundum, Romanorum & Hungariæ Regem, quatenus placeat, potentes litteras suæ Majestatis sigillis dare, & omnibus Principibus, vassallis & subditis Sacri Imperii, & præsertim civibus & incolis civitatis Constantiensis præcipere & mandare, quod manutenebunt & defendent prædictum Sacrum Concilium in sincera & totali libertate, in omni eventum, usque ad electionem futuri summi Pontificis, & alius, quamdiu duraverit. *Conc. Constant. sess. 14.*

8. Imperatoris præsentia. Vide, *Civitas.*

9. Tenetur præstare Juramentum fidelitatis Papæ. Vide *supra, Imperator erga Papam.*

10. Imperator persequens inimicos fidei, contulit maxime Imperio.

Exultantes, vobis inesse animum fidelissimi Sacerdotis, & Principis, ut Imperialis autoritas, & junctâ Christianâ devotione, acceptabilior DEO fieret, & appareret integritas, cum hi, qui in Episcoporum necesse sacrilegâ eade versati sunt, dignis jubentur peccare supplicis, in quo & quieti Ecclesiæ, & vestro consuletis Imperio, qua vindicata Dei contumelia ulciscens est gratia, & conciliatur his Divini favoris auxilium, quorum cura sacrilegium non reliquerit impunitum. *Simplicius ep. 14. Ad Zenonem.*

11. Imperator non potest unionem facere cum Saracenis, Hæreticis, Schismaticis, paganis, aliisque non habentibus unitatem Ecclesiæ Romanæ.

Porrò præter Juramenta prædicta, idem Henricus &c. promisit, & tactis Sacrosanctis Evangelis Juramento firmavit, quod eandem Ecclesiam & fidem Catholicam purâ fide, totisque viribus conservaret reverenter, & etiam defenderet, omnemque hæresim,

schismaticos & hæreticos quoslibet, fautores, receptatores & defensores ipsorum, exterminaret pro posse: ac nunquam cum Saraceno, pagano, schismatico, seu alio quolibet, communionem Catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfata Ecclesiæ inimico, vel rebeli, seu eidem manifestè suspecto, unionem quamlibet, seu parentelam, aut confederationem iniret, sed tam nostram, quam successorum nostrorum personas, honorem & statum manuteneret, defenderet & conservaret contra omnes homines, cujuscunque existèrent præminentia, dignitatis, vel status. *Clementina de Jurjurando. cap. un.*

12. Imperatores multi, de Ecclesia benè meriti, quorum imaginibus indulgentias conceiit Sixtus V. const. 73. *Laudemus. Et nominantur, qui sint. Ibid.*

IV. Imperator circa Concilia.

1. Imperator non potest congregare Concilium, sed rogat Papam, ut congreget. *Nicolaus I. ep. 8. circa fin. Vide, Concilia. tit. 3. n. 2.*

2. Imperator non debet interesse Synodis, seu Conciliis. *Nicolaus I. ep. 8. Vide, ibidem. tit. 8. n. 1.*

3. Sed potest eis interesse, quando agitur de fide.

Ubi legitis, Imperatores antecessores vestros Synodalibus conventibus interfuisse? Nisi forte in quibusdam, ubi de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis, quæ non solum ad Clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos. *Nicolaus I. in Decreto. tit. de Imperat. c. 2. dist. 96. cap. Ubi nam.*

4. Est præfens Conciliis, ut confirmet fidem, non ut ostendat potestatem super eam.

Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplò religiosissimi Principis Constantini, Synodo interesse volumus, ut inventâ veritate, non ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet. *Dist. 69. cap. Nos ad fidem.*

Quædam Capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reverentiæ vobis servavimus, decorum esse judicantes, à vobis hæc regulariter potius firmari per Synodum, quam nostrâ lege sanciri. *Ibidem. cap. Quædam Capitula.*

V. Imperator circa Ecclesiastica.

1. Imperator non potest judicare Ecclesiasticos, nec eorum facta.

In Scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse: Verè si propriis oculis viderem Sacerdotem DEI, aut aliquem eorum, qui monachicò habitu circumamicti sunt, peccantem, & chlamidem meam exsolliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur, &c. Sed hoc quidem diximus, cautos vos red. terrecipientes, uti si de Domini Sacerdotibus, qui jure Pacto, & unum, aliquid contigerit, vos audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, non infamatum, sed pudoratos filios Noè imitantes, paternam de reliquo verecundiam contegatis, ut affluenti, quemadmodum & illi, benedictione repleri, moderante Dominò mereamini. *Dist. 96. cap. In Scripturis. cap. Denique. cap. Cum ad verum, & cap. Satis evidenter. Vide, Ecclesia. tit. 50. num. 2. Stephanus VI. epist. 1. Vide, Episcopus. tit. 30. n. 19.*

2. Nullam causam Ecclesiasticam potest judicare. *Dist. 97. c. Ecclesiæ meæ. & cap. Victor. Vide, Ecclesia. tit. 38. n. 20. Et tit. 64. n. 1.*

3. Imperator non potest conferre dignitates Ecclesiasticas.

Interdictum est, ne Reges, vel alii Principes, aliquam investituram de Ecclesiasticis honoribus faciant. *Conc. Claramontanum. cap. 16.*

4. Imperatori non subduntur res Ecclesiastica.

Imperator suis Reipub. quotidianis administrationibus debet esse contentus, non usurpare, quæ Sacerdotibus Domini solum conveniunt. *Nicolaus I. in Decret. tit. De Imper. cap. 1. 23. q. 8. cap. Conveniunt. Vide, Ecclesia. tit. 47. n. 9.*

5. Imperator non potest se ingerere in Electionibus Episcoporum. *Dist. 63. cap. Valentinianus. Vide, Episcopus. tit. 3. num. 20.*

6. Imperatoris suavis, & placitò, multos Episcopos Papa eligit, & instituit. *Dist. 63. cap. Reatina. cap. Nobis. Vide, ibidem. tit. 3. num. 39. & cap. Lectis. Vide, Ibidem. num. 7.*

7. Imperator nullam habet potestatem circa dogmata Ecclesiæ.

Si pater meus quidpiam ex intermetata purâque fide perverterit, ego primus illum anathematizabo. Tum nos Deo benevolente misimus; & cum pace, sexta Synodus celebrata est. Scis Imperator, Sanctæ Ecclesiæ dogmata, non Imperatorum esse, sed Pontificum, qui tunc assolent dogmata tradere. Idcirco Ecclesiis sunt præpositi Pontifices, à Republicæ negotiis abstinentes: & Imperatores ergo similiter ab Ecclesiasticis abstineant, & quæ sibi commissa sunt, capeffant. Concilium autem commune Christi amantium Imperatorum, & piorum Pontificum, consensuque virtus est una, quando cum pace atque charitate res administrantur. *Greg. II. ep. 12. Ad Leonem Ispan.*

8. Imperator ditando Ecclesiam, non fuit seductus à Diabolo. *Conc. Constant. contra art. 39. Wicleff. Vide, in Bullario.*

VI. Imperatoris potestas, & Jura.

1. Imperator quoad civilia, & sæcularia, gerit in terris similitudinem Christi, non verò quoad spiritualia.

Licet enim ipsius Christi Imperatoris similitudinem in terris gerat, rerum tamen mundanarum, & civilium tantum curam gerere debet: quod etiam precamur, ut ad multos annos præstare valeas. Quò igitur pactò à Deo largitus es nobis, terrenis rebus præcise, ita etiam nos per principem Petrum, spiritualibus rebus DEUS præfecit. Accipe, quæso te, benignâ fronte, quæ sequuntur. Datum est tibi curare, ut Tyrannorum impletatem, & feritatem gladiò potentia concidas, ut Justitiam ministros subditis tuis, ut leges condas, ut terrâ marique militares copias disponas. Hæc est præcipua cura potentia & principatus tui. *Stephanus VI. ep. 1.*

2. Imperator est inferior Papæ & Episcopis. *Gregor. VII. lib. 8. ep. 21. Vide, Exorcista. n. 6. Extra. de Majorit. & Obed. cap. Unam Sanctam. Vide, Ecclesia. tit. 8. num. 31.*

3. Imperatori ab omnibus est obediendum, (id est, sæcularibus) & in aliquibus etiam ab Episcopis. *Concil. Turonen. 3. cap. 1. Vide, Episcopus. tit. 21. n. 11.*

4. Imperatori insidiantes, si sunt Episcopi, vel Clerici, privandi sunt gradu; si Laici, anathematizandi sunt. *Concil. Aquigran. 3. p. 2. c. 12. Vide, Clerici. tit. 28. n. 8.*

5. Pro Imperatore, & ejus domo, orandum est ab Ecclesiis.

Ut pro Domino Imperatore, suâque nobilissima prole, orationes & oblationes super has, quæ hæcenus pro ipsis DEO Omnipotenti oblata sunt, augeantur, ut eos suis temporibus in præsentî sæculo cum omni

felicitate custodiat, & in futuro cum Sanctis Angelis suis piâ miseratione gaudentes efficiat. *Conc. Rhe-menfe. cap. 40.*

6. Imperatori subveniat Ecclesia cum subfidis.

Magnum quidem est & spiritale documentum, quò Christiani vii sublimioribus Potestatibus docentur debere esse subiecti: ne quis constitutionem terreni Regis putet esse solvendam. Si enim censum DEI Filius solvit, quis tu tantus es, qui non putes, esse solvendum? *11. q. 1. cap. Magnum.*

Si tributum petit Imperator, agri Ecclesiæ solvunt tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum, tollant eos, si libitum est; Imperatori non dono, sed non nego. *Ibidem. cap. Si tributum.*

7. Imperatoris leges observandæ sunt ab omnibus: Quando pro DEO feruntur.

Imperatores, quando pro fallitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur benè credentes, & coronantur perseverantes; quando autem pro veritate contra fallitatem constituunt bonas leges, terrentur sevientes, & corriguntur intelligentes. Quicumque ergo legibus Imperatorum, quæ pro DEI veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicumque verò legibus Imperatorum, quæ contra veritatem DEI feruntur, obtemperare non vult, acquirit magnum præmium. *Dist. 9. cap. Imperatores.*

De Capitulis, vel præceptis Imperialibus vestris, vestrorumque Pontificum prædecessorum irrefragabiliter custodiendis & conservandis, quantum valimus, & valemus, Christo propitiò, & nunc, & in ævum nos conservavimus, modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem. *Ibidem. Dist. 10. cap. De capitulis.*

8. Imperator nihil potest præsumere contra DEI Legem. *Dist. 10. cap. Non licet. Vide, supra. tit. 2. n. 14.*

9. Imperator operari, aut præsumere nihil potest, contra Apostolica Statuta. *Marcellinus epist. 2. Conc. Romanum 6. sub Symmacho. Vide, ibid.*

10. Imperator non potest citare aliquem extra suum territorium. *Clement. De sentent. & re judic. cap. Pastoralis. Vide, Citatio. num. 10.*

VII. Imperatoris depositio, vel ejus excommunicatio.

1. Imperator potest à Papa deponi. Quibus ex causis deponi possit.

Nos itaque super præmissis & quampluribus aliis ejus nefandis excessibus, cum fratribus nostris & sancto Concilio, deliberatione præhabita diligenti, (cum JESU Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in B. Petri persona sit dictum: Quodcumque ligaveris super terram, ligatum erit & in Cælis) memoratum Principem, qui se Imperiò & Regnis, omnique honore & dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates, à DEO, ne regnet, vel imperet, est abjectus, suis ligatum peccatis, & abjectum, omnique honore ac dignitate privatum à Domino ostendimus, desuñciamus, & nihilominus sententiam do privamus omnes, qui ei Juramento fidelitatis tenentur adstricti, à Juramento homini perpetuò abfolventes; autoritate Apostolicâ firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi, tanquam Imperatori, vel Regi, pareat & intendat. *De Sententia & re judic. in 6. cap. Ad Apostolica. & Conc. Lugdunen. Generale 2. Greg. VII. lib. 8. ep. 21. Vide, Papa. tit. 18. n. 24.*

2. Imperator suspectus de hæresi, vel contumax Ecclesiæ, excommunicatur, & de-

ponitur ab Imperio, & subditi absolventur à Juramento fidelitatis, ne obediant; alius in locum ejus eligi mandatur. *Concil. Lugdunen. Generale. ubi supra.*

Decernendo quoslibet, qui ei deinceps, vel Imperatori, vel Regi, consilium, vel auxilium præstiterint, seu favorem, ipsò factò excommunicationis sententia subjacere. Illi autem ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectat electio, eligant liberè successorem. De præfato Sicilia Regno providere curabimus cum eorundem fratrum nostrorum consilio, sicut viderimus expedire. *Ibid.*

3. Imperator, & Imperatrix, ob persecutionem factam S. Joanni Chrysostramo, excommunicantur.

Vox sanguinis Fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, o Imperator! sicuti quondam Abel justus, contra patricidam Cain, & is modis omnibus vindicabitur, nec id modò amisisti, sed etiam pacis tempore persecutionem magnam adversus DEUM & Ecclesiam ejus concitasti; eiecisti de throno suo, re non judicatà, magnum totius Orbis Ductorem, & unà cum eo, Christum persecutus es, &c. Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni A. Petri creditus est, segrege te, & illam, (*id est, Endoxiam*) à perceptione immaculorum mysteriorum Christi DEL nostri. *Innoc. I. ep. 30.*

4. Imperatorem se gerens Andronicus Palæologus, ob schisma Clementis V. excommunicatur. Sic præstantes auxiliium.

Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum, Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem se nominat, tanquam eorundem Græcorum antiquorum Schismaticorum, & in antiquato schismate constitutorum, & per hoc hæreticorum & hæresis ipsorum, ac schismatis antiqui fautorum, de Fratrum nostrorum consilio, denunciamus excommunicationis sententiam laram à Canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Cæterum universis & singulis Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris omnibus, cujuscunque præminentia, conditionis, status, nec non Universitatis, civitatum, castrorum, & aliorum locorum, districtius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palæologo in hac excommunicatione manente, societatem vel confederationem aliquam contrahere, sub quovis ingenio vel machinatione præsumant, vel ei aliàs in his, quibus excommunicatus est denunciatus à nobis, præstare consilium, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum. *Extra. de Sententia excommunicationis. cap. Ad certitudinem.*

5. Imperator Henricus III. excommunicatur à Gregorio VII. Sed postea pœnitet, & restituit omnia Ecclesiæ Jura, sub Calixto III. const. unia. Omnipotentis. cap. In nomine.

6. Imperator Fridericus excommunicatus reconciliatur, & humiliat se Papæ. Alexand. III. const. 8. Exigent.

7. Fridericus II. deponitur ab Innocentio IV. const. 3. Ad Apostolicæ, Annò 1243. Vide, Papa circa Imperatores & Reges.

Imperiò vacante.

1. Imperiali Sede vacante, nullus potest assumere titulum Vicarii Imperii, sub pœna excommunicationis. Eandem incurunt dantes auxilium, favorem, &c.

Sanè in nostram & Fratrum nostrorum deductum est (sanà divulgante) notitiam, quòd licet de Jure sit liquidum, & ab olim fuerit inconcusè servatum, quòd

vacante Imperiò, sicut & nunc per obitum quondam Henrici, Romanorum Imperatoris, vacasse dignoscitur, cum in illo ad secularem judicem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in persona B. Petri terreni simul & cœlestis Imperii Jura DEUS ipse commisit, Imperii prædicti jurisdictio, regimen & dispositio devolvuntur, & eà ipse (durante ipsius vacatione Imperii) per se, vel alium, seu alios, exercuisse noscitur in Imperio memorato.... Nos volentes nostris, & Ecclesiæ, sponse nostræ, Juribus & honoribus in hac parte prospicere, & malis, ac scandalis, quæ ex retentione, assumptione, seu resumptione hujusmodi orta sunt hæcenus, &c. occurrere cupientes: præsentium autoritate monemus sub excommunicationis pœna, omnes & singulos, cujuscunque status, præminentia, dignitatis, aut conditionis existant, etiam si Patriarchali, vel quavis alià superiori, sive Episcopali, vel Regi, seu alià quacunque præfulgeant dignitate, qui post vacationem Imperii, absque nostra, vel Sedis prædictæ licentia, hujusmodi Vicarii, seu cujusvis alterius officii nomen ubilibet retinuerunt, assumpserunt, seu resumpserunt, & retinent, & qui assument, vel resument impostum, & sub talis donationis pallio abusi sunt, & abutuntur, vel etiam abutentur potestate, vel jurisdictione quacunque, seu ejus exercitio publicè, vel occultè, quatenus de cætero etiam à denominatione hujusmodi, seu cujuscunque assumptione, resumptione, ac retentione prædictis, nec non usi, potestate & exercitio prædictis, prorsus abstineant, &c. *Extra. Joann. XII. Nè Sede vacante. c. unico.*

2. Imperiali Sede vacante, jurisdictio devolvitur ad Papam.

Inhibentes insuper sub pœna prædicta omnibus & singulis Patriarchis, Prælatibus, & etiam aliis Superioribus, ac Regibus, civitatibus, Comitibus, Universitatibus, Capitaneis, Potestatibus, Rectores, Comitibus, Vice-Comitibus, Baronibus, & aliis omnibus, cujuscunque sint dignitatis, conditionis, aut status, ne prædictum hujusmodi nomen, seu aliud quodlibet in eodem Imperio retinentes, (ut præfertur) aut assumentes, vel eorum aliqui, sub denominatione, vel titulo hujusmodi nominum, seu procuratores, commissarios, iudices, &c. recipiant, vel dimittant: nec ut Vicariis, seu Vicario, aut Officialibus Imperii pareant, vel intendant, aut pareri, vel intendi faciant, vel permittant, nec in his eis, vel ei, quomodolibet præstent auxilium, consilium, vel favorem, &c. *Ibid. & Clementina. De Sentent. & re judic. cap. Pastoralis. Vide, tit. 2. num. 5.*

Impetratio. Impetrare.

1. Impetratio beneficii non valet, si taceret dignitas impetrantis in supplicatione. De Rescriptis. cap. Ad aures. Conc. Lateranense. 3. tit. de interpretatione verborum. cap. 8. Vide, Beneficium. tit. 13. n. 1. cap. Cum adeò. Vide, ibidem. tit. 12. n. 26. & cap. Postulasti. Vide, ibidem. tit. 6. n. 7.

2. Impetrans beneficium, si sit perpetuus Vicarius, & hoc taceret, caret effectu. De Rescriptis. cap. Postulasti. ubi supra.

3. Impetrans rescriptum in levi negotio, non est audiendus in gravi. De Rescriptis. cap. Sedes Apostolica. Vid. Commissio. n. 9.

4. Impetrans rescriptum de litigando cum aliquo, si rentat cum alio, caret impetratis. Ibid.

5. Impetrans plura rescripta à pluribus Judicibus, super una re, caret impetratis. Ibidem. cap. Ex tenore. Vide, Commissio. num. 8.

6. Impetratio pro Ecclesia numerata non valet, si de numero non fit mentio & alteratur numerus. De Rescriptis. cap.

cap. Constitutus. Vide, Beneficium. tit. 13. num. 16.

7. Impetrans si tacuit verum, & expressit falsum, caret impetratis. Videndum tamen, an talis expressio, vel silentium, sit tanti momenti, ut iis cognitis, non non fieret concessio.

Nos igitur inter eos, qui per fraudem, vel malitiam, & illos, qui per simplicitatem, vel ignorantiam, litteras à nobis impetrant, hujusmodi credimus discretionem adhibendam, ut hi, qui priori modò falsitatem expriment, vel supprimunt veritatem in suæ perveritatis pœnam, nullum ex illis litteris commodum consequantur, ita videlicet, quòd delegatus, (postquam sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenus de causa cognoscat. Inter alios autem, qui posteriori modò litteras impetrant, duximus distinguendum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa. Nam si talis expressio sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamvis fuisset tacita, vel expressa, nos nihilominus (saltem in forma communi) litteras dedissemus, delegatus non sequens formam in litteris ipsiis appositam, secundum ordinem juris in causa procedat. Si verò per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis, litteræ fuerint impetrata, quæ tacita, vel expressa, nos nullas prorsus litteras dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum, nisi fortitan eatenus, ut partibus ad suam præsentiam convocatis, de precum qualitate cognoscat, ut sic in utroque casu, eadem ratio, quæ delegantem moveret, moveat etiam delegatum; & ubi delegans suas litteras denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus interponat. *Ibid. cap. Super litteris.*

8. Impetrans restitutionem beneficii, tacendo suam excommunicationem, & causam privationis, caret effectu. De Rescriptis. cap. Dilectus filius. Vide, Beneficium. tit. 13. n. 3.

9. Impetrante aliquò à Papa confirmationem rei litigiosæ, quando potest iudex profèqui causam. Vide, Judex.

10. Impetrans electionem iudicis, nequit eligere ultra duas dietas à Diocesi. De Rescriptis. cap. Nonnulli. Vide, Apostolica Sedes. num. 10.

11. Impetrante aliquò primam dignitatem in E. vacaturam, si secundus impetrat certam dignitatem, cum vacaverit, si vacat, datur primo.

Ex parte N. nobis innotuit, quòd cum ad te Frater Conventrenn. nostras litteras impetraverit, ut ei Archidiaconatum, quem in Ecclesia tua primò vacare contingeret, assignares: R. (adversarius ejus) alias ad te Frater Eboracen. litteras impetravit, nullà de prioribus habità mentione: ut si avunculus suus Archidiaconatum, quem habebat in eadem Ecclesia, vellent omninò dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur, si memores fuissetis, nos pro prædicto N. litteras direxissetis, pro adversario nullatenus scripsissetis: mandamus, quatenus præfato N. Archidiaconatum ipsius Ecclesiæ, (si vacat) non obstantibus posterioribus litteris assignetis. *De off. jud. deleg. cap. Ex parte N.*

12. Impetrans beneficium à Papa contra pronunciationem Papæ, hæc tacitè, nulliter impetrat. De sentent. & re jud. cap. Cum olim. Vide, Beneficium. tit. 13. n. 6.

13. Impetratio secundæ præbendæ, non expressa primà, quando valet. De concessione præbendæ. cap. Litteræ. Vide, Canonici. tit. 2. num. 3.

14. Impetrans beneficium vacaturum per mortem, non intelligitur impetrare

per renunciationem. De rescriptis. in 6. cap. Susceptum. Vide, Beneficium. tit. 6. num. 13.

15. Impetrans beneficium, si eò tempore, ipsò nesciente, aliud sibi datur, validè impetrat, & si sint impossibilia, alterum eligat. Ibidem. cap. Gratia. Vide, ibidem. tit. 12. num. 20.

16. Impetrantibus duobus, primus præfertur. Si simul obtinent, præfertur, qui primò præsentavit. Si simul præsentant, remittitur ad receptores, si plures concurrunt ad unum, quàm ad alium. De rescriptis. in 6. cap. Duobus. Vide, ibidem. tit. 28. num. 1.

17. Impetrari potest beneficium, quod confert Ecclesia ex donatione laici, etiam si non fiat mentio de illa circumstantia. De præbendis. cap. Dilectus filius G. il. 3. Vide, Beneficium. tit. 13. n. 27.

18. Impetrari non possunt litteræ Apostolicæ in causis, sine mandato Domini. De rescriptis. cap. Nonnulli. §. Sunt & alij. Vide, Apostolica Sedes. num. 7.

19. Impetrans gratiam, concernentem interesse Cameræ Apostolicæ, intra tres menses tenetur eam præsentare, ut registretur, aliàs nulla fit. Pius IV. constituit. 98. Ingens. Vide, Beneficiorum impetratio, & alia sub illis titulis.

20. Impetrans cum mendacio, nulliter impetrat.

Dilectus filius, &c. Nunc idem V. gestiens ad Ecclesiam redire prædictam, &c. quasdam à nobis ad te litteras repotravit, quarum autoritate in eadem Ecclesia ingressum nititur rehabere. Cum igitur mendax preator carere debeat impetratis, mandamus &c. *Honor. III. ex Cirone tit. de Cler. conjugatis. cap. 3.*

21. Impetrans litteras Apostolicas sine mandato Domini. Vide, Litteræ.

Impositio manuum.

1. Imponenda est manus baptizatis ab hæreticis. Concil. Arelat. 1. cap. 8. (Id est, datur absolutio.) Vide, Baptismus. tit. 5. num. 1.

2. Impositio manuum multiplex. Vide, Manus impositio.

Impotentia, Impotens.

1. Impotentia constante ad coeundum, matrimonium quando dirimitur.

Requisiti, quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis, ad experientiam copulae nuptialis. Nos verò in præsentì consultatione sentimus, ut à tempore celebrati conjugii, si frigiditas prius probati non possit, cohabitent per triennium, quò elapsò si nec tunc cohabitare voluerint, & juxta decretum Gregorii, nullic per justam judicium de viro probare poterit, quòd cum eo coire non possit, accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit, separentur. Quòd si ambo consentiant simul esse, vir eam, etsi non ut uxorem, saltem habeat ut sororem: Si autem, quòd nunquam se invicem cognoverint, ambo farentur, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bona fama, (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis Evangelii, uterque jurjurando dicat, quòd nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, & tunc

videtur, quod mulier valeat ad secundas nuptias con-
volare. Verum, si ille aliam duxerit, tunc hi qui ju-
raverant, rei perjurii teneantur, & peractâ pœnitentiâ,
cogantur ad connubia priora redire. *De frigidis*
& malefic. cap. Landabilem.

2. Impotens ad copulam, non potest con-
trahere matrimonium.

Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est
aptus conjugio: sic qui impotentes sunt, minimè apti
ad contrahenda matrimonia reputantur. *Ibidem. cap.*
Quod Sedem.

Impossibile.

Impossibile non datur obligatio.

Nemo potest ad impossibilia obligari. *De regulis*
juris in 6. regulâ 6.

Imprimere, Impressor.

1. Impressio librorum, & aliorum, quo-
modo, & cum qua licentia facienda.
Vide, *Libri.*

2. Sine licentia Ordinarii, nec liber, nec
charta aliqua potest imprimi.

Præterea cum per abusum artis impressoriæ, libro-
rum plurimum malorum emergerit, prohibemus, ne
ulli Typographi, aut Bibliopole, quempiam recens
editum librum, aut chartam, vel imprimant, vel
venum exponant, vel vendant publicè, vel occultè,
nisi hic liber revisus, & charta, vel scripturam, vel
picturam continens, per nostros ad hoc deputatos
Commisarios diligenter perspecta sit prius, quæ & Ty-
pographi nomen & cognomen complectantur, atque
eam civitatem, seu oppidum, in quibus excusa sunt,
nominatim designent. Quæ verò his caruerint, nullò
pactò venum exponantur. Potrò Typographi, Biblio-
polæ, ac geruli, qui huic ordinationi contraverint,
præter confiscationem librorum, pœnis etiam lega-
libus, ac pragmaticæ Constitutioni Augustanæ sub-
jacebunt. *Concil. Colonien. 2. p. 12. c. 9.*

3. Impressores & Bibliopole, habentes libros
Lutheranos, aut aliorum hæretico-
rum, seu de hæresi suspectos, quas
pœnas incurrant, nisi eos Inquisitori-
bus tradunt, aut consignent. *Pius IV.*
const. 76. Cum pro munere.

4. Romæ imprimi non possunt libri, sine
licentia Cardinalis Vicarii, & Magistri
facri Palatii. *Leo X. constit. 12. Inter soli-
citudines.*

5. Alibi imprimi non possunt sine licentia
Episcopi, & Inquisitoris hæreticæ pra-
vitatibus. *Ibidem.*

6. Librarii imprimentes sine his licentiis,
perdunt libros, & centum ducatos, ap-
plicandos fabricæ S. Petri. *Ibidem.*

7. Imprimentes libros de rebus sacris, vel
imprimere facientes, sine nomine au-
thoris, nisi prius ab Ordinario fuerint
approbati, pœnam anathematis incur-
runt. *Concil. Trident. sess. 4. In decret.*
De editione & usu sacrorum librorum.

8. Imprimi non possunt miracula, gratiæ,
beneficia, revelationes, & alia hujus-
modi, tanquam accepta per interces-
sionem alicujus, adhuc non canonizati
aut beatificati à S. A. sine hujus licen-
tia. *Urbanus VIII. const. 37. Sanctissimus.*
§. 2.

9. Imprimentes, quas pœnas incurrunt.
Ibidem. §. 7. Vide, Libri.

1. Impuber Clericatum ingrediens, si per
annum non revocatur à patre, non
potest amplius revocari.

Si quis ante annos legitimos tonsuratus est, sine
consensu parentum suorum: si parentes ipsius infra
annum non reclamaverint ad Principem, aut ad pro-
prium Episcopum, vel ad Missum Dominicum, in Cle-
ricatu permaneat: si verò post legitimos annos per vim
Clericus factus est, & nec ipse, nec parentes ejus infra
annum ad memoratas personas reclamaverint, in Cle-
ricatu permaneat, sicut is, de quo superius dictum
est. *De regularibus. cap. Si quis ante.*

2. Impuber profitens religionem, non tene-
tur ad eam, nisi ratificet factus major.

Mandamus, quatenus, si inveniatis, quod G. non
fuisse & à parentibus oblatus, & infra 14. annum
facti voti pœnitens, à religione recesserit, ab illo voto
professionis, quod fecit, denunties absolutum. Si
autem à parentibus fuerit oblatus, seu 14. annum
compleverit, cum religionem intravit, seu post 14. an-
num professionem à se prius factam ratam habuerit:
eum ad eandem, vel ad aliam religionem, transire
compellat. *Ibidem. cap. Significatum. ex Conc. La-
teran. 3. p. 50. cap. 10.*

3. Impuber factus Religiosus ex patris com-
placencia, factus major, si vult resilire,
potest.

Cum B. miles se cum filio suo, discretionis annos
nullatenus attingente, ad quoddam monasterium cum
bonis suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit
habitu suscipere monachalem: discretioni tunc taliter
respondemus, quod si dictus puer ad annos discrecio-
nis pervenerit, & habitum noluerit retinere monacha-
lem, si ad hoc induci nequiverit, non est ullatenus
compellendus; quia tunc liberum sibi erit eum di-
mittere, & bona paterna, quæ ipsi ex successione
proveniunt, postulare. *Ibidem. cap. Cum finus.*

4. Impuberes possunt per patrem contrahe-
re matrimonium; & si pater contrahit,
illud est implendum. *De desponsat. im-
pub. c. 1. Vide, Matrimonium. tit. 2. n. 5.*

5. Impuberum matrimonia, quando pro bo-
no pacis tolerantur.

Districius in hibemus, ne aliqui, quorum uterque,
vel alter, ad ætatem, legibus, vel Canonibus determi-
natam, non pervenerit, conjungantur. Nisi forte
aliqua urgentissima necessitate interveniente, utpote
pro bono pacis, talis conjunctio toleretur. *Ibidem.*
cap. Ubi non est.

6. Impuberes non contrahunt matrimonia,
sed sponsalia.

Quia verò nobis constare non potuit, cujus ætatis
esset puella, cum eidem viro exstitit desponsata, cum
dicatur, quod circiter 12. annos habebat, utrum ne
prudencia tunc in illa suppleret ætatem? Respondemus,
quod si puella nubilus non erat ætatis, cum sœpesatus
vir desponsavit eandem, & ætatem in ea prudencia
non supplebat, procul dubio inter eos non conjugium,
sed sponsalia contracta fuerunt, quamvis ab ipso viro
eadem fuerit subarrhata. *Ibid. cap. fin.*

7. Impuber percutiens Clericum, potest ab
Episcopo absolvi. *De sem. excommuni-
cationis. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 4. n. 10.*

8. Potest absolvi, si hoc petat ante puber-
tatem, si percutit. *Ibid. cap. fin. Vide, Ab-
solvere. tit. 12. n. 4.*

9. Impuber Canonicus, non vocatus ad
electionem, non potest opponere de
contemptu. *De electione in 6. c. Ex eo.*
Vide, Canonici. tit. 2. num. 13.

10. Im-

10. Impuber occidens aliquem, non fit irre-
gularis.

Relatu didicimus quorundam monachorum Sancti
Dionysii Canobii, quod quibusdam pueris impuberi
adhuc ætate inter se rixantibus, hominum illorum in-
stigatione, unus ex illis est interemptus. Quapropter
mandamus, ut si inculpabiles post peractam pœnitenti-
am legitimi vigoris secundum Canones reperi fuerint,
gradatim ad Ecclesiasticos Ordines eos provche-
re non differas, servatis in omnibus Patrum regulis
& Canonum institutis. *Joan. VIII. ep. 146. Vide, In-
fans, Vide, Puer.*

Impugnare.

Impugnans aliquid, non potest ex eo fru-
ctum accipere.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nist
extitit impugnare. *De regulis juris. in 6. reg. 38.*

Imputare.

Imputari non debet alicui, si per ipsum
non fiat, quin fiat, quod faciendum est.

Imputari non debet ei, per quem non fiat, si non
faciat, quod per eum fuerat faciendum. *De reg. juris.*
in 6. reg. 41.

Incantatio. Incantator.

1. Incantationibus vacantes, ejiciantur ab
Ecclesia. *Conc. Laodicens. cap. 36.*
Vide, Amuleta. Conc. Carthag. 4. c. 89.
Vide, Augurium. n. 8. Ipsò factò sunt
excommunicati. Concil. Sabinen. cap. 25.
Vide, ibidem. n. 1.

2. Incantationes, auguria, auspicia, &c.
fugienda. *Lib. 2. Const. Apost. c. 62.*
Vide, Arioli. n. 3.

3. Incantationes cum verbis sacris Sym-
boli, &c. illicitæ sunt, & indignæ Chri-
stianò homine.

Non liceat in herbarum collectionibus, quæ medi-
cinales sunt, aliquas observationes, aut incantationes
attendere, nisi tantum cum Symbolo Divino & Ora-
tione Dominica, ut tantum DEUS, Creator omnium
& Dominus, honoretur. *Conc. Lucen. 2. cap. 74.*

4. Incantationes facientes super infirmos,
si laici, excommunicentur, si Clerici,
degradentur. *26. qu. 7. cap. Admoneant.*
Vide, Clerici. tit. 33. n. 2.

5. Incantatores, seu ligatores, si Clerici,
ab E. ejiciendi.

Non liceat Clericis incantatores esse, & ligaturas
facere, quod est conligatio animarum; quod si quis hæc
facit, de Ecclesia projiciatur. *Conc. Lucen. 2. c. 59.*

6. Incantatores exterminandi.

Pervenit ad nos, quod quosdam incantatores atque
fortilegos fuerit insecutus. Et omninò nobis sollicitu-
dinem, zelumque tuum, gratum fuisse cognoscas, &c.
& ideo studii tui sit, sollicitè querere, & quoscunque
hujusmodi inimicos Christi inveneris, ita distric-
tione corrigere, ut & nos de experientia tua melius
debeamus habere judicium, & DEO nostro te, quod
maximè studendum est, valeas commendare. *26. qu. 5.*
cap. Pervenit. ex Gregor. I. lib. 9. Ex regest. epist. 47.

7. Incantatores consulens, ipsò factò est
excommunicatus. *Concilium Sabinen.*
*cap. 25. Vide, Augurium. num. 1. Conci-
lium Romanum 1. sub Gregor. II. cap. 12.*
Zacharias ep. 1. Vide, Arioli. n. 2.

8. Incantatores, qui sunt.

Incantatores verò vocati sunt, qui artem verbis
peragunt. *26. qu. 3. c. Primo igitur.*
Tomus II.

9. Incantationibus vacantes, si Clerici,
sive laici, graviter puniendi, & quo-
modo. *Leo X. constit. 7. Superna. §. 41.*
Vide, Sortilegi. Vide, Magi. Vide, Daemon.

Incarnatio.

1. Incarnatio à tota Sanctissima Trinitate
facta est, licet solum Verbum fuerit
incarnatum. *De fide & summa Trini-
tat. c. 1. Vide, Christus. tit. 7.*

2. Incarnatio Filii Dei facta est ad unitatem
personæ. *Clementina. De fide & summa*
Trinitate. cap. 1. Vide, Christus. tit. 11.

3. Incarnationis mysterium fide magis ho-
norandum, quam curiosè scrutandum.
*In Concilio Ephemino epist. Cyrilli ad Re-
ginus. Vide, Christus. tit. 2. num. 12. & 13.*
Vide, Personæ Divinæ. Vide, Verbum.
Vide, Trinitus.

Incautus.

Incautè loquens, percutit pufillos & in-
firmos.

Sanè percussor ille dicitur Doctor, qui sermone
utili conscientiam percutit infirmorum. *Dist. 45. cap.*
Sanè percussor.

Incendiarius.

1. Incendiarii sunt excommunicati.

Si quis membrorum truncationes, domorum in-
cendia fecerit, si facere jusserit, aut facienti consen-
serit, quousque de his unicuique legaliter & amica-
biliter, coram Episcopo civitatis, aliisve civibus, non
emendaverit, ab Ecclesia se privatam agnoscat. Si
verò post secundam & tertiam conventionem, cuncta,
in quibus arguitur, non emendaverit, tanquam Eth-
nicus & publicanus ab omni Christianorum Collegio
separetur. *23. q. 8. cap. Si quis membrorum. Post epist. 4.*
Eutychiani.

2. Incendiarii privantur Ecclesiasticâ sepul-
turâ. *Ibid. cap. Pessimam. infra.*

3. Incendiarii pœnitentia est, ut in Hieru-
salem, vel ad S. Jacobum in Hispania
per annum serviat. *Ibid.*

4. Incendiarii pœnam relaxans Episcopus,
damnum refarciat, & per annum à
Pontificalibus abtineat. *Ibid.*

5. Incendiarii possunt à Principibus puniri,
sed consultis Episcopis.

Pessimam siquidem, & depopulatricem, & horren-
dam incendiatorum malitiam, auctoritate Dei, & Bea-
torum Apostolorum Petri & Pauli, omninò detestamur
& interdiciamus. Si quis ergo post hujus nostre prohi-
bitionis promulgationem, malò studio, sive pro odio,
sive pro vindicta, ignem apposerit, vel apponi fecerit,
aut appositoribus consilium vel auxilium scienter tri-
buerit, excommunicatur: & si mortuus fuerit incendia-
rius, Christianorum caret sepulturâ, nec absolvat,
nisi prius damnò, cui intulit, secundum facultatem
suam refarcitò, juret, se ulterius ignem non appositu-
rum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hierosolymis, aut
in Hispania, in servitio Dei per annum integram per-
maneat. Si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus
hoc relaxaverit, damnium restituat, & per annum ab
officio Episcopali abtineat. Sanè Regibus, & Princi-
pibus, faciendâ justitia facultatem, consultis Episcopis
& Archiepiscopis, non negamus. *Ibidem. cap. Pessimam.*

6. Incendiarius, sive à consilio, sive à casu, te-
netur ad refarcienda damna. *De injuriis*
& damno dato. cap. Si egressus. Et cap. Si
quis domum. Vide, Damnificans. n. 2.

H h 3

7. In-

7. Incendiarius à confilio, præter restitutionem per tres annos pœniteat. *Ibidem. cap. Si quis domum. ibid.*
8. Incendiarii casus solet Episcopo reservari. *Extra. de Privilegiis. cap. Inter cunctas. Vide, Confessor. tit. 9. num. 3.*
9. Incendiarii declarati per sententiam Ecclesiæ, à solo Papa possunt absolvi. *De sententia excommunicationis. cap. Tuos. Vide, Absolutio. tit. 15. n. 1.*
10. Incendiarii EE. si in morte pœnitent, habent Ecclesiasticam sepulturam, secus si non pœnitent. *De raptoribus. cap. In litteris. infra.*
11. Hæres incendiarii Ecclesiæ, tenetur ad restitutionem.

In litteris tuis continebatur, quod cum H. multis fuisset criminibus irretitus, qui Ecclesiarum incendium diabolo instigante commiserat, tandem in agitudine constitutus, acceptâ pœnitentiâ de commissis, per manum Capellani sui fuit à sententia anathematis absolutus, sed moriens Ecclesiasticam sepulturam habere nequivit. Quapropter si ita res se habet, mandamus, ut corpus ejusdem appellatione cessante facias in cœmeterio sepeliri, & hæres ejus moneas, & compellas, ut his, quibus ille per incendium, vel aliò modò damna contra justitiam irrogaverat, juxta facultates suas, condigne satisfaciant, ut sic à peccato valeat liberari. *De raptoribus. cap. In litteris. Ex Concilio Lateranen. in append. tit. De raptoribus. cap. 2. Vide, Ecclesiarum incendiarii.*

Incerta.

Incerta non possunt judicari.

Incerta nemo unquam Pontificum judicare præsumat, quia quamvis vera sint, non tamen credenda, nisi, quæ manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ manifestò indiciò convincuntur, nisi quæ judicariò ordine publicantur. *Julius I. ep. 2. cap. 17. & Sixtus II. ep. 2. cap. 4. Victor I. ep. 1. cap. 2.*

Nomen Presbyteri propterea non ausus sum de numero Collegarum ejus vel suppressere, vel delere, ne Divinæ potestati, sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer injuriam, si illius judicium meò vellem judicariò prævenire: quod nec in negotiis secularibus judices faciunt, quando causæ dubitate ad majorem potestatem referunt, ut prudente relatione aliquid audeant commutare. *2. q. 1. cap. Nemo. 30. q. 5. & Judicantem. Vide, Dammare. tit. 1. n. 4.*

Incestus. Incestuosus.

1. Incestuosus est, qui copulatur carnaliter cum uxore relicta fratris, cum germana, noverca, sobrina, cum filia avunculi, vel relicta ab eo, cum filia patrum, cum privigna, vel cum alia, quam habuit aliquis ex consanguinitate.

De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestuosos verò nullò conjugis nomine deputandos, quos etiam designare sinecristum est. Hos enim censemus esse: Si quis relicta fratris (quæ penè prius soror extiterat) carnali conjunctione polluerit: si quis fratrem germanam uxorem acceperit: si quis novercam duxerit: si quis consobrinam suam se sociaverit: si quis relicta, vel filia avunculi miscetur, aut patrum filia, aut privignæ suæ, aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem: quos omnes, & olim, & nunc sub hac constitutione incestos esse dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere & curare præcipimus. *35. q. 2. cap. De incestis. Concilium Epaunen. cap. 30. Concilium Agabense. cap. 61. & Concilium Tolosan. 17. cap. 14. & Concilium Turon. 2. cap. 22.*

De incestis conjunctionibus ita, quæ sunt, serventur, ut hi, qui aut modò ad Baptisimum veniunt, aut quibus patrum statuta sacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro novitate conversionis, ac fidei suæ, credidimus consulendum, ut contracta hucusque hujusmodi conjugia non solvantur, sed in futurum, quod de incestis conjunctionibus in anterioribus Canonibus interdictum est, observetur: id est, ut ne quis sibi sub conjugii nomine sociate præsumat relicta patris, filiam uxoris, relicta fratris, sororem uxoris, consobrinam, aut sobrinam, relicta avunculi, vel patrum. Quòd si qui in hoc incesto adulterio potius, quam conjugio fuerint sociati, quamdiu se non sequestraverint, à communione Ecclesiastica repellantur. *Conc. Aurelianen. 3. cap. 10.*

De incestis conjunctionibus id statuimus observandum, ut si quis post synodi constituta illicita thori jura præsumpserit, circa eum secundum statuta Epaunen. Canonum à Sacerdotibus Ecclesiæ severitas teneatur. *Conc. Aurelianen. 4. cap. 27.*

2. Incestuosus dicitur, quicumque copulatur carnaliter cum aliqua consanguinea. *Ibidem.*

3. Incestuosi sunt infames, non possunt accusare, nec testificari. *Calixtus I. ep. 2. Vide, Consanguinei. n. 1.*

4. Incestuosi excommunicandi sunt.

Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquemus, quòd omnes incestuosi à liminibus sanctæ Ecclesiæ sint separandi, quousque per satisfactionem, precibus Sacerdotum, eidem sanctæ Ecclesiæ Catholice reconcilientur. *Greg. I. lib. 12. ep. 32.*

De his, qui incestu pollutione se maculant, placuit, ut quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantum Catechumenorum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit. *35. q. 2. cap. De his. cap. De incestis. supra n. 1. Ex Conc. Illerden. cap. 4.*

Incestuosi, dum in ipso detestando atque nefando scelere manent, non inter fideles Christianos, sed inter gentiles, aut Catechumenos habeantur, id est, cum Christianis non sumant cibum, nec potum, sed soli faciant hoc; non osculentur, nec saluentur ab eis: & si suis Sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundò, vel etiam inter eos, de quibus per se Veritas ait: (Si te non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.) Et, si alter eorum morte præventus fuerit, alter, quamdiu vivit, graviter pœniteat, & sine spe conjugii maneat. *35. q. 8. cap. Incestuosi.*

5. Incestuosi per Episcopum expellendi ab Ecclesia, donec pœniteant.

Ut Episcopi incestuosos pariter investigare studeant, omninò præcipimus. Et si pœnitere noluerint, de Ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quòd si Sacerdotum noluerint admonitionibus autem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus; oportet eos per secularis potentie disciplinam à tam prava consuetudine coerceri. *Concilium Moguntinum sub Leone III. cap. 53. & Concilium Wormat. 1. cap. 79.*

Quòd si Sacerdotum noluerint admonitionibus autem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus: oportet eos per secularis potentie disciplinam à tam prava consuetudine coerceri. *Concilium Moguntinum sub Leone IV. cap. 28. De incestuosis.*

6. Incestuosi si non corriguntur per Sacerdotes, corrigantur per seculares.

Incestuosi, parricidæ, homicidæ, multi apud nos heu proli dolor! reperuntur, sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus autem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentie disciplinam à tam prava consuetudine coerceri, qui per salutifera Sacerdotum

monita noluerunt revocari. *Concilium Turon. 3. cap. 41. Concilium Wormat. 1. cap. 79. supra. num. 5. & Concilium Colon. ut infra.*

7. Incestuosi, in pœnitentiam, ad Missam Catechumenorum tantum admittendi sunt, & cum eis nullus communicare debet.

De incestis autem conjunctionibus &c. secundum Agathense Concilium c. 61. nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. *Ex Conc. Illerden. cap. 4.* De his, qui se incestu pollutione commaculant, placuit, quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantum Catechumenorum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam, nec cibum sumere, ulli Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet. Quòd si conventi fuerint, & ad pœnitentiam remedia convolaverint, seque Sacramento constrinxerint, ulterius tam nefandâ & prorsus abominandâ pollutione non esse polluentes, iterumque ad recidiva malitia & vitæ pristinae sordes relapsi fuerint, ab Episcopo Civitatis comprehensit, sicut in Concilio Tolosano cap. 7. reperitur, in cujus territorio sunt, rursus legibus pœnitentiæ in monasteriis subdantur in villa. Quòd si facere per aliquem potestatis vigorem difficile fuerit, tunc sicuti præcorum Canonum statuerunt decreta, quousque iterum resipuerint, excommunicati, & anathemate condemnati habeantur: sed & hi, qui post excommunicationem, vel interdictum, cum eis communicaverint. *Conc. Colon. 1. cap. 6.*

8. Incestuosa matrimonia sunt prohibita.

Incestam copulationem, in qua nec conjux, nec nuptiæ rectè appellati leges sanxerunt, Catholica omninò detestatur atque abominatur Ecclesia, & gravioribus poenis eos afficere pronunciat, qui nativitate suæ gradus libidinosò ardore contententes, in merda, (quod nefas est) ut fues teterrimi convolvuntur. *Concilium Mantisonen. 2. cap. 18. Conc. Agabense. cap. 61. Concilium Aurelian. 3. cap. 10. Conc. Aurelian. 4. cap. 27. Conc. Epaunen. cap. 30. 35. q. 2. cap. De Incestis. supra n. 1.*

9. Incestuosa matrimonia sunt separanda, quia non sunt vera. *Conc. Tolosan. 17. cap. 14. supra. n. 1.* Et sic nubentes, non possunt cum aliis post separationem nubere. *Ibid. Vide, Matrimonia prohibita ratione consanguinitatis.*

10. Incestuosus non potest aliam conjugem accipere.

Ab isto die in antea, quòd tu per nullum ingenium te sociabis huc tuæ consanguineæ N. cum qua contra legem & rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrasti; nec in conjugio, nec in adultério illam tibi sociabis, nec cum illa ad unam mensam manducabis & bibes, aut sub uno recto loco manebis; nisi fortè in Ecclesia, aut in alio publico loco, ubi nulla mala suspicio possit esse, & ibi coram testibus idoneis, pro certa necessitate pariter colloquamini; nec aliam conjugem accipies, nisi fortè post peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab Episcopo tuo, aut ejus missò. Sic te DEUS adjuvet, & ista Sanctorum Reliquiæ. *35. q. 6. Ab isto die.*

11. Incestuosum matrimonium quando tenet, & quomodo adesse potest obligatio reddendi debitum absque eo, quòd possit peti, quando scilicet unus conjux est conscius incestus, alius verò non. Et conscius non potest ulterius nubere.

Transmissa nobis tua littera demonstravit, quòd G. uxore suâ defunctâ, filiam ejus, privignam videlicet propriam, copulâ carnali cognovit, postmodum aliam accipiens in uxorem, cum privigna publicè, tanquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expavit. Quia verò super his consilium requisisti, præsentem paginâ respondemus, quòd legitime uxori

cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscat eam, quamdiu vixerit, nisi ab eâ fuerit requisitus, & tunc ad ipsam non sine gravi cordis dolore accedat: qui etiam pro incestu & adulterio, donec cum ea permanserit, juxta moderamen tui arbitrii, pœnitentiam agens, postmodum, si supervixerit ei, perpetuò sine spe conjugii permanebit. *De eo qui cognovit &c. cap. Transmissa.*

12. Incestus causæ per Ecclesiæ judicium terminandæ sunt.

Si quis de uno in alium omninò transmigrat Episcopatum, & si (quod ablit) contingat, eum filiam sororis suæ, amitæ, aut materteræ, avunculi aut patrum polluerit, aut aliquod crimen committere, Episcopus, in cujus tunc Diocesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat jus & potestatem, secundum Canoniam auctoritatem & nostram synodalem institutionem flagitiosum coercere, & ad pœnitendum emollire. Per quos enim melius rei veritas ventilatur, & emendatur, quam per has, inter quos habitat, & criminolus apparet? *Concilium Triburien. cap. 42. Concilium Wormatien. 1. cap. 79. & Concilium Colonien. 1. cap. 6. supra. num. 6.*

Incorrigibilis.

1. Incorrigibilis, quamdiu ita manet in peccato, absolvi non potest.

Damnationis sententiam quicumque meretur accipere: si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit. *24. q. 2. c. Damnationis.*

2. Incorrigibiles à peccatis, excommunicandi sunt.

Tam Sacerdotes, quam reliqui fideles omnes, summam curam habere debent, de his, qui percutunt: quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separantur. *24. q. 3. cap. Tam Sacerdotes.*

Ecce autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, undecunque elaruerint; quæcumque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, veluti igne quodam piæ increpationis urenda sunt, & curanda. Quòd si nec sic quidem æquanimitè sustinentis, ac piè increpantis medela processerit, in eis qui diu portati, & salubriter objurgati, corrigi noluerint, tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscondi: ne sicut cato morbis emortua, si abscessa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit: ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo perstant, si moribus depravatis in Sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant. *Ibid. cap. Ecce autem.*

3. Incorrigibiles inter Regulares. Vide, Regulares. Vide, Ejecti.

Indicium.

1. Sinè indiciis fieri non potest judicium. *2. q. 1. cap. Nomen. 30. q. 5. cap. Judicantem. Concilium Nicenum I. ex Julio. cap. 17. Vide, Incerta.*

In ipso cause initio, non est à questionibus inchoandum. *De regulis juris. cap. Cui in contemplatione.*

2. Indicia delicti debent esse indubitata, ut convincant. *2. q. 8. cap. Sciant. Vide, Accusator. tit. 4. num. 3. 11. q. 3. c. Quamvis. Vide, Credere. num. 6. Concilium Nicenum I. ex Julio I. cap. 17. ut supra.*
3. Indicia manifesta sunt, quæ judicariò ordine comprobantur. *Julius I. ep. 2. c. 19. Vide, Incerta.*
4. Sinè indiciis certis, dari non possunt tormenta reo.

De oculis enim cordis alieni temerè judicare peccatum est: & cum, cujus non videntur opera, nisi bona

na, iniquum est, ex suspitione reprehendere, cum eorum, quae homini sunt incognita, solus DEUS Iudex sit iustus, qui Inspector est verus. Unde scriptum est: (Incerta non iudicemus, quousque adveniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.) Et quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi certis indicis comprobentur, nisi quae manifeste iudicio convincuntur, nisi quae iudiciali ordine publicantur. Nullus ergo potest humano condempnari examine, quem DEUS suo iudicio reservavit. *Sixtus II. ep. 2. cap. 4.*

Neque in re dubia certa iudicetur sententia, nec ullum iudicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur. *Zephyrinus. ep. 1.*

Incerta, charissimi, nullatenus iudicemus, quoad usque venit Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum. *Et cetera ut supra. ex Sixto II. Victor. I. ep. 1. cap. 2. De reg. juris. cap. Cum interplatione. supra.*

Vide, *Iudex, iudicare, iudicium. Vide, Incerta. Vide, Dubia.*

Indicis congregatio. Index librorum.

- 1. Indicis congregatio creata per Sixtum V. pro revisione librorum prohibitorum, confirmatur a Clemente VIII. *const. 36. Sacrosanctum. Vide, Congregatio.*
2. Index librorum prohibitorum comprobatur a Pio IV. *const. 77. Dominici.*
3. Indicis regulae observandae pro libris prohibitis. *Ibid.*

Indifferentia.

Indifferentia dicuntur, quae non sunt contra fidem, neque contra bonos mores.

Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum est. *Dist. 12. cap. Illa autem.*

Indignus.

- 1. Indignos ordinans, privatur potestate ordinandi. *Dist. 81. cap. Tantis. Vide, Episcopus. tit. 2. n. 31.*
2. Indignum electum confirmans, privatur potestate confirmandi, & perceptione fructuum beneficium. *De Electione, &c. cap. Nihil est. ex Conc. Lateran. 4. cap. 26. Vide, Confirmationes legales. n. 13.*
3. Indignis non profunt, sed nocent Sacramenta. *1. qu. 1. cap. Per Isaiam. Vide, Sacramenta. tit. 4. n. 6.*

Induciae.

- 1. Induciae concedendae sunt Episcopo accusato pro defensione: longae debent esse, nec breviores, quam 6. mensium. Quanto tempore exspoliati vel expulsi esse videbuntur, antequam ad Synodum convocentur, sub eodem spatio temporis eis induciae indulgentur. *3. q. 2. cap. Quanto tempore. Felix II. epist. 1. cap. 21. Dam. ius. ep. 43. qu. 2. cap. Quanto tempore. qu. 3. cap. De Inducis. & cap. Inducis. Vide, Episcopus. tit. 29. n. 12.*
2. Induciae non sunt negandae relictis. Ejectis vel exspoliatis post integram restitutionem, anniversariae induciae vel sex mensium indulgentur sunt. *Ibidem. cap. Ejectis.* Cum accusatus ad iudicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit, induciae ei petenti a Patribus constitutae, absque impedimento concedantur, & iudices a se electi sibi tribuantur. *Ibid. qu. 3. cap. Cum accusatus. Ibidem. 3. qu. 2. cap. Prius. & cap. Tullius. Vide, Episcopus. tit. 37. n. 2. & 5.*

- 3. Induciae deliberatoriae non dantur reo, si per litteras citatorias potuit edoceri. *De Dilationibus. cap. Praeterea. Vide, Dilatio. n. 2.*
4. Induciae quando dandae, & quando non. *De Dilationibus. cap. Litterae tuae. Vide, ibid. n. 3.*

Indulgentiae.

- 1. Indulgentiae a Papa moderate concedendae. *De Poenit. c. Cum ex eo. ex Conc. Lateran. 4. cap. 62. Vide, Episcopus. tit. 87. n. 1.*
2. Episcopus non potest concedere indulgentias superfluas, sed has tantum: in die Dedicationis Ecclesiae indulgentias unius anni, pro anniversario Ecclesiae, dies quadraginta. *Conc. Lateran. 4. cap. 62. Conc. Ravennat. 4. sub Joanne XXII. cap. 20. Vide, Episcopus. tit. 87. n. 1. & 2.*
3. Non possunt Episcopi concedere majorem indulgentiam, quam dierum quadraginta. *De Poenit. & Remiss. cap. Cum ex eo. supra. n. 1. Eodem tit. in 6. cap. 1. Vide, Archi-Episcopus. tit. 3. n. 5. Conc. Constant. in const. Martini V. Vide, in Bullario.*
4. Archi-Episcopi in Provincia possunt concedere dies 40. indulgentiae juxta Canones, id est, dierum 40. *De Poenit. & Remiss. cap. Nostro. Vide, Archi-Episcopus. tit. 3. num. 5.*
5. Indulgentias concedere non possunt Abbates vel alii.

Accedentibus ad nos a diversis Mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus graves & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quae sunt Episcopalis dignitatis, extendunt: de causis matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas poenitentias, concedendo etiam indulgentiarum litteras, & similia praesumendo; unde contingit interdum, quod vilescit Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his, & Episcoporum dignitati, & Abbatum providere salutem: Praesenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se praesumat extendere, si proprium voluerit periculum evitare; nisi forsitan quicumque eorum speciali concessione vel alia legitima causa super huiusmodi valeat se tueri. *De excessibus Praelatorum. cap. Accedentibus.*

- 6. Indulgentiae a Praelatis conceduntur subditis tantum.

Quod autem consultasti, utrum remissiones, quae sunt in EE. dedicationibus, aut conferentibus ad edificationem pontium aliis profint, quam his, qui remittentibus subsunt: hoc tuam discretionem volumus firmiter tenere, quod cum a non suo iudice ligari nullus valeat, remissiones praedictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus, ut profint, proprii iudices specialiter indulerunt. *De poenitentia & remissione. cap. Quod autem. Concilium Lateranense. 3. in appendice. tit. De poenitentia. cap. 4. Concil. Constantense. in const. Martini V. Vide, in Bullario.*

- 7. Indulgentiae non sunt fraudes, sed legitima remissiones. *Leo X. constitutione 40. Exurge.*
8. Indulgentiae concessae a Papa profunt etiam defunctis. *Joannes VIII. ep. 144. Vide, Defuncti. tit. 1. n. 2.*
9. Indulgentiae habent veram efficaciam, dum a Papa vel Episcopis conceduntur.

- 10. Indulgentia plenaria concedi solet iis, qui vadunt in Terram Sanctam contra Turcas, & eis, qui ipsos juvant eleemosynis, si confessi & contriti sunt.

Nos igitur omnipotentis DEI misericordia & BB. AA. Petri & Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis (licet indignè) DEUS ligandi atque solvendi contulit potestatem, omnibus, qui laborem propriis personis subierint, & expensis plenam suorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confessi, veniam indulgemus, & in retributione justorum salutis aeternae pollicemur augmentum; eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis juxta facultatem & qualitatem suam viros idoneos destinaverint, & illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accesserint, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoque remissionis volumus & concedimus esse participes, juxta qualitatem subsidii & devotionis affectum omnes, qui ad subventionem ipsius terrae de bonis suis congruè ministrabunt, aut consilium & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam pie proficiscentibus in hoc opere, in communi universalis synodus omnium beneficiorum suorum suffragium impertitur, ut eis digne proficiat ad salutem. Amen. *Concilium Lateran. 4. in decret. expeditionis pro Terra Sancta.*

- 11. Indulgentiae anni sancti a poenitentibus confessis acquiruntur. *Extra. de Poenit. &c. cap. Unigenitus. Vide, Annus Sanctus. num. 2.*
12. Indulgentias anni sancti melius lucratur, qui magis devotè visitat Ecclesias. *Extra. de Poenit. c. Antiquorum. idem ac constitut. 7. Bonifacii VIII. Vide, in Bullario.*
13. Indulgentias lucrari non potest, qui habet casus Papae reservatos in Bulla Caenae. Considerans, quod plerumque contingit, suam sanctitatem huiusmodi facultates & confessionalia tam praesentibus, quam absentibus, etiam oraculo viva vocis concedere, ne praetextu concessionis huiusmodi vel poenitentes vel confessores in supra scriptis casibus fallantur & fallant, statuit & decrevit suae intentionis fuisse, & esse, per quascunque concessionis & facultates, per suam facultatem tam scripto, quam verbo factas, & in posterum faciendas, nemini licere, iure retro dictis casibus absolvere, sine speciali suae sanctitatis licentia, quin imò concessionis & indulta praedicta, quoad casus exceptos huiusmodi, nulli penitus suffragari. *Ibid. c. Et si Dominici.*
14. Indulgentiae concessae populis a Papa, publicandae sunt ab aliquo provido viro, cum licentia Episcopi vel ejus Vicarii. Statuimus, ut amodo indulgentiae, per S. A. concessae vel concedendae, per Rectorem aut alium providum, honestum & eruditum virum, per loci Dioecesanum seu ejus Vicarium deputandum, publicentur, & populo exponantur. *Conc. Turonen. 4. cap. ultimo.*
15. Indulgentiae sumuntur de thesauro Ecclesiae, qui constat ex meritis Christi & Sanctorum. *Leo X. const. 40. Exurge.*
16. Indulgentiae non solum sunt licitae, sed salutares, utiles & expedientes. *Ibid.*
17. Indulgentiae valent ad remissionem poenae debitae pro peccatis actualibus. *Ibid.*
18. Indulgentiae non dantur pro solis peccatis publicis, sed etiam pro aliis. *Ibid.*
19. Indulgentiae profunt omnibus digne accipientibus. *Ibid.*
20. Indulgentiae, quae prius per Quaestores

- publicabuntur, possunt & debent per duos de Capitulo iussu Episcopi publicari. *Conc. Trid. sess. 21. de Reform. cap. ult.*
21. Indulgentias publicantes accipere possunt eleemosynas oblatas, nullam acceptam mercede pro se. *Conc. Trid. ibid. cap. ult.*
22. Indulgentias concedendi potestas concessa est a Christo Ecclesiae: contrarium dicens, est anathema. *Conc. Trid. sess. 25. in Decr. de Indulgentiis.*
23. Indulgentiae moderate ab Episcopis concedendae. *Ibid.*
24. Indulgentiarum abusus ab Episcopis ad Papam referendus. *Conc. Trid. ibid.*
25. Indulgentiae profunt omnibus Christianis contritis & confessis, quando eas concedit Papa ex pia causa, peregrinatione, &c. *Conc. Constant. sess. ult. in const. Martini V. circa mediu. Vide, in Bullario.*
26. Indulgentia plenaria solita concedi a Papa, semel in vita & in articulo mortis, praeviis quibusdam piis operibus, valida & efficax est.

Item auctoritate DEI omnipotentis, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus & nostrae concedimus omnibus & singulis, qui in hoc sacro Concilio & causa ipsius interfuerint, absolutionem plenariam, semel in vita, ita quod quilibet de praedictis infra duos menses, postquam ad ejus notitiam concessio huiusmodi pervenerit, possit dictum beneficium absolutionis assequi in forma; similem concessionem fecimus in mortis articulo. Et intelligimus tam de Dominis, quam de familiaribus eorundem; sic tamen, quod a die notitiae praesentium pro absolutione in vita jejunent per annum 6. feriata, & pro absolutione in mortis articulo per alium annum, nisi legitime fuerint impediti, quod casu habeant alia pietatis opera peragere. Post secundum vero annum debeant etiam usque ad finem vitae feriae 6. jejunare, vel aliqua pietatis opera peragere. *Conc. Constant. sess. ult. In dissolutione Concilii.*

- 27. Indulgentiae, quas poterant quaedam loca pia olim concedere, omnes revocantur. *Pius IV. const. 62. De commissis.*
28. Indulgentiae concessae pro Quatuordecim diebus iis, qui porrigunt manus adjuvantes pro quocunque Hospitali, loco pio, fabrica, &c. omnes sunt revocatae. *Pius V. const. 30. Et si Dominici.*
29. Indulgentiae datae pro Quatuordecim diebus vel confessionibus reservatorum, omnes sunt annullatae. *Pius V. const. 99. Quam plenum.*
30. Indulgentiae quibuscunque concessae, tempore Anni Sancti, sunt suspensae. *Clem. VIII. const. 58. in addit. seu declarat. sequenti. Urbanus VIII. const. 16. Omnes. in declarat. seq.*
31. Indulgentiae omnes, olim concessae Regularibus, praeter eas, quas confirmat, & exprimit Paulus V. annullatae sunt. *Paulus V. const. 21. Romanus. per §§. 19.*
32. Quanam sunt istae indulgentiae, quae nunc sunt in vigore pro Regularibus. *Ibid.* Sed Vide, *Regulares.*
33. Indulgentiae a nullo Capitulo vel Monasterio possunt communicari, nisi servata forma. *Const. Clement VIII. 15. Quaecunque.* quae comprehendit etiam Capitu-

- pitulum Lateranensis Ecclesiæ. *Paulus V. const. 68. Quæ salubriter.*
34. Indulgentia plenaria solet à Papa concedi iis, qui pro necessitatibus Ecclesiæ orationes & determinata opera pia faciunt. *Urbanus VIII. const. 82. Quod ab initio in declarat. sequenti.*
35. Indulgentia plenaria concedi solet à Papa iis, qui gratias agunt Deo pro præservatione Urbis à peste. *Urbanus VIII. const. 109. Pater misericordiarum.*
36. In litteris indulgentiarum, quas Papa concedit, apponenda est illa clausula, quod si illi Ecclesiæ vel Capellæ, alia indulgentia, de qua non fit mentio, per ipsum sit concessa, nulla est concessio. *Urbanus VIII. const. 16. Omnes gentes. in declarat. seqq. cap. 53. Vide, Jubilæum.*

Induratio hominis.

I. Induratio malorum undè provenit.

Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam; nonnè post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & Regnum, quod perdidit, rursus accepit, Pharaonem autem ipsi flagellis est durior effectus, & periit? Hic mihi rationem reddat, qui Divinum consilium nimium alto sapientiæ corde diducit, cur medicamentum unius medici manu confectum, alii ad interitum, alii valuerit ad salutem? Nisi quia Christi bonus odor aliis est odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo Reges. Quantum ad causam, ambo captivum populum DEI possidebant. Quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diversos, nisi quod unus manum DEI sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter liberò contra DEI misericordiam veritatem pugnavit arbitrio: 23. q. 4. cap. Nabuchodonosor.

Prædestinationem DEI sive ad bona, sive ad mala in hominibus operari, ineptissime dicitur, ut ad utrumque homines quædam necessitas videatur impellere; cum in bonis voluntas sit intelligenda non sine gratia, in malis autem voluntas intelligenda sine gratia. Cum verò aliquos à DEO aut traditos desideris suis, aut obduratos legimus, aut relictos: magnis peccatis suis hoc ipsos meruisse profiteamur, quia talia eorum crimina præcesserunt, ut ipsi sibi pœnas debuerint, quæ eis etiam supplicium verterent in reatum, atque ita nec de iudicio DEI querimus, quò deseritis, meritis deserit: & misericordiæ eius gratias agimus, quæ liberat, non meritis liberari. Vires itaque obedientiæ non idè cuiquam suberant, quia eum non prædestinavit; sed idè eum non prædestinavit, quia recessurum ab ipsa obedientia esse, prævidit, &c. *Ibid. cap. Vasis in v.*

Infamia, Infamis, Infamans.

- I. Infamia ex his causis oritur, & ita sunt species infamium: fidem negantes, seu hæretici, statuta Ecclesiæ spernentes, fures, sacrilegi, omnes delinquentes criminaliter, patres persequentes, sepulchra Sanctorum violantes, incestuosi, homicidæ, perjuri, raptores, malefici, venefici, adulteri, loca sibi non convenientia tenentes, à bello fugientes, Ecclesiarum bona rapientes, calumniatores, accusantes non probantes, provocantes Principum animos contra innocentes, anathematizati, pulsi ab Ecclesia ob sua scelera, & omnes alii,

- quos leges Mundi declarant infames. *Stephanus I. in ep. Decretali. 6. qu. 1. cap. Infames. Vide, Clerici. tit. 28. n. 1. ibid. cap. Omnes. infra.*
2. Omnes, quos sæculum iudicat infames, in lege Canonica sunt tales. *6. qu. 1. cap. Omnes verò. ex Adriano I. in Decretis. cap. 21. Vide, Accusare. tit. 2. n. 2.*
3. Infamis est, qui cum consanguinea contrahit matrimonium. *35. qu. 2. cap. Conjunctiones. Vide, Consanguinei. n. 1.*
4. Qui peccata quædam gravia publicè committunt, sunt infames.

Illi, qui illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus ait: (Quoniam, qui talia agunt, Regnum DEI non consequentur.) Valde cavendi sunt, & ad emendationem, si voluntariè noluerint, compellendi, quia infamiæ maculis sunt aspersi, & in Barathrum delabuntur, nisi eis Sacerdotali autoritate subventum fuerit; similiter & illi, de quibus ipse ait: (Cum huiusmodi hominibus nec cibum sumere) quia infamiæ sunt notati, antequam Sacerdotali autoritate sanentur; & in gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ redintegrentur; quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. *6. qu. 1. cap. Illi qui.*

5. Infamis fit Clericus, accusans suum Episcopum. *Vide, Accusare.*
6. Infamis est perjurus scienter. Quicumque sciens se pejeraverit, 40. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia, & nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hæc percipiat. *6. q. 1. cap. Quicumque.*
7. Infamis est fur publicus. *De Furtis. cap. fu. Vide, Fur. n. 9.*
8. Infamia incurritur per actionem injuriarum, iudicatam à iudice. *De Sent. & re. judic. c. Cum te. Vide, Damnatus. tit. 2. n. 10.*
9. Infamia non oritur ex dictis paucorum. *De accusat. & c. cap. Inquisitionis. §. Quævis. Vide, Pœna. n. 27.*
10. Infamis non potest esse Sacerdos, nec ullum gradum Ecclesiasticum obtinere. *Stephanus I. in ep. Decretali. 6. qu. 1. cap. Infames. Adrianus I. in Decretis. cap. 21. Vide, uti supra. n. 1. De Regulis Juris in 6. Regula 87. Vide, Dignitas. tit. 2. num. 10. Imò nec etiam infamatus tantum. Vide, Infamatus.*

II. Infamatus non potest esse iudex aut Procurator.

Judices autem & accusatores tales esse debent, qui omni caveant suspitione, & ex radice charitatis suam desiderant promerere sententiam. *Felix II. ep. 2. c. 21.*

Infamis enim persona nec procurator potest esse, nec cognitor. *Adrianus I. in Decretis. cap. 5. 3. q. 7. cap. Infamis. §. cap. Infames. Vide, Advocatus. tit. 1. n. 1.*

12. Infamis non potest accusare alios bone famæ. *3. quæst. 4. cap. Alienis. §. cap. Nulli unquam. Vide, Accusare. tit. 2. n. 2.*
13. Infamans aliquem malitiosè, excommunicetur. Item excommunicamus omnes illos, qui gratiâ lucri, odii, vel favoris, vel aliter malitiosè crimen imponunt vel opponunt alicui, cum infamatus non sit apud bonos & graves, ut sic saltem ei purgatio indicatur, vel aliò modo gravetur. *Conc. Oxoniens. 1. c. 1.*

14. Infamis nullum actum legitimum contractus, accusationis, obligationis &c. potest facere.

Nec

Nec tamen si unus à pluribus, vel infamis ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod testentur, tanquam plures & idonei testes debent admitti, cum etiam secundum solitum ordinem iudiciorum non sufficiat unius testis assertio, etiam si prædiali dignitate præfulgeat, & actus legitimi sint infamibus interdicti. *Conc. Lat. 4. c. 52. §. De Testibus & c. Licet ex quadam.*

15. Infamis non potest accusare, nisi in causa propria.

Item placuit, ut omnes servi vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subjectæ personæ, Hæretici etiam, sive Pagani, sive Judæi, sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda. *Conc. Carthag. 7. cap. 2.*

16. Infamis non fit testis, qui propter vacillationem carceratur.

Clericus autem, qui pro eo, quod variaverat, & vacillaverat coram vobis, de mandato nostro captus est & detentus, infamiam non incurrit. *De Pœnis. cap. Super his.*

17. Infamibus non pateant portæ ad dignitates. *De reg. Juris in 6. Reg. 87. Vide, uti supra. n. 10.*

18. Infamia actionis injuriarum à Papa potest tolli. *De Sent. & re. jud. cap. Cum te. Vide, ubi supra. n. 8.*

19. Infamia, quæ adducit purgationem, procedere debet ex conjecturis probabilibus, non ab æmulis.

Ceterum, quia Procurator instabat, compulsi fuimus non juris necessitate, sed importunitate petentis, ut per vos ei purgationem Canonice cum duobus Abbatibus mandarem iudici, quamvis fuerimus protestati, quod ex alia causa talis petitio minis providè tunc fiebat: quia Strigoniensis Ecclesiæ Suffraganei vix eò tempore purgarent eundem, qui in facto postulationis contradicebant eidem, & Suffraganei Colocensis Ecclesiæ ipsum minime tunc purgarent, quia inter eum & Colocensem Archi-Episcopum de Strigoniensi Metropoli contentio vertebatur. Undè cum non sint alii Pontifices in Hungaria, meritò videbatur, quod per Episcopos Regni sui non posset in illo articulo se purgare. *De Purgatione Canonica. cap. Cum in juvenute.*

20. Infamiæ inquisitione relicta, si non reclamatur, valet processus.

Sis, cui contra te commissâ fuerat simpliciter inquisitio, super certis criminibus faciendâ, processerit te præsentem, nec reclamante, aut quidquam super hoc excipiente, (infamiæ inquisitione omisâ) ad veritatem eorundem criminum inquirendam; processum huiusmodi ex eo, quod non fuit de infamia primitus inquisitum, ulterius impugnare nequibus. *De accusat. & c. in 6. cap. fu.*

21. Infamia saltem constare debet, ut procedatur in aliquo crimine.

Discretionem vestræ mandamus, quod, nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noveritis, vos ad inquisitionem illorum non subitò procedatis. Quod si ad inquisitionem fuerit procedendum, prædictos vel alios, quos ipsius esse constitit inimicos, nec ad prosequendam inquisitionem, nec ad perhibendum testimonium contra ipsum Episcopum admittatis; sed per viros idoneos super his, quæ gesta sunt, inquiratis diligentius veritatem. Et si nihil grave probatum fuerit contra ipsum, vos purgationem Canonice indicatis eidem. *De accusat. cap. Cum oporteat. §. cap. Inquisitionis. §. Tertio. Vide, Deposito. tit. 1. num. 1.*

22. Infamans aliquem. *Vide, Crimen. Vide, Calumnia. Vide, Detraçtio.*

Infamatus.

1. Infamatus de aliquo crimine, quando & quomodo debet se purgare.

Nobilis homo vel ingenuus, si in synodo accusatus, crimen negaverit, si fidelem eum esse sciverit, cum duodecim ingenuis se expuret: si autem antea deprehensus fuerit in furto, aut perjurio, aut falso testimonio, non admittatur ad iurandum; sed ei (licet qui ingenuus non est) purgatio indicatur. *De purgatione Canonica. cap. 1.*

2. Infamatus, tertio monitus, si non se purgat, suspenditur ab officio.

Si quis Presbyter negligens vitæ suæ, pravis exemplis mala de se suspicari permiserit, & populus ab Episcopo, juramentò seu banno Christianitatis adstrictus, infamiam ejus parefecerit, certique accusatores criminis ejus defuerint, admonetur primò seorsum ab Episcopo: deinde sub duobus vel tribus testibus: & si non emendaverit, Episcopus eum publicè in expiatione admonet. Si verò nec sic se correxerit, ab officio suspendatur usque ad condignam satisfactionem, nè populus fidelium in eo scandalum patiatur. *Ibidem. cap. Si quis Presbyter.*

3. Infamatus de crimine, si non convincitur, debet se purgare; & si deficit in purgatione, habetur ut reus. Quomodo per alios compurgatores debet se purgare. Si se purgat, absolvitur à nota infamiæ.

Si de aliquo crimine publicè laborat infamiæ, accusatore & testibus deficientibus, ad purgationem per Diocesana Episcopum est compellendus, nisi fortè super ipsa ad superiorem iudicem duxerit appellandum. *Concil. Lateranen. 3. in append. De appellat. cap. 27. §. tit. De simonia. cap. 13. Vide, Electores. n. 23.*

Si accusatores idonei minime apparuerint, qui eundem de homicidio convincere possint, ut cum septima vel quinta manu sui Ordinis, sicut expedite cognoveris, per purgationem Canonice, innocentiam ostendat, sibi injungas: quam cum præstiterit, suspensionem sine mora & difficultate relaxes, & eum testimonii boni annuntians, ab infamia homicidii, nullius contradictione vel appellacione obstantem, autoritate nostrâ fretus, absolvas. Is autem, qui infamatus, se se immunem à crimine homicidii præstito juramentò firmabit, & purgatores, qui eum credant verum jurasse, jurare debebunt. *Concil. Lateranen. 3. in appendice. tit. 50. cap. 50.*

Mandamus, quatenus per Episcopatum Cenoniensem & civitatem facias publicè nuntiari, ut, si qui de hoc ipsum Archidiaconum accusare voluerint, etiam secundum juris ordinem coram vobis accusetur: & nisi comparuerint, qui de homicidio illo eum velint inpetere, causam convocatis paribus audiant, & sublato appellacionis obstaculo debitò sine terminis. Si verò publicè & manifestè denunciatione factâ, infra 40. dies accusator non apparuerit, vel eum in probatione defecerit: prædicto Archidiacono secundum quantitatem infamiæ, quâ laborat, purgationem Canonice imponatis, & eâ præstitâ & receptâ, ipsum à nota infamiæ, contradictione & appellacione cessante absolvatur, publicè nuntietis, & factis absolutum haberi. *Ibidem. cap. 65.*

Diffamati famâ publicâ, vel verisimilibus indicis super crimine, de quo vinci non possunt, commoneantur semel, secundo & tertio, ut confiteantur & satisfaciant. Si verò incorrecti in negatione persistuerint, indicantur eis purgatio, & non occasione pecuniæ caprandæ differant de die in diem, sed statim primo die, si parata fuerit, suscipiantur, & Canonice numerum non excedat. *Concilium Londinen. 1. cap. 12. De purgatione Canonica. cap. Inter sollicitudines. Vide, Deficiens. num. 1.*

4. Infamatus deficiens in purgatione, habetur ut convictus. *De purgatione Canonica. cap. Inter sollicitudines. Vide, Deficiens. num. 1.*

5. In-

5. Infamatus Prælati, si crimen probari non potest, purget se juramento in veritate; deinde alii pro eo jurent, se credere, quod verum dicit. *Ibidem cap. Quoties. & cap. Testibus. Vide, Compurgatores. n. 2. Vide, Purgatio.*
6. Infamatus de crimine gravi, suspenditur ab officio & beneficio, donec se purget. *Ibidem cap. Inter sollicitudines. Vide, deficiens. num. 1.*
7. Infamato absque probabili conjectura, non indicitur purgatio. *De purgatione Canonica. cap. Cum in juventute. Vide, tit. præcedenti. n. 19.*
8. Infamatus super defectum natalium, non potest ordinari. *Ibidem cap. Accedens. Vide, Clericus. tit. 3. n. 15.*
9. Infamato de aliquo crimine, si accusatores non comparent, indicitur purgatio. *Ibidem. A suo Prælati indicitur. cap. Nos inter. Vide, Episcopus. tit. 15. num. 48.*
10. Infamatus de simonia, si non se purgat, habetur pro convicto. *De simonia. cap. De hoc autem. Vide, Accusatus. num. 17.*
11. Infamatus se purgans, si deficit, privatur officio & beneficio. *De purgatione Canonica. cap. Cum P. Manconella. Vide, Compurgatores. num. 1.*
12. Infamatus de usura, licet non adfit accusator, si constet per alia argumenta, habendus est pro reo, & puniendus.

Licet contra eos non appareat accusator: si tamen aliis argumentis illos constiterit esse usurarios manifestos, in eos penam, in Lateranensi Concilio contra usurarios editam, libere poteris exercere. *De usuris. cap. Cum in Diocesi.*

13. Infamato se purgante, contradictores condemnantur in expensis. *De accusat. & cap. Accedens. Vide, Deficiens. n. 1.*
14. Infamatus de aliquo crimine, si est fide dignus, jurat se non fecisse, & alii duodecim jurant, pro eo, quod credant, verum dicere. Si verò in perjurio, falso testimonio, &c. fuerit convictus, non admittitur ad jurandum. *De purgatione Canonica. cap. 1. supra n. 1. Vide, Purgatio Canonica.*

Infans.

1. Infantes, qui à parentibus Clericatu adscribebantur olim: & cum ad ætatem 18. annorum perveniebant, explorandi erant, an vellent permanere.

De his, quos voluntas parentum à primis infantis annis in Clericatus officio vel monachali posuit, pariter statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo Ecclesie sub Episcopali presentia à Præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum suæ ætatis compleverint annum, coram totius Cleri plebilque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab Episcopo perscrutetur, quibus si gratia castitatis (DEO inspirante) placuerit, & promissione castimonie suæ abique conjugali necessitate responderint servaturos, hi tanquam appetitores æretissimæ viæ levissimo Domini Jugo subdantur: ac primò Subdiaconatus ministerium, probatione habitâ, professionis suæ à 20. anno suscipiant. *Concilium Toletanum. 2. cap. 1. & dist. 28. cap. De his.*

2. Infantes educati in Clericatu alicujus E. non possunt transire ad aliam.

Similiter placuit custodire, nè quis ex eis, qui tali educatione imbuuntur, qualibet occasione cogente, propriam relinquens Ecclesiam, ad aliam transire præsumat. *Ibidem. cap. 2.*

3. Infans occidens aliquem, non fit irregularis. *Clementina de homicidio. cap. unico. Vide, Homicida. n. 23. Vide, Impuber.*

4. Infantes contrahunt peccatum originale.

Quòd infantes nuper nati non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante prævaricationem. Quartò, ut ad ipsos etiam pertineat, quod breviter ait Apostolus: Per unum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. *Concilium Diopolit. cap. 3. & 4. Concil. Milevitanum. cap. 2. Et Africanum. cap. 77. Vide, Adam. n. 1. Concil. Trident. sess. 25. De peccat. orig. Vide, Parvuli.*

5. Infantes nati non sunt in statu innocentie, sicut Adam. *Ibidem cap. 3. ut supra.*

6. Infantes non baptizati, non habent vitam æternam.

Quòd infantes non baptizati, non solum Regnum cælorum, verum etiam vitam æternam non habere possunt. *Concil. Diopolit. cap. 5. Africanum. cap. 77. Vide, ubi supra. n. 4.*

Inferior.

1. Inferior non potest judicare superiorem. Neque potest eum ligare, aut solvere.

Nec ullò modò potest ligare à minore iudicari. *Ju. 1. ep. 1.*

Sed si adhuc placet, aliquid de hoc nôsse, quod delectantur antiqui Patris & venerabilis Doctoris Arcopagite Dionysii ad Thimophylum verba vobis recitari præcipite, qui etiam in causa pietatis delinquentem Sacerdotem, nefas sanxit, à minoribus vel ab inferioribus judicari, ne fiat in Ecclesia DEI aliquid inordinatum, & status ejus in aliquo confundatur. *Nicolaus I. ep. 8.*

Ità, inquam, volumus, & decernimus, hunc, inò quemcumque Pontificem justæ subdi sententie, ut non à secularibus quibuscunque judicetur, non Tyrannicè propellatur, non ante audientiam Ecclesiæ suæ privetur, non ab inferioribus, sed à majoris auctoritatis personis recti calculi sententiam consequatur, &c. Inferior quippè vel compar antelatum vel comparem, non aauente majori, absolvi non potest. Sola igitur potior inferiorem absolvit. Proinde inferioris loci Pontifices, quos potior suus obligaverat, sine prima Sede absolvi non poterunt. *Nicolaus I. ep. 9. & 10.*

Acephalum liquet esse Concilium, ubi de tanta persona agitur, & majorum non expectatur sententia, cum & in causa Clericorum inferioris gradus solus Episcopi sui iudicium tantummodò postulandum sit. *Ibid. cap. 4.*

In tantum hanc præsumptionem sancti Patres apud Calcedonem detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum Antistitem inter cætera idcirco potissimùm sine ulla restitutione damnaverint, quòd ponens in cælum os suum, lingua ejus transeunte super tetram, excommunicationem in Sanctum Leonem Papam dictavit. *Dist. 21. cap. Instantium. Ex Nicol.*

Inferior Sedes superiorem absolvi non potest, sola ergo potior inferiorem convenienter absolvit. Hinc siquid pervidetur, quia, quem non potest absolvi, non potest iudicari inferior potiorum ligare. *Ibid. cap. Inferior.*

Nunc autem Divinâ inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere vobis, (si tamen audire velitis) non posse quemquam ritè ab eis, qui inferioris dignitatis vel Ordinis sunt, judicialibus submitti definitionibus. *Ibid. cap. Nunc autem. ex Nicolo I. tit. de iudiciis. cap. 3.*

Submittitur Ignatius minorum, inferiorum & subjeutorum delibationibus, cum sacris Canonibus præcipientibus & exemplis sanctorum Patrum semper,

ubi est major autoritas, sit eundem, & in omnibus controversiis ad potioris Sedis Judicia actio dirigatur. *Ibid. cap. Submittitur.*

2. Inferior non benedicit superiori.

Denique si in epistola legimus ad Hebræos, quòd minor à majore benedicitur, restat profectò, ut exigente ratione etiam maledicatur. Ita ut nullus Sacerdos, majore suo non inveniente Consecrator, cuilibet rei benedictionem dare nitatur: sed & anterior, stans ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat: sed ei quilibet inferior non audeat penitus benedicere. Cur hoc? Nunquid peccatum est? Absit. De maledicis enim, non de benedicis, dicit Apostolus; quia Regnum DEI non possidebunt, sed per hoc inveniuntur, quantæ censuræ strenò inferiores quique, à suis præpositis judicandis coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi jus nullum penitus obtineant. *Dist. 21. cap. Denique.*

3. Inferior non potest abrogare legem Superioris.

Lex superioris per inferiorem tolli non potest. *Clementina de Electione. cap. Ne Romani.*

4. Inferior non potest cognoscere de re confirmata à Papa, nisi sit subrepticia. *De Confirmatione utili &c. cap. 1. & cap. De Confirmationibus. Vide, Confirmationes. n. 7. & 10.*

5. Inferiorum facta à majoribus cognoscuntur, & judicantur.

Nolite, nos existimare facta cujuscumque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quòd ita velimus filios circa spiritualesm Patrem, & discipulum erga Magistrum devotos ac sobrios esse, ut nullâ penitus temeritate ad eorum vitam, (ut non dicam dijudicandam) sed nec saltem tenuiter reprehendendam, prosiliant. *Dist. 21. c. Nolite. & cap. Inferior. supra n. 1.*

6. Inferior in Clero, dicens injuriam Superiori, quomodo puniendus.

Nec unusquisque de inferiori gradu Seniore sibi elatus, aut increpet, aut injuriet. Quod si quis prætermisso tam justæ censuræ ordine, ausus fuerit facere, districtione severissimâ corrigatur, ut sub penitentia nomine vitia recidantur. *Conc. Narbonense. cap. 5. Vide, Minor.*

Infernus.

Inferni metus, per quem à peccando abstinemus, non est peccatum, nec facit homines peiores. *Conc. Trid. sess. 6. Canon 8. Vide, Damatus.*

Infidelis.

1. Infideles non sunt trahendi ad fidem cum violentia, sed cum suavitate hortandi. *Nicolaus I. Ad consulta Bulgarorum. cap. 41. & cap. 102. Vide, Fides. tit. 6. n. 2. Vide, Baptismus. Vide, Judæi.*

2. Infideles & Judæi in sequentibus casibus possunt ab Inquisitore & Episcopo puniri. *Ex Gregorio XIII. const. 13. Antiqua.*

3. Primò: Negantes DEUM Unum Omnipotentem, &c. quæ nobis & illis sunt communia. Secundò, invocantes Dæmones, vel alios id docentes. Tertio, si sacrificia vel similia Dæmoni offerunt, ut responsa &c. ab eis accipiant. Quartò, dicentes Christum fuisse purum hominem, vel peccatorem, vel Beatam MARIAM non fuisse Virginem, vel alias blasphemias hæreticales.

Tomus 11.

Quintò, si Christianos ad suos ritus trahant. Sextò, si retrahunt aliquem venientem ad fidem. Septimò, si reprobant Apostatas, hæreticos, &c. Octavò, si libros prohibitos vel hæreticos tenent, legunt vel transferunt. Nonò, si derident Christum, vel Christianos, vel in die Parasceves aliquod animal crucifigunt. Decimò, si habentes nutrices Christianas, post Eucharistiæ sumptionem lac in latrinas cogunt effundere. *Vide, Judæi.*

4. Cum infidelibus non est communicandum, neque manducandum.

Nolite Fratres jugum ducere cum infidelibus. Undè Doctor gentium loquitur, dicens: (Quæ participatio justitiæ cum iniquitate?) Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Dominus &c. *Higinus ep. 2. Nicolaus I. Ad consulta Bulgarorum cap. 41. & cap. 102. ubi supra num. 1.*

5. Aliquando eorum colloquia & convivia non sunt vitanda.

Infideles non possumus in Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus & convivium: undè & Dominus cum publicanis & peccatoribus manducavit, & bibis; in his verò, qui intus sunt, id est, infidelibus, putredo refecanda. *23. qu. 4. cap. Infideles.*

6. Infideles baptizati, etiam per vim cogendi sunt ad observandam legem Christianam.

Plerique, qui ex Judæis dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solum Judæicos ritus perpetrâsse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones exercere præsumpserunt. De quibus &c. hoc Sanctum decrevit Concilium, ut hujusmodi transgressores Pontificali auctoritate correcti, ad cultum Christiani dogmatis revocentur: ut, quos voluntas propria non emendat, animadversio sacerdotalis coërceat. Eos autem, quos circumciderunt, si filii eorum sunt, à parentum consortio separentur; si servi, pro injuria corporis sui libertati tradantur. *Concil. Tolosan. 4. cap. 59. de Consecr. dist. 4. cap. Plerique.*

7. Infidelium venientium ad fidem privilegia. *Vide, Judæi venientes ad fidem.*

8. Infidelium ritus fugiendi. *Higinus epist. 2. supra n. 4. lib. 2. Const. Apostolicarum. cap. 61. Eorum templa adire non licet, nec festa, aut solemnitates aliasve eorum ceremonias facere. Ibid. & cap. 62. Vide, Hæretici. tit. 8. n. 6. & Judæi. tit. 1. num. 3. Neque spectacula illorum videre. Ibid. Vide, Gentiles. Vide, Judæi.*

9. Eorum ritus observans, est anathema.

Non observetis dies, qui dicuntur Egyptiaci, aut Calendas Januarii, in quibus cantilenæ quædam, & commestiones, & ad invicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati auguriò, aut aliquos Menses, aut tempora, aut dies & annos, aut Lunæ Solisque cursum: quia, qui has & quascunque divinationes, aut facta, aut auguria observat, aut attendit, aut consentit observantibus immittere, & sine causa, magis ad sui damnationem, quam ad salutem tendit. *26. qu. 7. cap. Non observetis. cap. Non levet. & cap. Si quis Calendas. Vide, Ceremonia. tit. 1. n. 1.*

10. Infideles non possunt accusare Christianos.

Pagani, vel Hæretici, sive Judæi non possunt Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre. *Cajus epist. Decretali. 2. qu. 7. cap. Pagani.*

11. Infideles non possunt occidi, nisi pacem oblatam respuant.

Qui odii meditatione vel propter avaritiam Paganum occiderit, quia non levi vitio committitur, ut homicidam convenit penitere, quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatam pacem respiciant, bellum est populo antiquo penitus inferre præceptum. *Conc. Wormat. 1. cap. 27.*

12. Infideles non possunt esse testes.

Dubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant. *De Hæreticis. cap. 1. Calixtus 1. ep. 2. q. 7. cap. Quærendum. Vide, Accusare. tit. 2. n. 11.*

13. Non possunt præfici officiis publicis.

Cum sit nimis absurdum, ut blasphemus Christi in Christianos vim potestatis exerceat, quod super hoc Tolercanum Concilium providè statuit, nos propter transgressorum audaciam in hoc generali Concilio innovamus; prohibentes, nè Judæi publicis officiis præferantur, quoniam sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit, per Provinciale Concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione præmissa, distractione, quæ convenit, compescatur. Officiali verò hujusmodi tandem Christianorum communio in commerciis & aliis denegetur, donec in usus pauperum Christianorum, secundum providentiam Diocæsanæ Episcopi convertatur, quidquid fuerit à Christianis adeptus, occasione officii sic suscepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad Paganos. *De Judæis Ec. cap. Cùm sit nimis. ex Concil. Lateran. 4. cap. 69. Vide, Judæi.*

14. Infideles possunt esse præsentis Missæ catechumenorum, (id est, usque ad Canonem) & statim expellantur in præfatione.

Præsentem prohibemus edicere, ne quis infideles in Ecclesiis interesse præsumant, dum Divina celebrantur Officia. Quod si fortè ex aliqua necessitate vel rationabili causa in Ecclesia, dum celebrantur Divina, & Missa specialiter, eos interesse contigerit, postquam præfationem Missæ Sacerdos inceperit, ab Ecclesia per Sacrifium in secretiori loco vel alio apto juxta Ecclesiam recludentur; defendentes verò ipsos, ut prædicatur, & impediendes, nè ab Ecclesia expellantur, ipsò facto sententiam excommunicationis incurrant. *Conc. Sabinen. cap. 22. De Consecrat. Dist. 1. cap. Episcopus nullum. ex Concil. Carthag. 4. cap. 87. Vide, Hæretici. tit. 14. n. 4.*

15. Infidelis conjugatus veniens ad fidem, potest retinere vel dimittere uxorem infidelem post baptismum.

Si infidelis discedit odii Christianæ fidei, discedat: non est frater aut soror subiectus servituti in hujusmodi. Non est enim dimissum peccatum propter DEUM, si alii se copulaverit. Contumelia quippè Creatoris solvit jus matrimonii circa eum, qui relinquitur. Infidelis autem discedens & in DEUM peccat, & in matrimonium, nec est ei fides servanda conjugii, quia propterea discedit, nè audiret Christum, DEUM Christianorum conjugiorum. *28. quæst. 2. cap. fin. ibidem. quæst. 1. cap. Simili modo. Vide, Fides. tit. 14. n. 1.*

Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam eà vivente licitè poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus, habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum: in quo casu restitutionem petenti, quamvis de injusta spoliatione constaret, restitutum negaretur; quia secundum Apostolum frater aut soror non est in hujusmodi subiectus servituti. Quod si conversum ad fidem, & illa conversa sequatur, anrequam propter causas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellitur. Quamvis quoque secundum Evangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mæchatur; non tamen dimissor poterit obicere fornicationem dimissæ, pro-

eo, quod nupsit alii post repudium, nisi aliàs fuerit fornicata. *De divortis. cap. Gaudemus.*

16. Etiam si in gradu prohibito sint, non separantur.

De infidelibus ad fidem conversis, utrum si ante conversionem suam, secundum legis veteris instituta, circa gradus consanguinitatis à Canone denotatos, conjuncti fuerint, separari debeant post baptismum; consultationi tuæ duximus respondendum: quod matrimonium sic contractum non est post baptismi lavacrum separandum: Cùm à Judæis Dominus requisitus, si liceret uxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit: Quos DEUS conjunxit, homo non separet, per hoc innuens matrimonium inter eos. *De consanguin. & affin. cap. Fidelibus.*

17. Infidelium filii. Vide, *Filii infidelium.*

18. Infidelem, qui ante baptismum dimiserat uxorem, si post baptismum velit eam reassumere, potest facere. *28. q. 1. cap. Si quis gentilis. Vide, Baptismus. tit. 17. num. 15. De divortis. cap. Gaudemus. supra. n. 15. Vide, Uxor. Vide, Matrimonium.*

19. Infidelis, qui plures habet uxores, post baptismum unam tantum habere potest, & qualem.

Quia verò Pagani circa plures infimul fœminas affectum dividunt conjugalem, utrum post conversionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immeritò dubitatur; Verùm absolum hoc videtur, & inimicum fidei Christianæ, cum ab initio una costa in unam fœminam sit conversa, & Scriptura Divina testetur, quod propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una; non dixit, tres vel plures, sed duos; nec dixit, adhærebit uxoris, sed uxori. Nec ulli unquam licuit infimul plures uxores habere, nisi cui fuit Divina revelatio concessum, quæ mos quandoque interdum etiam fas censetur, per quam sicut Jacob à mendacio, Israël à furto, & Samson ab homicidio; sic & Patriarchæ & alii viri justi, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur. Sanè veridica sententia probatur etiam de testimonio veritatis, testantis in Evangelio: Quicumque dimiserit uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur. Si ergo uxore dimissâ duci alia de jure non potest, fortius & ipsâ retentâ. Per quod evidenter apparet, pluralitatem in utroque sexu, cum non ad imparia judicetur, circa matrimonium reprobendam. *De divortis. cap. Gaudemus.*

20. Cum infidelibus bellandum. Vide, *Bellum.*

21. Infidelium ritus. Vide, *Ritus.*

22. Infideles conversi, si sacrificant postea, neque in fine accipiuntur in communionem. Qui verò munus tantum dederunt pro sacrificiis, quomodo recipiendi.

Flamines, qui post fidem lavacri & regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, coherente mæchiâ, placuit eos, nec in fine accipere ad communionem. *Conc. Elberit. unum. cap. 2.*

Item Flamines, qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se à funestis abstinerunt sacrificiis, placuit in fine eis præstare communionem, actâ tamen legitima penitentia. Item ipsi, si post penitentiam fuerint mæchati, placuit ulterius eis non esse dandam communionem, nè lussisse de Dominica communionem videantur. *Ibid. cap. 3.*

23. Infideles omnes, Judæi, gentiles & hæretici possunt audire conciones in Ecclesia. *Conc. Carthag. 4. cap. 84. Vide, ut supra n. 14.*

24. Infideles habere non possunt officia publica inter Christianos. *Conc. Lateran. 4. cap. 69 supra n. 13. cap. Cùm sit.*
25. Infideles Medici ad curam fidelium non vocandi. Vide, *Medici.*
26. De his, qui in infirmitate credere volunt, placuit his debere manus imponi. *Conc. Arelaten. 1. cap. 6. Vide, Filii infidelium. Vide, Judæi. Vide, Pagani. Vide, Hæretici.*

Infirmitas. Infirmus.

1. Infirmitas antiqua hominis per baptismum minuitur, sed non tollitur totaliter. *De consecrat. dist. 4. cap. Non ex quo. Vide, Baptismus. tit. 9. n. 5.*
2. Infirmi tam regionis, quam peregrini per Episcopos in necessitatibus sublevandi sunt.

Et licet (proptiò DEO) omnium Domini Sacerdotum vel quorumcumque hæc cura possit esse fidelium, ut egentibus necessaria debeant ministrari; specialiter tamen debilibus id pietatis causâ convenit, ut unusquisque Episcoporum incolis, quos infirmitatem incurrit, tam territorii sui, quam civitatis agnoverit; de domo Ecclesiæ juxta possibilitatem victui & vestitui necessaria subministrat; ut non eis desit misericordiæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia. *Conc. Aurelianen. 5. cap. 21.*

3. Infirmitas non est negandum Sacramentum penitentia.

Qui penitentiam in mortis agit periculo, non diutè reconciliationis à gratia differendus est; sed si præcinctò mortis urgeat periculò, penitentia per manus impositionem acceptâ, statim ei reconciliatio adhibenda est, nè prius ab humanis rebus æger abscedat, quam donum reconciliationis accipiat, &c. Undè juxta Papæ Leonis edictum, qui in tempore necessitatis & in periculi urgentis instantia præsidium penitentia ex more reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ DEI nec mensuras possumus ponere, nec tempora distingere. *Conc. Tolercanum. c. 12.*

4. Parva penitentia eis imponenda est, si tamen convalescunt, faciant proportionatam. Vel nullæ imponantur, sed manifestentur.

Infirmus, qui necessitate mortis urgente confiteatur peccata sua, sub ea conditione à Sacerdote reconciliatur, ut, si ei Dominus vitam donaverit, sanitatemque reddiderit, secundum qualitatem delicti omnino peniteat. *Conc. Nannet. cap. 5.*

In extremis verò laborantibus insinuanda, non imponenda est penitentia, eisque firmiter injungatur, ut, si vixerit, Archi-Episcopum, vel Episcopum, vel Generalem Diocæsis confessorum, absente Archi-Episcopo vel Episcopo, adeant, ut eis penitentia competens imponatur. *Conc. Eboracen. 1. Concil. Mogunt. sub Leone IV. cap. 26. 26. quæ. 7. cap. Ab infirmis. Vide, Eucharistia. tit. 7. n. 4.*

5. Infirmitas venientibus ad fidem imponenda est manus, id est, danda absolutio. *Conc. Arelaten. 1. cap. 6. Vide, supra tit. præced. n. 26. Vide, Maniis impositio.*

6. Infirmi pauperes Romæ sic tractandi. *Ex const. Alexandri VII. quæ incipit: Ut in hac alma. data 16. Novembris 1657. Habentes curam Hospitalium, in quolibet Hospitali Urbis, in loco separato, teneant certum lectorum numerum, in quibus recipiantur, quia scabie laborant. Parochi habeant lectum gesta-*

torium, factum ex Camera Eleemosynis, ut in eo deferri curent pauperes infirmos, repertos in viis & stabulis, ad Hospitale nationis infirmorum, si adest, aliàs ad Hospitale commune, in quo curari solet morbus ægroti. Mercatorum gestatorum ab Eleemosynario Papa solvetur. Qui ægrotos in viis vel alibi viderit, ad Parochum referat. Non dividantur ab Hospitali ægroti, nisi prius benè sanati sint, & sine periculo recidiva. *Ibid.*

7. Quomodo recipiendi, & in quo Hospitali. Vide, *Hospitalia multa in Urbe.*

8. Infirmitas danda est extrema Unctio in salutem animæ & corporis. *Concil. Babylonense. 3. cap. 48. Vide, Extrema Unctio. n. 5.*

9. Infirmitas obmutescenti, si prius petiit Sacramentum Baptismi vel penitentia, ei dandum est. *Concil. Arausicanum. 1. cap. 12. Vide, Absolutio. tit. 3. n. 3. Vide, Ægrotus.*

10. Infirmitas dandum est viaticum, etiam si erunt communicati, dummodò peniteant. *Conc. Nicænum. 1. cap. 12. Concil. Carthaginen. 4. cap. 77. Vide, Eucharistia. tit. 7. n. 3.*

11. Infirmitas non sunt faciendæ incantationes. *26. q. 7. cap. Admoncant. Vide, Clerici. tit. 33. num. 2.*

12. Infirmitas Clericus recipit fructus beneficii integrè, & Episcopus propter infirmitatem non est abjiciendus, nec in ejus locum alius subrogandus.

Pontifices, qui aliquâ occupantur infirmitate vel ægitudine, abjiciendi non sunt, nec alios in locorum consecratorum oportet, nisi ex hac fuerint luce subtrahi. Quod si de ministerio sibi concessio conqueruntur, quæ licita sunt, Sacerdotes expleant. In his verò, quæ his præsumere non licet, vicinorum usque ad recipiendam sanitatem Episcoporum auxilia subrogantur; & hoc cum cautela studio peragatur, nè per necessitatis occasionem præsumptionis pullulet ambitio. *7. q. 1. c. Pontifices. De Clerico ægrotante. cap. 1. Cùm percussio. Vide, Clerici. tit. 52. n. 10.*

13. Infirmi per Presbyteros visitandi & disponendi ad confessionem.

Deindè canter septem Psalmos cum precibus pro infirmis: Post hæc omnes jubeat extra cubiculum scedere, & appropinquans lecto, quod infirmus decumbit, eum blandè leniterque alloquatur, ut omnem spem suam in DEO ponat, ut flagellum DEI patienter toleret, ut hoc ad purgationem & castigationem suam provenire credat, ut peccata sua confiteatur, ut emendationem promittat, si Dominus vitam concesserit, penitentiam pro culpis commissis spondeat, ut substantiam suam, dum adhuc sensus & ratio in eo vigent, disponat; ut peccata sua eleemosynis redimat; ut his, qui in se peccaverunt, indulgeat: ut rectam fidem & credulitatem teneat: ut de DEI misericordia nunquam desperet: cum his & hujusmodi allocutionibus fuerit mens infirmi relevata, datâ benedictione recedat Sacerdos, non post multum reversurus, detque locum, ut ægrotus de peccatis suis possit cogitare. *Concilium Nannetense. cap. 4. Vide, Medicus.*

14. Infirmitas prius advocet ad se Medicum animæ, quam corporis. *Concilium Coloniense. 2. p. 11. cap. 2. Vide, Hospitalia. tit. 1. n. 33. Vide, Medicus.*

Infirmorum Minister.

1. Congregatio Clericorum ministrantium infirmis erigitur & approbatur. *Sixtus V. constit. 25. Et cum nos.* Habitus & forma vivendi ac institutum præscribitur. *Ibid.* Confirmatur à *Gregor. XIV. constit. 17. Illius.* Ubi eorum statuta distinctè afferuntur, & approbantur, per §. 46.
2. Eorum reformatio & aliarum Constitutionum assignatio. *Clemens VIII. constit. 75. Superna.* per §. 68. Eadem confirmat.
3. Non possunt transire ad aliam Religionem, nec etiam Carthusianorum. *Paulus V. constit. 20. Romanum.*
4. Isti Patres, donec ordinentur, possunt degere & vivere in domibus Novitiorum in loco separato, ex redditibus illarum domorum. *Urbanus VIII. constit. 10. Sacrosanctæ.*
5. Generales aliique Superiores horum Patrum quomodo eligendi. *Urbanus VIII. constit. 85. Romanus.*

Ingenuitas.

1. Ingenuitas seu libertas probari debet non solum per testes, sed per juramenta. Solum testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt, nisi instrumentis & argumentis adjuvantur. *4. q. 2. cap. Si testes. Vide, Libertas. Vide, Liberi.*

Inimicus. Inimicitia.

1. Inimici per Episcopum sunt conciliandi. Et si nolunt conciliari, excommunicantur. Placuit etiam, ut, (sicut plerumque fit) quicumque odiò aut longinquà inter se lite dissenferint, & ad pacem revocari diuina intentione nequiverint, à Sacerdotibus civitatis primitus arguantur; qui si inimicitias deponere, pernitiosà intentione noluerint, de Ecclesie cætu iustissimà excommunicatione pellantur. *Concilium Agathense cap. 31. & Pormation. 1. cap. 41. Concilium Carthagen. 4. cap. 26. Vide, Episcopus. tit. 21. num. 37.* Relata sunt nobis quorundam Sacerdotum personæ, in tantam obstinationis esterbuille discordiam, ut non solum illos ab ira occasus Solis non revocet, sed nec annota quidem transactio temporum ad bonum charitatis reclinet, quippè in quorum cordibus Sol iustitie Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum ergo & similitum discordantium Fratrum oblationes, juxta antiqui Canonis definitionem, nullò modò recipiendas esse censuimus. Personis tamen discordantium id speciali definitione præcipimus, ut, antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare audeat Domini, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per penitentiam compensabunt, quod discordiæ servierunt. *Concilium Toleranum. 11. cap. 4.*
2. Inimicorum oblationes non recipiendæ. Oblationes dissidentium Fratrum neque in sacratio, neque in Gazophylacio recipiantur. *Concilium Carthagen. 4. cap. 93.*
3. Inimicus obstinatus per pœnam inediae maceretur. Si quis contritus noluerit reconciliari Fratri suo; satisfaciendo eò, qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animò satisfactionem recipiat. *Post ep. 3. Libiani. cap. 1. & dist. 90. cap. Si quis contristatus.*
4. Inimici in causis omnibus excipi possunt.

De accusat. & c. cap. Meminimus. Vide, Exceptio. n. 8.

5. Inimici non possunt esse iudices. Quod suspecti & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dicitur, & plurimis probatur exemplis; nam quid gratius & amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad impetendum commiserit, quem laedere fortè voluerit? Quod providè Constantinopolitana Synodus Canonum suorum sexto dignoscitur prohibere capitulò. *3. q. 5. cap. Quod suspecti. ex Nicolao I. ep. 8. & in decret. tit. De iudicis. cap. 7.*
6. Inimicis veritatis communicandum non est. Ex epistola S. Clementis & c. Inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus, videlicet, qui Ecclesie curam gerit, absque commotione obsecundare, & averti ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur: ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitiam ferre, citius festinet reconciliari ei, qui omnibus præst; ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis Præsidentis, & cætera, quæ in consequentibus denotant amicos eorum, qui veritati inimici sunt. *Conc. Valsense 2. cap. 6.*
7. Inimici vel prodeuntes de illorum domo, non possunt esse Accusatores inimicorum. Inimicis verò accusatoribus, vel de inimici domo prodeuntes, seu qui cum inimicis morantur, non credatur, nè irati nocere cupiant: nè læsi se velint ulcisci, hi quoque rejiciendi sunt, non approbandi. *Joannes I. epist. 1. De accusat. & c. cap. Cuius P. Manconella. Vide, Presbyter. tit. 10. n. 4.* Verùm dictus Episcopus, antequam ad ipsum vestra citatio pervenisset, ad præsentiam nostram accedens proposuit, quòd illi, qui enormia de ipso suggererant, typò malitiæ potius, quàm justitiæ zelò ducti, nobis hujusmodi inimicant, cum ipse ejus sint inimici manifesti, & cum ejus hostibus converterentur, sanguineque suos ac complices intendant ad testificandum producere contra ipsum, qui ad denuntiandum seu testificandum admitti non debent, utpotè juramentum præstiti transgressores, & aliis criminibus irrecuti. *Ibidem. cap. Cum oporteat. Et cap. Meminimus. supra. n. 4.*
8. Inimicis Papæ omnes sunt inimici. Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, & c. *Dist. 93. & 11. q. 3. cap. Si inimicus.*
9. Inimici in veteri lege permittebantur odio haberi, sed non in nova, imò diligendi. Cum in lege scriptum sit: (Diliges amicum tuum, & odiò habebis inimicum tuum) Accepta tunc licentia iustis fuerat, ut DEI inimicos suosque adversarios, quantà possent virtute, comprimerent, eosque in ore gladii ferirent, quod in novo procul dubio Testamento compescitur, cum per semet ipsum veritas prædicat, dicens: (Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.) *23. q. 4. Cum in lege.*

Injuria.

1. Injuriarum actione per iudicem judicatà, infamia incurritur. *De sent. & re judic. cap. Cum te. Vide, Damnatus. n. 10.* Scienti & consentienti non fit injuria, neque dolus. *De reg. juris in 6. reg. 27.*
2. Injuria non debet retrahere hominem à bono. *Dist. 47. cap. Quod ad nos. Vide, Convitiæ.*
3. Injuria semel remissa non potest revocari. Si illic, ubi hæc acta sunt, præsentibus utriusque confiterit, & satisfecisse Stephanum, & supplicatione suscepta,

suscepta, eum, qui malè tractatus est, ignovisse, semel in abolitione remissa punitio, recidivò dolore non debet iterari: Divinæ scilicet imitatione clementiæ, quæ dimissa peccata in ultionem redire non patitur. *33. q. 4. cap. Si illic.*

4. Injuriarum proximi non repellens, est socius facientis. *23. q. 3. cap. Non in inferenda. & cap. ultimo Ostendit. Vide, Defendere. num. 2.*

Injustum.

1. Injustè ligans, & solvens, privat se illà potestate. Ipse ligandi atque solvendi potestate se privat, qui pro suis voluntatibus, & non pro subditorum moribus exercet. *11. q. 3. cap. Ipse ligandi.* Judicare de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur. *Ibidem. cap. Judicare.*
2. Injusta vincula DEUS dirumpit. Cœpisti habere Fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra, sed ut justè alliges, vide. Nam injusta vincula dirumpit justitia. Cum autem correxeris, & concordaveris cum Fratre tuo, solvisti illum in terra; cum solveris in terra, solutus eris & in cælo. *Ibidem. cap. Cœpisti.*

Innocens.

Innocens nulli nocet, & malos punit.

Non est innocentie, parcendo finire, ut in malum gravius incidatur: pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini malum inferre, verùm etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum, ut aut ipse, qui peccat, corrigatur experimentò, aut alii terreantur exemplò. *23. quæst. 5. cap. Non est innocentia.*

Innovatio.

Innovatio privilegii non concedit novum jus.

Ejusdem æquitatis similitudine provocati, prædicta privilegia, quasi jam nimia venustate consumpta, cum fuerint non in pergamento, sed in papyro conciptra, duximus innovanda: nolentes, quòd ex innovatione hujusmodi novum jus monasterio acquiratur, sed antequam (si quod habent) per innovationem privilegii conservetur. *De confirmat. utriusque. cap. Cum dilecti.*

Inquieti.

Inquieti per Episcopos corripiendi. *Eleutherius in ep. Decretali. Vide, Episcopus. tit. 33. num. 2.*

Inquilinus.

Inquilinus potest ante tempus locationis à domo expelli, si adit necessitas eam reficiendi, vel inhabitandi, vel inquilinus malè in ea converteretur; vel Canonem per biennium non solvat. Sed in his casibus remittendum est ei pretium pro rata.

Verùm invitò inquilinò, domum inhabitare, vel reficere poteris, si necessitas (quæ tamen non imminebat locationis tempore) id exposcat; remissà sibi pro residuo temporis pensione; qui etiam indè rationabiliter moveatur, si perversè ibi fuerit convertatus, vel cum Canonem per biennium non solvisset, si sibi satisfactione celeri non providit. *De locato & conducto. §. Verum.*

I. Inquisitores hæreticæ pravitatis.

Inquisitores generales sine acceptione personarum procedant. Viâ regiâ procedant. Se corrigant, si errent.

Tomus 11.

Mandamus, quatenus ad conscientie vestrae iudicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem tanquam homines excessistis, non pudeat, errorem vestrum corrigere, qui positi estis, ut aliorum corrigatis errores. Si verò præscriptum ordinem custodistis, omni gratiâ & timore postpositis, DEUM solum habentes præ oculis, viâ regiâ procedentes, sine personarum acceptione in negotio procedatis. *De accusat. & c. cap. Qualiter.*

II. Inquisitorum qualitates, ætas, officium & potestas.

1. Inquisitorum ætas fit 40. annorum. Sed *Paulus III.* statuit, ut saltem fit 30. annorum. *Clement. De hæreticis. cap. Nolentes. Vide, Confiscatio. n. 3. Paulus III. constit. 34. c. Licet. §. 8.*
2. Inquisitores & Episcopi ut delegati à Papa judicant causas hæresis. *Clementina De hæreticis. cap. 1. Vide, Episcopus. tit. 17. num. 17.*
3. De aliis causis judicare non possunt, nisi de iis, quæ contra fidem. Multorum querela Sedis Ap. pulsavit auditum, quòd nonnulli inquisitores per Sedem eandem contravitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes, sic interdum extendunt suæ potestatis officium, ut quod in augmentum fidei per circumspectam ejusdem S. vigilantiam salubriter est provisum, (dum sub pietatis specie gravantur innoxii) cedat in fidelium detrimentum. *Ibid.*
4. Inquisitorum officium per mortem concedentis non expirat. Nè aliqui dubitationem sollicitam excitantes, in dubium revocent, an officium inquisitionis hæreticæ pravitatis, sollicitudini vestrae intra certos limites ab Ap. S. commissum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit: præsentis declaramus edictò, ipsum Officium non solum quoad negotia vivente mandatore incepta, imò etiam quoad integra, & non cepta, & quod plus est, quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerferunt, in favorem fidei post committentis obitum perdurare. *De hæreticis. in 6. cap. Nè aliqui.*
5. Inquisitor potest peritos sibi assumere, congregare clerum vel populum civitatis, quinternos & libros ab eis expectere, in quibus continentur processus contra hæreticos vel suspectos, & c. *De hæreticis in 6. cap. Ut commissi. infra.*
6. Inquisitor potest privari officio, beneficio, & c. & privatos declarare cum consilio & consensu Diœcesanorum vel Vicariorum. Exceptò si Episcopus scienter contulit beneficium hæretico, quia tunc non est vocandus. Ut commissi vobis officii debitum utilitè & uberiorè exequamini, & c. vobis & vestrum singulis, committendi citationes & denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet hæreticos, credentes, receptatores, defensores & fautores eorum tuleritis: advocandi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis assistant, & in hujusmodi ferendis sententiis præbeant consilium opportunum, ac eis, quotquot super his vobis humiliter pareant, in virtute obedientiæ injungendi, convocandi etiam Clerum & populum civitatum, castrorum aliorumque locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire: & contra illos, quos in provincia, in qua vobis inquisitionis officium est commissum, hæretis crimen confiterit commisisse, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi: nec non faciendi à quibuslibet assignari vobis libros, seu quaternos, & alia scripta, in quibus inquisitionis factæ ac processus per quoscunque,

authoritate S. A. vel Legatorum ejus, habitū contra hæreticos continentur, & illorum, qui vestris mandatis obediētes humiliter stant, propter hæresim in carcere vel muro reclusi, pœnam unā cum Prælati, quorum jurisdictioni subsumt, mitigandi vel mutandi, cum videritis expedire: privandi præterea, vel privatos nuntiandi, dignitatibus ac aliis beneficiis Ecclesiasticis, de Diocesanorum, vel eis absentibus, Vicariorum suorum consilio, & officiis publicis, ac honoribus quibuscunque, eosdem hæreticos, credentes, receptatores, & defensores ipsorum, eorumque filios & nepotes plenam concedimus facultatem. Sunt autem Diocesani in privando tales, vel nuntiando privatos, beneficiis hujusmodi requirendi: nisi forte constaret legitime, quod iidem scienter hujusmodi personis eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius à suo iudice puniendos. *De hæreticis. in 6. cap. Ut commissi. Urbanus IV. constit. 2. Licet. §. 2. Innoc. IV. constit. 15. Cum negotium.*

7. Inquisitores sine acceptione personarum possunt procedere viâ Regiâ. *De accusat. & c. cap. Qualiter. Vide, in tit. præcedenti.*

8. Inquisitores possunt procedere in causis fidei contra quascunque personas cuiusvis gradus, conditionis vel dignitatis, contra Magistratus, communitates, &c. Etiam si habeant privilegium Sedis Apostolicæ, ut contra eos non procedatur.

Denique, ut circa præmissa plenè vobis & singulis vestrum coercionis expedita & inviolabilis adit authoritas, volumus, ut ea omnia viriliter exequamini, (si opus fuerit) invocato auxilio brachii secularis, contraditores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo: non obstantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, quibuscunque personis, cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel Ordinis, Comitatus vel Universitatibus Civitatum & locorum specialiter vel generaliter sub quacunque verborum expressione vel forma à memorata Sede concessis, vel impostè concedendis: cum ex hujusmodi, vel aliis privilegiis & indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi. *Ex constitutione de duabus diebus, edita in Conc. Generali. De Hæreticis in 6. c. Ut officium. §. Compescendi. Urbanus IV. constit. 2. Licet. §. 16.*

9. Possunt contra omnes, etiam exemptos, procedere. *Alexander IV. constit. 22. Ne commissæ. Clemens VII. constit. 27. Cum sicut. Paulus III. constit. 30. in Apostolici.*

10. Petentes à quacunque persona vel Prælato salvum conductum, statim eis est dandum, ut possint tuto in causis contra fidem procedere. *Alexander IV. constit. 19. & 20. Ad extirpanda.*

11. Possunt infringere Magistratus omnes, etiam sæculares, ut observare faciant statuta contra hæreticos facta, sive contra fautores, ac receptatores, & cogere possunt eos, ad jurandum de tali observantia. Quod si nolint jurare, fiunt infames, ac suspecti in fide, & officio privandi sunt. *De Hæreticis in 6. cap. Ut Officium. §. fin. Compescendi. Vide, Dominus n. 4.*

12. Omnes Principes debent eis assistere, ut possint exequi. *Alexander IV. constit. 15. Ex artis.*

13. Possunt cogi omnes Magistratus & iudices, ad exequendum suas sententias,

Et isti debent sub pœna excommunicationis obedire. *Ibid. Et Innoc. VIII. constit. 10. Dilectus.*

14. Inquisitores in causa fidei tenentur obedire omnes Domini temporales, & si aliquem illi carcerari faciunt, isti tenentur fideliter custodire, & si illi sententiant, isti tenentur indilate obedire, non obstante appellatione rei. *De Hæreticis in 6. cap. Ut Inquisitionis. Vide, Episcopus tit. 17. n. 13.*

15. Possunt omnes Magistratus compellere, & alios, ad standum eis scripturas, pertinentes ad Sanctum Officium. *Alex. IV. constit. 18. Cupientes.*

16. Inquisitores in causis hæresis uti possunt brachio sæculari. *De Hæreticis in 6. c. Ut Officium. §. Compescendi. Vide, supra n. 8.*

17. Possunt cogere hæredes reorum mortuorum, cum pœnitentia ad complendam pœnitentiam, consistentem in pœna pecuniaria. *Alex. IV. constit. 12. Quod super. §. 5. & 7. Secus est, si hæredes non succedunt, eo quod bona sunt confiscata. ibidem. Et de Hæreticis in 6. cap. Accusatus. §. Si verò. Vide, Hæres. n. 11.*

18. Possunt procedere irrequisitis Diocesanis. *Alexander IV. constit. 9. Ad capiendū.*

19. Possunt procedere contra delinquentes in Provincia, etiam si aliò se transtulerint. *Alex. IV. constit. 18. Cupientes.*

20. Possunt procedere in causis hæresis, quas etiam Episcopi cœperunt cognoscere. *Urbanus IV. constit. 2. Licet ex omnibus. §. 3.*

21. Possunt absolvere judicialiter hæreticos, qui pœnitent & abjurant; sed caveant, nè hæretici dolose hoc faciant. *De hæreticis in 6. cap. Ut Officium. Vide, Hæresis. tit. 2. n. 1. Alexander IV. constit. 18. Cupientes.*

22. Possunt assumere in Notarios, Clericos etiam in sacris. *Urban. IV. constit. 2. Licet. §. 8. Et quovis, sive Sæculares, sive Clericos, sive Regulares. Pius IV. constit. 36. Pastoralis. De Hæreticis in 6. cap. Ut officium. §. Verum. Vide, Notarius. tit. 1. n. 8.*

23. Inferendis sententiis quoslibet peritos possunt assumere. *Urbanus IV. constit. 2. Licet. §. 10. De Hæreticis in 6. cap. Ut commissi. Et hi tenentur obedire. ibid. Vide, supra n. 5.*

24. Inquisitores debent discretè & prudenter procedere, nè alicui imponant aliquid. Idem tenentur cavere eorum substituti: sub pœna excommunicationis reservatæ Papæ, & suspensionis ab officio per triennium.

Episcopo & Inquisitori prædictis ac aliis ad dicti executionem officii substituendis ab eis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, ut sic discretè & promptè contra suspectos vel diffamatos de hujusmodi pravitate procedant, quod malitiosè aut fraudulenter tantum labem, seu quod ipsos in executione officii Inquisitionis impediatur, falso alicui non imponant. Quod si odii,

gra-

gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra justiciam & conscientiam suam omiserint, contra quemquam procedere, ubi fuerit procedendum super hujusmodi pravitate aut obtentu eodem, pravitate ipsam vel impedimentum officii seu alicui imponendo, eum super hoc præsumpserint quoquò modò vexare, (præter alias pœnas pro qualitate culpæ imponendas eidem) Episcopus aut Superior suspensionis ab officio per triennium, alii verò excommunicationis sententias eò ipsò incurrant, à qua quidem excommunicationis sententia, qui eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem nequeant, præterquam in in mortis articulo & tunc satisfactione præmissâ abolutionis beneficium obtinere, nullò in hac parte privilegio suffragante. *Clement. de Hæret. c. 1. §. Verum.*

III. Inquisitores in quibus causis possint procedere.

1. Inquisitores procedere possunt in omnibus contra fidem, ut circa hæreticos, fautores, receptatores & suspectos de fide. *Clementina de Hæreticis. cap. 1. §. Propter. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 17. ibid. §. Verum. supra.*

2. Possunt procedere contra impediētes suum officium, contra non juvantes, si requiruntur, etiam si sit communitas, Princeps, Magistratus, &c.

Statutum civitatis, castri, villæ vel alterius loci, per quod negotium Inquisitionis hæreticæ pravitatis, directè vel indirectè, nè in eo liberè procedi valeat, contigerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius existere firmitatis, ipsiusque civitatis, vel loci Dominum, Potestatem, Capitaneum, Consules vel Rectores, per quem vel quos eadem civitas seu locus regitur, quocunque nomine censentur. Ad statutum hujusmodi loci Diocesano, vel ejus Vicario, aut Inquisitori, seu Inquisitoribus labis præfata sine moræ dispendio exhibendum, & sitale inventum fuerit, revocandum omnino, vel saltem eatenus moderandum, quod per illud Inquisitionis processus non impediatur, vel aliquatenus retardetur, per censuram Ecclesiasticam decernimus compellendos. *De Hæreticis in 6. cap. Statutum. Urbanus IV. constit. 2. Licet. §. 15.*

3. Item contra Quæstuarios prædicantes, absque facultate appellandi.

Compescendi præterea monitione præmissâ per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, Prædicatores Quæstuarios (ubi contigerit pro Inquisitionis seu fidei negotio congregationem fieri, vel alias eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod alteri) à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, (quorum interest, tantum charitativa subsidia suppliciter petere, ac indulgentiam, si forte habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritate præsentium facultatem. *De Hæreticis in 6. cap. Ut officium. §. Compescendi. Urban. IV. ibid. §. 14.*

4. Procedunt contra Saracenos, vel alios, qui facti Christiani, redeunt ad sectam. *Greg. XI. constit. 2. Admodum.*

5. Item contra Saracenos, qui Christianos ad sectam suam trahunt. *Greg. XI. ibid. Vide, infra.*

6. Contra non ordinatos dicentes Missas, vel Pœnitentiæ Sacramentum ministrantes. *Gregorius XIII. constit. 2. Officii nostri.*

7. Possunt contra omnes maleficos & fortilegos, qui malum aliquod procurant. *Innocent. VIII. constit. 1. Inimici.*

8. Contra prædicantes doctrinam scandalosam, vel fidei contrariam, etiam Regu-

lares. *Paulus III. constit. 30. in Apostolici. Vide, Doctrina. in fine.*

9. Contra eos, qui damnant ut hæreticam alterutram opinionem de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, vel dicunt mortaliter peccare. *Paulus V. constit. 9. Regis pacifici. Vide, Conceptio.*

10. Contra impediētes neofitos, nè fidem complectantur. *Paulus III. constit. 32. Cupientes. §. 8.*

11. Contra eos, qui utuntur Litanis novis, non approbatis ab Ecclesia vel S. Congregatione Rituum. *Clem. VIII. constit. 22. Sanctissimus.*

12. Contra Astrologos judiciarios, & alios magos, fortilegos, divinatores, & hujusmodi. *Sixtus V. constit. 17. Cæli & Terræ. Adrianus VI. constit. 2. Dudum.*

In fortilegos, divinaculos Incantatoresque Clericos, quos tam sacræ Leges, quàm Patrum decreta execrantur, statimus & ordinamus, ut arbitrio Superiorum infamia notentur: si qui moniti non destiterint, Ordine amoveantur, inque monasterium ad tempus, juxta arbitrium Superioris, relegentur, beneficiis officisque suis Ecclesiasticis privati. Ceteri autem Pseudo-Christiani, de fideque parum probè sentientes, citra delectum personarum, hæretici quoque, vel Judaicum referentes, à Sancta Congregatione Christianorum procul arcantur. Contraque eos diligenti inquisitione procedatur per Ordinarios vel eorundem Vicarios, aut hæreticæ pravitatis Inquisitores, vel per iudices, à S. A. vel per nos deputandos, ut non resipiscentes, pœnis puniantur debitis. *Reformatio Cler. Germania cap. 31.*

13. Inquisitores possunt procedere contra Sacerdotes, sollicitantes mulieres ad turpia, in actu sacramentalis confessionis. *Pius IV. constit. 31. Cum sicut nuper. Sed Gregor. XV. constit. 34. Universi.* Hoc extendit ad Sacerdotes, sollicitantes quascunque personas ad inhonestam, sive inter se, sive cum aliis perpetranda, quomodolibet in actu confessionis sacramentalis, vel antea, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis, etiam confessione non securâ, sive extra occasionem confessionis, in confessionario aut in loco quocunque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem electo. Item ad sollicitantes, provocantes, aut inhonestos & illicitos sermones cum eis habentes, sive tractatus.

14. Tales pro gravitate delicti privantur officii, etiam si Religiosi sint, inhabilitantur, carcere, exilio, trirēibus, etiam tradendi curiæ sæculari, præviâ degradatione. *ibid.*

15. Item Contra Confessarios negligentes monere pœnitentes, ut denuncient sollicitantes aut docentes, eos non teneri. *ibid. §. 7. Vide, Sollicitans.*

16. Contra eos, qui dicunt usuram non esse peccatum. *Clem. de Usuris. cap. un. §. Sanct. Vide, infra. tit. 5. n. 9.*

17. Contra Judæos, legentes, vel tenentes libros Talmud, vel alios damnatos, continen-

18. Inquisitores possunt contra Judæos, & alios infideles Paganos, in sequentibus casibus procedere. *Ex const. 70. Gregor. XIII. Antiqua Judæorum.* & eos punire: 1. Si DEUM unum, omnipotentem negant, &c. de DEO, quæ nobis & illis sunt communia. 2. Si Dæmones invocant, vel alios id docent. 3. Si sacrificia, vel alia Diabolo offerunt, ut responsa, &c. accipiant. 4. Si dicunt Christum purum hominem, vel peccatorem fuisse, vel Beatam MARIAM Virginem non esse Matrem DEI, aliàsve blasphemias hæreticales in Christianorum ignominiam. 5. Si Christianos ad suos ritus, vel aliorum infidelium trahunt. 6. Si retrahunt aliquem ex suis, vel aliis, volentibus venire ad fidem. 7. Si hæreticos, vel Apostatas recipiunt, adjuvant, eis favent, &c. 8. Si libros Talmudicos, vel alios prohibitos hæreticos tenent, legunt, vel transferunt. 9. Si derident Christianos, vel Christum, vel in die Parasceves ovem, aut aliud animal crucifigunt. 10. Si habentes nutrices Christianas, post sumptionem Eucharistiæ, unò, vel pluribus diebus, lac in latinas effundere cogunt, & privilegia in contrarium abrogantur. Vide, *Judei.*

IV. Inquisitor cum Episcopo, & sine eo.

1. Inquisitor & Episcopus possunt conjunctim & divisim procedere in causis hæresis, sed communiter sententiant, & si non conveniunt, referunt ad Papam. *De Hereticis. in 6. cap. Per hoc. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 12.*
2. Debent communicare processus, quando divisim procedunt. *Extra. de Hereticis. cap. Ex eo. Vide, Ibid. n. 14.*
3. Cum Episcopi, vel Vicarii consensu, potest privare officio, & beneficio, & privatum declarare, exceptò, si Episcopus contulit beneficium hæretico scienter, quia tunc sine eo sententiat. *De hereticis. in 6. cap. Ut commissi. Vide, tit. 2. n. 6.*
4. Inquisitor cum Episcopo habeant carcerem communem, duos custodes, unum assignatum ab Episcopo, alium ab Inquisitore, & dicti custodes habere possunt sub se alium fidum ministrum. Duæ claves diversæ sint in carcere, & quilibet custos habeat unam ex illis, possintque illi custodes suas vices ministris suis committere. *Clementina de Hereticis. cap. 1. §. Sanè. Vide, Carcer. n. 1.*
5. Inquisitor cum Episcopo, & sine eo, & è contrà, potest citare in causis hæresis. *Clementina de Hereticis. cap. 1. §. Propter. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 17.*

6. Inquisitor sine Episcopo non potest carcerare durò vel arcto carcere, qui datur ad pœnam. *ibid.*
7. Inquisitor sine Episcopo, vel Vicario, non potest dare tormenta, nec sententiare; si verò intra octo dies non possit Inquisitor habere copiam Episcopi, vel Vicarii ejus, & è contrà, potest alteruter se solò id facere, postquam se requisierint. *ibid. Urbanus IV. const. 2. Licet. §. 5.*
8. Potest tamen Episcopus, aut Vicarius, Inquisitori, & hic illis committere suas vices in dictis casibus, si nolint adesse; aliàs irritum est, quod fit. *ibid. Clement.*
9. Vacante verò Sede Episcopali, locò Episcopi requirendus est Officialis Capituli, seu Vicarius capitularis, eodem modò, quò supra, aliàs nulla est sententia. *ibid. Clementina. Vide, Capitulum.*
10. Inquisitores possunt procedere irrequisitis Diocesanis. *Alex. IV. const. 9. Ad capiendum.*
11. Non tenentur Inquisitores reddere rationem Episcopis, de expensis factis in causis hæresis. *Extra. de Hereticis. c. Ex eo. Vide, Episcopi. tit. 17. n. 15.*
12. Inquisitores non possunt procedere contra Episcopos. *De Hereticis in 6. cap. Inquisitores. Vide, Episcopus. tit. 57. num. 10.* Neque è contrà; sed Papæ, si accidit casus, significetur. *ibidem. Et Extra. de Hereticis. cap. Cum Matthæus. Vide, ibid.*
13. Inquisitores non possunt excommunicare Episcopos, nec è contrà. *De Hereticis in 6. cap. fin. Statuta. Vide, Accusator. tit. 7. Vide, Episcopus circa Inquisitores. Vide, Capitulum. circa medium.*

V. Inquisitores à quibus debent abstinere.

1. Inquisitores non se intromittant in aliis causis, quàm in delictis contra fidem. *Clement. de Hereticis. cap. 1. §. Propter. Vide, supra tit. 2. n. 3. & sub verbò, Episcopus. tit. 17. n. 17.*
2. Inquisitores, ac eorum Vicarii & subalterni, nulli imponunt crimina, sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ, & obligationis ad satisfaciendum. *Clement. de hereticis. cap. 1. §. Verum. Vide, tit. 2. n. 24.*
3. Inquisitores ratione officii non possunt sine causa vexari. *ibid.* Sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ, & satisfactionis. *ibid.*
4. Inquisitores non abutantur portatione armorum, nec multos habeant Officiales, qui iis utantur, nisi qui sufficiant ad exequendum officium cum Inquisitore.

Potèd Inquisitoribus ipsis districtiùs inhihemus, ut nec abutantur quomodolibet concessione portationis armorum, nec Officiales, nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua, cum Inquisitoribus ipsis, officia exequenda. *Clementina de Hereticis. cap. Nolentes.*

Pos-

Possunt tamen concedere familiaribus suis, & quot sibi sunt necessari in itinere, &c. licentiam ferendi arma. *Joann. XXII. const. 9. Exigit.*

5. Non possunt extorquere à reis pecuniam modò illicitò, sub pœna excommunicationis Papalis ipsò factò, à qua non possunt absolvi, donec satisfaciunt. *Clement. de Hereticis. cap. Nolentes. Vide, Confiscatio. n. 3.*
6. Inquisitores non possunt Clericorum bona confiscare, nec Ecclesiæ alicui applicare, sub pœna excommunicationis ipsò factò reservatæ Papæ, à qua non possunt absolvi, donec satisfecerint. *ibid.*
7. Inquisitores non poterant olim se intromittere in causis fortilegiorum & divinationum, quæ non continent hæresim manifestam. *De Hereticis. in 6. cap. Accusatus. §. Sanè. Vide, Divinationes. n. 5. Alex. IV. const. 12. Quod super.*
8. Sed per *const. 17. Sixti V. Cæli & terræ.* possunt omnia divinationum & fortilegiorum genera judicare.
9. Non possunt de causis usurarum judicare, sed possunt procedere contra eos, qui dicunt, usuram non esse peccatum. De questionibus præterea usurarum motis, etiam contra illos, quibus restitutionem usurarum in poenitentia pro hæretis crimine injunxerunt, ac illi se & sua ad hoc faciendum in judicio Ecclesiæ obligaverunt, intromittere se non possunt, ne per causas hujusmodi offendiculum negotio fidei præparetur. *De Hereticis. in 6. cap. Accusatus. §. De Questionibus. Alexander IV. const. 12. Quod super. §. 6.* Sanè si quis in illum errorem incidit, ut pertinaciter affirmare præsumat, exercere usuras non esse peccatum: Decernimus, eum velut hæreticum puniendum; locorum nihilominus Ordinariis, & hæreticæ pravitatis Inquisitoribus injungentes, ut contra eos, quos de errore hujusmodi diffamatos invenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos, vel suspectos de hæresi, procedere non omittant. *Clementina de Usuris. cap. un. §. Sanè.*
10. Non possunt nec torquere, nec sententiare, nec durò carcere coarctare in pœnam aliquem reum, sine Episcopi, vel Vicarii Generalis, aut Capitularis consensu. *Vide, Inquisitor cum Episcopo.*
11. Non possunt procedere contra Episcopos, nisi habeant in commissis à Papa specialiter. Sed occurrente casu suspicionis, vel accusationis, vel denunciacionis contra Episcopos, Papæ significare debent. *De Hereticis. in 6. cap. Inquisitores. Extra. de Hereticis. cap. Cum Matthæus. Vide, Episcopus. tit. 57. n. 10.*
12. Neque possunt excommunicare Episcopos. *De Hereticis. in 6. cap. fin. Statuta. Nec è contrà. ibid. Vide, Accusator. tit. 7.*
13. Non possunt procedere contra Legatos, vel Nuntios Papæ, sed occurrente casu, aut suspicione hæresis contra eos, Papæ debent significare. *Extra. de Hereticis. in 6. cap. Inquisitores. & de Heret. cap. Cum Matthæus. Ubi supra n. 11.*
14. Non possunt excommunicare Officiales Papæ, vel contra eos procedere. *ibid.*

15. Non possunt in judiciis admittere Laicos judices ad judicandum, sub pœna, (etiam Inquisitoribus) excommunicationis Papalis ipsò factò. *Julius III. const. 11. Licet à diversis.*
16. Inquisitores pro actis Sancti Officii & processibus nihil faciant solvere, nec sibi, nec aliis Officialibus, sed omnia gratis faciant expediri. *Clemens VIII. const. 76. Sanctissimus.*

VI. Inquisitorum Officiales.

1. Inquisitorum Officiales omnes, etiam carcerum custodes, &c. juramentum emittunt coram illo, de fidelitate servanda. *Clement. de Heret. cap. 1. §. Porro. Vide, Custodes carcerum. n. 2. Innoc. IV. const. 10. Ad extirpanda.*
2. Officiales Inquisitorum, si sciunt, Inquisitores extorquere pecunias à reis, modò illicitò: si possunt probare, tenentur eos denunciare Superioribus, qui probatò delictò, privant eos officio. Si verò superiores Inquisitoris in hoc sunt negligentes, significetur Ordinariis, qui referant ad Papam. Notarii verò, & Officiales dicti Officii, nec non fratres, & socii Inquisitorum, & Commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores, aut Commissarios, secretè noverint talia commississe, (si indignationem DEI, & Apostolicæ Sedis vitare voluerint, & offensam ipsos graviter arguere & corrigere studeant in secreto. Quòd si taliter ea sciverint, ut ea probare valeant, si sit opus, hæc Prælati Inquisitorum, & commissariorum eorundem, ad quos id pertinebit, nuntiare sollicitè debeant, qui equidem Prælati, Inquisitores & Commissarios prædictos, reos inde repertos, ab officiis amoveant, & amotos aliàs punire debent, seu corrigere teneantur. Prælati autem Inquisitorum id negligentibus agere, præmissa omnia nuntiare per prædictos locorum Ordinarios volumus, quibus, ut ea in Apostolicæ Sedis notitiam perferant, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus & mandamus. *Præcedentia Vide, sub verbò, Confiscatio. n. 3. Clementina de Hereticis. cap. Nolentes.*

3. Officiales, si damnum patiuntur in bonis, vel personis, à communitate restaurandi sunt. *Innoc. IV. const. 10. Ad extirpanda. leg. 10. §. 11.*
4. Officiales Inquisitorum, pro iis, quæ faciunt ratione officii, conveniri non possunt, nisi ita videatur Diocesano, vel Inquisitori. *ibidem. §. 12.*
5. Officialibus & Ministris Cruce signatis, quas gratias & indulgentias concedere potest Inquisitor. *Vide, Inquisitorum privilegia.*
6. *Pius V.* confirmat omnia privilegia, indulta & alias gratias concessas à Prædecessoribus, Ministris Sancti Officii, & Cruce signatis. *Const. 10. Sacrosanctæ.*
7. Officiales Inquisitorum de eorum licentia possunt arma deferre, & quomodo. *Vide, Inquisitores à quibus debent abstinere.*

VII. Inquisitorum obligationes.

1. Inquisitores & Episcopi tenentur procedere in omnibus causis contra fidem. Omittentes id facere, incurrunt ex-

com-

- communicationem Papæ reservatam. *Clementina De hæreticis. cap. 1. §. Verum.* Vide, *tit. 2. n. 24.*
2. Tenentur dare juramentum secreti, Advocato & procuratori reorum, & aliis, quibuscunque manifestant dicta testium, & delicta, ut possit in causa procedi. *De hæreticis. in 6. cap. fm. Statuta.* Vide, *Accusator. tit. 7.*
 3. Tenentur exigere juramentum ab omnibus Officialibus sui tribunalis, de secreto & fidelitate servandis. *Clementina De hæreticis. cap. 1. §. Porrò.* Vide, *ut in tit. precedenti. num. 1. Innoc. IV. constit. 10. Ad extirpandam.*
 4. Curent & præcipiant, ut Communitates describant in suis libris leges & statuta, facta contra hæreticos. *Clemens IV. constit. 8. Ad extirpanda.*
 5. Tenentur prohibere, ne sæculares in causis fidei se ingerant, & per censuras deterrere. *Leo X. constit. 43. Honestis.*
 6. Tenentur procedere sine acceptione personarum. *De accusat. cap. Qualiter.* Vide, *tit. 1. num. un.*
 7. Tenentur incedere viâ regiâ in processibus, & si errant, se emendare & corrigere. *Ibidem.*
 8. *Sixtus IV. constit. 19. Sacri.* statuit, ut Inquisitores Ordinis Minorum & Prædicatorum à suis Generalibus possint corripere, processari, puniri & privari, sed modò non est in praxi.
- VIII. Inquisitorum privilegia, & facultates.**
1. Inquisitores possunt interpretari Statuta Ecclesiæ, contra hæreticos facta. *Innoc. IV. constit. 15. Cum negotium.*
 2. *Innocentius IV. constit. 17. Ut nihil.* concedit Inquisitoribus, ut possint absolvere Cruce signatos ab omnibus censuris, & dispensare super irregularitate, & commutare omnia eorum vota, exceptò votò Terræ Sanctæ, & tempore interdicti permittere, ut Divinis intersint. Idem confirmat in *const. 19. Malitia.*
 3. *Innocentius idem IV.* concedit Inquisitoribus, ut dum prædicant Divinum Verbum, concedere possint aliquas indulgentias. *Const. 19. Malitia.*
 4. Omnia statuta & leges, impediencia executionem officii Inquisitorum, abrogantur. *Alexander IV. constit. 10. Implacida.*
 5. Idem *Alexander IV.* pro certis temporibus concedit Indulgentiam plenariam Inquisitoribus, & eorum Officialibus, ac Ministris aliis dicti Tribunalis. *Const. 16. Firmissimè.*
 6. Possunt absolvere judicialiter omnes hæreticos, qui pœnitent, & ad fidem veniunt. *Alexander IV. constit. 18. Cupientes.* *De hæret. in 6. cap. Ut officium.* Vide, *Hæresis. tit. 2. n. 1.*
 7. Item & alios fautores, receptatores, cre-

- centes, infamatos, &c. *Ibid.* & *Urbanus IV. constit. 2. Licet.*
8. Possunt procedere summarie, ac de plano, sine strepitu, ac figura iudicii. *Alex. IV. constit. 18. Cupientes.* *Urban. IV. constit. 2. Licet.* §. II.
 9. Possunt creare Notarios, quos volunt, five sæculares, five Clericos, etiam in sacris, five Regulares, (si tamen habere possint eos, qui in sæculo fuerunt Notarii, illos assumant.) *Urbanus IV. constit. 2. Licet.* §. 8. *De hæret. in 6. cap. Ut officium.* §. *Verum.* Vide, *Notarius. num. 18. Pius IV. constit. 26. Pastoralis.*
 10. Possunt procedere, etiam in causis hæresis, quas Episcopi cæperunt. *Urbanus IV. constit. 2. Licet.* §. 2.
 11. Inquisitores possunt absolvere judicialiter, etiam infamatos, seu suspectos de hæresi. *Urbanus IV. constit. 2. Licet.* §. 4.
 12. Inquisitores Ordinis Prædicatorum & Minorum non tenentur obedire suis Prælati, in causis Officii Inquisitionis. *Alexand. IV. constit. 23. Catholica.*
 13. Possunt non publicare (nec debent) nomina testium examinatorum in causa hæresis. *Urban. IV. constit. 2. Licet.* §. 9. *Pius IV. constit. 26. Pastoralis.*
 14. Possunt tamen illa publicare viris illis, de quorum consilio sententia danda est, & hoc sub secreto. *ibid.* Idem de dictis testium statuit *Pius IV. ubi supra.*
 15. Possunt committere citationes & examinationes testium. *Urbanus IV. constit. 2. Licet.* §. 10.
 16. Possunt concedere indulgentias iis, qui suæ convocationi interfunt pro exequendo officio. *Urban. IV. ibid.* §. 12. 40. dies tantum indulgentiæ concedere possunt. *ibid.*
 17. Idem Papa concedit Inquisitoribus indulgentiam Terræ Sanctæ. Sociis verò multis annos. *Urbanus IV. constit. 2. Licet.* §. 13.
 18. Inquisitores & eorum Officiales non possunt conveniri, excommunicari, suspendi, &c. neque ab Ordinariis, neque à Legatis Papæ, sine licentia Papæ. *Urbanus IV. constit. 4. Ne Inquisitionis.* *Extra. de Hæret. cap. Cum Matthæus.* Vide, *Episcopus. tit. 57. n. 10.*
 19. Possunt concedere licentias portandi arma tot ministris, quot per viam sibi sunt necessarii, dum procedere debent in causa aliqua. *Joannes XXII. constit. 9. Exigit.* *Clem. de Hæret. cap. Nolentes.* Sed caveant, ne abutantur hac facultate. *Clem. ibid.* Vide, *supra tit. 5. n. 4.*
 20. Inquisitores possunt procedere contra omnes personas, cujuscunque gradus & præeminentiæ, in Provincia; (exceptis Ordinariis & Legatis, ac Nunciis Papæ.) *De Hæret. in 6. cap. Inquisitiones.* & *Extra. eod. tit. cap. Cum Matthæus.* Vide, *ubi supra. n. 10.*

21. Item possunt procedere contra omnes exemptos. *Alexander IV. constit. 22. Ne commissa.* *Clem. VII. constit. 27. Cum sicut.* *Paulus III. constit. 30. in Apostolici.* *Pius IV. constit. 51. Pastoris.* Olim statuit, ut si Superiores Regularium non prævenissent, Inquisitores procederent; secus si prævenissent. Sed hæc præventionis facultas revocata est à *Paulo V. constit. 26. Romanus Pontifex.* Vide, *Regul. Superiores.*
 22. *Sixtus IV. constit. 19. Sacri.* statuit, ut Inquisitores Ordinis Minorum non procederent contra Fratres Ordinis Prædicatorum, & e contra, sed non est in praxi.
 23. Inquisitores in omni loco, si eis placet, possunt prædicare, (in sua provincia.) *Innoc. VIII. constit. 1. Summi.* §. 3.
 24. Inquisitoribus non auferitur jurisdictio, quando eis datur conjudex. *Leo X. constit. 43. Honestis.*
 25. Inquisitoribus auxilium præstantes, lucrantur indulgentias. *Alexand. VI. constit. 2. Dudum.*
 26. Inquisitores possunt procedere, *appellatione remotâ.* *Clem. VII. constit. ut. 22. Placuit.*
 27. Inquisitorum amplissima facultas ad procedendum in causis hæreticorum, fautorum, suspectorum. *ibid.*
 28. Inquisitores in causis fidei possunt delegare, & revocare delegationes. *Clem. VII. constit. 22. Placuit.*
 29. Inquisitores non possunt in causis sui officii impediri à Gubernatoribus, aut aliis quibuscunque, sub pœnis excommunicationis, &c. *Paulus III. constit. 30. In Apostolici.* Ipsò factò excommunic. *Julius III. constit. 11. Licet à diversis.*
 30. Inquisitores non possunt sindicari ab alio, quàm à Papa, vel Sacra Congregatione Romana, de processu male factò, & aliis. *Pius IV. constit. 48. Dudum.*
- IX. Inquisitores Hispaniarum.**
Inquisitores Hispaniarum in S. Officio sine Papæ licentia, nullam innovationem pati possunt. *Sixtus V. constit. 74. Immensa.* §. 5.
- X. Inquisitores supremi in S. Congregatione Urbis.**
1. Inquisitores supremi in tota Ecclesia Catholica delegati à Papa, sunt Cardinales Congregationis S. Officii Romæ. Hæc Congregatio & delegatio omnium primò fit à *Paulo III. constit. 34. Licet.* Forma procedendi in causis ibi præscribitur. Facultas hujus Tribunalis est supra omnes alias civitates Christianitatis, etiam ultra montes. *ibid.* §. 2. Habent omnem & plenissimam facultatem, quam ex decretis & Constitutionibus Pontificiis habent Inquisitores circa modum procedendi. §. 3. Possunt Offi-

- ciales creare, ut Fiscalem, & Notarios publicos, aliosque Officiales necessarios, etiam Clericos & Religiosos cujuscunque Ordinis. §. 4. Si opus fuerit, præcipere possunt degradationem reorum Clericorum, qui damnandi sunt. §. 5. Uti possunt brachiò sæculari. §. 6. Possunt privare beneficiis, &c. impediendo eorum officium, & aliis inhabilitatibus afficere. §. 6.
2. Possunt Inquisitores novos creare, in terris & locis, in quibus sibi videbitur esse necessarium, dummodo sint Doctores in Theologia, vel in altero Jurium, vel Licentiati, aut Baccalauri, aut graduati in aliqua Universitate Studii Generalis: sed debent esse Ecclesiastici, & annorum saltem 30. Possunt alios substituire, revocare, &c. aliòque qualificados deputare. §. 8. In aliis, quàm hæresim sapientibus delictis, se nequeunt ingerere. *ibidem.* §. 8. Ab aliis Inquisitoribus per eos deputatis, dantur ad ipsos appellationes; & de eis, ac de emergentibus & annexis, possunt judicare. §. 9. Ad hunc effectum possunt in partibus citare, etiam per edictum publicum; possunt absolvere appellantes, vel ad cautelam, vel simpliciter ab omnibus censuris & pœnis. §. 10. Omnia à Cardinalibus Inquisitoribus decreta, firma sunt, & observari debent. *ibid.* §. 10.
 3. Revocat omnes Constitutiones & decreta Pontificum in contrarium, quæ impedire possunt executiones, edicta, citationes, &c. per dictos Inquisitores faciendâ.
 4. Possunt procedere contra Episcopos hæreticos. *Pius IV. constit. 67. Romanus.*
 5. Quod à majori parte horum Inquisitorum fuerit conclusum, ab omnibus factum censeatur. *Pius IV. constit. 79. Cum nos.* *Pius V. constit. 23. Cum felicis.*
 6. Si duo Cardinales tantum sint in Congregatione, quod ipsi decernunt, est ratum. *Pius V. constit. 23. Cum felicis.* *Sixtus V.* confirmat omnia. Vide, *Congregatio S. Officij.*
 7. Inquisitores isti possunt tenere & legere libros prohibitos. *Pius IV. constit. 82. Cum inter.*
 8. Possunt aliis concedere licentiam legendi libros prohibitos. *ibid.* §. 3.
 9. Inquisitoribus his supremis obedire debent Officiales Status Ecclesiastici. *Pius V. constit. 1. Sanctissimus.*
 10. Cum Inquisitores isti scribunt, aut præcipiunt aliquid Ordinariis, Vicariis, Inquisitoribus, &c. isti statim debent scribere, & injuncta exequi. *Clem. VIII. constit. 76. Sanctissimus.* Vide, *Congregatio S. Officij.*
- Inquisitio, Inquisitus, Inquirere.**
1. Inquisitionis officium impediens, testes in

causis fidei, aut denuntiantes, offendens, carceratos extrahens, capi reos prohibens, occultans, adjuvans, consulens, vel similia in favore reorum faciens, est reus læsæ Majestatis, omni dominiō privatus, ut hæreticus tractandus, infamis ipse, & filii ejus, pœnis hæreticorum subjacet, & curiæ sæculari est tradendus. *Pius V. const. 82. Si de protegendis.*

2. Inquiri nullus potest de crimine, nisi prius saltem constet de infamia, & infamia debet esse gravis.

Procuratores nostri fiscales adversus neminem inquirant, nisi quem legitima, ac frequens gravat infamia, non quidem à malevolis, & maledicis, sed à providis, & iustitiæ Zelō commotis suborta, quam si non probaverint, condemnentur ipsi, non autem inquisiti, in expensis. Neque enim speciem aliquam acquiritur habet, quod ab innocentibus absolutis, quipiam expensarum nomine extorqueatur, alioqui calumnia, & injusta diffamatio, mercedem (quod absit) haberent. Valeant ergo alii malevoli delatores, depulatores famæ, ac reipub. pestes. Neque enim ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt, in occulto inquirendum est super criminibus in eodem descriptis: quum inquisitio tantum fieri debeat super illis, de quibus clamatores aliqui præceterint. *Concilium Colonien. p. 13. cap. 7. De accusacionibus. cap. Cum oporteat. Vide, Infamia. num. 21. cap. Inquisitionis. §. Tertia. Vide, Deposito. tit. 1. n. 1.*

3. Inquisitio facta super veritate criminis, relicta inquisitione infamiæ, valet, si non reclamatur. *De accusat. in 6. cap. Si is cui. Vide, Infamia. n. 20.*

4. Inquisitus jurans respondere ad interrogata, auditur, si dicit ea, quæ non destruunt confessionem. *De accusacionibus. cap. Cum dilecti. Vide, Examinatus in iudicio. num. 1.*

5. Inquisitus de simonia, pendente inquisitione prohibetur à Divinis. *De simon. cap. Quoties. Vide, Accusatus. num. 17. Vide, Accusatus. Vide, Reus. Vide, Carceratus.*

6. Inquisitionis Sancti Officii Confratres vovent de persecutendis hæreticis, & multa habent privilegia & indulgentias. *Clem. VII. const. 27. Cum sicut.* Recitando quinque Pater & Ave Maria lucrantur omni die indulgentias quinque Altarium. *ibid.*

7. Si pro iniquitate in causa fidei emanant gratiæ à Papa contra stylum Sancti Officii, reducuntur ad terminos Juris, & non transeunt in rem judicatam. *Pius V. const. 2. Inter multiplices.*

Infanus.

1. Infanorum, sive dementium Hospitale. *Vide, Hospitale infanorum.*

2. Infanus occidens aliquem, nullam meretur pœnitentiam: si tamen ad sanam mentem redierit, levis pœnitentia est ei danda. *15. q. 1. c. Si quis infans. Vide, Occidere. tit. 4. num. 5.*

3. Infani non possunt ordinari.

Jubemus, ut infanus non fiat Clericus; nisi cum ægotavit, & opus fuit calidam medicinam facere, unde in Melancholiam incidit: Hujus infantiæ cum

non sit causa in ipso, neque sit ex Dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in Clerum, neque cogit exire. Quare jubemus, ut Dæmoniaco non possit admitti ad Clerum. *Conc. Nicen. 1. Ec. Arabico. c. 1.*

Insidiæ, Insidians.

1. Insidiæ in bellis justis sunt licitæ. *23. qu. 2. cap. Dominus. Vide, Bellum. n. 18.*

2. Insidias molientes Episcopis, priventur omni honore, & exulent. Qui eas manifestant, honore fruuntur & præmiō.

Secretas verò insidias, vel manifestas, Pontificibus à quibuscunque illatas, vel ea, quæ hujus sanctæ Synodi sententia complectitur, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, potitur honore, & hi, qui adversa eis moluntur, (sicut à SS. Patribus dudum statutum est, hodie synodali & Apostolica auctoritate firmatur) penitus abjiciantur, & exilio (suis omnibus sublati) perpetuo tradantur. *3. qu. 5. cap. Accusatoribus.*

3. Insidians per Episcopos puniendi & extirpandi.

Vos ergo, qui in specula à Domino estis positi, comprimere & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, atque in eos seditionis & scandala excitant, &c. Idèd hos repellere, & ab his vos cavere oportet. *Zephyrinus. ep. 1.*

Vide, Conjurantes. Vide, Conspiratores.

Inspiratio.

Inspiraciones novæ prædicari non possunt, nisi examinentur & probentur à Papa, vel Episcopo. *Conc. Later. 5. sess. II. const. 1. Vide, in Bullario.* Sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ reservatæ Papæ.

Instrumentum.

1. Instrumenta consignanda sunt cum die, anno, Principe, & Episcopo.

Debent autem supra scriptæ ingenuitatis chartæ non solum nomen illius, qui has fieri rogat, sed etiam nomina Sacerdotum, & nobilium Laicorum, qui ibi fuerint, in ordine digesta cum signis propriâ manu impressis, continere. Nam sine horum ad stipulatione, pagina auctoritate testium nudata, pro nihilo deputatur. Oportet etiam, ut locum, diem, annum, & Principem, & indicationes in fine, vel in margine annotatas habeat; in hunc modum: actum in illa civitate, in domo Sancti Petri, Kalendis illis, annō Dominicæ incarnationis illò, regnante illò Rege, & præsidente in Cathedra supradictæ civitatis Episcopò illò, in dictione illâ, in Dei nomine feliciter, Amen. At enim Romana auctoritas: Quæcunque leges sine die & consule fuerint prolatae, non valent. *Post. Conc. Toletan. 1. cap. 12.*

2. Instrumentum non authenticum, non faciat fidem sine originali.

Si scripturam authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus. *De Fide instrumentorum. cap. 1.*

3. Instrumentum non facit fidem, si testes sunt mortui, & non habet sigillum authenticum, factum à Notario.

Scripta verò authentica, si testes inscripti decesserint, (nisi per manum publicam facta fuerint, ita quod appareant publica, aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probari) non videntur nobis alicujus firmitatis robur habere. *ibid. cap. Scripta. ex Conc. Lateran. 3. De Testibus cogendis. cap. 5.*

4. Instrumentum publicum, habens litteras, quæ non possunt legi, non probat.

Sed & ipsum Henrici privilegium ad fidem instruendam non videbatur sufficere, quia nec erat publicâ manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eò quod erat ex media ferè parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi ultima medietas, vi-

desseet, ejus, nec de cæteris litteris, nisi hæc adjectio, DEI gratia, apparebat: ita quod ex litteris ipsis non magis poterat comprobari, fuisse sigillum Henrici, quam Ludovici. *ibid. cap. Inter dilectos.*

5. Instrumenta possunt produci usque ad conclusionem.

Utraque pars potest instrumenta, etiam post publicationem attestacionum, usque ad diffinitivam sententiæ calculum exhibere, antequam sit in causa conclusum. *ibid. cap. Cum dilectus.*

6. Instrumenta falsitas vel defectus probari potest per testes. *ibid. cap. Cum Joannes. Vide, Falsitas. n. 11.*

7. Instrumenta debent à iudice fieri communia partibus, alias appellari potest ab eo. *ibid. cap. G. Perpetuus. Vide, Zippellare. tit. 1. n. 5.*

8. Instrumentorum factorum à Clericis, copiæ dandæ, si petantur intra decem dies; & Notarius non dans, excommunicatur, & inhabilis est ad alia faciendâ.

Statuimus, quod quisque Notarius, Clericus vel Laicus rogatus est, vel fuerit, in futurum conficere instrumentum publicum, vel scripturam quamcunque, per aliquam personam Ecclesiasticam super aliquo contractu, concessione, depositione, seu super alio quocunque negotio vel facto, teneat dictum instrumentum vel scripturam, saltem infra decem dies, postquam fuerit requisitus ab eo, qui rogaverit, procuratore vel successore ejus, in publicam formam redigere, & recepto salariò conversò, vel aliâs competenti, aut ei oblatò, & secundum jura depositò, illud instrumentum vel scripturam tradere illi, vel illis, qui confici rogaverat, & duplicatum, si de consuetudine vel de jure possit vel debeat duplicari: quod si non fuerit, ut præmittitur, & post adhuc expectatus per alios decem dies non complexerit, & satisfecerit de damnis, quæ propter hæc incutierit Ecclesiæ, sententiam excommunicationis incurat ipso facto, à qua sententia non possit absolvi, nisi dictò instrumentò, ut supra, reddidit, & aliâs satisfactione præstrit de damno prædicto. *Conc. Ravennat. 3. Post Clementem V. cap. 7.*

9. Instrumentò amissò, possunt per testes de visu probari ea, quæ continebat.

Dedimus in mandatis, ut super amissione tenore privilegiorum testes reciperet, quos duceres producendos, qui fideliter rededit in scriptis depositiones decem testium juratorum. Nos verò tam per depositiones testium, quam assertiones quorundam fratrum nostrorum liquido cognoscentes, talem dicti privilegii fuisse tenorem, quod videlicet cenobium vestrum nullo mediante ad Romanam Ecclesiam pertineret, &c. decernimus, privilegium illud Lucii Papæ, quod sine reprehensione bullæ, chartæ vel litteræ apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cujus per depositiones testium & assertiones fratrum nostrorum noscitur extitisse. *De Privilegiis. cap. Clem. olim.*

10. Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate Ordinarii eandem habet vim, quam originale.

Si instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam justam causam exemplari petantur, coram ordinario iudice, vel delegato ab eo specialiter presententur, qui si ea diligenter inspecta, in nulla sui parte vitiosa repererit, per publicam personam illa præcipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura. *De Fide instrumentorum. cap. fin.*

11. Instrumentum & quælibet scriptura quot modis præsumi potest falsa. *De fide instrumentorum. c. 1. ser dilectos. infra.*

12. Instrumentum habens falsum sigillum, seu de falso præsumptum non probat.

Tomus II.

Inter dilectos filios, Abbatem S. Donati de Scozula & B. Procuratorem tuum super subjectis articulis diu fuit in nostro auditorio litigatum. Petebat liquidem Abbas nomine monasterii sui à præfato procuratore tuo, nomine Mediolanensis Ecclesiæ, restitui monasterio memorato portum Scozula, &c. Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis: Salvò in omnibus jure addendi vel diminuendi, satagens comprobare omnia, quæ præmissa sunt, ad suum monasterium pertinere: Primò, per privilegium Luitardi Comitis, &c. Secundò, per instrumentum sententiæ, &c. Sed contra privilegium donationis à procuratore tuo multa fuerunt objecta: Primò, quia ibi maxime apparebat consumptum, (videlicet in annotatione indicationis) ubi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundò, quia, cum charta vetustissima videretur, recentior apparebat scriptura, tanquam non illò tempore facta fuisset. Tertiò, quia falsum sigillum vitiosè videbatur appositum: eò quod à media parte sigilli apparebat quædam imago, non cum mitra in capite, sed cum pileo, &c. Cujus facies non apparebat integra, sed dimidia, tanquam in illa medietate respiceret aliam mediam, quæ tamen rota vacua remanebat; sed quædam imago videbatur ex ea fuisse deleta, quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planicie reliquæ parti similis apparebat, &c. Nam & in ipso sigillo nullæ aliæ litteræ apparebant, nisi quæ nomen proprium, &c. designabant. Sed cum proprium nomen ipsius Episcopi fuerit Luitardus, in nomine proprio, quod exprimebat sigillum, deletæ fuerant due litteræ, secunda, quæ erat inter l. & t. & sexta, quæ fuerat inter r. & u. ita quod si secunda o. & sexta fuisset, procul dubio non Luitardus, sed Lotardus legeretur, &c. Rursus, cum cera sigilli ab interiori parte vetustissima esset, cera, quæ posita erat ab exteriori parte, quasi ad conservationem sigilli recens erat & mollis. Quod cum diligenter investigatum fuisset, certò certius est compertum, quod sub vetusto sigillo charta fuerat perforata, & per clarinum novæ ceræ, quæ posita fuerat exterius, quasi ad conservationem sigilli, vitiosè fuerat ipsi chartæ subjunctum. Eadem falsitatis specie vitiosam videlicet appositionem sigilli cætera ferè Privilegia Romanorum Imperatorum, &c. vel falsa reperta sunt, vel falsata. Sed & ipsum Henrici Privilegium ad fidem instruendam non videbatur sufficere, quia nec erat publicâ manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eò quod erat ex media ferè parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi ultima medietas, videlicet icus, nec de cæteris litteris, nisi hæc adjectio: DEI gratia, apparebat; ita quod ex litteris ipsis non magis poterat comprobari, fuisse sigillum Henrici, quam Ludovici. Instrumentum quoque sententiæ multis modis inveniebatur suspectum; cum quia in ipso quædam apparebant litteræ, tum quia subscriptio Notarii videbatur manus alterius fuisse, quam subscriptio instrumenti: cum tamen Notarius in subscriptione profiteretur, se instrumentum manu propria conscripsisse. Littera quoque recentior videbatur, quam charta, & aqua videbatur encanctam infectum, ut antiquitas appareat, &c. *De fide instrumentorum. cap. Inter dilectos.*

13. Instrumenta, quæ pro vetustate incipiunt corrumpi, possunt cum licentia Papæ renovari manu Notarii, & habere eandem fidem & firmitatem, ut antiqua.

Dilecti filii Abbas & Coaventus monasterii sancti Justi, &c. nobis humiliter supplicarunt, ut, cum quædam ipsius monasterii instrumenta depereant, consumpta nimia vetustate, faceremus eadem per tabelliones publicos innovari. Quocirca discretionis vestræ mandamus, quatenus instrumenta hujusmodi factis auctoritate nostrâ per manus Tabellionis publici exemplari; volumus enim, ut instrumenta ipsa taliter exemplata, pristinam obtineant firmitatem. *Honorius III. ex Circa. De fide instrumentorum. cap. 3.*

14. Instrumentorum fides non semper præfertur dicto testium. *De fide instrumentorum. cap. Cum Joann. Vide, ubi supra. n. 6.*

K k

15. In-

15. Instrumenta Tabellionis mortui possunt autoritate ordinarii per suum Notarium reduci ad formam publicam, & habere firmitatem.

Cum P. Tabellio, morte preventus, quaedam non perfecit instrumenta, quae in nota redacta fuerant ab eodem: Ad petitionem eorum, ad quos pertinent, auctoritate ordinarii iudicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere, habitura per hoc perpetuam firmitatem. *Ibid. cap. Cum P. Tabellio. Vide, Scriptura.*

Instrumenta Musica.

Instrumenta Musica, ut Tybiae cornua, &c. in Ecclesiis non permittantur.

Organum tantum in Ecclesia locus sit, Tybiae cornua & reliqua Musica instrumenta excludantur. *Conc. Mediolanen. 1. p. 2. tit. De Musica. Vide, Musica.*

Insula.

Insulae Americae seu Mundi novi ab Alexandro VI. conceduntur Ferdinando Hispaniarum Regi, tam acquisita, quam acquirenda ab eo. *Constit. 2. Inter cetera.* Ei tamen praecipitur, ut viros probos ad eas mittat, ad erudiendos in fide populos illos. *Ibidem.* Et dat eidem facultatem, ut relinquere eas possit haeredibus. *Ibidem.*

Intentio.

1. Intentio faciendi, quod facit Ecclesia, requiritur in Ministro, ut faciat Sacramentum. *Concilium Constantiense sess. ultima in constit. Martini V. circa medium. Concil. Florentinum in decret. Eugenii. §. Quinto Ecclesiasticorum. Vide, in Bullario. Vide, Minister Sacramentorum.*

2. Intentionem operantis hominis magis respicit DEUS, quam verba.

Humanae aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant; Divina vero iudicia talia ea audiat, qualia ex intimis proferuntur. Certè novit ille, qui intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis, quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem & intentionem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni. *22. qu. 5. cap. Humana.*

I. Interdictum, interdicere.

1. Interdictum nequit violari ex consuetudine. *De Consuetudine. cap. Cum inter. Vide, Consuetudo. n. 21.*

2. Interdictum generale comprehendit medium provinciam, sed villas. *De Verborum significatione. cap. Cum in partibus. Vide, Generalis. n. 1.*

3. Interdictum unde vi non competit ei, qui nec spoliavit, nec spoliari mandavit, nec ratificavit.

Nos prioris acta iudicii recensentes, quia nec per dicta testium, vel confessiones partium, cum nullae penitus in iudicio factae fuerint, vel etiam instrumenta, quae nullatenus de spoliatione tractabant, nec per evidentiam facti nobis constare poterit, quod Cumman. Episcopus Hospitalarios spoliaverit, vel mandaverit spoliari, vel spoliationem factam saltem ratam habuerint, pronuntiamus: In quaestione praedicta interdictum unde vi locum nullatenus habuisse, restitutionis sententiam à praedicto Abbate prolatam, (licet pars adversa proponeret, quod praesumendum esset pro sententia iudicis, qui motum animi sui potuit ex causis aliis informare) iustitia exigente cassantes. *De Restit. spoliatorum. c. Cum ad Sedem.*

4. Interdictum non suspenditur etiam per appellationem sequentem.

Ad haec, quoniam sub interdicto aliqui constituti appellant, & deinde illud servare contemnunt, quid in hoc casu servandum sit, consulere voluisti: Noveris igitur, quod, sicut post appellationem excommunicati non possunt, sic interdictum nequeunt, cui ante appellationem eos constat suppositos, declinare. *De Appellat. &c. cap. Ad haec. il. 5. Et in 6. de Sentent. excommunicat. cap. Is cui. Vide, Appellationes. tit. 9. n. 5.*

5. Interdicere Ecclesiam non spectat ad Canonicos, sed ad Episcopum.

Fraternitati tuae taliter respondemus, quod interdictum in aliqua Ecclesia per aliquem vel aliquos de Canonicis tuis sine tuo & aliorum fratrum assensu positum, observare non debes, nec etiam sustinere, ut ab aliis observetur. *De his, quae sunt à major. &c. cap. Quaesit.*

6. Interdictum non servans, ab omni beneficio & iurisdictione suspenditur.

Mandamus, quatenus omnibus, quos praedictus Episcopus in supra dicta beneficia, praebendas & dignitates intravit, non solum à beneficiis ipsis, praebendis & dignitatibus, verum etiam ab aliis beneficiis (si quae obrinent) & Ecclesiis, profus amoris, tam praesumptores eosdem, quam omnes alios, qui praefatum interdictum damnabiliter violaverint, suspendas auctoritate Apostolica ab officio & beneficio. *De Excessibus Praelatorum. cap. Tanta est.*

7. Interdictum ferri non potest in terra aliqua pro debitis Domini.

Præsentis constitutionis providemus edictum, ut nulla Provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus, auctoritate ordinaria vel delegata, supponatur Ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiusvis monetae vel pecuniae quantitate, quacunque occasione, vel causa, seu quovis quaesito colore. Pro eo maxime, quod ipsorum Domini, Rectores seu Officiales, quocunque nomine censeantur, aut incolae, seu habitatores, aut singulares personae, ipsorum statuti, vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis, huiusmodi debitum seu quantitatem non solverint habentibus, aut in antea non persolverint. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, si secus haec tenentis extiterit attentatum, vel contigerit attentari, illudque revocamus omnino. *Extra. de Sent. excommunicationis. cap. Provis.*

8. Interdictum non servante eo, ob quem positum est, adhuc alii tenentur observare.

Petit per S. A. edoceri, utrum, cum propter Hospitalarios vel Templarios civitas vestra generali supponitur interdicto, eisdem non servantibus, vos illud teneamini observare? Ad quod duximus respondendum, quod illorum excessus vobis non praebet licentiam excusandi. Sed si praefati Hospitalarii vel Templarii privilegiorum suorum fines excesserint, violando temere interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum, ne videantur de aliorum fletu ridere: vos in poenam praesumptionis eorum, quamdiu ipsi violaverint interdictum, de nostra licentia celebretis. *De Privilegiis. cap. Petisti.*

9. Interdictum in loco aliquo poni non potest, ob Clerici occisionem, nisi concursu populari fuerit occisus; sed persona populari non est.

Ut igitur extinctus cultus excitetur, populisque non fiat indices negligentior, statuimus, ut propter eadem Clericorum, persona tantum, non autem locus interdicendus veniat, nisi casu concursuque populari facinus patratum esset. *De Reform. Cleri Germaniae. cap. 22.*

10. Interdicti sententia ferri non potest, nisi scripto, & cum expressione causae; intra mensem danda est copia authentica

illius.

illius. Qui contrarium facit, tenetur ad expensas; per mensem est suspensus à Divinis: si celebrat, sit irregularis, & à Papa debet dispensari. *De Sent. Excommunicationis. in 6. cap. 1. Conc. Lugdunen. 1. Vide, Excommunicatio tit. 1. n. 15. Et à Superiore auferatur interdictum. Ibid. Vide, Censura.*

11. Interdictum ferri non potest in aliquo loco, terra, civitate, &c. pro delicto aut debito pecuniario, nisi delicta Papae. *Extra. de sent. excommunicat. cap. Provis. supra. n. 7.*

12. Interdictum positum ab Episcopo, à nullo potest relaxari, (nisi à Papa.)

Cum ab Ecclesiarum Praelatis Ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, debet rata & firma consistere, & usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observetur. Quapropter discretionaria, &c. Quatenus si quando, quam dilectus filius noster Plebanus sancti Pancratii in Clericos vel in Laicos Parochianos suos, interdictum interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, praecipias observari: nec eam sine congrua satisfactione & absque conscientia eiusdem Plebani aliquam ratione relaxes. *Concilium Later. 3. in appendic. tit. de excommunicatis. cap. 7.*

13. Interdicti sententia ferri non potest pro levi causa, neque pro causis pecuniariis; & si pro his fiat, non tenet, nisi Universitas deliquerit, & sui Rectores per tres menses fuerint in contumacia.

Quoniam ex sententia interdicti non est dubium multa oriri scandala, ex quibus non solum saepe puniuntur infantes, imò excrevit inde votio populi, pululant haereses, & Ecclesiis ac Ecclesiasticis personis sine culpa eorum debita subtrahuntur obsequia, propterea non debent sine urgente necessitate proferri, & ideo statuimus, & districtius prohibemus, ne pro causis merè pecuniariis huiusmodi sententia interdicti de cetero proferantur; & si prolata fuerint, eas decernimus non tenere, & hoc nisi Universitas deliquerit, aut per tres menses sustinuerit contumaciam, inobedientiam vel rebellionem suorum Rectorum vel Officialium quorumcumque, qui ob contemptum vel delictum ipsorum forent excommunicati. *Conc. Ravennat. 3. post Clementem V. cap. 19.*

14. Interdictum Generale. Vide, *Generale.*

15. Interdictum suppositum, si offert se ad iustitiam, datà cautione de satisfaciendo, debet absolvi, etiam parte reclamante & appellante. *De appellat. & rec. cap. Quae fronte. Vide, Absolutio. tit. 10. n. 8.*

16. Interdictus Clericus non potest contra voluntatem sui Praelati promoveri. *Concilium Tridentinum sess. 13. de reformat. cap. 1.*

17. Interdictum violans, non potest postulari.

Verum, quoniam, antequam idem Magister ad S. A. accessisset, nobis quasi pro certo constabat, quod idem Episcopus interdicti sententiam non servasset, &c. Nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus, inobedientiam omnem ulcisci, eiusdem Episcopi Antiodorensis inobedientiam attendentes, &c. Cum iuxta Canonicae functiones quaedam sint culpa, in quibus culpa est relaxare vindictam, postulationem huiusmodi, non propter postulantem Ecclesiam, sed propter postulantem personam repulimus, ut indignam. *De postulatione Praelatorum. cap. 1. Vide, Censura. Vide, Clerus. Vide, Censura. Vide, Celebrans.*

Tomus II.

II. Interdictio loco, populo vel Clero, qui sint interdicti.

1. Interdictio Clero, populus non est interdictus, & è converso. *De sent. excommunicat. in 6. c. Si sententia. Vide, Clerus. n. 1.*

2. Interdicta Ecclesia. Vide, *Capella. Vide, Capellani.*

3. Interdicta civitate propter delictum Domini, populus non interdicatur, sed extra eam potest interesse Divinis; nisi ipse fuerit causa.
Ceterum, cum propter delictum Domini vel Rectoris est civitas interdicta, cives eiusdem (qui culpabiles non existunt, dummodo & ipsi propter Dominum vel Rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti) possunt extra ipsam licite interesse Divinis. Cum verò alicujus terrae populus interdictio nodatur, singulares ex eo personae, quas interdictas esse constat, (nè sententia effectu careat, cum Divinorum auditio & Sacramentorum perceptio populo, ut universis, non competant) non debent alicubi (casibus expressis à jure duntaxat exceptis) audire divina, vel Ecclesiastica recipere Sacramenta. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Si sententia.*

4. Interdicta civitate suburbia & proxima aedificia sunt interdicta. *Ibidem. cap. Si civitas. Vide, Civitas. n. 1.*

5. Interdicti in una Diocesi sunt etiam vitandi in aliis.

Si tamen duxerit ad interdictum procedere, qualecunque tale sit interdictum, & voluerit, quod alii Praelati illud observent, ut patet, quia delinquens declinat ad eorum Diocesim, vel habet in eisdem terras, dominia vel districtus: tunc Praelatus, vel iudex, seu Officialis teneatur mittere ad conviciniorem Episcopum, vel Metropolitanum, processum huiusmodi suo & duorum peritorum nominibus roboratum, qui constitit sibi de legalitate processus, simpliciter & de plano, absque citatione seu audientia partis litteras suas testimoniales exinde impendant. Quò factò omnes Praelati super hoc requisiti, teneantur interdicta huiusmodi in suis Diocesisbus juxta formam processus observare, & observari facere. *Concil. Tolet. 22. cap. 23.*

6. Interdicta terra ob excommunicationem Domini, qui usurpat res Ecclesiae, quid agendum à Sacerdotibus & aliis. *Concilium Lateranen. 3. in append. tit. De excommunicatis. c. 6. Vide, Ecclesia. tit. 40. n. 26.*

7. Interdicta Ecclesia, capellae & cœmeterium contiguum sunt interdicta. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Si civitas. Vide, ubi supra. n. 4.*

8. Interdictio populo, singulares personae sunt interdictae. *De sent. ut supra. cap. Si sententia. Vide, supra. n. 3.*

9. Interdicta persona, ministrans in Ordine est deponendus. *Concilium Lateranen. 3. De depositione. cap. 10. Vide, Excommunicati. tit. 10. n. 5.*

10. Interdicta Ecclesia, Templarii & Hospitalarii semel in anno possunt in ea Divina facere. *De privileg. c. Cum & plantare. Vide, Hospitalarii. n. 2.*

11. In loco interdicto celebrans. Vide, *Celebrans.*

12. Interdictus vitandus non est nisi expressè, & certè contra eum, vel Collegium, de quo est, fuerit latum interdictum, vel notorie sit talis, ut celari non possit. *Concilium Moguntinum 4. cap. 104. Vide, Excommunicatio. tit. 9. n. 9.*

Kk 2

III. In-

III. Interdicti tempore, quid fieri potest, & quid non.

1. Interdicti tempore, datur viaticum moribundis. *De poenitentia & remiss. c. Quod in te. Vide, Absolutio. tit. 3. n. 2.*
2. Potest predicari Verbum DEI. *De sent. excommunicationis. cap. Responso. Vide, Excommunicationis. tit. 9. n. 5.*
3. Potest confici Chrisma, & Confirmatio ministrari. *Ibidem. Vide, Confirmatio. tit. 1. num. 1. Et De sententia excommunicationis. in 6. cap. Quoniam. Vide, Chrisma. tit. 3. num. 6.*
4. Possunt secreto Divina fieri. Et in conventualibus EE. bini & bini, vel simul tres Horas Canonicas valeant legere, non cantare, januis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, & voce ita demissa, quod exterius audiri non possit; cum & Regularibus secundum privilegium Sedis Apostolicæ indultum, ut cum generale interdictum terræ fuerit, & liceat eis januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce celebrare Divina. *De poenit. & remiss. c. Quod in te.*
5. Interdicti tempore ad confessionem admittuntur, qui non sunt excommunicati: isti vero solum in morte admittuntur, datâ satisfactione & cautione de parendo mandatis Ecclesiæ. *De sent. excommunicationis. in 6. cap. Alma Mater. Vide, Excommunicatio. tit. 10. num. 12.*
6. Qui causam dederunt interdicto, vel auxilium, vel favorem &c. non possunt neque Sacramentum poenitentiae obtinere, nisi satisfecerint, si possunt, vel dederint cautionem de satisfaciendo, cum primum possint. Illis etiam, propter quorum culpam, dolum vel fraudem lata est sententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum, cujus occasione ipsum interdictum est latum, præbuerunt auxilium, consilium vel favorem; de ipso delicto (si sint tales, quod id facere valeant) prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem, aut si satisfacere nequeunt, vel hujusmodi cautionem præstare juraverunt, satisfaciunt, & ad satisfactionem hujusmodi per eum, vel per eos, qui facere ipsam debent, & possunt, præstandam, dabunt consilium, & auxilium, ac juxta posse suum fideliter laborabunt, non est poenitentiae beneficium aliquatenus concedendum, nec tunc etiam quoad istos vel alios, qui circa hoc minimè deliquerunt, (ubi civitas, vel locus alius, seu universitas interdicti existunt) facienda est relaxatio interdicti, sed est eis solummodo injungenda poenitentia salutaris. *Ibidem.*
7. Interdicti tempore campanæ non pulsanda, nec Ecclesiæ aperienda, nisi ex privilegio. *De privilegiis. cap. Quod nonnullis. De sententia excommunicationis. in 6. cap. Alma Mater. Vide, Campanæ. n. 6.*
8. Interdicti tempore, semel in hebdomada in aliquo loco, potest apertis januis celebrari, exclusis interdictis. Permittimus Ecclesiarum ministris, semel in hebdomada tempore interdicti, non pulsatis campanis, voce submissâ, januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, Missarum solemniam celebrare, causâ conficiendi Corpus Domini, quod decedentibus in poenitentia non negatur. *De sententia excommunicationis. cap. Permittimus.*
9. Interdicti tempore, officia celebrantur à Clericis januis Ecclesiæ clausis, non

pulsatis campanis & submissâ voce. *Ibidem. & cap. Alma Mater. ut supra. Vide, Campanæ. n. 6. Vide, Officium.*

10. Sepeliri non possunt mortui in EE. tempore interdicti; sepelientes, etiam si exempti sint, sunt excommunicati ipsò facto. Eos, qui propriæ temeritatis audaciâ defunctorum corpora, non sine contemptu clavium Ecclesiæ, in cæmeteriis interdicti tempore, in casibus non concessis à jure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel usurarios manifestos, scienter sepelire præsumunt: Decernimus ipsò facto excommunicationis sententiâ subjacere, à qua nullatenus absolvantur, nisi prius ad arbitrium Dilectissimi Episcopi eis, quibus per præmissâ fuerit injuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem, nullò eis circa præmissâ exemptionis vel quovis aliò privilegio, sub quacunque verborum forma concessò, aliquatiter suffragante. *Clement. de Sepulturis. cap. 1. Eos qui.* Quicunque de cætero excommunicationis, vel suspensionis, vel interdicti sententiam animò sustinuerit per annum induratò, & si in morte beneficium absolutio- nis satisfactione præstitâ meruerit obtinere; nihilominus tamen in poenam contumaciâ Ecclesiasticâ careat sepulturâ. *Conc. Ravennatense 2. sub Clemente V. cap. 28.*
11. Interdicti tempore, Clerici servantes interdictum, possunt secreto sepeliri. *De poenit. & remiss. cap. Quod in te. Vide, Clerici. tit. 53. num. 14.*
12. Peregrinis, & Cruce signatis interdicti tempore conceditur Sacramentum poenitentiae. Recipientibus autem signum Crucis non negamus, quò minus eis ob reverentiam Crucifixi poenitentia, cum postulaverint, injungatur, quod & aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri. *Ibidem. cap. Quod in te.*
13. Interdicti tempore Episcopi & Religiosi possunt clam celebrare, si ipsi non fuerint causa interdicti. *De privilegiis. cap. Quod nonnullis. Vide, Campanæ. n. 6.*
14. Interdicti tempore, privilegiati possunt januis clausis celebrare. *De privilegiis. in 6. cap. Licet vobis. infra.*
15. Non possunt eò tempore admittere suos familiares ad Divina, sed tantum privilegiatos. Semel in hebdomada eo tempore possunt in EE. sui Ordinis apertis januis celebrare, exclusis excommunicatis. Licet vobis concessum existat, ut interdicti tempore januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis voce submissâ Divina celebrare possitis, ad ea tamen aliquos, etiam si aliundè venerint, (nisi super hoc privilegiati existant) recipere nullâ ratione debetis, cum conceditur singulari personæ, ut modò præmissò tempore interdicti celebrare valeat, vel audire Divina: eorum familiares Domestici, ad audiendum cum ea & celebrandum sibi Divinum officium licet admittuntur non sic autem in familiaribus alicujus Conventus seu Collegii est censendum; illi enim, nisi privilegiati fuerint, admitti non debent. Hujusmodi quoque concessione gaudere non potestis, cujus causâ, seu culpâ dolo vel fraude fuit sententia interdicti prolata, seu quæ ad perpetrandum delictum, cujus occasione lata existit, præbuit consilium, auxilium vel favorem. *De privilegiis in 6. cap. Licet vobis. De Privilegiis. cap. 1. privilegiis. Vide, Confratres. n. 3.*
16. Interdicti tempore Clerici & Religiosi celebrantes, & Divina facientes contra formam juris & privilegiorum, interdiciuntur ab ingressu Ecclesiæ. *De Privilegiis. in 6. cap. Episcoporum. infra.*

17. Qui excommunicatos vel interdictos admittunt ad Divina, & Sacramenta, vel ad sepulturam, eidem poenæ subjacent. Nè aliqui seculares seu Regulares, quantumcunque exemptionis seu libertatis S. A. privilegiis communiti, cujuscunque Ordinis, Religionis, status vel conditionis existant, scienter celebrent, vel faciant celebrari Divina in civitatibus, castris, villis, (nisi quatenus eis à jure conceditur) seu locis aliis interdictis ab Ordinariis, sive delegatis Judicibus, vel à Jure aut excommunicatos publicè, vel interdictos ad divina Officia, seu Ecclesiastica Sacramenta, vel Ecclesiasticam sepulturam admittant. Qui verò contra præsumperint, præter alias poenas à jure statutas, ingressu Ecclesiæ sibi noverint interdictum, donec de transgressione hujusmodi ad arbitrium ejus, cujus sententiam contempserunt, satisfecerint competenter. *De Privilegiis in 6. c. Episcoporum.*
18. Interdicti tempore, Fratres Minores possunt celebrare secreto, januis clausis. *Clemens IV. constit. 4. Virtute §. 9. Actuales servitores Fratrum Minorum non subjacent interdicto, nisi causam dederint. Ibidem.*
19. Interdicti tempore, Fratres Minores non possunt admittere ad Divina in suis Ecclesiis Tertiarios aut Tertiarias de Ordine poenitentium, sub poena excommunicationis Papæ reservatæ, à qua tamen potest aliquando Episcopus absolvere satisfactione præstitâ, ut delegatus Papæ. Cum ex eo, quod Religiosi viri Fratres Minores in suis recipiant EE. ad audienda Divina Officia tempore interdicti, Fratres & Sorores, de Ordine tertio (quem B. Franciscus instituit) existentes, qui continentes seu de poenitentia nuncupantur, scandalum aliorum, qui ab his excluduntur, mentibus generetur, censura vilescat Ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur: eisdem Fratribus Minoribus districtius inhibemus, nè de cætero aliquem vel aliquos prædictorum, etiam si super hoc hi vel illi privilegiis quibuscunque muniti existierint, quæ ipsis in nullo profusus, quoad hoc volumus suffragari, ad Divina in suis EE. tempore interdicti quoquò modò admittant. Quod si fecerint, eò ipsò excommunicationis sententiæ se noverint subjacere: à qua per alium, quam per Rom. Pontificem, vel satisfactione præmissâ per locorum Episcopos (quos Authoritate Apostolicâ fungi volumus in hac parte) absolutio- nis beneficium nequeant obtinere. *Clem. de Sent. excommunic. cap. Cum ex eo.*
20. Interdicti ministrantes in Ordine, deponendi sunt. *Concilium Lateranense. in append. tit. De deposit. cap. 10. Vide, prout tit. præcedenti. num. 9.*
21. Fratres Ordinis Prædicatorum tempore interdicti possunt celebrare secreto januis clausis. *Greg. XI constit. 7. Virtute. Actuales servitores Fratrum Prædicatorum non subjacent interdicto. Ibid. §. 10. Nisi causam dederint. Ibidem.*
22. Interdicti tempore, sub quo vis privilegii prætextu, nullus potest admittere ad Divina eos, qui contrafecerunt interdicto, aut causam, aut auxilium dederunt. *De Privilegiis. in 6. cap. Licet supra n. 14.*
23. Interdicti tempore, persona singularis, habens privilegium, ut possit eò tempore celebrare, vel audire Divina, potest secum admittere suos familiares domesticos. *Ibidem.*
24. Interdicti tempore non est abutendum

privilegiis circa sepulturas & celebrationem Divinorum.

- Comperimus, quod Fratres Templi & Hospitalis, alii quoque Religiosæ professionis, indulta sibi ab A. S. excedentes privilegia, contra Episcopalem auctoritatem multa præsumunt; quæ & scandalum generant in populo DEI, & grave parant periculum animarum. Proponunt enim, quod Ecclesias recipiant de manibus Laicorum excommunicatos, & interdictos ad Ecclesiastica Sacramenta, & sepulturam admittant in Ecclesiis suis præter eorum conscientiam, & instituant, & amoveant Sacerdotes, & fratres eorum ad elemosynas querendas euntibus, cum indultum sit eis, ut in adventu eorum semel in anno Ecclesiæ aperiatur, atque in eis divina celebrentur Officia: Plures ex eis de una sive diversis domibus, ad locum interdictum sæpius accedentes indulgentiâ privilegiorum in celebrandis Officiis abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas Ecclesias sepelire præsumunt, &c. Et removenda ea, in quibus excedunt, & quæ dubietatem faciunt, declaranda decrevimus, &c. Excommunicatos nominatim interdictos tam ab illis, quam ab omnibus aliis, juxta Episcoporum sententiam, statuimus evitandos. In Ecclesiis suis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, instituendos Presbyteros Episcopis præsentent, ut eis quidem de plebis cura respondeant, ipsi verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem, institutos autem Episcopis inconsultis, non audeant removere. Si verò Templarii sive Hospitalarii ad Ecclesiasticum interdictum venerint, non nisi semel in anno ad Ecclesiasticum admittantur Officium, nec tunc ibi sepeliant corpora defunctorum. *Conc. Lat. 3. cap. 9.*
25. Interdicti tempore, Religiosi, qui habent privilegium aperiendi Ecclesiam semel in anno ad Divina faciendâ, si plures sint Ecclesiæ talis Religionis in civitate, unam tantum possunt aperire. Illud etiam pro hujusmodi Regularibus est indultum: si qui Fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates, sive collectas; in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ille à divinis sit Officiis interdictus, in eorum jucundo adventu semel in anno aperiatur Ecclesiæ, ut exclusis excommunicatis divina ibi Officia celebrentur: Sic intelligi volumus, quod in eadem civitate, aut castro, vel villa una tantum Ecclesiæ ejusdem Ordinis Fratribus (ut dictum est) semel aperiatur in anno. Quia licet pluraliter dictum sit, quod in eorum jucundo adventu aperiatur Ecclesiæ, non tamen ad Ecclesias ejusdem loci divisim, sed prædictorum locorum conjunctim, sanò referendum est intellectum, nisi hoc modò singulas ejusdem loci Ecclesias visitarent, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui verò contra declarationes præscriptas, quidquam sibi præsumperint usurpare, gravi subjacent ultioni. *Conc. Later. 4. cap. 57. & ex cod. cap. Ut Privilegia. de Privilegiis. §. Sanè quibusdam. Vide, Confratres. ut. 1. num. 3.*
 26. Interdicti tempore, dum conceditur licentia aperiendi Ecclesiam, & faciendâ Divina januis apertis, intelligitur semper exclusis iis, qui causam dederunt interdicto. *Concil. Lateranen. 4. cap. 58. Vide, ut supra n. 13. cap. Quod nonnullis.*
 27. Interdicti tempore Domini seculares, qui cogunt, ut Missæ ac Divina celebrentur, vel alia fiant contra formam interdicti, in excommunicationem Papæ reservatam ipsò facto incidunt. Nè igitur excessus sic graves excedentium impunitate trahantur ab aliis in exemplum, præsumptores præfatos, qui in locis interdicto suppositis, quenquam de cætero divina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modò prædictò ad Officia eadem audienda aliquos, excommunicationis præsertim vel interdicti ligatos, sententiâ evocare: sen qui, nè excommunicati publicè, aut interdicti de Ecclesiis, dum in ipsis Mis-

farum aguntur solemnna, à celebrantibus moniti, ut exeant, prohibere: Nec non excommunicatos publicè & interdictos, qui in ipsis Ecclesiis nominatim à celebrantibus, ut exeant nominati, remanere præsumpserint, excommunicationis sententiâ, (à qua per Sedem dumtaxat Apostolicam possint absolvi) sacrò approbante Concilio innotodamus. *Clementina de Sent. excom. cap. Gravis.*

28. Interdicti suppositus, si moriens absolvitur, adhuc caret sepulturâ Ecclesiasticâ. *Concilium Ravennat. 2. sub Clemente V. cap. 28. supra n. 10.*

29. Interdicti suppositus, si offert se ad justitiam, cautione datâ, debet absolvi etiam parte contradicente & appellante. *De appellat. & c. cap. Quâ fronte. Vide, uti tit. 1. num. 15.*

30. Interdicti tempore illud violantes, estò Religiosi & exempti, excommunicationem incurrunt.

Mandamus: quatenus Religiosi quicumque tam exempti, quam non exempti, cujuscunque Ordinis & conditionis existant, Cathedrali vel matricem (seu Parochialem) loci Ecclesiam illa viderint, aut sciverint observare, (non obstantibus quibuscunque appellationibus, antea etiam ad eandem Sedem, vel alium, seu alios interdictis, & aliis objectibus quibuscunque) absque dolo & fraude, cum moderatione tamen decretalis, Alma inviolabiliter conservent: Alioquin non servantes, excommunicationis sententiâ hoc ipsò volumus subjicere; quod etiam in interdictis & in cessationibus à Divinis, indictis per Provincialium statuta vel ipsorum autoritate, &c. volumus observari. *Clementina de sent. excommunicationis. cap. 1. Ex frequentibus.*

31. Interdicti tempore celebrantes in locis interdictis, quomodo puniendi. Vide, *Celebrantes. Vide, Missa.*

32. Interdicti tempore quotquot incommoda patiuntur fideles.

Providè attendentes, quòd &c. quòdque interdicti tempore Divina organa suspenduntur, & laudes, nec Ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent; tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem Hostiæ salutaris: adulescentes & parvuli, participant rariùs Sacramenta, minus inflammantur & solidantur in fide, fidelium tepescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum, &c. *Extra. de Sent. excommunicationis. cap. Providè.*

33. Interdicti tempore Religiosi possunt suos oblatos sepelire, si Ecclesiæ non sint interdictæ. *De Privilegiis. cap. Ut privilegia. Oblati intelliguntur, qui vel omnia sua Religiosis dederunt, manentes in sæculo, retentâ sibi portione ad vivendum, vel qui mutatò sæculi habitu, Conventibus sunt mancipati. Ibidem. Vide, uti supra. n. 15.*

34. Interdicti tempore, in festis Nativitatis Domini, Paschæ Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis B. MARIÆ Virginis, possunt Divina celebrari, apertis januis, pulsatis campanis & altâ voce. Possunt in his festis admitti etiam interdicti, non verò excommunicati. Sed nec illi, qui causam dederunt, possunt ad Altare accedere, id est, communicare.

In festivitibus verò Natalis Domini, Paschæ ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis gloriose campanæ pulsantur, & januis apertis, altâ voce Divina Of-

ficia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admittis: Quibus ob reverentiam dictarum solemnitarum (& ut ipsi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum facilis accesserint) præfatis diebus participationem permittimus Divinorum; sic tamen, quòd illi, propter quorum excessum interdictum hujusmodi est prolatum, alari nullatenus appropinquent. *De Sent. excommunicationis. in 6. cap. Alma Mater.*

35. Interdicti tempore, Festum Corporis Christi cum Octava celebrari potest januis apertis, & qui piè venerantur, indulgentias consequuntur. *Martinus V. const. 12. Ineffabile.*

Vide, *Clericorum privilegia. Vide, Confirmatio Sacrament. Vide, Confratres. in tit. x.*

Interpretatio.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio faciendâ. *De Regul. Juris in 6. Regul. 57.*

Interrogatio, Interrogatus.

1. Interrogationes faciendæ sunt à iudice, sive ad instantiam partis, sive ex officio.

Interrogabit etiam partes, sive ad earum instantiam, sive ex officio, ubique hoc æquitas suadebit. *De verborum Signif. Clem. cap. fin.*

2. Interrogatus, an aliquis sit dignus aliquò gradu, vel dignitate, si sibi non constat de dignitate, potest asserere, quòd sit dignus.

Fraternitati tuæ taliter respondemus: quòd, cum aliquem in Diaconum vel Presbyterum promovemus, prior Diaconorum, qui vobis assistit, dicit: Postulat S. Mater Ecclesia hunc Diaconum, vel Subdiaconum ad onus Presbyteratus vel Diaconatus assumi. Et nobis interrogantibus, si eum cognoverit esse dignum? Idem respondet, quòd quantum humana fragilitas nôsse sinit, & scit, & testificatur illum ad hujusmodi onus officii esse dignum. Undè in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodò contra conscientiam non loquatur: quia non simpliciter asserit illum esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nôsse sinit, cum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat æstimare; hujusmodi ergo responsione securè uti poteris, nisi forte de indignitate tibi confiterit consecrandi. *De Scrutinio. cap. univ. Ex parte tua.*

3. Interrogatus post juramentum calumniæ, si non respondet, vel se absentat contumaciter, habetur pro confessò. Si verò se absentat, antequam iustus sit respondere, non habetur pro confessò, sed potest contra eum, ut contumacem procedi. *De confessis in 6. c. Si post. Vide, Confessus in iudicio. n. 4.*

4. Interrogationes faciendæ hæreticis, vel de hæresi suspectis, sunt numero 27. *Martinus V. const. 1. Inter cunctas.*

Interstitia.

1. Interstitia, quæ & qualia inter ordinationes servanda.

In singulis gradibus hæc tempora sunt observanda: si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dedit, ut inter Lectores & Exorcistas quinquenniò teneatur, exindè Acolitus vel Subdiaconus 14. annis fiat, & sic ad benedictionem Diaconatus, si meretur, accedat in quo ordine quinque annis, si inculpatè se gesserit, habere debet. Exindè suffragantibus suspendiis per tot gradus datis, propria fidei documentis Presbyterii Sacerdotium poterit promoveri: De quo loco, si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum Pon-

Pontificatum sperare debet. Defensores etiam Ecclesiæ, qui ex Laicis sunt, supradictâ observatione teneantur, si meruerint esse in Ordine Clericatus. *Dist. 77. cap. In singulis. & cap. Quicumque. Vide, Clerici. in 8. n. 1.*

2. Interstitia servanda, cum de Monacho quis sit Clericus.

Si quis de Religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus, ad Clericale munus accedat, in primis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur: si nullò gravi facinore probatur infectus: si secundam fortassis non habuit uxorem, nec à marito relictam fortassis ostenditur: si penitentiam publicam fortassis non gessit, nec ullâ corporis parte vitatus apparet: si servili, aut originaria non est conditione obnoxius: si curiæ jam probatur nexibus absolutus: si affectus est litteras, sine quibus vix fortassis Ostiarii possit implere ministerium. *Ibidem. cap. Si quis de Religioso. ex Gelasio.*

Monachus verò novitius, si morum honestate fulciatur, continuò Lector, vel Notarius, aut certè defensor effectus, post tres menses existat Acolitus, maximè si huic ætas etiam suffragatur: sextò mense Subdiaconi nomen accipiat, ac si modestè conversationis, honestatque voluntatis existit, nonò mense Diaconus, complectique annò sit Presbyter: Cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura sancti propositi spontè suscepta, doceatur præstitisse devotio. Si verò Laicus quispiam Ecclesiasticus est aggregandus officii, tantò sollicitus in singulis, quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinari personam, quantum inter mundanam, & Religiosamque vitam constat esse discriminis; quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non in convenientibus super anni metas, &c. quorum promotionibus super anni metas, sex menses nihilominus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam, & de laicorum conversatione venientem, quæ tamen earens in indulgentia credidimus, ut ecclesiis ab hac occasione cessantibus; Canonum paternorumque vetus forma servetur. *Ibidem. cap. ult. Ad monachos. ex Gelasio.*

3. Interstitia temporum circa Ordines minores possunt ab Episcopo dispensari. *Concil. Trident. sess. 13. De refor. cap. 11.*

4. Item interstitia inter Diaconatum & Subdiaconatum, &c. possunt ab Episcopo dispensari. *Ibidem. cap. 13.*

Vide, *Ordinatio, Ordinandus. Vide, Presbyteri, qui ordinandi.*

Intestatus.

Intestatus non dicitur mori, qui in ultima voluntate alterius dispositioni se committit.

Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus. *De testamentis. cap. Cum tibi. Vide, Testamentum. Vide, Voluntas ultima. Vide, Dispositio.*

Intimatio.

1. Intimatio ubi faciendâ, si agitur de beneficiato. *Clementina de electione. & c. cap. Causam. Vide, Appellatio. tit. 28. n. 9.*

2. Intimatio ubi faciendâ, si urget timor intimandorum. *Ibidem. ut in sequenti.*

3. Intimatio appellationis factæ ad S. A. intra mensem, vel post, quàm citò faciendâ est appellatio, vel procuratori ejus, à die appellationis numerando tempus. *Clementina De elect. cap. Causam.* Si in domo reperitur, fiat intimatio, ubi communiter habitare solet. Si ibi non addit, vel sit locus remotus, in Cathedrali, vel in Ecclesia, ubi habet beneficium appellatus, publicetur. Si autem

timetur potentia appellati, & sic ad eum non possit fieri, fiat publicè, & solemniter, ut pervenire possit ad notitiam ejus, aliàs nulla sit. *Ibidem. n. 9.*

4. Intimatio in omni causâ prædictò modò fiat, aliàs nulla sit. *Ibidem. Vide, Citatio.*

Intrudere. Intrusus.

1. Intrudens se in aliquo gradu Ecclesiæ Romanæ, excommunicatur.

Si quis ex Episcopis, vel Presbyteris, vel Monachis, vel Laicis, contra Canonum & Sanctorum Patrum statuta prorumpens, in gradum filiorum S. R. E. id est, Presbyterorum Cardinalium, & Diaconorum, ite præsumpserit, & hanc A. S. invadere quilibet ex supradictis tentaverit, & ad summum Pontificatus honorem ascendere voluerit, ipsi & sibi faventibus fiat perpetuum anathema. *Dist. 49. cap. Si quis ex Episcopis.*

2. Intrusus in Ecclesiam, si moritur Principalis, quomodo tractandus.

Quia W. qui violenter dicebatur Ecclesiam de N. ingressus, defunctus est, ut accepimus: & Nigellus in eadem Ecclesia intrusus; volumus & præcipimus, ut secundum formam litterarum inter ipsum & Patricium judicetur ratione mediante, sicut inter eundem & præfatum W. si viveret, judicaretur. *Concil. Lateranen. 3. in append. tit. De spoliat. cap. 9.*

Vide, *Beneficiorum invasores. Vide, Eccles. invasores.*

Invadere. Invasor.

1. Invadens res alterius absque judicis sententia, puniendus est ut oppressor pauperum.

Ut nullus ante audientiam res quocumque invadere, aut auferre præsumat: quod qui fecerit, ut necator pauperum habeatur. *Concilium Cabilonen. 2. cap. 6.*

2. Invadens aliena, non remaneat impunitus.

Est etenim in antiquis Ecclesiæ Statutis decretum, ut aliena qui invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat; unde & in Evangelio scriptum est: quòd si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. In lege quoque cautum est: maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. *Julius I. ep. 2. cap. 1. & 12. q. 2. cap. In antiquis.*

3. Invadens Ecclesias expulsoꝝ, est infamis, & expellendus à Clero. *3. q. 2. cap. Audivimus. Vide, Ejecti. n. 5. Vide, Ecclesia.*

4. Invasores EE. sunt deponendi.

Eum, qui contra iustitiæ regulam in Archidiaconatum alterius se provehi contemnit, ab ejusdem Archidiaconatus honore deponimus. Qui si ulterius in loco eodem ministrare præsumpserit, se participatione communionis sacræ noverit esse privatum. *7. q. 1. cap. Eum, qui contra.*

5. Repellendi sunt per auxilium sæculi.

Petimus, ut dignemini dare fiduciam, quâ necessitate ipsâ cogente, liberum sit nobis, Rectorem Provincie, secundum statuta gloriosissimorum Principum adversus illum adire, qui plebem quam invaserat, usque hodie communitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere contemnit, ut qui miti admonitione sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, auctoritate judiciaria protinus excludatur. *11. q. 1. cap. Petimus.*

6. Excommunicantur. Sunt sacrilegi. Aliæ invasorum pœnæ. Excommunicati sunt.

Excommunicantur invasores, raptores, deprædatores, occupatores suò nomine, vel alienò, personarum Ecclesiasticarum, rerum suarum, seu locorum Religiosorum. Item qui domibus, vel locis Ecclesiasticis posterint comestores. Et quia facientes & consentientes pari pœnâ constinguntur, receptatores, defensores invasorum, & qui ad præmissa dederint consilium,

vel favorem, publicè, vel occultè, eisdem pœnis mulctentur. Et post mortem, nisi ipsi, vel eorum hævedes satisfecerint de præmissis, Ecclesiasticâ careant sepulturâ. *Conc. Turonen. 4. cap. 14.*

Quicumque militum, vel cujuscunque Ordinis, vel professionis persona, prædia Ecclesiastica à quocunque Rege, seu sæculari Principe, vel ab Episcopis invitis, seu Abbatibus, aut aliquibus Ecclesiarum Rectoribus, susceperit, vel invaserit, vel de Rectorum depravato, seu vitioso consensu, tenuerit, nisi eadem prædia Ecclesiis restituerit, excommunicationi subjaceat. *12. q. 2. cap. Quicumque. ibid. cap. Prædia. & cap. Qui abstulerit. Vide, Ecclesie. tit. 40. n. 1.*

Nimis me Juliani Fratris & Coepiscopi nostri proclamatio, nuper contrivit; maxime cum villâ, suâ videlicet Ecclesiæ, à nequissimis prædonibus sint deprædata, atque nocturnis incendiis more furum combustæ; & dum iidem maligni juxta nostri prædecessoris Bonifacii decreta, pro violata immunitate illud emendare noluerint, dum & sæculi leges ita se habere voluerint, lege vulgari teste, in qua sic scribitur: Si quis manu armatâ usque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille qui prior est, pro illicita præsumptione componat solidos nongentos: sequaces verò ejus, unusquisque solidos octingenta: si verò incendium fecerint, ibi novies tantum componant: si prædam verò in quadruplum restituant. *ibid. cap. Cum devotissimam.*

Si sæculi leges talem justitiam habere voluerint, lex divina cur inferior esse debeat: Cum ipsius Veritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, ut si aliquem defraudârat, in quadruplum restitueret. Ea propter... Petrum Fratrem, & Coepiscopum nostrum, à gremio S. R. E. transmittemus, ut Fratribus ejusdem provincie in unum congregatis, immunitas violata, & præsumptio, & sacrilegium, Canonica auctoritate, & vestra Regiâ dignitate, talem terminum accipiant; nè post hac membra Diaboli, filii nequam, in sancta Ecclesia, te etiam ibi regnante, talia præsumant. *ibidem. cap. Si sæculi leges.*

De viro nefando, Burgando nomine, qui &c. Invidians vobis in vestra Ecclesiæ villa, &c. Sancta AA. Petri & Pauli limina visitare, collectis malitiæ suæ sequacibus, & iniquitatis complicitibus, nefarias invasiones, & deprædationes violentas inferre, dæmoniacò ausu præsumpsit: & ut Epistolæ vestræ textus eloquitur, sacrum altare, sacræque Domini Corporis & Sanguinis vasa insuper, & Sanctum Chrisma, pollutis arripere manibus, quasi vilia, & ad usum communem apta præsumpsit, &c. De quibus (si tamen ita est) jubemus, cum ad penitentiam reverti acceleraverit, unò anno extra Ecclesiam DEI consistere, cujus sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ, diripiendo auferre non dubitaverunt. Secundò verò anno, ante fores Ecclesiæ sine communione maneat. Tertio verò anno Ecclesiam DEI ingrediantur, & inter audientes adlent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis & Resurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno, (si his prioribus tribus eorum fructuosus fuerit penitentia labor) communioni fidelium restituantur: totaque mentis intentione spondentes, talia se ulterius nunquam facturos, Corpus & Sanguinem Christi Domini suscipere mercantur, & usque ad septimum annum, tribus in hebdomada diebus, sine esu carniæ & vini potatione maneat penitentes. *12. q. 2. cap. De viro nefando. ex Nicolao I. in decret. 16. q. 1. cap. Similit. Conc. Valentin. 2. c. 8. Vide, Ecclesie. tit. 40. n. 1.*

7. Invasor rerum Ecclesiæ, statim tenetur restituere. In decuplum restituere debet.

In antiquis Ecclesiæ statutis, &c. ut supra. n. 2. In legibus sæculi cautum habetur: (Qui rem surripit alienam, illi cujus res direpta est, in undecuplum, quæ sublata sunt, restituat) & in Lege Divina legitur: (Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui; & dicit omnis populus, Amen.) Talia ergo non præsumantur absque ultione, nec exercentur absque sua damnatione. Proinde si quis Ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum est, rapuerit, vel

conferat facientibus, ut sacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & Canonice pœniteat. *12. q. 2. cap. In legibus.*

8. Invasor Ecclesiæ non potest esse Episcopus illius. *Joann. VIII. ep. 223. Vide, Ecclesie. tit. 40. n. 16.*

9. Invadentes Ecclesias auctoritate Principum sæcularium, excommunicantur. *12. quest. 2. cap. De rebus. Vide, Ecclesia. tit. 40. n. 1.*

10. Invadens locum Episcopi viventis, non est defendendus.

Non furem, nec latronem, qualem Gillandum esse sentimus, in Nannetica Sede, qui viventis (quod non licuit) locum non timuit usurpare, pro cujuscunque muneris donis ultra debes defendere. *7. quest. 1. cap. Non furem.*

11. Invadentes locum aliquem alterius in statu Ecclesiæ, excommunicationem incurunt, officiis privantur, inhabiles ad omne officium fiunt, & bona eorum confiscantur. *Alexander VI. constit. 1. Inter. Et Julius II. const. 6. Cum homines.*

12. Invadentes, vel occupantes Terras R. E. dantes favorem, aut accipientes stipendium ad hoc, excommunicantur, & rei sunt læsæ Majestatis, infames, & aliis pœnis subjacent. *Leo X. constit. 13. Inter graves. Vide, Excommunic. in Bulla Cæne. Vide, Ecclesiasticus status. Vide, Ecclesie, & Ecclesiasticorum bona non invadenda. & Excommunic. Bulla Cæne. Vide, Ejectus. Vide, Ejicere.*

Invalidum.

Non confirmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. *De reg. juris in 6. regular. 8.*

Inventio. Inventum.

1. Inventionis Sanctæ Crucis Festum die 3. Maji celebrandum, & quare. *De consecrat. dist. 3. cap. Crucis. Vide, Crucis.*

2. Inventa non reddens, furtum committit. Si quid invenisti, & non reddidisti, rapuisti, quantum potuisti, fecisti, quia plus non invenisti, ideo non plus rapuisti. Qui alienum negat, si possit, & tolleret, &c. DEUS cor interrogat, non manum. *14. q. 5. cap. Si quid. Multi sine peccato putant esse, si alienum, quod invenierit, teneant; & dicunt: DEUS mihi dedit; cui habes reddere; Dicant ergo, peccatum hoc esse simile rapinæ; si quis inventa non reddat. *ibid. cap. Multi sunt.**

Inventarium.

1. Inventarium faciendum ab omni Ecclesia, de bonis illius mobilibus & immobilibus, per Notarium publicum, & duo debent esse, unum apud Episcopum & Capitulum Archivium, aliud apud Metropolitanam. Idem tenentur facere omnes aliæ Ecclesiæ Collegiata, Hospitalia, & pialoca, quæ duo habeant, unum apud se, aliud in Ecclesia Cathedrali.

Statuimus, ut Episcopi & Capitula, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum, Hospitalium etiam, ac quorumcumque ipsorum locorum Gubernatores, seu Administratores, & alii quicumque, qui beneficia Ecclesiastica quocunque, cum cura, vel sine cura, quocunque nomine nuncupentur, etiam commendata, nunc obtinent, ab hujus Decreti editione; qui verò in futurum quomodocunque obtinuerint, ab

adepte

adepte possessionis die, quicque intra spatium 6. mensium, edictis etiam interim publicè propositis, omnium & singulorum bonorum mobilium, & immobilium, jurium, annuorum censuum, sive reddituum, nominumve debitor, & aliorum quorumcumque, ad eorum Ecclesias, vel eorum administrationem commissas, Monasteria, vel beneficia, eorumve mensas, quocunque jure pertinentium, rationem diligentissimè conquirendam, & eorum omnium inventarium, in quo locorum etiam fines conditionesque omnes singillatim describantur, per publicum Notarium diligenter conficiendum curent; Episcopus quidem adhibitis duobus, à Capitulo Cathedrali Ecclesiasticæ dilectis Capitulum coram Episcopo, aut alio Præfectis ab eo: alii verò coram fide dignis testibus. *(Sequentia Vide, sub verbo Archivium. ut. & num. 1.) Conc. Mediol. 1. part. 2. tit. Qua pertinent ad bonorum &c. Vide, Archivium. n. 1.*

2. Inventaria viitanda sunt, an aliquid desit, & an aliquid addendum. *ibid. Vide, Visitatio. tit. 9. n. ult.*

3. Inventarium faciendum in morte Episcopi. Vide, *Episcopò moriente.*

Inverisimile.

Inverisimile maximâ indiget probatione. Quia verisimile non est, quod H. Presbyter personam Ecclesiæ R. Capellano concesserit, & ab eo ejusdem Ecclesiæ acceperit Vicariam: provideas, ne super hoc probationem recipias, nisi communis loci fama id habeat, vel tales personæ appareant, de quibus verisimile non sit, quod debeant pejorare. Quoniam sæpe contingit, quod testes corrupti facillè inducantur ad falsum testimonium proferendum. *De Præsumptionibus. cap. Quia verisimile.*

Investitura.

1. Investituram EE. accipientes de manu Laici, sive Regis, sive Imperatoris, sive alterius, excommunicantur, & est irrita. *Conc. Romanum. 5. sub Greg. VII. cap. 3. Vide, Ecclesia. tit. 22. num. 9.*

2. Dantes prædictam investituram, sive fit Rex, sive Imperator, sive alii, excommunicantur.

Illud summo perè, & Apostolicæ auctoritatis privilegio prohibentes interdiximus, ut nullus in Clericali Ordine constitutus, nullus Monachus, Episcopatus, aut Abbatia, aut cujuslibet Ecclesiasticæ dignitatis investituram, de manu Laici suscipere audeat. Quod si præsumpsit, depositione mulctetur. *Conc. Melfitanum cap. 8. Concil. Romanum 7. sub Greg. VII. cap. 2. Vide, ibid.*

Invitus.

1. Invitè baptizati, vel ordinati, non recipiunt characterem. *De Baptismo. cap. Majores. & Item. Vide, Baptismus. tit. 14. n. 3.*

2. Invitus nequit ordinari. *Dist. 74. cap. Episcopus. cap. Gesta. Vide, Episcopus. tit. 8. n. 20. Simplicius ep. 2. Vide, infra.*

3. Invitus nullus debet fieri Episcopus.

Ubi ista didicisti, quæ in Fratrem & Coepiscopum nostrum Gregorium, non electione, sed invidia perpetrasti, quem inexcusabili violentiâ pertrahi ad te passus est, atque vexari, ut ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem, sed per amentiam (sicut dicendum est) irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii: Nolumus exaggerare, quod certum est, ne cogamur judicare, quod dignum est, &c. Nam scandalum, cujus author cognoveris, ita moderatio nostra compescuit, ut frater, & Coepiscopus meus Gregorius, (quem non provectum constat esse, sed pullum) nullam causam (sicut petiit) tecum cohabiturus, mutinenssem gubernet Ecclesiam, & contubernium speciale, quod fortiri non oportebat in vitum, non recuset amplecti. *Simplicius ep. 2. dist. 74. cap. Ubi ista.*

Honoratus Archidiaconus Ecclesiæ Salonitanæ, &c. poposcerat, ut ab Antistite suo invitum provehatur ad forioris gradus Ordinem, contra morem, nullatenus cogereetur. Pro qua re tunc jam f. m. decessor noster, scriptis suis, Natali, Fratri Coepiscopòque nostro interdixerat, nè prædictum Honoratum Archidiaconum invitum proveheret. *Dist. 74. cap. Honoratus.*

4. Inviti teneri non possunt Clerici ordinati in aliqua Ecclesia.

Quorundam ad nos relatione pervenit, Cosmam, qui ex Monacho Monasterii Sanctæ Lucie à decessore vestro memorandæ memoriæ, Maximiano, in Ecclesia Syracusana factus Subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Juliana dicitur, Presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflictum, ut vitam sibi pœnam existimet, & contritionis suæ fugam quærit auxilium. Et ideo quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissetis, nostros volueramus esse præpositos, magnæ benignitatis est, si eum in Ecclesia, ubi Subdiaconi functus est officio, sanctitas vestra reducere, atque illic Presbyterum constitutere voluerit Cardinalem. Quod & facere, quantum arbitramur, debetis, si tamen nihil est, quod iustè contra ipsum animos vestros exasperet: si verò aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, ut scire possimus, insinuet. *ibid. cap. Quorundam.*

5. Invitum ordinans, privatur potestate ordinandi.

Privilegium omnino metetur amittere, qui permittit sibi abutitur potestate. *11. q. 3. cap. Privilegium.*

S. Joachim.

S. Joachimi, B. Mariæ Virginis Patris festum, sub ritu duplici celebrandum die 20. Martii, instituit *Greg. XV. constit. 39. Apostolatus.*

Joannes.

1. S. Joannes Baptista exivit Sanctus ex utero Matris. *Cyrillus in Concil. Ephesino. 1. ep. Ad Monachos Aegypti. Vide, Hieremias. Ejus corpus fuit combustum.*

Quantæ autem virtutis Præcurfor nostri Redemptoris fuit, novimus, qui per sacrum eloquium, non solum plusquam Propheta, sed etiam Angelus vocatur, & tamen, sicut mortis ejus historia testatur, post mortem à persecutoribus ejus corpus incensum est. *Gregor. 1. lib. 9. Ex regest. ep. 39.*

2. S. Joannis Baptista Nativitas. Vide, *Nativitas naturalis, &c.*

3. S. Joannes Gualbertus canonizatur annò 1193. à *Celestino III. constit. 2. Gloriosus.*

4. Beati Joannis Dei congregatio pro curandis infirmis, instituitur sub Regula S. Augustini, cum forma & instituto vivendi. *Pius V. constit. 43. Licet ex debito.*

5. Joannes Dei declaratur beatus ab *Urban. VIII. const. 108. In Sede.* Officium de illo fieri potest ab omnibus Fratribus illius Ordinis. Missa de illo dici potest ab omnibus confluentibus ad eorum Ecclesias. *ibid.*

6. S. Joannis Jerosolymitani Equites, seu Milites. Vide, *Equites. Vide, Hospitalarij. Vide, Militia. Vide, Milites.*

7. Joannes Wicleff de Anglia, damnatur cum omnibus suis sequaciibus & articulis, in *Conc. Constantiensi. Mart. V. const. 1. Inter cunctas.* In ea continentur omnes articuli.

8. Joannes Hus de Boëmia cum sequacibus & articulis damnatur in eodem loco. *ibid.*
9. Omnes articuli ibi continentur. Isti male sentiebant de Sacramentis Ecclesiæ.

Jocalia.

Jocalia & alia similia Sedis Apostolicæ occupantes. Vide, *Sedes Apostolica.*

Joseph.

Sanctus Joseph vocatur Pater Christi, non quia eum genuit, sed quia fuit verus conjux Beatæ MARIE Virginis, Matris CHRISTI. 27. qu. 2. cap. *Conjux.* Vide, *Conjugium. n. 2.*

Ira, Iratus.

1. Ira Superiorum corrigenda est ratione.

Illam Præpositorum sollicitudo utilis: illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vendicat. Restringenda sub ratione potestas est: nec quidquam agendum prius, quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore justum omne putat, quod fecerit. 11. qu. 3. cap. *Illam Præpositorum.*

Ira sæpe etiam innocentes in crimen abducit, quia dum iusto amplius irascimur, & volumus alienum coërcere peccatum, graviora peccata committimus; ideo Apostolus ait: (Non vos ipsos vindicantes charitissimi, sed dare locum iræ) hoc est, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Unde Dominus JESUS, dimittens ad Evangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga: id est, ut & incentiva litis, & instrumenta eriperet ultionis. *ibid. c. Ira sæpe.*

Cum apud Theſſalonicam seditione exorta, quidam vir ex militariibus impetu fuisset populis parentis extinctus, Theodosius repentini nuntii atrocitate succensus, ad Ludos Circenses invitari populum, eique ex improvise circumfundit milites, atque obtruncari passim, ut quisque occurrisset, gladio juber, & vindictam dari non crimini, sed furori. . . . Lege sanxit impostecum, ut sententia Principum super animadversione prolata, in diem vigesimum ab executoribus differantur, quo locus misericordiae, vel si res tulisset, penitentia non periret. *ibid. cap. Cum apud.*

Summopere præcavere debent Rectores EE. & qui publica exercitia exercent, ut in dictandis sententiis nullatenus levitate, aut furore ducti, sint præcipites, sed causis prius diligenter ventilatis. . . . Hinc est, quod Moyses querelas populi semper ad Dominum, tabernaculum ingressus, referebat, & juxta quod Dominus imperabat, judicia proponebat; nimirum nos instruens, ut non ex corde nostro, sed ex præcepto Divino, condemnationis & justificationis sententiam proferamus. *ibid. cap. Summopere.*

2. Ira DEI exercetur per homines, & per alia media.

Non solum homines ministri sunt, & ultores iræ DEI in his, qui malum operantur, (unde non sine causa gladium portant) sed etiam contrariè fortitudines, quæ appellantur furor & ira DEI. 23. qu. 5. cap. *Non solum.*

3. Iratus obiciens crimen, non dicitur accusare.

Omnis ergo, qui crimen objicit, scribat se probaturum. Revera semper ibi causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objicit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur. 3. qu. 6. cap. *Qui crimen.* Ex *Fabiano. ep. 3. c. 4.*

Si quis ergo iratus crimen aliquod cuilibet temerè objecerit, convicium non est pro accusatione habendum: sed permissio tractandi spatium, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse respiciens, quæ præ iracundia dixit iterare, aut scribere noverit, non ut reus criminis teneatur. *Fabianus ep. 3. cap. 4.* Vide, *Crimen. in fine.*

I. Irregularis. Irregularitas, quando incurritur.

1. Irregularis est homicida & causa homicidii. *De Homicidio. cap. Suscepimus.* Vide, *Homicida. n. 6.*

2. Irregularis est, percussus lethaliter aliquem, licet hic ab aliis sit extinctus.

Nos in præmissis casu credimus distinguendum, utrum constare possit, quod præfatus Sacerdos non infixit percussione lethalem, de qua, si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minime interfisset, & si percussor voluntatem non habuerit occidendi, neque ipsius studio, consilio, vel mandato, processerint alii contra illum. Et quidem si hoc ita se habet, (quod forsitan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta, tam modica & tam levis, in ea parte corporis, in qua quis de levi percussus non solet ad mortem, ut peritorum iudicio Medicorum talis percussio assereretur non fuisse lethalis.) Cum de cetero credendum sit ipsi, qui non accusatur, vel denuntiatur ab aliquo, sed per se ipsum consilium appetit salutare post penitentiam, ad cautelam injunctam, in sacerdotali poterit officio ministrare, maxime Religionis accedente favore, cum sit Canonicus Regularis, & sine omni scandalo possit sacerdotale officium celebrare. Quod si discerni non possit, ex cujus ictu percussus interfuit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi Sacerdos, & si forte homicida non sit, è sacerdotali officio abstinere debet; cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temerè celebrare, pro eo, quod in altero nullo, in reliquo verò magnum periculum timeatur. Si verò (quemadmodum perhibetur) Sacerdos iste prius ab illo percussus sacrilego, mox cum cum ligone in capite repercutit, quamvis vim vi repellere, omnes leges, & omnia jura permittant: quia tamen id debet heri cum moderamine inculpatae tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam, non videtur idem Sacerdos poenâ homicidii penitus excusari, cum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum grave sit, non solet levem plagam inferre, cum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu, quis lethaliter solet ladi. *De Homicidio voluntario. cap. Significasti. il. 2.*

3. Irregularis fit, procurans abortum post animationem factis. *ibidem. cap. Sicut ex litterarum.* Vide, *Abortus. n. 2.*

4. Irregularis fit Clericus, dans pugilem ad pugnandum pro se. *De Clericis pugnatoribus. cap. fin.* Vide, *Clericus. tit. 26. n. 2.*

5. Irregularis fit, qui mandat aliquem verberari, & ex ea verberatione sequitur mors, vel mutilatio.

Is, qui mandat aliquem verberari, licet expressè inhibeat, nè occidat ullatenus, vel membrò aliquò mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarium, sine mandato excedens, mutilet, vel occidat. Cum mandando in culpa fuerit, & hoc eventum posse, debuerit cogitare. *De homicidio. in 6. cap. fin.* Vide, *Mandans.*

6. Irregularis fit Clericus, etiam ob homicidium casuale, si causa sit illicita, seu sit ipse in culpa. *De homicidio voluntario. c. Presbyterum.* Vide, *Homicida. n. 8. Et c. Suscepimus.* Vide, *Ibidem. n. 6.*

7. Irregularis est, qui potest evadere, tamen pro salvandis bonis, occidit fures. *ibid. cap. Suscepimus.*

8. Irregularis est, qui quovis modo casualiter, vel ad defensionem occidit. *Concil. Tridentinum sess. 14. De reform. cap. 7. De homicidio voluntario. c. Presbyterum. uti supra. num. 6.* Licet ex *Clementina unica.*

unica. De homicidio voluntario. habeatur oppositum. Vide, *Homicida. n. 23.*

9. Irregularis est, qui quomodocunque scienter dat causam homicidio. *De homicidio. c. c. De cetero.* Vide, *ibid. num. 6.*

10. Irregularis est, qui dans operam rei licitæ, non adhibet diligentiam debitam, & ex ea sequitur mors.

Cum quidam Presbyter, volens corrigere quemdam de familia sua, cingulo quò cingi solebat, ipsum verberare tentasset, contingit, quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhaerebat, elapsus, eum in dorso aliquantulum vulneravit. Postmodum verò cum ille vulneratus aliquandiu vixisset, & convalesceret, alia graviori, (ut dicitur) infirmitate percussus, viam est universæ carnis ingressus. Quia verò, utrum occasione vulneris decessisset, dubium habetur: vestra discretioni duximus respondendum, quòd cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, vos convenit injungere Presbytero memorato, ut in sacris Ordinibus non ministraret, inuncta tamen penitentia congruenti, sibi poteritis concedere, ut Minoribus Ordinibus sit contentus. Si verò ille ex alia infirmitate obierit, poterit, (sicut erat solitus) Divina Officia ministrare. *ibid. cap. Ad audientiam.*

11. Irregularis est, qui percussit aliquem lethaliter, si ex eo ictu moritur. *De homicidio. cap. Significasti. il. 2.* Vide, *Aggressus.*

12. Irregularis est Clericus, qui potens aliter se defendere, occidit; hoc enim non fit cum moderamine inculpatae tutelæ, sed ad vindictam. *De homicidio volunt. cap. Significasti. il. 2. ibidem.*

13. Irregularis fit Clericus, qui in bello, etiam pro fide facto, occidit. *ibid. cap. Petitiona.* Vide, *Clerici. tit. 24. num. 9.*

14. Irregularis fit fur publicus, & sic diffamatus de furtis, secus si est occultus. *De furtis. c. fin.* Vide, *Fur. n. 9.*

15. Irregularis fit Diaconus, Missam dicens. *De Clerico non ordinato. cap. fin.* Vide, *Clerici. tit. 63. n. 2.*

16. Irregularis fit Clericus, vel Episcopus, dans auctoritatem, seu consilium, sive directè, sive indirectè, ad occidendum. *De excess. Prælat. cap. Ex litteris.* Vide, *ibid. tit. 24. num. 14.*

17. Irregularis fit, qui Missam dicit in loco interdicto, nisi habeat privilegium. *De sententia excommunicationis. in 6. cap. Is qui. §. Is verò.* Vide, *Celebrare. num. 7.*

18. Irregularis fit Acolythus, qui infervit publicè Presbytero rebaptizanti, secus si secretò hoc fecit, (nisi fiat Religiosus) non dispensatur. *De Apostatis. c. Ex litterarum. ex Concilio Lateranen. 3. in append. tit. De depositione. cap. 1.* Vide, *Baptismus. tit. 11. n. 2.*

19. Irregularis est, ordinatus simoniace. Consultit nos tua fraternitas, super quodam confratre vestro, qui cum esset in sæculo, & quinque solidos pro ordinatione dedisset, statim postquam delicti quantitatem cognovit, penitentia ductus, Religionem se contulit, & c. significamus, quòd Ordine suscepto carere meruit, nec ad superiores promoveri potest, verum tamen in Ordinibus, quos prius suscepit, Domino poterit deservire. *Concil. Later. 3. in append. tit. de deposit. c. 2.*

20. Irregularis est habens digitos truncos. *ibidem. cap. 15.* Vide, *Digitus. n. 3.*

21. Irregularis fit, qui suspensus à divinis, celebrat.

Caveant autem EE. Prælati, & judices universi, nè prædictam poenam suspensionis incurrant; quoniam, si contingeret eos sic suspensos divina officia exequi sicut prius, irregularitatem non effugient juxta Canonicas sanctiones: super qua non nisi per summum Pontificem poterit dispensari. *De sentent. excom. in 6. cap. 1.*

Is cui est Ecclesiæ interdictus ingressus, (cum sibi per consequens censetur in ipsa divinorum celebratio interdicta) irregularis efficitur, si contra interdictum hujusmodi divinis in ea se ingerat, in suo agens officio sicut prius. Talis quoque si hoc interdictò durante decedat, non debet in Ecclesia, vel cœmeterio Ecclesiastico, nisi poeniterit, sepeliri. *De sent. excom. in 6. cap. Is cui.* Vide, *Celebrans.* Vide, *Clerici in causa sanguinis.* Vide, *Homicida.* Vide, *Occidens.* Vide, *Occisus.* Vide, *Dignitas.*

II. Irregularitas, quando non incurritur.

1. Irregularis non fit, qui dat judici insignia furis, ut cultrum, calceos, &c. licet hic postea à iudice occidatur. *De homicidio voluntario. cap. Tu nos. §. Ad ultimum.* Vide, *Clerici. tit. 24. n. 8.*

2. Irregularis non fit Clericus, qui civiliter contra aliquem agit, licet iudex veniat ad poenam sanguinis. *ibid. cap. Possulisti.* Vide, *ibid. tit. 25. num. 6.*

3. Irregularis non fit Clericus, qui agens contra aliquem in causa, in qua danda est poena sanguinis, si ipse protestatur, se nolle poenam illam. *De homicidio volunt. in 6. cap. Prælati.* Vide, *ibid. n. 8.*

4. Irregulares non efficiuntur pueri, vel furiosi, occidentes, aut mutilantes. *Clem. de Homicidio voluntario. c. un.* Vide, *Homicida. num. 23. Joan. VIII. ep. 146.* Vide, *Impuber. num. 10.*

5. Irregularis non efficitur, olim, qui occidebat aliquem, non potens aliter evadere suam mortem. *Clem. ibid.* Sed ex *Trident. sess. 14. de Reform. cap. 7.* efficitur irregularis. Auri tamen Ordinario, vel Metropolitano causâ cognita, dispensabilis.

6. Irregularis non fit, qui sine culpa est causa vulnerationis alicujus. *De homicidio volunt. cap. Latæ.* Vide, *Homicida. n. 8.*

7. Irregularis non fit, qui nec dat operam rei illicitæ, nec est negligens, licet sequatur mors alicujus. *De homicidio volunt. cap. Dilectus filius.* Vide, *Homicidium. n. 5. c. Ex litteris.* & *cap. Significasti.* Vide, *Homicida. n. 8. c. 26. cap. Joannes. c. cap. fin.* Vide, *Clerici. tit. 24. n. 10.*

8. Irregularis non fit, qui non impedit, ne quis occidatur à consanguineis suis, licet eos possit impedire: dummodo non impellat ad faciendum. *ibidem. cap. Petrus.* Vide, *Homicida. n. 27.*

9. Irregularis non fit, qui percussit aliquem non lethaliter, licet alii postea hunc occidat. *De homicidio volunt. cap. Significasti. il. 2.* Si tamen est dubium, an de illo vulnerare fuisset ille mortuus, si alii

- non occidissent, ad cautelam est dispensandus. *ibidem*. Vide, *tit. preced. n. 2.*
10. Irregularis non censetur, qui non fuit causa occisionis, licet pro bono pacis à parentibus mortui, &c. veniam petierit. *ibidem. cap. Exhibita*. Vide, *Homicida. n. 30.*
11. Irregularis non fit Clericus, qui fumens arma contra prædones non occidit, nec consulit occisionem, licet aliquis occidatur. *De Clerico percussore. cap. fin.* Vide, *Clericus. tit. 24. n. 13.*
12. Irregularis non est excommunicatus, qui ignorans suam excommunicationem, exercet Ordines: secus est, si ignorantia sit crassa. *De Cleric. excommunic. &c. cap. Apostolica*. Vide, *Celebrare. n. 5.*
13. Irregularis non fit Episcopus, vel alius Ecclesiasticus, qui habens jurisdictionem in causa criminali, precipit Ballivo, iudici, &c. ut procedat in ea, & isti exequuntur pœnam sanguinis. *Ne Clerici, &c. in 6. cap. fin.* Vide, *Clerici. tit. 25. n. 7.*
14. Irregularis non fit, qui dicit Missam coram excommunicato. *De Sent. excommunic. in 6. cap. Is qui*. Vide, *Celebrare. n. 6.*
15. Irregularis non fit, qui dicit Missam in Ecclesia polluta. *ibid.* Vide, *Ecclesia polluta. in fine.*
16. Irregularis non efficitur iudex, qui ban-nitos pœnâ capitali facit puniri. *Clemens VII. const. 10. In Sancta*. Vide, *Homicida. num. 8.*
17. Irregularis quando efficitur, qui casualiter occidit aliquem. *De Homicidio volunt. cap. Presbyterum*. Vide, *Homicida. n. 8. Clement. de Homicidio volunt. c. un.* Vide, *ibid. n. 23. Concil. Trid. sess. 14. de Reform. c. 7.*

III. Irregularitas à quo dispensanda, & quando.

1. Irregularis à Papa est dispensandus, ut possit promoveri. *De Homicidio voluntario. cap. Continebatur. idem ex Lat. 3. de Deposito. c. 12.* Vide, *Clerici. tit. 24. n. 5.*
2. Irregularitas omnis à Papa solo dispensari potest, non ab alio. *De sentent. & re iud. in 6. cap. 1. infra.*
3. Irregularitas, quam incurrunt Prælati, & alii, qui suspensi celebrant, vel alia faciunt, quæ sunt Ordinis, à solo Papa dispensari potest.

Si quis autem iudex Ecclesiasticus ordinatus, aut etiam delegatus, famæ suæ prodigus, & proprii perceptor honoris, contra conscientiam, & contra justitiam, in gravamen partis alterius in iudicio quidquam fecerit per gratiam, vel per sordes, ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad affirmationem litis parti, quam laeserit, nihilominus condemnandus. Scimus, quod si suspensione durante damnabiliter ingresserit se Divinis, irregularitatis laqueo se involvet, secundum Canonicas sanctiones, à qua non nisi per summum Pontificem poterit liberari, salvis aliis constitutionibus, quæ iustis malè iudicantibus pœnas ingerunt & infligunt. Dignum est enim, ut qui in tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur. *Defensent. & re iud. in 6. cap. 1. ex Conc. Lugdun. Gener. 1.*

4. Irregularis fieri non potest Abbas, sine dispensatione Papæ. *De etate & qualitate. cap. Tuam in Domino*. Vide, *Abbas. tit. 4. n. 3.*
5. Irregularis dispensatus, ut eligatur Abbas, non est dispensatus ad Sacros Ordines. *ibid.*
6. Irregularitatum dispensatio activa, concessa aliquibus locis piis, vel Monasteriis, aut etiam fabricæ Sancti Petri, &c. revocatur. *Pius IV. constit. 62. De commissio.*
7. Irregularis ex homicidio, si sit Sacerdos, post pœnitentiam 12. annorum restituatur, seu dispensetur. *Conc. Later. 3. in append. tit. De deposit. cap. 13. Vide, Deposito. tit. 5. n. 6.*
8. Irregularitas occulta dispensari potest ab Episcopo, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario. *Conc. Trid. sess. 24. de Reform. cap. 6.* Et nisi fuerit deducta ad forum contentiosum. *ibid.*

Irridere.

Irridens defectuosum, excommunicandus est. Si quis Clericus claudum, vel surdum, vel cui vitiosus est incessus, irriderit, separatur. Similiter & laicus. *Conc. quod dicitur A. A. c. 56.*

Italus, Italia.

1. Italix Episcopi, quas, & à quibus possunt exigere procuraciones. *Extra. de Consensibus. cap. V. de electionis*. Vide, *Alemania.*
2. Itali Episcopi non possunt ordinare Ultramontanos, nisi de licentia Papæ, vel Episcopi proprii, vel ejus, sub quo ordinandi habent beneficia. Aliàs ordinati sine dictis litteris, remanent perpetuo suspensi, & aliis subiacent pœnis. Nec possunt à summo Pœnitentiario dispensari. *De temporibus ordinationum. in 6. c. 1. Vide, Clerici. tit. 3. n. ult.*
3. Itali Episcopi non possunt ordinare ad sacros, vel minores Ordines, Hispanos, Gallos, & alios Ultramontanos, sine litteris dimissoriis proprii Episcopi, recognitis à Notariis, vel Collectoribus Sedis Apostolicæ, in eis partibus commorantibus, & deinde recognitis & examinatis à Vicario Papæ: aliàs ordinantes per annum suspenduntur ab exercitio Pontificalium; promoti vero, pœnam perpetuæ suspensionis incurrunt, absque spe gratiæ. *Urbanus VIII. constit. 33. Secretis.*
4. Itali ordinati ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis ad Ordines minores, secutâ prius declaratione Iudicis Ecclesiastici, privilegiò fori privantur, & sæculi jurisdictioni subduntur. *ibid. §. 4. Vide, Ordinare. Vide, Ordinati.*
5. Itali non possunt ex Italia discedere, ut eant ad loca, in quibus est prohibitus publicus cultus Catholicæ fidei, & ibi habitare, vel domicilium habere, sive sit mercator, sive alterius conditionis, id est,

est, si in eis locis non potest publicè celebrari Missa; vel non adest Parochus; aut Curatus cum Ecclesia Catholica; aut Sacramenta non possunt ministrari, nec corpora mortuorum sepeliri, & alia juxta ritum Ecclesiæ Romanæ fieri. *Clemens VIII. const. 42. Cum sicut*. Aliàs sunt suspecti de hæresi.

6. Itali non possunt in locis hæreticorum matrimonia facere cum hæreticis mulieribus. Vide, *Matrimonia prohibita ratione cultus diversi.*
7. Neque filios suos de fonte levare faciant ab hæreticis, neque hæreticorum filios ipsi levent, nisi Catholicò more baptizentur per Ministrum Catholicum. *ibidem.*
8. Neque possunt medicò hæreticò uti, si adfit copia medici Catholici idonei. *ibid.*
9. Itali volentes ire ad præfatas partes, licentiam petant ab Ordinariis, qui eos moneant, ut Catholicam vitam ducant. *ibidem.*
10. Itali ibi commorantes, tenentur transmittere ad Ordinarios, vel Inquisitores in Italia, fidem confessionis & communionis annuæ. *ibid. §. 3.*
11. Contra Italos, hæc transgredientes, possunt Inquisitores procedere, ut suspectos de hæresi. *ibid. §. 4.*
12. In Italia, & Insulis adjacentibus, non possunt hæretici habitare, morari, habere domum apertam, vel conductam. Receptantes, incurrunt pœnas fautorum. *Gregor. XV. const. 28. Romanus.*

Jubilæum.

1. Jubilæum anni Sancti quolibet centesimò annò concedebatur. *Extra. De pœnit. & remiss. cap. Antiquorum*. & hoc à Bonifacio VIII. constituit. 7. *Quæ est antiquorum*. Deinde ad quinquagesimum est reductum à Clemente VI. *ibid. cap. Unigenitas*. Tandem à Paulo II. constituit. 7. *Irrefragabilis*. & à Sixto IV. ad vigesimum quintum. *ubi supra. cap. Quemadmodum*. Indulgentiæ, quæ in eo lucrantur, & opera faciendâ Romæ. *ibidem*. Vide, *Annus Sanctus*.
2. Annò Sanctò durante, omnes indulgentiæ in aliis locis suspenduntur. Vide, *infra in const. Clem. VIII. & Urban. VIII.*
3. Jubilæum conceditur à Papa in principio Pontificatus, ad implorandum Divinum auxilium, & assistentiam pro Papa. *Sixtus V. constit. 1. Unicum*. *Paulus V. const. 1. Quod in omni*. *Urbanus VIII. constit. 16. Omnes gentes*. *Ab Innocentio V. constit. 1. Immensa*. *Ab Alexandro VII. const. 1.*
4. Jubilæum sæpè indicitur pro aliis Ecclesiæ necessitatibus. *Paulus V. constit. 115. Dominus*. *Urbanus VIII. constit. 22. Quod ab initio. const. 104. Irritatus*. Vide, *Absolutio generalis*. Vide, *Indulgentia*.
Tomus II.

Judas.

1. Judæ pœnitentia fuit mala, quia animi violenti fuit, & indignationis internæ. Judas pœnituit, sed malè, laqueo namque se suspendit: pœnituit etiam Esau, sed malè: magis autem iste neque pœnituit, lachrymæ quippe illæ non erant pœnitentis, sed animi violenti, & indignationis æternæ. Quod ex ejus operibus aperitur. *De Pœnitent. dist. 3. cap. Judas*.

2. Judæ pœnitentia eum adduxit in peccatum homicidii.

Nihil Judæ profuit, egisse pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit, &c. Hoc est, quod in Psalmo de eodem infelicissimo Juda dicitur: (Et oratio ejus fiat in peccatum) ut non solum emendare nequiverit proditoris nefas, sed proprii homicidii scelus addiderit. *ibid. cap. Nihil Judæ*.

3. Judæ pœnitentia fuit desperatio.

Scelerator omnibus, & Juda! & infelicior exististi, quem non pœnitentia revocavit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consummationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lethi suspendium distulisses. *ibid. cap. Scelerator*.

I. Judæorum ritus, & Synagogæ.

1. Judæorum benedictiones accipientes, excommunicantur.

Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos à DEO percipiunt cum gratiarum actione, à Judæis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab Ecclesia abiciatur. *Conc. Eliberitanum. cap. 49.*

2. Eorum Synagogas venerans, & lucernas in eis accendens, vel oleum adducens pro illis, excommunicantur.

Si quis Clericus, vel Laicus, in Judæorum, vel hæreticorum Synagogam ingressus sit ad adorandum, deponatur & segregetur. Si quis Christianus oleum deferat in templum gentilium, vel in Synagogam Judæorum in eorum festis, vel lucernam accendat, segregetur. *Concil. quod dicitur A. A. c. 63. & 70.*

3. Judæorum azyma non comedenda, nec ritus observandi; aliàs excommunicantur, qui hoc faciunt. Nec spectacula eorum videnda.

Quamobrem oportet fidelem devitare conventum gentilium, & Judæorum, reliquorumque hæreticorum, ne ferias cum eis communes habendo, animas nostras laqueis irretiamur, & ne si diebus eorum festis, quos ipsi in honorem demonum agitant, cum ipsis versemur; impietatis eorum socii & participes simus. *Lib. 2. constit. A. A. cap. 62.*

Quod non oporteat cum gentilibus festa celebrare, & communicare pravitate eorum, qui sine Deo sunt. *Concilium Laodicen. cap. 9. idem. cap. 38. Vide, Azyma.*

4. Judæorum ritus observans in habitacionibus, balneis, azymis, &c. si Laicus, excommunicatur: Si Clericus, deponitur.

Item cum in tantum insolentiæ Judæorum excreverint, ut per eos in quampluribus Christianis jam dicatur infici puritas Catholice sanctitatis, non tam nova cudentes, quam summorum Pontificum statuta renovantes, distictè præcipimus, ut Judæi, qui discendi debent in habitu à Christianis, cornuum pileum, quem quidem in istis partibus consueverunt deferre, & suâ temeritate deponere præsumperint, resumant... Quicumque autem Judæus sine tali signo deprehensus fuerit incedere, à Domino terræ pœnâ pecuniariâ puniatur... Prohibemus insuper, ne stivas, & balnea, seu tabernacula Christianorum frequentent,

seu intrare præsumant, nec servos, vel ancillas, aut nutrices, seu quæque Christiana mancipia, diu noctûque in domibus suis retinere præsumant, nec ad recipiendum telonium, seu ad alia publica officia, aliquatenus assumantur, &c. *Concilium Viennense. Provinciale. Vide, Christiani. tit. 4. num. 16. 28. q. 1. cap. Nullus eorum. Et cap. Omnes. Vide, Azyma.*

5. Judæorum festa, ritus & alia, fugienda.

In Concilio Laodiceno statutum est, quod non oportet à Judæis, vel hæreticis, ea quæ mittuntur munera festiva, suscipere, nec cum eis festa celebrare, & quod non oporteat à Judæis Azyma accipere, & communicare impietatibus eorum. *Concil. Meldense. c. 73. lib. 2. const. Apostolicarum. cap. 62. supra. n. 3.*

6. Judæorum nuptiis, aut sepulturis, non possunt interesse Christiani.

Sicut fidelis populus ab infideli est fidei professione divisis, sic cum decet conversatione, & moribus, ab infidelium ritibus segregari. Ne igitur Christianæ fidei professores Judæorum & Saracenorum superstitionibus polluantur, & simplicium animi ad eorum perfidiam inclinentur, sub excommunicationis pœna, quam ipsò factò incurrant, firmiter inhibemus, ne Christiani Judæorum, aut Saracenorum nuptiis, vel sepulturis interfint, nec eorum ritus in his signanter aliquoties imitentur. *Conc. Sabinen. cap. 22.*

7. Judæorum Synagogæ, si impediunt officia Ecclesiæ, transferendæ sunt.

Supplicaverunt nobis Hebræi, Terracinæ degentes, ut locum, quem Synagogæ hæcenus habuerunt, cum illis nostrâ quoque auctoritate esset habendi licentia, &c. Itaque F. V. &c. locum ipsum diligenter inspicat, & si ita est, ut aliquid vobis in Ecclesia visum fuerit obfuisse, alium locum inter ipsum castellum prævidere, ubi præfati Judæi conveniant, quò possint suas sine impedimento ceremonias celebrare. Talem verò F. V. locum prævideat, si hoc fuerint locò privati, ut nulla exinde in futuro querela nascatur. *Greg. I. lib. 12. Ex regest. ep. 18.*

8. Synagogæ eorum non occupandæ.

Ante aliquantum tempus, Victori, Fratri & Coepiscopo nostro scripsimus, ut quoniam quidam Judæorum, datâ nobis petitione, questi fuerunt, Synagogas in civitate Panormitana postas, cum hospitibus suis fuisse ab eo irrationabiliter occupatas, quousque causa, utrum justè factum esset, potuisset agnosci, ab eorum suspenderet se congregationi, &c. Sed quia.... comperimus, nullam existisse causam, pro qua potuissent rationabiliter occupari, atque eas esse inconsultè, ac temerè consecratis, idcirco experientia tuæ præcipimus, ut quia quod semel consecratum est, Judæis ultra non valet restitui, quantum à filiis, glorioso Venantio Patrio, & Urbino Abbate, Synagogæ ipsæ cum his hospitibus, quæ sub ipsis sunt, vel earum parietibus coherent, atque hortis ibi conjunctis, æstimatæ fuerint, studii tui sit, ut præfatus Fr. & Coepiscopus noster dare pretium debeat: quatenus hoc, quod occupari fecit, in Jus Ecclesiæ ipsius valeat provenire, & illi opprimi, aut aliquam partem in Justitiam nullò modo videantur. Codices verò, vel ornamenta pariter ablata, quarantur. *Idem lib. 7. Ex regest. ep. 59.*

9. Non possunt novas Synagogas construere. Et pœna.

Judæos de novo construere Synagogas, ubi non habuerunt, pati non debes. Verum si antiquæ corruperint, vel ruinam minantur, ut eastreificent, potes æquanimitè tolerari; non autem ut eas exalcent, aut ampliores, aut pretiosiores faciant, quam antea fuisse noscuntur. Qui utique pro hoc magno debent habere, quòd in veteribus synagogis & suis observantiis tolerantur. *Conc. Lateran. 3. In appendice part. 3. cap. 36. De Judæis Sc. cap. Consultuit. Vide, infra. ibid. cap. Judæi. Vide, infra. tit. 5. n. 4.*

10. Id permittentes sunt excommunicati. Et si faciunt, statim eas diruant.

Synagogam novam non erigant, & si quas erexerint, eas removeant, aut deponant: vetustam, si opus fuerit, reficiant, non ampliores, pretiosiores, seu etiam altiores: carnes in Quadragesima, quando Christiani à carnibus abstinent, & jejunt, aperte, vel publicè non deportent. Præcipimus autem Episcopis, ut ad hæc omnia observanda, in singulis articulis Judæos per abstractionem communionis Christianorum compellant. *Conc. Viennense. Provinciale. Et de Judæis. cap. Consultuit.*

II. Judæorum convivia, & commercia.

1. Judæorum commercia à Clericis præferunt fugienda. 28. quest. 1. cap. Omnes. ex Conc. Veneto. cap. 12. Et Agath. cap. 40. ib. cap. Nullus eorum. Vide, Azyma.

2. Judæos defendens per munera, est anathema.

Multi quippe hucusque ex Sacerdotibus, atque Laicis, accipientes à Judæis munera, perfidiam eorum patrocinio suo fovebant.... Quicumque igitur deinceps, Episcopus, sive Clericus, sive secularis, illis contra fidem Christianam suffragium, vel munera, vel favore præstiterit, verè ut profanus, & sacrilegus, anathema effectus ab Ecclesia Catholica, & Regno Dei efficiatur extraneus: quia dignum est, ut à corpore Christi separetur, qui inimicus Christi Patronus efficiatur. *Conc. Toletanum. 4. cap. 58.*

3. Non possunt Christiani habitare cum eis. Conc. Lat. 3. cap. 26. Vide, Christiani. tit. 4. n. 11.

4. Cum Judæis non licet convivari.

Et ut nullus Christianus Judæorum conviviis participare præsumat. Quod si facere quicumque (quod nefas est dici) Clericus, aut secularis præsumpserit, ab omni Christianorum consortio se noverit coercendum, quisquis eorum impietatis fuerit inquinatus. *Conc. Meldense. cap. 73. Conc. Agathen. cap. 40. 28. q. 1. cap. Omnes. Vide, ubi supra. n. 1.*

A Judæorum verò conviviis etiam Laicos constitutio nostra prohibuit: nec cum ullo Clerico nostro panem comedat, quisquis in Judæorum fuerit convivio inquinatus. *Conc. Epauenen. cap. 15.*

Item Christianis convivia interdiximus Judæorum, in quibus si fortè fuisse probantur, annuali excommunicationi pro hujusmodi contumacia subjacebunt. *Concil. Aurel. 3. c. 13.*

Ut nullus Christianus Judæorum conviviis participare præsumat. Quod si facere, quicumque (quod nefas est dicere) Clericus, aut secularis præsumpserit, ab omni Christianorum consortio se noverit compescendum, quisquis eorum impietatis fuerit inquinatus. *Conc. Matisconen. 2. cap. 15. Conc. Metense. cap. 4. Conc. Viennense. Provinciale. ibid. Vide, Christiani. tit. 4. n. 16.*

5. Cum Judæis manducans, excommunicatur. Concilium Eliberit. cap. 50. Vide, Comedere num. 3. Vide, infra Judæis prohibita.

III. Judæi percutientes Clericos.

1. Judæus percutiens Clericum, temporaliter puniatur; & Episcopus, donec ille puniatur, prohibeat Christianis sub pœna excommunicationis, ne cum eo conversentur.

Postulasti, qualiter contra Judæum procedere debeat, qui manus iniecit in quemdam Clericum violentas: Ad quod breviter respondemus, quòd si dictus Judæus tuæ jurisdictionis existet, ipsum pœnâ pecuniariâ punias, vel aliâ (secundum quod convenit) temporalis, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi, alioquin ejus Dominum moneas, & inducas, ut passo injuriam, & Ecclesiæ, ab eo satisfieri faciat competentem: quod

quod si Dominus ejus neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus per censuram Ecclesiasticam interdiccas, nè cum ipso Judæo, antequam satisfaciatur, præsumant commercia exercere. *De Judæis Sc. c. Postulasti.*

IV. Judæis prohibita.

1. Judæus non potest trahere, seu inducere Christianum ad suum ritum; id faciens, pœnâ capitis puniatur, & bona ejus confiscanda sunt. Sed Conc. Toleran. non prohibet cum tanta pœna. Ut hæreticus est tractandus.

Illud etiam specialiter sancientes, quòd si quis Judæus Christianum mancipium ad ritum Judaicum convictus fuerit, persuasisse, & ipsò mancipio carere, & legali damnatione plectatur. *Conc. Meldense. c. 73.* Item nè Judæi aut se, aut filios suos, aut famulos à Baptismi gratia subtrahant. Item nè Judæi more suo celebrent Pascha, vel carnis circumcisiones exercent, ac nè Christianum quemquam à fide Christi dimoveant. *Conc. Tolet. 12. cap. 9.*

Nè præsumant de fide Catholica cum simplicibus disputare, nec filios & uxores Judæorum ad fidem Christianam venientium invitos audeant detinere. Nec Christianos ad Judæismum alliceant, aut aliquò ausu temerariò circumcidant, nec Christianos infirmos visitent, vel circa ipsos exercent opera medicinæ. *Conc. Viennense. Provinciale. Nicolaus IV. consil. 1. Turbaro.*

2. Non possunt in Quadragesima carnes publicè adferre. Conc. Viennense. Provinciale. Vide, tit. 1. n. 10.

3. Non possunt cum Christianis habitare. Conc. Lat. 3. cap. 26. Vide, Christiani. tit. 4. n. 11.

4. Non possunt præfici Superiores aut Judices Christianorum. Eos præficiens excommunicatur. Id permittentes, excommunicantur.

Item nè Judæi à quolibet potestate acceptâ, extra Regiam ordinationem Christianum quemquam impetere, pletere vel distinguere audeant. *Conc. Toletanum. 12. cap. 9. Concil. Lateran. 3. cap. 26. Vide, Christiani. tit. 4. n. 13. Idem in appendice tit. de Judæis. cap. 3. Vide, ibid. n. 12. Conc. Lateran. 4. cap. 69. Idem de Judæis. cap. Cum nimis. Vide, Infidelis. n. 13.*

Nè Judæi Christianis populis judices præponantur. *Concil. Arvernense. cap. 8.*

Quia DEO propitiò sub Catholicorum Regum dominatione constitimus, Judæi à die cenæ Domini usque in secundam Sabbathi in Pascha, hoc est, ipsò quadragesimo procedere inter Christianos, neque Catholicis populis se usq̄ locò vel quacunque occasione miscere præsumant. *Concil. Aurelianense. 3. cap. 29.*

Nec Judæi Christianis populis judices deputentur, aut Telonarii esse permittantur; per quod illis (quod DEUS avertat) Christiani videantur esse subjecti. *Concil. Matisconen. 1. cap. 13.*

Item iidem Imperatores Augusti (id est, Theodosius & Valentinianus) hæc victurâ in omne ævum lege sancimus, neminem Judæum ad honores & dignitates accedere, nulli administrationem patere civilis obsequii, nec defensoris saltem fungi officio. Nefas quippe credimus, ut supernæ Majestatis & Romanis legibus inimici, sub specie cujuslibet officii, Christianos vel etiam Sacerdotes sub quacunque occasione injuriis audeant fatigare, vel legis nostræ aliquos aut condemnare, aut adjudicare præsumant; nec carcerali custodia præfint, nè Christiani (ut fieri solet) nonnumquam abstrusi, custodum ostiis alterum carcerem patiantur. *Concilium Meldense. cap. 73. Concil. Regiaticum. cap. 20. Vide, infra. n. 13.*

Aburdum & irrationabilem corruptelam, quæ in Christianæ fidei vergit opprobrium & iacturam; quâ contra Sanctiones Canonicas Judæi & Saraceni Christiani in publicis præficiantur officis, sub quorum

prætextu Christianis plurimum sunt infesti: extirpare volentes, universis EE. Prælati sub interminatione Divini iudicii præcipimus, & mandamus, ut sanctorum PP. statuta super hoc edita, per excommunicationis sententiam & aliarum pœnarum appositionem faciant inviolabiliter observari. *Concilium Sabinen. cap. 22.*

Mandamus, quatenus Regem ipsum sollicitè inducatis, nè in officiis publicis Judæos Christianis præficiat; sicut in generali Concilio continetur. Et si fortè redditus suos Judæis vendiderit vel paganis, Christianum tunc deputent, de gravaminibus inferendis Clericis & Ecclesiis non suspectum, per quem Judæi sive Saraceni sine Christianorum injuria jura regalia consequantur. *De Judæis Sc. cap. Ex speciali.*

Dilectionem tuam monemus, ut in terra tua Judæos Christianis dominari, vel supra eos potestatem exercere, ulterius nullatenus sinas. Quid enim est Judæis Christianos supponere, atque hos illorum iudicio subijcere, nisi Ecclesiam Dei opprimere, & Saranæ Synagogam exaltare; & dum inimicis Christi vultis placere, ipsum Christum contemnere? Caveas itaque fili, hoc facere Domino & Creatori tuo, quod non impunè fieri tibi sustineres à servo tuo. *Gregorius VII. lib. 9. epist. 2. Concilium Viennense. Provinciale. Vide, tit. 1. n. 4.*

Nè dignitatem vel publicum officium, quod ad Christianos pertinere aliquò modo possit, Judæi obtineant. *Concil. Mediolanen. 1. p. 3. tit. de Judæis.*

5. Non possunt habere officia publica.

Nulla officia publica eos opus est agere, per quæ eis occasio tribuatur, Christianis pœnam inferre. *Concilium Toletanum 3. cap. 14. distict. 54. cap. Nulla officia.*

Constituit Sanctum Concilium, ut Judæi, aut hi, qui ex Judæis sunt, officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis injuriam faciunt. Ideoque judices provinciarum cum Sacerdotibus eorum subreptiones fraudulenter elicatas suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicum hoc permiserit, vel in sacrilegum excommunicatio proferatur; & is, qui subrepsit, publicis cædibus deputeatur. *Concil. Toletanum 4. cap. 65. dist. 17. q. 3. Constituit.*

Majorum Canones veterunt, ut nullus Judæorum conjugia vel servitia habere præsumat de Christianorum cœtu, sed sacræ fidei sibi coherentiam tam conjugia, quam servitia favente DEO unice adherere, dicente Propheta: Qui habitare facit unanimes in domo. *Concilium Toletanum 10. cap. 7. Concilium Meldense. cap. 73. de Judæis. cap. Ex speciali. Concilium Lateranense. 3. cap. 26. Et in appendice tit. De Judæis. cap. 3. supra. n. 4.*

6. Judæum præficiens officiis publicis, quomodo puniendus. De Judæis. cap. Cum sit nimis. Vide, Infidelis. num. 13.

7. Non possunt habere servos vel mancipia Christiana. Sed statim redimenda sunt per Christianos.

Ut Judæis non liceat Christianas habere uxores, vel concubinas, neque mancipia Christiana comparare in usus proprios: sed & si qui filii ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum. Nulla officia publica eis opus est agere, per quæ eis occasio tribuatur, pœnam Christianis inferre. Si qui verò Christiani ab eis Judaicò ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio ad libertatem & Religionem redeant Christianam. *Concilium Toletanum 3. cap. 14.*

Ut Judæis non liceat, Christianos servos habere, nec Christiana mancipia emere, nec cujusquam consequi largitate: nefas est enim, ut membra Christi serviant Antichristi ministris. Quòd si deinceps servos Christiani vel ancillas Judæi habere præsumpserint, sublatis ab eorum dominatu, libertatem à Principe consequantur. *Concil. Tolet. 4. cap. 66.*

Ut nullus Christianus Judæo deinceps debeat deservire, sed datis pro quolibet bono mancipio, duodecim solidis, ipsum mancipium quicumque Christianus,

seu ad ingenuitatem, seu ad servitium licentiam habeat redimendi; quia nefas est, ut, quos Christus Dominus Sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permaneat irretiti. Quod si acquirere his, quæ statimimus, quicumque Judæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit; liceat mancipium ipsum suum cum Christianis, ubicunque voluerit, habitare. *Concilium Marisconense 1. cap. 16.*

Nulli Judæo liceat Christianum mancipium in suo retinere dominio. Sed si qui penes eos inveniuntur, libertas eis tuitionis auxilio ex legum sanctione servetur. *De Judæis. cap. Mulorum. Vide, Christiani. tit. 4. n. 7. Ex Greg. I. lib. 3. ep. 21.*

Omnino præterea admirati sumus, cur & in Regno vestro Judæos Christiani mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt Christiani homines, nisi membra Christi? Quorum videlicet membrorum caput cuncti novimus, quia fideliter honoratis. Sed quam diversum sit, Excellentia vestra perpendat, caput honorare, & membra ipsius hostibus calcanda submittere. Atque ideo petimus, ut Excellentia vestra constitutio de Regno suo hujus pravitate mala removeat, ut in hoc vos amplius dignas cultrices omnipotentis Domini demonstretis, quod fideles illius ab inimicis ejus absolvitis. *Idem. lib. 7. ep. 115. Regina Francorum.*

Theodosius & Valentianus Augusti: Judæis vel paganis causas agendi vel militandi licentiam denegamus; quibus Christianæ legis nolumus servire personas, ne occasione domini sectam venerandæ Religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infauti jubemus excludi, nisi his emendatio matura subveniat. *Conc. Meldense. cap. 73.*

Item ne Judæis mancipia deserviant vel adhæreant Christiana. Item si Judæus se Christianum esse testetur, & ob hoc non velit se rejicere mancipium Christianum, &c. Item de Christianis mancipiis Judæorum, quæ se non prodiderint Christiana, sive de publicatoribus eorum. *Concilium Toletanum. 12. cap. 9.*

Ne Judæis Christiani in famulatu esse possint. *Concil. Mediolanense. 1. p. 3. tit. de Judæis. cap. 1. Presenti. Vide, Christiani. tit. 4. num. 4. cap. Mulorum. cap. Ad hæc. & cap. Et si Judæos. Vide, Christiani. tit. 4. num. 7. & 8.*

8. Judæus non potest tenere servum baptizatum, vel volentem baptizari, sed hic à Christianis est redimendus; quod si ipse noluerit vendere, privatur illò.

Nulli Judæo baptizatum, vel baptizari volentem emere liceat, vel in suo servitio retinere. Quod si quem nondum ad fidem conversum, causâ mercimonii emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datis pro eo duodecim solidis, ab illius servitio protinus subtrahatur. Si autem infra tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi servendum emerit eundem, nec ipse vendere, nec alius audeat comparare, sed nullò datò pretiò perducatur ad præmium libertatis. *De Judæis. cap. fin. Conc. Toletanum 4. cap. 66. supra.*

9. Non possunt impedire filios vel uxores, venientes ad fidem. *Concilium Viennense. Provinciale. supra n. 1.*

10. Judæi non possunt tenere nutrices Christianas. *De Judæis. cap. Et si Judæos. Et cap. Ad hæc. Et ipsæ nutrices excommunicantur. ibid. cap. Ad hæc. Et Concilium Lateranense. 3. in append. tit. de Judæis. cap. 2. Neque obitricas sub pœna excommunicationis Christianis. Ibid. Vide, Christiani. tit. 4. num. 7. & 8. Et Innocentius IV. cons. 2. Impia.*

11. Non possunt conducere Ecclesias.

Non sine multa admiratione auditur, & creditur, quòd Judæi Parochias Ecclesiarum per provinciam vestram, empionis, sive conductionis, aut etiam pignoris titulo, contemptu DEI & fidei Christianæ institutionis, detinent occupatas, & cum redditus eisdem

Ecclesiis non solvatur, hæ Ecclesiæ penitus deperisse jam noscuntur. Quia igitur ad ea corrigenda, quæ sunt Divinæ Majestati contraria, & à fidei Christianæ institutionibus aliena, promptos nos decet & diligentes existere, Fraternalitati tuæ &c. Quatenus si qui Judæi sunt in provincia vestra, qui tali modo Parochias detineant, ipsos ad eas dimitendas, requisito prius & habito consensu charissimi in Christo filii nostri, Henrici, Illustris Anglorum Regis, archiepi compellatis, aut si receptas deriverint, aut Parochias amodò receperint, ipsos cum omni districtione cogaris, ut Ecclesiis, quarum eadem Parochiæ sunt, debitos & collectos redditus cum integritate persolvant. *Concil. Later. 3. in appendice. tit. De Judæis.*

Agros, Prædia Ecclesiastica Judæis locari, vasa, vestes, aliavæ sacra, vel ad usum Ecclesiæ destinata, vendi aut pignori dari, ne liceat. *Conc. Mediolanense. 1. p. 2. tit. De Judæis. cap. 3.*

12. Non possunt cum Christiana fornicari, sub pœna pecuniaria.

Si quis verò Judæus cum aliqua Christiana fornicationis vitium deprehensus fuerit commississe, quoad usque 10. marcas argenti ad nitum pro emendatione solverit, districto carceri mancipetur, & mulier Christiana, quæ tam damnatum coitum elegerit, per civitatem fustigata, de ipsa civitate sine spe redeundi penitus expellatur. *Conc. Viennense. Provinciale.*

13. Non possunt exigere vectigalia à Christianis, id permittentes excommunicantur.

Omni ratione caret, & Religioni Christianæ noxium & contrarium noscitur, ut Judæi à Christianis vectigalia exigant, aut ullas civiles aut criminales causas inter Christianos judicandi locum habeant. Quicumque igitur judicariæ potestatis super Christianos aliquam administrationem judicis tractare permiserit, à Christiana communione pellatur. *Concilium Regiarum. cap. 20.*

14. Judæo præfectò ad Regalia jura, Christianus est dandus, qui exigat. *De Judæis. &c. cap. Ex speciali. supra. num. 4.*

15. Non possunt à Christianis exigere usuras. Tenentur ad restituendum, & Principes ad hoc eos cogant. Alias priventur commerciò Christianorum.

Judæos ad remittendas Christianis usuras per Principes & potestates compelli præcipimus sæculares, & donec eis remiserint, ab universis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quam in aliis per excommunicationis sententiam eis jubemus communionem omnimodam denegari. *De usuris. cap. Post miserabilem.*

Adjicientes, ut, si de cætero quocunque prætextu Judæi à Christianis graves seu immoderatas usuras extorserint, Christianorum eis participatio omnis subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter. Unde Christiani, si opus fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur, ab eorum commercio abstinere. Principibus autem injungimus, ut propter hoc non sint Christianis infesti, sed potius à tanto gravamine Judæos studeant cohibere. *Concilium Viennense Provinciale. Et de Usuris. c. Quæritò. ex Conc. Later. 4. cap. 67.*

16. Non possunt accusare Christianos. *29. 7. cap. Paganis. Vide, Accusare. tit. 4. num. 6.*

17. Non possunt scribere contractus & suos libros linguâ Hebraicâ.

Illud præterea pro sua pietate Principes statuere debent, ut Judæi in quibusvis contractibus & negotiis, quæ cum Christianis habuerint, in libris suis scribendis, literis & linguâ vulgari nostrâ, non autem sermone aut characteribus Hebraicis utantur. Si secus fecerint, severe puniantur, nullumque inde jus esse possit agendi vel excipiendi. *Concilium Mediolanense. 1. p. 3. tit. de Judæis. Vide, Judæorum obligationes in Statutis Ecclesiæ.*

18. Ju-

18. Judæi non possunt laborare in diebus Dominicis & Fests Christianorum.

Item ne Judæi Sabbatha cæterisque festivitatis ritibus sui celebrare præsumant. Item ut omnis Judæus diebus Dominicis & in prænotatis diebus ab opere cesset. Item ne Judæi more suo dijudicent escas. *Concil. Toletanum 12. cap. 9.*

19. Non possunt legere libros vetitos à Christiana fide: Neque Talmud: Vel alios damnatos ab Ecclesia, continentes blasphemias in Christum, B. Virginem, Angelos & Sanctos.

Item ne Judæi libros legere audeant, quos Christiana fides repudiat. *Conc. Tolet. 12. cap. 9. Clem. VIII. cons. 20. Cum Hebræorum.*

20. Judæi die cœnæ Domini usque ad Pascha non possunt à suis locis exire, sed in eis maneat clausi. Et per pœnas temporales ad hoc cogantur.

Ut Judæis à cœna Domini usque ad primum Paschæ per plateas aut forum, quasi insultationis causâ deambulandi licentia denegetur, & ut reverentiam cunctis Sacerdotibus Domini vel Clericis impendant, nec ante Sacerdotis confessum nisi ordinati habere præsumant. Quod si facere fortasse præsumperint, à iudicibus locorum, prout persona fuerit, distringantur. *Conc. Meldense. cap. 73. Conc. Marisconense. 1. c. 14. ibid. Conc. Aurelian. 3. cap. 29. supra n. 4.*

In diebus autem lamentationis & Dominicæ passionis in publicum minimè prodeant; eò quòd nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) & ornatiùs non erubescunt incedere, ac Christianis, qui sacratissima passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non formidant. Illud autem districtissimè inhibemus, ne in contumeliam Creatoris proflire præsumant; & quoniam illius diffimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra delevit, præcipimus, præsumptores hujusmodi per Principes sæculares condigne animadversionis adjectione compelli, ne Crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant. *De Judæis. cap. In nonnullis. ex Conc. Lat. 4. cap. 68.*

21. In die Veneris Sancti tenere non possunt, nec ostia, nec fenestras apertas.

Generaliter interdicas, ut Judæi ostia vel fenestras in die Parasceves aperta non habeant, sed clausa teneant totà die. *De Judæis. cap. Quia super.*

22. Non possunt vestes aut vasa sacra eis vendi, nec oppignorari. *Conc. Mediolanense. 1. part. 3. tit. de Judæis. supra. n. 11.*

23. Judæi non possunt sepelire suos mortuos psallendo.

Hoc ante omnia decretum est, ut Judæis non liceat corpus defuncti deducere psallendo, sed ut eorum habitus mos & consuetudo antiqua, corpus deducant & deponant. Quod si aliter facere præsumperint, inferant Comiti civitates uncias sex. *Concil. Narbonense. cap. 9.*

24. Non possunt habitare cum Christianis. Nec habere ædes proprias in locis & civitatibus.

Vehementer etiam à Principibus petimus, ut in singulis civitatibus certum locum constituent, ubi Judæi separatim à Christianis habitatum convenient; & si quas proprias ædes Judæi in civitate habent, intra sex menses eas verè, non autem simulatò contractu Christianis vendi jubeant. *Concil. Mediolan. loc. cit. Concil. Lateranense. 3. cap. 26. Vide, Christiani. tit. 4. num. 11.*

25. Non possunt escas dijudicare. *Concilium Toletanum 12. cap. 9. supra. n. 18.*

Tomus II.

26. Non possunt circumcidere servos paganos, aliàs privandi sunt illis.

Comperimus autem, quòd Samaræi, degentes Cætanæ, Pagana mancipia emerint, atque ea circumcidere ausu temerariò præsumperint: atque idcirco necesse est, ut omnino zelum in hac causa Sacerdotalem exercent, cum omni hoc vivacitate ac sollicitudine studeas persecrari, & si ita repereris, mancipia ipsa sine mora in libertatem modis omnibus vindicare, & Ecclesiasticam institutionem impende, nec quicquam Dominos eorum de pretio quolibet modo recipere patiaris, qui non solum hoc damno multandi, sed etiam aliâ erunt pœna de legibus feriendi. *Greg. I. lib. 5. ep. 32. Vide, Accusare. Vide, Hebræi. Vide, Usura.*

V. Judæis quæ sunt permissa.

1. Judæi possunt in Ecclesiis esse præsentés Missæ Catechumenorum, id est, usque ad Canonem. *De consecrat. dist. 1. c. Episcopus nullum. Vide, Hæretici. tit. 14. n. 4.*

2. Possunt in Ecclesiis audire concionem, sicut omnes alii infideles. *Vide, Concilio.*

3. Possunt à Colonis Christianis fructus percipere. *Gregor. I. lib. 3. ep. 21. Vide, tit. 4. n. 7. de Judæis. c. Mulorum. Vide, Christiani. tit. 4. n. 7.*

4. Possunt tenere Synagogas antiquas, sed non possunt ædificare novas.

Sicut legalis definitio Judæos novas non patitur erigere Synagogas: ita eos sine inquietudine veteres habere permittit. *De Judæis. cap. Judæi. ibid. cap. Consuluit. & Conc. Later. 3. part. 50. cap. 36. Vide, tit. 1. n. 9.*

5. Non possunt occidi, nec molestari, aut alia mala pati, sed juridicè judicandi. *Concilium Lateranense. 3. tit. de Judæis. cap. 1. & cap. Sicut Judæi. de Judæis. Eorum cœmeteria non sunt violanda. Ibidem. Sub pœna excommunicationis Christianis. Vide, Christiani. tit. 4. n. 9.*

6. In suis Festis non debent molestari.

Joseph præsentium Lator Judæos nobis insinuavit. Quòd de loco quodam, in quo ad celebrandas festivitates suas, Judæi in Taracineni Castro consistentes, convenire consueverant, tua eos Fraternalitas expulserit, & in alium locum pro colendis similiter festivitatis suis, te quoque noscente & consentiente, migraverint, & nunc de eodem loco expulsos, se denudò conqueruntur. Sed si ita est, volumus, ut T. Fr. ab hujusmodi querela suspendat, & ad locum, quem, sicut prædiximus, cum tua conscientia, quò congregentur, adepti sunt, eis, sicut mos fuit ibidem, liceat convenire. *Greg. I. lib. 1. ep. 34. Conc. Lat. 3. ibid.*

7. Non debent spoliari, neque pro suis festis faciendis pecuniæ exigendæ. *Conc. Lateranense. ubi supra. cap. 1. & de Judæis. cap. Sicut Judæi. Vide, ubi supra n. 5.*

8. Judæis non est inferenda persecutio, sed Saracenis.

Dispar nimirum est Judæorum & Saracenorum causa: In illos enim, qui Christianos persecuntur, & ex urbibus & propriis sedibus pellunt, justè pugnatur: Hi verò ubique servare parati sunt. *23. 9. 8. cap. Dispar.*

Sicut Judæis non debet esse licentia, quicquam in Synagogis suis ultrà, quam permissum est lege, præsumere: ita in his, quæ eis concessa sunt, nullum debent præjudicium sustinere, &c. *Gregor. I. lib. 7. epist. 26.*

L 1 3

VI. Ju-

VI. Judæorum inhabilitates.

1. Judæus remanere non potest cum uxore Christiana. 28. *qu. 1. cap. Judæi. Conc. Toletanum. 4. cap. 63.* Vide, *Fideles. tit. 14. n. 1.* Alias separentur, nisi ipse velit ad fidem venire. *ibid.* Et filii matris conditionem sequuntur. *ibid.* Vide, *Infideles filij.*
2. Non possunt cum eis habitare Christiani. *Conc. Lateran. 3. cap. 26. Concilium Mediolanen. 1. part. 3. tit. De Judæis. Vide, tit. 4. num. 24.*
3. Judæos defendens per munera, est anathema. *Conc. Toletan. 4. cap. 58.* Vide, *tit. 2. n. 2.*
4. Judæus non potest esse testis in causis Christianorum. *Conc. Toletanum. 4. cap. 63. 2. qu. 7. cap. Non potest.* Vide, *Accusare. tit. 2. n. 2.*
5. Non poterant eis locari domus ultra duos menses, sub pœna excommunicationis. Monemus omnes, tam Clericos, quam Laicos nostræ Provincie, atque statuiamus, quatenus nullus de cætero locet domos ipsi Judæis, nec locatas dimittat, aut recudat, seu quocumque colore concedat, vel inhabitare permittat, ultra duos menses à publicatione præsentis constitutionis; qui verò contrà fecerit, ipsò factò excommunicationis incurrat sententiam, ea à qua absolvi non possit, nisi plenè satisfecerit in prædictis. *Conc. Ravennat. 4. sub Joanne XXII. c. 14.*
6. In causis Judæorum contra Christianos, non potest decidi, nisi per duos testes probatæ vitæ, & Christianos. Mandamus, quatenus si inter vos, & quoscumque Judæos, emerit questio in qualibet causâ Christiani, & maxime Clerici, non minùs quam duorum, vel trium virorum, qui sint probatæ vitæ, & fidelis conversationis, testimonium admittatis; juxta illud Dominicum: In ore duorum, vel trium testium, stat omne verbum. Quia licet quædam sint causæ, quæ plures, quam duos exigunt testes, nulla est tamen causâ, quæ unius testimonio, quamvis legitimo, terminetur. *De Testibus, &c. cap. Licet universis.*
7. Non possunt præferri Christianis à nullo, sub pœna excommunicationis. *De testibus. cap. Judæi.* Vide, *Christiani. tit. 4. num. 13.*
8. Medici Judæi non possunt à Christianis vocari. *Conc. Sabinen. cap. 22.* Vide, *ibidem n. 18.* Vide, *Judæis prohibita.*

VII. Judæi venientes ad fidem, quomodo tractandi.

1. Judæi cum mansuetudine trahendi sunt ad fidem. Agendum ergo est, ut ratione potius & mansuetudine provocati, sequi nos velint, non fugere, ut eos ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris Ecclesie, Deò possumus adjuvante, convertere: itaque F. T. eos monitis quidem, prout poterit, Deò adjuvante, ad convertendum accendat, & de suis illis solemnitatibus inquietari denuò non permittat: sed omnes festivitates, feriasque suas, licet hæcenus, tam ipsi, quam parentes eorum, per longa colentes rerò tempora tenuerunt, liberam habeant observandi celebrandique licentiam. *Greg. I. lib. 11. ex reg. cap. 15.* Vide, *Infideles.*
2. Judæi venientes ad fidem, per octo menses sunt catechizandi. *De consecratione. dist. 4. cap. Judæi. ex Concil. Agathen.*

3. Judæi baptizandi, per 40. dies ante baptismum abstinere debent à vino & carne. *ibid.* Vide, *Baptismus. tit. 15. num. 13.*
4. Judæi dantes signa conversionis, in separata domo sunt tenendi, nec baptizandi, nisi plenè instruantur. In quo signum aliquod conversionis cognitum fuerit, is ab aliis separetur, & in domum aliquam catechumenorum, ad id paratam, deducatur, ubi diligentius omnia, quæ scire Christianum oportet, doceatur. *Conc. Mediolanen. 1. p. 3. tit. De Judæis.*
5. Judæi conversi non communicant cum non conversis. *Concilium Toletanum 4. cap. 62.* (Et pœnæ eorum.) 28. *q. 1. c. Sape malorum.* Vide, *Fides. tit. 7. num. 9.*
6. Judæi conversi & baptizati, etiam per vim, tenentur observare legem Christianam. *Concilium Toletan. 4. cap. 59. De consecrat. dist. 4. cap. Plerique.* Vide, *Infideles. num. 6.*
7. Judæi baptizati tradendi sunt custodiæ alicujus probi Christiani, qui per annum eos regat, faciat audire Missas, & alia opera familia facere, & cavere, ne convertentur cum Judæis, vel malis Christianis. Baptizati curæ alicujus probi viri, saltem per annum, committantur, qui vitam illorum iis rationibus regat ac moderetur, ut diebus festis Missam, conciones, ac vespers obeant: aliis diebus aliquò artificio, quò victum quærere possint, utantur: ne cum Judæis ullam omninò consuetudinem habeant: neve cum Christianis, quorum vita flagitiosa sit. *Conc. Mediolanen. 1. ubi supra.*
8. Judæi baptizati, relicto veteri ritu, ad Christianam Religionis ritus observandos sunt cogendi. *Concilium Lateranense 4. cap. 70. de Apostatis. cap. Quidam.* Vide, *Baptismus. tit. 17. n. 6.*
9. A multis debitis fisci liberantur. Delegit nostræ unanimatis conventus, ut quidquid eorum sententiæ, vel leges, qui nos in fide Catholica præcesserunt, ad obterendam eorum perfidiam continere noscuntur, ab omnibus Sacerdotibus, cunctisque judiciariam curam habentibus, studiosius in eis nihilominus compleantur, & ea, quæ nunc à nobis instruntur, votis ferventioribus conserventur. Ita nempe, ut quique eorum ad Christum, plenâ mentis intentione, se converterint, & fidem Catholicam absque aliquo infidelitatis furo servaverint, ab omni exactione, quam sacratissimo fisco persolvere consueverunt, cum his, quæ habere poterint, securi extorresque persistant. *Conc. Tolet. 16. c. 1.*

Pervenit ergo ad me, esse Hebræos in possessionibus nostris, qui converti ad DEUM nullatenus volunt: sed videtur mihi, ut per omnes possessiones, in quibus ipsi Hebræi esse noscuntur, Epistolæ transmittere debeas, eis ex me specialiter promittens, quòd quicumque ad verum D. DEUM N. J. C. ex eis conversus fuerit, omnes pensionis ejus ex aliqua parte imminuetur. Quòd ita quoque fieri volo, ut si quis ex eis conversus fuerit, si solidi pensionem habet, tremillis ei relaxari debeat: si tres vel quatuor, unus solidus relaxetur, &c. nec hoc inutiliter fecimus, si pro levandis pensionum oneribus eos ad Christi gratiam perducamus; quia etsi ipsi minùs fideliter veniant, hi tamen, qui de eis nati fuerint, jam fidelius baptizantur. Aut ipsos

10. Si baptizati pauperes sunt, in aliquo Hospitali tenendi, ubi artem aliquam discant. *Conc. Sabinen. cap. 22.* Vide, *Baptismus. 27. num. 1.*
 11. Judæi venientes ad fidem, providendi sunt de victu. His quos de Judaica perditione Redemptor noster ad se dignatur convertere, rationabili nos oportet moderatione concurrere, ne victus, quod ablit, inopiam patiantur. Ideòque tibi hujus præcepti autoritate mandamus, quatenus filiabus, Justæ ex Hebræis, id est, Julianæ, Redemptæ & Fortunatæ, à tertia decima succedente indictione, annis singulis solidos dare non differas, quos tuis noveris modis omnibus rationibus impurandos. *Greg. I. lib. 3. ep. 31.*
 12. Non sunt spoliandi suis bonis, cum veniunt ad fidem; excommunicantur, qui eis spoliant. Si qui præterea DEO inspirante ad fidem se converterint Christianam, à possessionibus suis nullatenus excludantur: cum melioris conditionis ad fidem conversos esse oporteat, quam, antequam fidem susceperint, habebantur. Si autem secus factum fuerit, Principibus, seu potestariis eorumdem locorum injungimus, sub pœna excommunicationis, ut portionem hæreditatis suæ, & bonorum suorum, ex integro eis faciant exhiberi. *De Judæis. cap. Judæi. 2. Extra. de Judæis. cap. fin. Dignum.* Vide, *Fides. tit. 7. n. 3. Conc. Lateran. 3. in append. cod. tit. cap. 1.* Vide, *Christiani. tit. 4. n. 9.*
 13. Judæi venientes ad fidem, an possint uxores relinquere, vel tenere, & an dimissam ante, reconciliare. Vide, *Infideles.*
 14. Judæi venientes ad fidem, si sunt servi, evadunt ingenui. Item ut si Judæorum servi necdum adhuc conversi, ad Christi gratiam convolaverint, libertate donentur. *Concilium Toletanum 12. cap. 9. dist. 54. cap. Et si Judæorum.*
- Eandem impensionem hi, qui in infidelitate persistunt, publicis utilitatibus in integritate persolvant. Ipsi verò, qui ab errore suo conversi exstiterint, suis tantum utilitatibus, ut ceteri ingenui, vacent, & negotia sua agentes, quidquid pro publicis indictionibus à Principe eis fuerit impetratum, ut veri Christianicolæ expediant. Nam id æquitatis ratio deposcit, ut qui fide Christi decorantur, coram hominibus nobiles atque honorabiles habeantur. *Concilium Toletanum 16. cap. 1.*
15. Judæus conversus omnia bona sua habeat: si filius familias, à patre vivente sua pars detur: si femina, dos à patre sibi detur, vel à marito: si nupta, restituitur. Curet Episcopus, ut Judæus, qui ad fidem se converterit, omnia bona sua habeat: ac si filius familias sit, legitima, & quæcumque alia bonorum pars, ei jure debita, à patre etiam vivente detur; vel si mulier fuerit, ei dos à marito restituitur, vel à patre constituitur, unde ali possit, ex præscripto constitutionis Pauli III. Summi Pontificis: præsertim in iis, quæ ille statuit, de iis facultatibus, quæ ex usuris comparatæ sunt. *Concilium Mediolanen. 1. Sc. uti supra.*
 16. Judæi & alii infideles venientes ad fidem, ex Constitut. Pauli III. 32. *Cupientes.* his gaudent privilegiis. Filiis eorum volentibus converti ad fidem (etiam si sub patria potestate sint constituti) omnia

bona immobilia, & mobilia, eis illæsa conservanda sunt. Succedunt in bonis paternis, ac maternis, etiam si contra eorum voluntatem sint conversi, & bona illa eis debentur, adhuc viventibus parentibus.

17. Si bona illa illicitè, vel ex usura sint acquisita, si notæ sunt personæ, à quibus accepta sunt, sunt eis restituenda: si verò personæ illæ non extant, Sancta Ecclesia dictis conversis ea concedit, neque possunt ab ullo, quovis qualitate colore, in hoc molestari, sub pœna anathematis.
18. Si conversi sunt pauperes, omnes Christiani, sive Ecclesiastici, sive sæculares, eis auxilium conferant.
19. Gaudent privilegiis & libertatibus illarum civitatum, in quibus baptizantur, quibus gaudent cives ratione civitatis, vel originis.
20. Parochi, &c. curent, ut bene erudiantur in rebus fidei, & tam ipsi, quam Diocesani curent, ne cum aliis Judæis, vel infidelibus, per longum tempus convertentur.
21. Diocesani curent Neofitos copulari cum Christianis originariis, si volunt matrimonia inire.
22. Eisdem prohibeant, ne mortuos more Judæorum sepeliant, aut Sabbatha, aliasve solemnitates, vel ritus observent, sed solum ritus Ecclesie Catholice.
23. Contemptores prædictorum deferantur ad Inquisite, qui eos severe puniant.
24. Qui Neofitis favent, ne prædicta observent, pœnas contra hæreticorum fautores promulgatas incurrunt. Neofiti verò judæizantes, ut hæretici puniantur. *Paulus III. ubi supra. constit. 32. Cupientes.* Vide, *Baptizati. in ultimo tit.* Vide, *Fides.* Vide, *Infideles.* Vide, *Judæorum filij. infra.* Vide, *Neofiti.*

VIII. Judæi non baptizandi invitè.

1. Judæi cum mansuetudine, non cum severitate, trahendi sunt ad fidem. *Greg. I. lib. 11. ex reg. ep. 5.* Vide, *tit. præced. num. 1.*
2. Non sunt baptizandi invitè. Statuimus enim, ut nullus Christianus invitos, vel nolentes eos ad Baptismum venire compellat. Sed si eorum quilibet ad Christianos fidei causâ confugerit, postquam voluntas ejus fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur. Verum quippe Christianitatis fidem habere non creditur, qui ad Christianorum Baptismum non spontaneus, sed invitè cogitur. *Conc. Lateran. 3. In appendice. tit. De Judæis. cap. 1. De Judæis &c. cap. Sicut Judæi. dist. 45. cap. De Judæis.* Vide, *Baptismus. tit. 14. n. 1. Gregor. I. lib. 1. ep. 45.* Vide, *Baptismus. tit. 14. n. 2.*

IX. Judæorum obligationes.

1. Judæi ut ab aliis distinguantur, tenentur portare in pannis superioribus signum crocei coloris; & hoc tam mares, quam

fœminæ. Tenentur portare signum illud croceum in pileo. Alias pœnâ pecuniariâ multandi.

Et si Judæi de misericordia, & ad testimonium incredulitatis eorum debeant ab Ecclesia, & fidelibus, in suis ritibus tolerari, quia tamen ex ipsorum conversatione permixta, multa mala scandala provenisse noscuntur; statimimus, & perpetuâ stabilitate firmamus, quod Judæi portant in pannis superioribus, certum signum, scilicet rotam panni crocei coloris: & mulieres eorum in capite, sic à Christianis possint discerni, nec recipiantur alicubi ultra mensam ad habitandum, nec nisi in locis, in quibus habuerint Synagogas. *Conc. Ravennat. 2. sub Clemente V. cap. 23. Conc. Later. 4. cap. 68. de Judæis. cap. In nonnullis. Vide, Christiani. tit. 4. n. 5. Conc. Provinciale Vienn. Vide, tit. 1. num. 4.*

Ut Judæi semper, & quocunque iter faciant, viri pileam, seu biretum crocei coloris, mulieres imposuim reliquo capitis integumento panno ejusdem coloris ferant. *Concilium Mediolanense 1. part. 3. tit. De Judæis.*

2. Judæi quomodo se gerere debent cum Christianis. vide, *Christiani circa Judæos.*
3. Decimas etiam prædiales cum omni integritate persolvant. *Conc. Viennen. Provinciale.*
4. Tenentur solvere decimas prædiales, & alias, ut domorum &c. quia habitant in domibus Christianorum. Debent etiam solvere decimas de iis bonis, quæ solvebant eas antequam in manus Judæorum venirent.

Hæc eadem pœnâ Judæos decernimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueverant, antequam ad Judæos quocunque titulo devenissent, ut sic Ecclesiæ conserventur indemnes. *Concil. Lateranen. 4. cap. 67.*

5. Cum Sacramentum Eucharistiæ transit ante eorum domus, tenentur domi se claudere, & per Prælatos ad id compellendi sunt.

Si verò Sacramentum altaris ante domos eorum deferri contigerit, ipsi Judæi auditò sonitu prævidi, intra domos suas se recipiant, & fenestras, ac ostia sua claudant; hoc etiam in qualibet die parasceves, per Prælatos Ecclesiæ facere compellantur. *Concil. Vienn. provinciale.*

6. A die feriæ quintæ in cæna Domini, usque ad Pascha, tenentur in suis locis clausis stare sub pœna. *De Judæis. cap. In nonnullis. ex Conc. Lateran. 4. cap. 68. Vide, ubi supra n. 1. Conc. Melden. cap. 73. Conc. Aurelianen. 3. cap. 29. Matisconense 1. cap. 14. Vide, tit. 4. n. 20. Conc. Viennen. Provin. supra.*
7. In die Veneris Sancti, non possunt tenere fenestras apertas.
Nè tribus ante Pascha diebus, Judæi in publicum prodeant, neque quidquam palam, vel secreto in contempnionem Christianæ Religionis facere audeant. *Conc. Mediol. ut supra.*
8. Eorum bona acquisita à Christianis, in pauperum Christianorum usus eroganda. *Conc. Lateran. 4. cap. 69. Vide, Infidelis. num. 13.*
9. Judæi tenentur ire ad concionem, sibi faciendam determinatis temporibus à Christiano concionatore. Semel in hebdomada eis fiat concio. Quot, & qui tenentur ire ad concionem, & pœna non eunium. Impediens fieri con-

cionem Christianus, excommunicatur. Prælati curent, ut fiat hæc concio, & detestetur eorum error.

Monemus verò Episcopos, ut ab hominibus piis, ac peritis linguæ Hebræicæ, & rituum Judæorum, vel si hujusmodi non reperiantur, ab aliis doctis, ac bonis viris, curent fidem, ac doctrinam Christianam Judæis prædicandam. Ad eas conciones Judæi omnes justè conveniant; sed pueri, ac puellæ scortum à parentibus atque aliis majoribus natu, concionatorem audiant, qui ipsos familiariter instituunt, & interrogantibus benignè satisfaciunt. *Conc. Mediol. Sc. supra. Nicolaus III. const. Viteam Soreth. Greg. XIII. const. 92. Sancta Mater. Vide, Christiani erga Judæos.*

X. Obligationes Judæorum in Statu Ecclesiastico.

1. *Paulus IV. const. 3. Cum nimis.* has leges observandas Judæis præscripsit: In uno vico congregati omnes debent stare, tam mares, quam fœminæ. Signum aliquod distinctivum patens debent portare, quod sit glauci coloris. Nutrices Christianas tenere non possunt. In Festis non possunt, nec laborare, nec facere laborare. Libros rationum cum Christianis latinis litteris, vel vulgaribus Italicis scribere debent, aliàs non faciunt fidem. Solum straccios, aut cencios possunt emere, vel vendere, non frumentum, nec hordeum, &c. usui humano necessaria. Medici eorum non possunt Christianos medicare. Non possunt à Christianis vocari *Domini*. In exigendis creditis, servare debent menses dierum 30. Statuta locorum, in quibus sunt, debent servare in favorem Christianorum facta. Singulis annis tenentur solvere Hospitali neofitorum Romæ decem ducatos pro qualibet Synagoga, etiam pro Synagogis demolitis, ad quod tenentur Judæi in solidum, & hoc confirmat idem Pontifex in *const. 9. Dudum.*

2. *Pius IV. moderatus est has leges in const. 48. Dudum.* Sic, ut possint uti biretò nigrò, cum iter agunt; si verò plusquam per unum diem morentur in loco, utantur flavò. Possint possidere stabilia, five in domibus, five in villis, usque ad pretium 1500. ducatorum auri. Possint societates cum Christianis inire, & mercaturas exercere, etiam tritici, vini, olei, &c. Non possint tenere Christianos in famulos. Pro mutuo possint exigere interesse taxatum. Circa venditionem pignorum Christianorum, servent statuta urbis. De interesse non possunt exigere interesse. Pretium locationis domorum, in quibus stant, semel taxatum, non possint alterari à Dominis. Quomodo procedendum sit cum eis, quando accusantur pro exactionibus. Quæ præscriptio potest eis opponi pro creditis & debitis. Extra Ghertum habere possint Apothecas, & in eis manere ab Ortu

Solis,

Solis, usque ad Occasum tantum. Librationum non probent contra Christianos, nisi sint scripti Latinâ, vel vulgari Italicâ linguâ. Camerarius, vel Vicarius Papæ, vel Auditor Camera, curare debent, ut hæc leges observentur.

3. Sed *Pius V. const. 6. Romanus.* iterum renovat & confirmat Constitutionem *Pauli IV.* ut supra; & statuit, ut signum flavum gestent. *ibid.*
4. Judæi ab omni loco Status Ecclesiastici olim fuerint expulsi, exceptâ Româ & Anconâ. *Pius V. const. 80. Hebræorum.*
5. *Clemens VIII.* renovat Constitutiones *Pauli IV.* & leges in ea contentas observari præcipit à Judæis. *Const. 19. Cæca & obdurata.* A Statu Ecclesiæ expulsi sunt à *Paulo IV.* exceptâ Româ & Anconâ, quia dolis & fraudibus depauperabant Christianos. *ibid. §. 3.* Privilegia circa habitationem in aliis locis, extra Ghertum, abrogantur. *ibid. §. 5.* Non possint habitare, nisi Româ, Anconâ, & Avenioni. Contractus onerosi, facti cum Camera, &c. de habitatione in aliis locis, dissolvuntur. *§. 9.*
6. Privilegia concessa Judæis Orientalibus, dum Anconâ habitant ad mercaturam, per *Paulum III.* confirmantur à *Clemente VIII.* *const. 26. §. 4.* quænam sunt. Vide, *Portus.*
7. Judæi habitantes in Statu Ecclesiastico possunt per eum incedere ad exigenda credita, sed cum fide testimoniali Episcopi, vel Gubernatoris Anconæ, si sunt de illa Civitate. *ibid. §. 5.*
8. Judæi cum licentia Camerarii possunt fœnerari, & quomodo. *Clemens VIII. const. 65. §. 14.* Vide, *Camerarius.*
9. Judæi Romæ non possunt subhastare pignora, nisi in Monte Pietatis, cum decreto Camerarii, relinquendo residuum in Monte Pietatis. *ibid. §. 36.*
10. Judæorum causæ Romæ à quo judicandæ, & quomodo. *Paulus V. const. 71. tit. de Jurisdictione in Hebræos.*
11. Judæi carcerati etiam ad instantiam Christianorum, si pauperes sunt, debent ali à Communitatè Judæorum, & Communitas ad hoc potest compelli manu Regiâ, per Visitatores carcerum, & alios Judices; ipsa tamen Communitas habet jus, ad se resarciendum de bonis ejusdem carcerati. *Urbanus VIII. in append. const. 39. Cum sicut.*
12. Judæorum contractus, etiam onerosi, circa habitationem in locis Status Ecclesiæ, à Papa dissolvuntur. *Clemens VIII. const. 19. §. 9.*

XI. Judæorum filii, & servi.

1. Judæorum filii fideles non excluduntur ab hæreditate, si patres eorum baptizati, redeuntes ad Judaïsmum, vel aliam hæresim, damnati sunt.

Judæi baptizati, si postea prævaricantes in Christum, qualibet pœnâ extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit; quia scriptum est: Filius non portabit iniquitatem patris. *Concilium Toletanum 4. cap. 61.*

2. Judæorum filii, vel filiæ, si baptizantur, auferantur à parentibus, & tradantur curæ bonorum Christianorum. *Concilium Toletanum 4. c. 60. & 28. q. 1. c. Judæorum.* Vide, *Filij. tit. 9. num. 4.*
3. Filii Judæorum mancipiorum à septimo anno auferendi sunt à parentibus per dominos Christianos, & per eos educandi in doctrina Christiana.
Sed & filios eorum utriusque sexûs, decernimus, ut à septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem, aut societatem habentes, ipsi eorum Domini, qui eos acceperint, per fidelissimos Christianos, eos nutriendos contradant, eâ scilicet ratione, ut & masculos Christianis fœminis in conjugio copulent, & fœminas Christianis similiter viris maritali societate adjungant. Et neque parentibus, sicut diximus, neque filiis, sit penitus licentia, quoquò pacto Judaicæ superstitionis caeremonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas, quibuslibet occasionibus iterare. *Conc. Tolet. 17. cap. 8.*
4. Filii Judæorum, cum Papæ dispensatione, fieri possunt Canonici.
Dudum siquidem ante tuam promotionem literæ à nobis, (si bene meminimus) emanarunt, quibus Decano, & Ecclesiæ tibi commissa, (te adhuc in eodem Capitulo existente) mandatum dedimus, & præceptum, ut P. (qui de gente Judæorum originem duxit, & divinâ gratiâ fidem Christi suscepit) in Canonicum reciperent, & præbendam sibi conferre deberent. Ipsi verò, (quia donatio præbendarum ad te spectabat) præceptum nostrum executioni non potuerunt mandare: Cum itaque præscriptus P. te super hoc ex parte nostra requireret, respondisti, quod nullum inde mandatum receperas, & sic eum à te infectò negotiò remisisti. Quod nullatenus fecisse deberes, si datam litterarum diligentius attendisses: cum tempore, quò literæ ipsæ datæ fuerunt, de Capitulo ipse esses, sicut qui eras Archidiaconus, & Canonicus ejusdem Ecclesiæ: nec esses adhuc in Episcopum consecratus. Pro eo verò, quod Judæus extiterit, ipsum dedignari non debes. *De rescriptis. c. Eam te.*

5. Filii Judæorum venientes ad fidem, etiam si sint sub patria potestate constituti, omnia bona, tam mobilia, quam immobilia, quæ ad eos pertinerent, illis intacta & illæsa permaneant; succedunt in hæreditate, nec possunt ullò modò in his & aliis fraudari. *Paulus III. const. 32. Cupientes.* Alia de his Vide, *Judæi venientes ad fidem.*
6. Judæorum servi venientes ad fidem, evadunt liberi. *Concil. Tolet. 12. cap. 9. Tolet. 16. cap. 1. dist. 54. cap. Et si Judæorum.* Vide, *tit. 7. num. 14.*
7. Judæorum servi, inducti ab eis ad Judaïsmum, sine pretio sunt eis auferendi. *Concil. Tolet. 3. cap. 14.* Vide, *tit. 4. n. 7.*
8. Judæorum servi Christiani, confugientes ad E. causâ fidei, sunt defendendi.
Pervenit etiam ad nos, servos, ancillasque Judæorum, fidei causâ ad Ecclesiam refugentes, aut infidelibus restitui Dominis, aut eorum, ne restituantur, pretium dari. Hortamur igitur, ut nullatenus tam pravam consuetudinem manere permittas; sed si quilibet servus Judæorum ad venerabilia loca confugerit causâ fidei, nullatenus eum patiamini præjudicium susti-

sustinere; Sed si olim Christianus, siue nunc fuerit baptizatus, sine ullo Christianorum pauperum damno, Religiosè Ecclesiasticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur. *Gregorius I. lib. 3. ep. 9. Vide, Ecclesiæ immunitas. Vide, Ad Ecclesiæ confugientes. Vide, Immunitas.*

XII. Judæi à quo iudicandi.

1. Judæi per Sacerdotes iudicandi sunt, (id est; quoad spiritualia.)
Item ut cura omnes distringendos Judæos solis Sacerdotibus debeat. Item de damnis Sacerdotum vel iudicum, qui in iudiciis instituta legum adimplere distulerit. Item nē iudices quicquam de perfidorum excessibus extra Sacerdotum conuentionem iudicare præsumant. *Conc. Tolet. 12. c. 9.*
2. Judæi non possunt ab Inquisitoribus iudicari in decem casibus. *Greg. XIII. const. 70. Antiqua Judæorum. Qui sunt hi casus. Vide, Inquisitores in quibus causis possunt procedere. Vide, Infideles.*
3. Qui sunt isti casus. Vide, *Inquisitores in quibus causis possunt procedere.*
4. Judæorum causæ in Urbe à Cardinale Vicario sunt iudicandæ, & nullus alius potest in eis se ingerere. *Julius III. const. 2. Cum sciat. Vide, Obligationes Judæorum in Statu Ecclesiastico in præcedenti tit. Vide, Vicarius.*

XIII. Judæi recidivi post baptismum.

1. Judæi baptizati, redeuntes ad suos ritus, per Episcopos puniendi. *Concil. Tolet. 4. cap. 57. De consecrat. dist. 4. cap. Plerique. Vide, Infideles. n. 6. Ut hæretici puniendi. Gregor. IX. const. 2. Admodum. Nicolaus IV. const. 1. Turbato. Vide, Judæi venientes ad fidem. circa finem. Vide, Hæretici.*

2. Judaizantes. Vide, *Christiani.*

I. Iudices qui possint esse, & qui non.

1. Iudex dicitur à jus dicendo, & iustè iudicando.
Iudex dicitur, quasi jus dicens populo, siue quòd iustè disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iustitia. *23. quest. 2. cap. 1.*
Iudex dicitur, quasi jus dicens populo; siue quòd iure disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. Non est ergo iudex, si non est in eo iustitia. *De verborum signif. cap. Fornis.*
2. Iudex non est, qui iustè non iudicat. *ibid.*
3. Iudex esse non potest suspectus parti. *3. q. 5. cap. Quod suspecti. & Nicolaus I. epist. 8. & in decretis. tit. de iudiciis. cap. 7. Vide, Inimicus. n. 5.*
Iudices enim & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspitione. *Felix II. ep. ep. 1. cap. 21. Conc. Lateranen. 3. in append. tit. De appellat. cap. 27. Vide, Infamatus. num. 3. & sequitur.*
Quatenus verò inimicitia vel contrarietate aliquis Parochianus iudicio Ditecclesiæ Episcopi estimatur, quia nos consulere voluisti, duximus respondendum: quòd non solum pro inimicitia, sed etiam pro manifesta causa susceptionis potest sui Episcopi iudicium evitare, & ad superiorem iudicem recurrere: cum nullus à suspecto iudice debeat iudicari. *Ibidem.*
4. Iudex suspectus potest alteri causam committere. *De off. iud. De leg. m. 6. cap. Iudex. Vide, De legatus. tit. 2. n. 20.*

Cum à te super aliqua causa fuerit appellatum, fas tibi sit, appellantes, appellatione cessante, compellere, ut vel appellationem interpositam prosequantur, vel coram te iuris pareant æquitati; aut si alterutra partium te suspectum habuerit, te insistente, iudicem eligant, qui propositam inter eos valeat dirigere questionem. *De appellat. & accusat. cap. Ad hac. il. 3.*

5. Iudex esse non potest inimicus, aut odiosus. *3. q. 5. cap. Quod suspecti. Concilium Lateran. 3. & c. ut supra n. 3.*
 6. Iudex, qui habet similem causam cum parte, non potest esse iudex.
Quia verò, cum eundem Archidiaconum similis penè causa contingat, nimis favorabilis parti alteri videretur, nos te fili Decane, locò ipsius Archidiaconi subrogantes, mandamus, quatenus (non obstantibus prioribus litteris) in causa ratione præviã procedas. *De iudiciis. cap. Causam. il. 2.*
 7. Iudex esse non potest criminofus.
In gravibus criminibus quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit. Cuncti enim liquidò novimus, quia, cum his displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati abimus procul dubio ad deteriora provocatur. *3. q. 7. cap. Ingravibus.*
 8. Iudex malus privandus est.
De iudicibus autem, vel centenariis, atque tribunis, seu Vicariis dignum esse censemus, ut, si mali reperi fuerint, de ministerio suo abiciantur. *Concilium Moguntinum sub Leone III. cap. 50.*
 9. Iudex esse non potest accusator aut testis. *4. q. 4. cap. Nullus unquam. & cap. Nullus introducat. Vide, Accusator. tit. 1. n. 8.*
 10. Iudex fit suspectus, si de ejus domo exit accusator vel testis.
Contra ritum Ecclesiasticum contraque venerandas leges producit accusator de imperialibus actibus, & cui imperari potest, ad falsum dicendum testimonium, adhibetur. Fiant suspecti iudices, & mercenarii, & lupi custodes, qui videbantur esse Pastores. *4. q. 4. cap. Contrarium.*
 11. Iudex esse non potest excommunicatus, aut hæreticus. Excommunicatus excommunicatione minori non potest excommunicare.
Sanctimus, ut iudicium nullus excommunicato ab eodem participantes in locutione & aliis, quibus ligatur particeps excommunicatione minori, ante communicationem Canonicam excommunicare præsumat: salvis constitutionibus contra illos legitime promulgatis, qui in scelere præsumunt alieno participare damnato. *Concilium Lyndunen. generale. Nicolaus I. epist. 8. in decret. tit. de iudiciis. cap. 7. Vide, ubi supra num. 3. De sententia & re iudicata. cap. Ad probandum. Vide, ibidem. & sub eodem. tit. in 6. cap. 1. Vide, Excommunicat. tit. 11. n. 9. Vide, Irregularitas. tit. 3. num. 2. & 3. Vide, Hæreticorum inhabilitates.*
 12. Iudex alterius fidei non potest iudicare. *Nicolaus I. ep. 8. Vide, Excommunicati. l. c. 2. q. 6. cap. Catholicus. Vide, Catholicus. n. 2. Vide, Iudicia. Vide, Iudicare. Et ad illum confugiens, excommunicatur.*
- ### II. Iudicis obligationes.
1. Iudex tenetur sequi doctrinam Canonum Ecclesiæ.
Ut Canonum statuta sine præiudicio ab omnibus custodiantur, & nemo in actionibus vel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur. *Concil. Meldan. c. 34.*
 2. Iudex tenetur discernere, quid iudicandum sit. *De pœnit. dist. 6. cap. Quis vult in medio. Vide, Confessor. tit. 2. num. 1.*

3. Iudex bonò animò potest iudicare delicta.
Officia vindictæ pssunt impleri bonò animò: quomodo lex, quomodo iudex. *23. q. 5. cap. Officia.*
4. Iudex quomodo debet procedere in exequendis sententiis, excommunicationis, interdictionis, &c. Vide, *Sententia.*
5. Iudex, quando lex non disponit de aliquo, debet sequi æquitatem, & iudicare secundum partem humaniorem. *De transactionibus. cap. fin. Ex parte tua. ex Honorio III. Vide, Compositio. num. 5.*
6. Iudex misericordiam cum severitate miscere debet. *Dist. 45. cap. Disciplina. Vide, Correctio. n. 5.*
Omnis, qui iustè iudicat, stateram in manu gestat, & in utroque penso iustitiam & misericordiam portat, sed per iustitiam reddit peccanti sententiam, per misericordiam peccanti temperat pœnam: ut iustò libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam verò per misericordiam indulgeat. *Ibid. cap. Omnis.*
Et qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet aliquâ disciplinâ, tamen peccatum ejus, quò ab illo læsus aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat, ut ei dimittatur, non solum in eo, quò dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quò corripit, & aliquâ emendatoriam pœnâ plectit, elemosynam dat, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur invitis, quando eorum consultitur utilitati, non voluntati, quia sibi ipsi inveniuntur esse inimici. *Ibid. cap. Et qui.*
Sunt namque nonnulli ita districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti Jura regiminis. Undè cunctis Rectoribus utraque summo perè sunt tenenda, ut nec in disciplina vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ, quatenus nec à compassionis pietatis obdurecant, quò contumaces corrigunt, nec disciplina vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplina vigore mansuetudinem, mansuetudo ornet vigorem: & sic, ut alterum commendetur ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. *Ibid. cap. Sunt namque.*
7. Iudex agere debet sine tumultu, passione, risu, &c.
In loco benedictionis confidentes Domini Sacerdotes nulli debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari; nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, (& quòd deterius est) obliuatis disceptationibus tumultuosas voces effundere, &c. Debet ergo, quidquid aut consultationibus confidentium agitatur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissimâ verborum relatione proferri, ut nec contentiosus vocibus sensus audientium turbent, nec iudicii vigorem de tumultu emerent. *5. q. 14. cap. In loco.*
8. Iudex requisitus ab Episcopo, ut expediat causas pupillorum, pauperum, &c. tenetur obedire, aliàs potest excommunicari.
Administratores planè sæcularium dignitatum, qui ad Ecclesiæ tuitionem, pupillorum ac viduarum protectionem, rapaciumque refrenationem constituti esse procul dubio debent, quoties ab Episcopis & Ecclesiasticis viris conventi fuerint, eorum querimonias attentius audiant, & quòd necessitas expetiit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant. *23. q. 5. cap. Administratores.*
9. Iudex tenetur providere parti de Advocato, etiam dando Domesticum.
Quia pars predicti monasterii proposuit, quòd habere non poterat Advocatum, vestrum super hoc explorando officium, tu Frater Archi-Episcopo, eidem de Magistro R. Clerico tuo, ad exhibendum in causa

- ipsa patrocinium, providisti. Verum Fr. Stephanus Canen. Monachus, proposuit, in præiudicium ejusdem monasterii factum esse; eò quòd dicitur R. Clericus domesticus tuus erat. Mandamus: quatenus hoc non obstante, in negotio ipso (ratione præviã) procedatis. *De Officio iudicis. cap. 1. Ex litteris.*
10. Iudex in dubio consulens superiorem, debet dare partibus copiam.
Præterea Hospitalariis ignorantibus, & non factâ eis copiâ de inquisitionis processu, ad nos relationem transmississe noscuntur; cum juxta legitimas sanctiones, quoties relaturum se iudex quilibet pollicetur, illicò litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur. *De appellat. & c. cap. Intimasti.*
 11. Iudex ex officio curare debet, ut debitæ solemnitates observentur.
Provideas inter cætera, ut Fratres Dulmenis Monasterii cum auctoritate & assensu Episcopi sui ingrediantur negotium. Nè si Fratres sancti Albani obtineant, Episcopus idem, Abbatem monasterii se proponens, litteram sopitam valeat suscitare. *De iudic. cap. Causam qua.*
 12. Iudex cum adducitur decretalis, de cujus auctoritate dubitat, si sit secundum jus commune, potest secundum eam iudicare, secus si contrâ. *De fide instrumentorum. cap. Pastoralis. Vide, Bulla. num. 3.*
 13. Iudex procedens de plano, quid tenetur facere. Vide, *Procedere.*
 14. Iudex ex officio debet procedere in causa, si accusans & accusatus pacificantur. *De collusionibus detegendis. cap. Crimina. Vide, Accusator. tit. 6. n. 1.*
 15. Iudex ex tribus capitibus & modis debet moveri ad iudicandum: accusatione, denunciatione & inquisitione.
Ad corrigendos itaque subditorum excessus, &c. etsi tribus modis possit procedi: per accusationem videlicet, denunciationem & inquisitionem eorum, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, nè fortè per leve compendium ad grave dispendium veniatur, sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitativa admonitio, & inquisitionem clamorosa insinuatio prævenire, illò semper adhibito moderamine, ut juxta formam iudicii, sententiæ quoque forma dicitur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequoque servandum, quæ, cum causa requirit, facilius & liberius à suis possunt administrationibus amoveri. *Concilium Lateranen. 4. cap. 8. & de Accusat. cap. Qualiter. il. 2.*
 16. Iudex tenetur omnia acta facere per publicam personam, vel per duos viros idoneos, & notari faciat omnes citationes, dilationes, recusationes, appellationes, &c. aliàs processus est nullus. *De probationibus. cap. Quoniam contra. Ex Concil. Lateranen. 4. cap. 38. Vide, A&A. num. 1. & seqq.*
Iudex autem, qui constitutionem ipsam neglexerit, observare, si propter ejus negligentiam quid difficultatis emerferit, per superiorem iudicem animadversione debitâ castigetur; nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constitit documentis. *Ibidem.*
 17. Iudex cum patientia expectare tenetur, donec partes afferant suas rationes.
Nam nos venire ad iudicium cupienti, præjudicialiter scribere quædam non possumus, quia ita nos uni parti accommodare decet auditum, ut tamen alteri, præsertim inaudita, allegationis sine dubio rem integram reservemus. *Greg. I. lib. 7. ex reg. ep. 43.*

18. Tenetur disquirere merita accusantis.

Cum igitur in tribunali sedebitis, presentibus utriusque personis, &c. exquirite diligenter de istis ipsis, qui in iudicio contendunt, ac primum de accusatore, an hunc primum accusaverit, an alium quempiam criminatus sit, aut utrum ex querela eorum inter se inimicitia subjecta sit contentio, & crimen, & quæ illius vita... Sed cur diximus inquirendum esse, & indagandum, quibus moribus esset accusator? Nempe, quia sæpenumero evenire solet, ut duo aut plures testimonium dicant in malo, & uno consensu mendacium defendant, ut duo illi senes Babylone contra Sufaniam. *Lib. 2. const. A.A. cap. 49.*

19. Tenetur in notoriis procedere sine accusatore.

Evidentia patris sceleris non indiget clamore accusatoris. *De accusat. c. cap. Ad evidentiam.*

20. Judex ordinarius tenetur obedire delegato Papæ. Vide, *Delegatus.*

Vide, *Appellans, quomodo tractandus.* Vide, *Judicare.* Vide, *Judicia.*

III. Judex à quibus tenetur abstinere.

1. Judex non potest judicare, nisi auditâ utraq; parte. *Greg. I. lib. 7. ep. 4. supra num. 17.* Et expectet cum patientia, donec partes producant suas rationes. *Adrianus in decretis. cap. 26. Vide, Damascus. tit. 1. n. 4. ibi. cap. Judicantem.*

2. Non debet esse acceptator personarum, nec vultum pauperis considerare.

Et alibi scriptum est: Ego sum Dominus DEUS vester; non facietis iniquitatem in iudicio, non accipies personam divitis hominis, neque miteris vultum potentis. *Damasus ep. 4.*

3. Non potest judicare sine accusatore. Sufficit tamen denunciator; imò quando procedit per inquisitionem, sine accusatore judicat.

Si quis potestatem non habet, quem scit reum, abjicere aut probare non valet, immunitus est, & iudicis non est, sine accusatore damnare; quia & Dominus Judam, cum fur esset, quia non est accusatus, minimè abjecit. *23. q. 4. cap. Si quis potestatem. Concil. Lateranen. 4. cap. 8. supra num. 15. Præcedentia. Vide, sub verbo Accusare. tit. 5. num. 3. sub verbo Absens. tit. 1. n. 3. & sub verbo Accusatus. num. 27.*

4. Non potest dare tormenta sine iudicis. *De regulis juris. cap. Cum in contemplatione.* Vide, *Judicium. num. 1.*

5. Non potest ferre sententiam contra absentem.

Caveant iudices Ecclesiæ, ne absente eò, cuius causi ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imò & causam in Synodo profectò dabunt. *Concilium Carthag. 4. cap. 30. Et Concil. Niv. ex Julio I. ep. 2. cap. 24. Vide, Absens. Vide, Sententia.*

6. Non potest per pecuniam sententiarum, & pœna. Tenetur ad restituendum, & exiliò mulctatur.

Concessionis officium publicum non est, sed si idè pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus sit, potest iudicium publicum senatus consultis, quibus pœna legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quive ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum, vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint. *1. quest. 1. cap. Concessionis.*

Lex Julia repetundarum tenetur, qui, cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum decernendumve accepit, &c. vel

quò magis aut minus quid ex officio suo faceret. *Ibidem. cap. Lex Julia.*

Eadem lege tenetur, qui ob denunciandum vel non denunciandum testimonium pecuniam acceperit. Lex Julia repetundarum cavetur, ne quis ob militem legendum mitrendumve æs accipiat, neve quis ob sententiam in Senatu consiliove publico dicendam, pecuniam accipiat, vel ob accusandum, vel non accusandum, &c. Lex Julia de repetundis præcipit, ne quis ob iudicem arbitrumve dandum, mutandum jubendumve, ut iudicet, neve ob non dandum, non mutandum, non jubendum, &c. Neve ob litem æstimandam, iudiciumve capitum, pecuniave faciendum, aut non faciendum, aliquid accipiat. *Ibidem. cap. Eadem lege.*

7. Non potest pro iustitia faciendâ accipere sportulas.

Ur nullus Episcopus, nec Abbas, nec Laicus, propter iustitiam faciendam, sportulas, id est, veritas contradicatas accipiat, quia, ubi dona intercurrunt, iustitia evacuatur. *Conc. Vernen. c. 25.*

8. Non opprimat pauperes, aliàs excommunicetur. Sed *Concilium Tolet. 4. cap. 32.* statuit, ut prius corrigatur, deinde ad Regem deferatur. Vide, *Litigantes. n. 3.*

Ut iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, si communiti à Pontifice suo, se non emendaverint, excommunicentur. *Conc. Turonen. 2. c. 27.*

9. Non potest judicare de crimine, sibi soli noto.

Si peccaverit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Quare? Quia peccavit in te. Quid est, (in te peccavit?) Tu scis, quia peccavit, quia enim secretum fuit, quando in te peccavit, secretum quare, cum corrigis, quòd in te peccavit, nam si solus nòstis, quia peccavit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es corripitor, sed proditor. *2. qu. 1. cap. Si peccaverit.*

10. Non potest cognoscere simul de principali & exceptionibus, aliàs potest ab eo appellari.

Cum autem idem electus quibusdam ex his, qui contra eum agebant, conspiracyonem, & quibusdam excommunicationem in modum exceptionis objiceret, se id offerens probaturum; præfati iudices interlocuti fuerunt, quòd de his & principali negotio simul inquirerent, nolentes, quasi non iudices, sed iniquiores existerent, super dictis exceptionibus ipsius electi probationes admittere, sed pervertendo juris ordinem de præmissis exceptionibus & principali negotio pariter per se inquirere intendentes, & procedentes ad receptionem testium, lite nondum super eodem negotio contestatâ: quare renominatus electus nostram audientiam appellavit. Quia verò non in modum inquisitionis, sed commissionis negotium existit delegatum: mandamus, quatenus si ex dictis gravaminibus vel aliquo ipsorum appellatum constiterit, revocato in irritum quicquid post appellationem huiusmodi inveneritis attentatum, in causa ipsa, juxta priorum continentiam litterarum, ratione præviâ procedatis. *De iudiciis. c. Exhibita.*

11. Non debet acquiescere in uno genere probationis delicti vel negotii, sed alia debet inquirere.

Sæpè sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur, aliàs numerus testium, aliàs dignitas & auctoritas, aliàs veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quaeritur, fidem. Non ergo ad unam probationis speciem, cognitionem statim iudex alligare debet, sed ex sententia animi sui existimare, quid aut credat, aut parùm sibi probatum opponatur. Alia est auctoritas presentium testium, alia testimoniorum, quæ recitari solent. *4. q. 2. c. Si testes.*

12. Non debet admittere actorem ad litigandum, nisi in scriptis libellum dederit

de causa. *De Libelli oblatione. cap. 1. Ignarus. Vide, Abor. n. 5.*

13. Non debet recitare attestaciones, factas coram primo. *De testibus c. c. Causam que.* Vide, *Deposito. tit. 1. n. 4.*14. Non tenetur expectare accusationem in notoriis seu evidentibus. *De accusat. c. c. Evidentia.* Vide, *Accusare. tit. 5. n. 8.*15. Judex lædens partem in iudicando per favores, vel pecuniam, tenetur ad restitutionem, & per annum suspenditur ab officio. *De Sententia & re iudicata. in 6. cap. 1.* Vide, *Irregularitas. tit. 3. n. 2.*

16. Non tenetur ponere in sententia motiva ad sententiandum.

Cum autem in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris existat, quòd omnia, quæ iudicem movent, non exprimantur in sententiis proferendis, vobis taliter respondemus: quòd, cum ex depositionibus testium prædictorum constituit, sententiam à iudice suo prolatam, propter auctoritatem iudicariam præsumi debet, omnia legitime processisse. *De Sententia & re iudicata. cap. Sicut vobis.*

17. Non potest prævenire diem iudicii constitutum, aliàs appellari potest. *De appellat. c. c. cap. Significante.* Vide, *Appellare. tit. 1. n. 17.*18. Non potest procedere, lite non contestatâ, aliàs appellari potest. *Ibid.*

19. Judex non potest trahere fœminam ad personaliter comparandum pro testificatione, sed debet ad eam mittere personam idoneam, ad eam examinandam, nisi fortè exigat causâ, ut ipse Judex vadat. Aliàs si fingit causam, excommunicandus est.

Mulieres, quas vagari non convenit, nec virorum cœtibus immisceri, auctoritate Litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius, aut aliâ quâcumque ad iudicium personaliter evocari, vel trahi invitata, causâ ferendi testimonium, aut aliâ quâlibet, (quæ in iure non exprimitur) prohibemus: sed cum necessarium fuerit testimonium earundem, iudex (in expensis partibus producentis eadem) tabellionem aut aliam personam idoneam ad eas transmittat, si fortè talis casus occurrerit, quòd iure prohibente, receptio testium alteri committi non possit: Judex tunc propter hoc personaliter ad illas accedat, aut (si talis sit personam iudicantis conditio, quòd id per ipsum non deceat fieri, vel non possit) mitat ad eas: provisò, quòd casus huiusmodi (videlicet ut Judex vadat personaliter) non fingatur, nec fraus interveniat in hac parte; Alioquin actor huiusmodi vel fraudator ipso factò sententiam excommunicationis incurrat. *De iudiciis. in 6. cap. Mulieres. Vide, Femina. Vide, Mulier.*

20. Non potest præcipere, ut verberetur Clericus, neque iure disciplina, (nec etiam Judex Ecclesiasticus) aliàs ipse & verberans sunt excommunicati, & à Papa absolvendi. *De Sententiis excommunicat. cap. Universitatis.* Vide, *Excommunicati. tit. 12. n. 13.*21. Judex causæ beneficialis seu concernentis privationem beneficii, impetrare non potest illud. *Pius IV. const. 14. Cuperientes.* Vide, *Judicia. Vide, Judicare.*

IV. Judex quid potest facere.

1. Judex ex officio potest occidere, id est, ad mortem damnare, & per hoc non imputatur.

Tomus II.

Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dicantibus liberum concedatur utique post Baptismi regenerationem, à Principibus potestatem alicujus, vel sanguinem de reatu. Quam rem Principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, ut causâ cognitâ vindicentur: quæ cum quaestori fuerint delegata, aut absolutio aut damnatio pro negotii qualitate proferatur. Et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis. *23. quest. 4. cap. Illud etiam.*

Si quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures, vel aliis pravis actibus studere cognoscitis, DEUM de eorum correctione placare festinate, ut per vos flagellum perfidarum gentium (quod, quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est) non inducat: nè, si, quod non credimus, Divina ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota, belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam DEI præcepta non revocant. *Ibidem. cap. Si quos igitur. 23. q. 5. cap. De occidendis. & cap. Judex. Vide, Fideles. tit. 14. num. 7.*

2. Judex Christianus dare potest tormenta & supplicia. *23. qu. 4. cap. Quæ situm est.*

Vide, *Christiani. tit. 2. num. 7. q. 5. cap. De occidendis. & cap. Judex. supra. Vide, Sententia. Vide, Occidere. Vide, Occidens.*

3. Judex occidens sacrilegos & maleficos, non dicitur effundere sanguinem.

Homicidas, & sacrilegos, & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. *23. q. 5. cap. Homicidas.*

4. Judex in notoriis seu evidentibus, potest procedere sine accusatore. *De accusat. c. c. cap. Evidentia.* Vide, *tit. 2. num. 19.*5. Tribus modis potest moveri ad iudicandum, scilicet accusatione, denunciacione & inquisitione. *Concilium Lateran. 4. cap. 8.* Vide, *ibidem. num. 15.*

6. Potest pronuntiare sententiam, sive sedens, sive stans, sed magis sedens.

Sententiam verò diffinitivam, (citatâ ad id, licet non peremptoriè, partibus) in scriptis & (prout magis sibi placuerit) stans vel sedens proferat, etiam (si ei videbitur) conclusionem non factâ, prout ex petitione & probatione, & aliis acutatis in causa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constitutionem nostram vel aliâ procedi potest simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicii volumus observari. Si tamen in præmissis casibus solemnibus ordo iudicarius in toto, vel in parte, non contradicentibus partibus, observetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. *Clement. De verborum signific. c. fin.*

Esti sententia definitiva, postquam scripta fuerit, debeat à iudice, non ab alio de scripti recitatione proferri, aliàs nec nomen sententiæ mereatur habere: nec ab ea sit appellare necesse, Episcopo tamen (quem propter dignitatis prærogativam ampliori convenit honore fulgere) sententiam ab eo ferendam, licebit adinstar illustrium personarum, per alium recitare. Sententia, quam scriptam est à iudice litigatoribus, non recitari, vel quam ab ipso stans, non sedendo proferri contingit, nullius prorsus est momenti. *De sent. & re iudicata. in 6. cap. fin. Vide, Sententia.*

7. Potest concedere terminum partibus ad producendas petitiones. Vide, *Procedere.*

8. Judex potest procedere in causâ, quando quis obtinet à Papa confirmationem rei litigiosæ. Secus si pacificè possidebat.

Si quis rei litigiosæ confirmationem à S. A. impetra-verit, non minus Judex de causâ potest cognoscere, & eam sine debito remanere; sed si rem tunc pacificè possi-

M m

possi-

possidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non est tutum aut licitum iudici, de questione suborta postea sine mandato Romani Pontificis decernere, aut eam diffinire. *Conc. Later. 3. in appendice. tit. De preeminencia. cap. 10. Vide, judicare. Vide, Judicia.*

V. Judex recusatus.

1. Judex recusari potest a partibus, sed probanda est causa recusationis, per terminum dandum ab arbitris. *De off. Jud. deleg. cap. Suspicionis. Vide, Arbitri. n. 23.*
2. Judex recusatus (si dantur arbitri) potest eos compellere, ut conveniant, & si discordes sunt, tertium advocent. *Ibid.*
3. Judex recusatus vel suspectus potest alteri causam committere. *De appellat. & c. c. Ad hęc. il. 3. Vide, tit. 1. n. 4. De off. Jud. deleg. in 6. c. Judex. Vide, Delegatus. tit. 2. n. 20.*
4. Judex recusatus committere potest arbitris, qui si intra terminum non judicant, ipse procedit in causa.

Legitimam suspicionis causam contra iudicem assignatam, & arbitris a partibus (secundum formam juris) electis, qui de ipsa cognoscant, sapere contingit, quod ipsis in diem venire nolentibus, nec tertium advocantibus, cum quo ambo vel alter eorum procedat ad decisionem ipsius negotii, ut tenentur, iudex proferat excommunicationis sententiam contra ipsos; quam ipsi tum propter odium, tum propter favorem partium diutius vilipendunt. Quare causam ipsam plus debito prorogata, non procedatur ad cognitionem negotii principalis. Volentes igitur morbo huiusmodi necessarium adhibere medelam, statuimus, ut ipsis arbitris per iudicem competens terminus præfigatur, infra quem in idem conveniant, vel tertium concorditer advocent, cum quo ambo vel alter eorum ejusdem suspicionis negotium terminare procurent. Alioquin iudex ex tunc in principali negotio procedere non omittat. *De appellat. in 6. cap. Legitima.*

5. Judex non potest recusari, nisi causa coram eo assignetur: & quando causa illa recusationis probari debet coram arbitris.

Statuimus, ut, si allegaverit se iudicem habere suspectum, coram eodem causam iuste suspicionis assignet, & ipse cum adversario, vel si forte adversarium non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat, aut si communiter venire non possint, absque malitia ipse unum, & ille alium eligat, &c. Causam vero suspicionis legitimam, coram ipsis infra competentem terminum non comprobata, sua jurisdictione iudex utatur; at ipsa probata legitime, de recusatoris assensu personam idoneam committat negotium recusatus: vel ad superiorem transmittat, ut in eo ipse procedat, secundum quod fuerit procedendum. *De appellat. & c. cap. Cum speciali.*

6. Judex recusatus vel contendens de jurisdictione, non potest prosequi causam, sub pena excommunicationis, & reficiendi damna, & interesse, & absolvi non potest, nisi iis refectis. *Mart. V. const. 3. In Apostolicæ. §. 19. Vide, Judicia. Vide, Judicare. Vide, Appellatio.*

VI. Judex appellationis à quo, & ad quem.

1. Judex à quo, nisi appellans prosequatur, procedit in causa, ac si non esset appellatum. *De appellatione. & c. c. Ad hęc. il. 3. Vide, tit. 1. n. 4. c. Ad aures. Vide,*

Appellatio. tit. 5. n. 3. De appellat. c. Cum speciali. Ex Conc. Lat. 4. c. 48. Vide, Appellatio. tit. 14. n. 9.

2. Judex à quo fuit appellatum de gravamine, si revocat gravamen, prosequitur. *Ibid. c. Cum cessante. Vide, Appellatio. tit. 3. n. 16.*
3. Si iudex à quo remittit totaliter ad appellationem, licet injuste fuerit appellatum, non potest amplius iudicare in ea causa, neque potest ei remitti. *De appellat. & c. in 6. cap. Cum appellationibus. Vide, ibid. tit. 12. n. 4.*
4. Judex à quo est appellatum in una causa, potest iudicare eum in alia. *De appellat. & c. cap. Ad hęc. Vide, ibidem. tit. 5. n. 7.*
5. Judex à quo, non potest præfigere terminum causam faciendam. *Ibid. cap. Ex insinuatione. Vide, ibid. tit. 15. n. 1.*
6. Judex à quo, tenetur dare Apostolos appellanti, aliis irritè procedit; imposterum intra 30. dies tenetur appellans petere, & iudex dare. Idem, si in termino à iudice assignato, Appellans non compareat, vel oblatos recipere nolit. *Clement. De appellat. & c. cap. Quamvis. Vide, Appel. tit. 4. n. 4. Et sequitur.*

Verum si iudex à quo appellatur, certum terminum ad recipiendos Apostolos appellanti assignet, & appellans in assignato sibi termino non compareat coram eo, nec petat Apostolos sibi tradi, appellationi suæ renunciassè videtur. Similiter si iudex appellanti responderit, intra juris terminum Apostolos se daturum, appellationi suæ renunciassè appellans intelligitur, nisi intra dictum terminum congruo loco & tempore, instanter & sæpius, saltem uno contextu petat, Apostolos ab eodem iudice sibi dari; vel si recipere recusat oblatos. *Clement. loc. cit. Eod. tit. in 6. cap. Ut super. & cap. Ab eo. Vide, Apostolos. tit. 3. n. 1. & 3.*

7. Judex à quo, audità appellatione, non potest amplius agere in appellatum, nisi velit relaxare gravamina, si ab eis fuit appellatum. Quia tunc potest citare eum pro revocando gravamine, & si non comparet, iudex potest prosequi. *Ibid. cap. Si à iudice. Vide, Appellatio. tit. 5. num. 12.*

8. Impediens, ne dentur acta appellanti intra mensem, damnatur ad valorem litis. *Concil. Trid. sess. 24. de Reform. cap. 20.*

9. Judex, à quo est appellatum, non potest vocari in resem in causa appellationis.

Statutum est, ut, qui forte in Ecclesia quamlibet causam, jure Apostolico Ecclesiis impositum, agere voluerit, & fortasse de iho Clericorum uni parti displicuerit, non liceat Clericum in iudicium ad testimonium devocari eum, qui præses vel cognitor fuerit, & nulla ad testimonium dicendum Ecclesiastici cuiuslibet personæ pulsatur. *2. q. 6. c. Statutum.*

10. Judex, si ab eo appellatur à sententia interlocutoria & comminatoria, potest procedere in causa. *Conc. Later. 4. cap. 36. Vide, Appellatio. tit. 3. num. 16.*

11. Iudici à quo nihil officit, quod sententia ob appellationem revocetur, nisi iniuriam iudicaverit. *2. qu. 6. cap. Hoc etiam. Vide, ibidem. tit. 9. num. 7.*

12. Judex ad quem, non tenetur obedire iudici à quo, præficienti terminum pro

finienda causa. *De appellat. c. Ex insinuatione. Vide, uti supra. tit. 15. num. 1.*

13. Judex ad quem, parte contumaciter absente potest definire. *Ibid. cap. Per tuas. Vide, Absens. tit. 1. num. 4.*

14. Judex ad quem, acceptans appellationem ex causa probabili, prohibere potest iudici à quo, ne ulterius procedat. *De appellat. & c. in 6. cap. Non solum. Vide, Appellare. tit. 9. num. 9.*

15. Judex ad quem, remittit causam ad priorem, si cognoscit non fuisse gravamen, nec iustam causam appellandi, & ad expensas damnat.

Unde mandamus, quatenus, si quando contigerit, aliquem de Clericis à præfato Episcopo ad tuam audientiam appellare, non ante appellationem admittas, quam tibi constiterit, eam vel à gravamine, vel injusta condemnatione porrectam, alioquin ipsum ad prædicti Episcopi audientiam remittas, appellatione remota, ejus iudicio pariturum. *De appellat. & c. c. Cum in Ecclesia. eod. tit. in 6. c. Cum appellationibus. Vide, Appellatio. tit. 12. n. 4.*

16. Judex à quo, compellere potest appellantem, appellatione contempta, vel eam prosequi, vel stare suo iudicio.

De appellationibus, quæ in causis minimis, &c. (Vide, Appellat. tit. 4. num. 2. & sequitur.) Verum si appellantes suam contempserint appellationem, ut ipsos aut appellationem prosequi, vel iudicio tuo stare, appellatione remota, districtè compellas. *Concil. Later. 3. in append. de Appellat. & c. cap. 10.*

VII. Judex delegatus.

1. Judex delegatus nequit ultra duas dietas eligi, vel trahere, nisi ex consensu partium. *De rescriptis. cap. Nonnulli. Vide, Apostolica Sedes. num. 10.*

2. Impetrans electionem iudicis, non potest eligere eum extra Diocesim, ultra duas dietas. *Ibid.*

3. Judex delegatus quid potest à partibus accipere, & an expensas. Vide, *Delegatus*

4. Judex delegatus, si est necessarius in testem, alius iudex est à delegante subrogandus. *De testibus. c. Dilecto filio. Vide, Delegatus. tit. 3. num. 32.*

5. Judex delegatus, etiam à Papa, non potest citare ad comparandum personaliter, nisi causa sit criminalis, vel pro dicenda veritate, vel pro juramento calumniæ, vel ob alias juris necessitates.

Juris esse, ambiguum non videtur, iudicem delegatum (qui à S. A. mandatum ad hoc non receperit speciale) jubere non posse, alterutrum partium coram se personaliter in iudicio comparare, nisi causa fuerit criminalis, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro juramento calumniæ faciendò, vel aliis juris necessitates partes coram eo exegerit personaliter præsentari. *De iudiciis in 6. c. 1.*

6. Judex delegatus à Papa, non potest subdelegare. *De off. & pot. Jud. deleg. cap. ult. In quibus actionibus non potest subdelegare. Ibidem. Non in absolutione, dispensatione, pœnitentiæ injunctio- ne, &c. Vide, Absolvere. num. ult.*

7. Judex delegatus, commissionem non potest excedere. Vide, *Delegatus*.

8. Judex delegatus potest prosequi causam, si quis impetrat à Papa confirmatio-

nem rei litigiosæ, secus si pacificè possidebat. *Concilium Lateranen. 3. in append. tit. De preeminencia. cap. 10. Vide, tit. 4. num. 8.*

9. Iudici delegato obediendum est ab ordinario. Vide, *Delegatus*.

10. Alia de iudice delegato. Vide, *Delegatus*.

VIII. Judex Ecclesiasticus.

1. Judex Ecclesiasticus potest etiam Reges corrigere ratione perjurii, vel pacis fractæ. *De iudiciis. cap. Novit ille. Vide, Ecclesia. tit. 3. n. 13.*

2. Judex Ecclesiasticus Canonum auctoritate debet uti. *De constitutionibus. cap. 1. Vide, Canonum vigor. num. 10.*

3. Judex Ecclesiasticus gratis debet judicare, nec aliquid exigere.

Nos attendentes, quod ad hoc vobis & aliis Clericis sint Ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honestè vivere debeatis. (*Et infra.*) Ideoque mandamus, quatenus ab huiusmodi exactionibus de cætero abstinentes, vigorem iudicium gratis studeatis litigantibus impetiri; non obstante, quod in fraudem à quibusdam proponitur, quod id exigatur nomine allestorum; cum nec iustum iudicium vendere liceat, & venales sententiæ ab ipsis etiam secularibus legibus reproben- tur. *De vicia & honest. Cleric. cap. Cum ab omni.*

4. Iudici Ecclesiastico non obtemperans, excommunicatur.

Quisquis probatus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ Sedis Episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet. *2. quest. 6. cap. Quisquis.*

5. Judex Ecclesiasticus faciens percutere Clericum per Laicum, etiam jure disciplina, est excommunicatus, ipse & etiam verberans: à Papa sunt absolventi. *De sent. excommunicat. cap. Universitatis. Vide, Excommunicatio. tit. 12. num. 13.*

6. Sacerdos esse non potest iudex in causa mortis. *Concilium Toletanum 4. cap. 21. & 23. quest. 8. cap. Sape Principes. Vide, Episcopus. tit. 71. num. 18. Vide, Clerici in causa sanguinis.*

7. Judex Ecclesiasticus uti potest censuris, verum cautè eis uti debet. Sed si videbitur, solum eis utatur, quando fieri non potest executio realis vel personalis, & adeit contumacia in iudicem. *Concilium Tridentinum sess. 25. de Reform. cap. 3. Vide, Censura.*

8. Iudices Ecclesiastici, in causis civilibus, tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum, possunt uti pœnis pecuniariis, pignorum captione, privatione & aliis. *Ibid. cap. 3.*

9. Iudices Ecclesiastici non possunt impediri à secularibus, ne utantur censuris. *Ibidem. cap. 3.*

10. Iudices Ecclesiastici non debent nimium differre causarum definitiones. *Concil. Trid. sess. 25. De ref. c. 10.*

11. Iudice Ecclesiastico petente auxilium, magistratus secularis seu Princeps tenetur illud præstare; etiam si fiat exceptio de nullitate.

Piissimum quoque Imperatorem nostrum & Principes seculares, quorum ditiones in Provinciam nostram excurrunt, vel intra ejus ambitum continentur, duximus totius Concilii nomine, tanquam justitiae patrocinatores invocandos, ut ditionum illarum Satrias, Praefectis, Judicibus, Magistratibus suisque Vicariis mandare ac praecipere velint, ne Ecclesiastico judici, brachium saeculare petenti, illud denegent, aut cujuscunque exceptionis per reos propositae occasione differant, etiamsi nullitatem exceptio concernat, quemadmodum jure communi cautum est. *Conc. Colonic. 3. tit. De medio sexto. c. 2.*

12. Judex Ecclesiasticus non debet assumi ad judicandas causas, quae spectant ad saeculares, nisi ex consuetudine fiat. *Concilium Moguntinum 4. cap. 76. Vide, Immunitas. num. 15.*

Vide, *Episcopalis dignitas. Vide, Episcopi jurisdictio.*

IX. Judex saecularis.

1. Judex saecularis non potest Episcopos, aut alios Clericos, vel eorum causas judicare. Excommunicatus est.

Præterea pervenit ad nos, quod quidam Clericorum, te illic posito, à Laicis teneantur. Quod si ita est, tuæ hoc culpæ noveris reputari, qui hoc fieri, si homo es, non debuit, & ideo de cetero sollicitudinem te habere necesse est, ut hoc fieri non permittas; sed si quis contra aliquem Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat. Qui si forte suspectus fuerit, executor, vel ab ipso, aut si & hoc actor refugerit, à tua est experientia deputandus, qui partes sibi mutuo consensu judices compellat eligere, à quibus, quidquid fuerit definitum, ita vel tuâ vel Episcopi sollicitudine, servatâ lege, modis omnibus compleatur, ut non sit, undè se possint litigiis fatigare. *Gregor. I. lib. 9. epist. 74. 11. quæst. 1. cap. Nemo. & cap. Nullus. de Foro competenti. cap. Nullus judicium. Vide, Clericus. tit. 35. num. 1. & 2.*

Ecclesiastica jurisdictio à saeculari distincta dignoscitur, & una per alterum impediti non debet, sed potius adjuvari. Quia verò nonnulli saeculares judices, statuta Canonum circa hoc edita contemnentes, Clericos & alias personas Ecclesiasticas super rebus suis & causis Presbyteralibus injuriose compellunt, coram se in judicio litigare; statim, & universis Prælati in vicinâ sanctæ obedientie præcipiendo, mandamus, ut statum sel. rec. Bonifacii Papæ VIII. quod incipit: Quoniam, ut intelleximus, in suis Conciliis & Episcopaliibus Synodis & in Ecclesiis etiam suarum Diocesium, ubi expedire viderint, faciant publicari, prædictosque judices excommunicatos publicè nunciari. *Concilium Sabinense cap. 4. Greg. XIV. const. 7. Cum alias. Vide, Excommunicati. Bullæ Cæne.*

2. Judex saecularis judicans in causa Ecclesiastica, absque licentia Episcopi, excommunicatur.

Quicumque Judex aut saecularis Presbytero aut cuilibet de Clero, aut de junioribus, absque audientia Episcopi, aut Archi-Diaconi, vel Archi-Presbyteri injuriam inferre præsumpserit, anno ab omni Christianorum consortio habeatur extraneus. *Conc. Antifundrense. cap. 43.*

3. Judicem saecularem adiens Clericus, excommunicatur. *21. qu. 5. cap. Si quis à proprio. cap. Placuit. Vide, Clerici. tit. 35. n. 5.*

4. Judex saecularis requisitus ab Episcopo, ut expediat causas pupillorum, pauperum, &c. tenetur obedire, alias excommunicatur. *23. qu. 5. cap. Administratores. Vide, tit. 2. n. 8.*

5. Judex saecularis condemnans Clericum,

judicandus est à judice Ecclesiastico, & condemnandus in expensis & damnis. *De Injur. & dam. data. cap. Olim. Vide, Episcopus. tit. 61. n. 6.*

6. Judex saecularis compellens Clericum ad solvenda debita, punitur à judice Ecclesiastico per censuras.

Sæculares judices, qui (licet ipsis nulla competat jurisdictio in hac parte) personas Ecclesiasticas ad solvendum debita (super quibus coram eis contra ipsas earum exhibentur literæ, vel probationes aliæ inducuntur) damnabili præsumptione compellunt: à temeritate hujusmodi, per locorum Ordinarios censurâ Ecclesiasticâ decernimus compescendos. *De Foro competenti. in 6. cap. Sæculares.*

7. Judex saecularis compellendus est ab Ecclesiastico, ad obedientiam juris Canonici. *De jurejurando. in 6. c. Licet mulieres. Vide, Causa Ecclesiastica. n. 3.*

8. Judex saecularis compellendus est ab Ecclesiastico, ad repellendos excommunicatos à judiciis & activis causis. *De Sent. excommun. cap. Decernimus. Vide, Excommunicati. tit. 11. n. 29.*

9. Judex saecularis tenetur statim dimittere Clericos. *Vide, Clericus. Vide, Excommunicati. in Bulla Cæne. Vide, Clerici quoad forum. Vide, Clerici immunitas. Vide, Clerici privilegia.*

10. Capiens Clericum in delicto, vel cum armis, etiam sine habitu Clericali, requisitus tenetur eum dare Superiori, sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ.

Sæculares Potestates, seu Rectores, vel Judices, quocunque locorum Provincia Ravennat. qui Clericos per ipsos seu ipsorum familias cum armis vel aliis excessisse, & maxime in habitu Clericali repertos, detentos retinent, & ad Diocesana Episcopum remittere denegant, requisiti; seu qui Clericos ipsos, si eisdem remitti per eos forte contigerit, in scandalum & opprobrium Ordinis Clericalis, tubis præcedentibus & tubantibus, armis apud ipsos inventis, ad eorum collum appensis, & cum multitudine armatorum seu aliis inhonestè, ad eundem transmittunt Episcopum: declaramus præsentis auctoritate Concilii excommunicationis vinculo innodatos, & eorum sententias & processus per ipsos, seu auctoritate ipsorum latas, & factos, ex tunc fore censens invalidos, donec satisfactione præstitâ, à prædicta excommunicationis sententia per Sedem Apostolicam duntaxat absolutio- nis beneficium meruerint obtinere. *Conc. Ravennat. 4. sub Joann. II. cap. 18.*

11. Judex saecularis tenetur statim recipere hæreticos ab Inquisitoribus relaxatos curiæ saeculari. *Conc. Constant. sess. ult. in const. Mart. V. Vide, in Bullario. Innoc. IV. const. 9. Ad extirpanda. Et statim exequi. De Hereticis. in 6. cap. Ut inquisitionis Officium. Vide, Episcopus. tit. 17. n. 13. Innoc. VIII. const. 10. Dilatus. Sub pœna excommunicationis. Ibid.*

12. Judex saecularis, admittens appellationem à judice Sedis Apostolicæ, excommunicatur in Bulla Cæne, sic Notarii aut alii ministri. *Vide, Excommun. in Bulla Cæne.*

13. Judex saecularis avocans causam à judice Ecclesiastico sub quovis prætextu, excommunicatur in Bulla Cæne. *Ibid.*

14. Judex saecularis, quando potest procedere contra novitum, qui, cum esset criminofus, ingressus est Religionem. *Sixtus V. const. 71. §. 17.*

15. Judex Laicus non cognoscit causas hæretis, neque Ecclesiasticorum, vel Militum S. Joannis Jerosolymitani, nec Regularium. *Gregor. XIV. constitut. 7. Cum alias.*

16. Judex saecularis, judicans causam Clerici, etiam eò consentiente, excommunicationem ipsò factò incurrit, & est nulla.

Significaverunt nobis Abbatissa & moniales monasterii JESU Christi, Cistercien. Ordinis, quod, cum Albricus Medicus Papien. eas coram Consulibus Papien. super quadam summa pecuniæ traxisset in causam, metuentes ipsæ illorum consuetam malitiam, quæ diu contra Clericos & Ecclesias noscitur feruisse, cum timor ex veteri, faciat ventura timeri, coram eisdem Consulibus litem super hoc contestatæ fuerunt, qui peperam præcedentes, iniquam contra eas super sortem ac usuras diffinitivam sententiam promulgarant: undè humiliter petierunt, ut, cum id fuerit contra libertatem Ecclesiæ attentatum, quia Ecclesiasticæ personæ non solum invitæ, sed etiam voluntariæ non possunt, ut judicium subeant saeculare, pacifici, cum non sit personale hoc beneficium, cui renunciari valeat, sed indultum potius toti Collegio Ecclesiastico, cui privatorum pactò derogari non potest, subveniri sibi in hac parte misericorditer dignemur. Quia verò sententia, quæ à non suo iudice promulgatur, nullius debet esse momenti, Discr. vestræ mandamus, quatenus, si est ita, sententiam Consulium prædictorum invalidam penitus, & nullas habere vires, auctoritate Apostolicâ denunciatis, audituri postmodum, si quid in præfatum Medicum & moniales ipsas fuerit quaestio- nis, & illud appellatione postpositâ decisuri. *Honorius III. ex Cirone. tit. De judiciis. cap. 4. Conc. Moguntinum. 4. cap. 76. Vide, Immunitas num. 15.*

17. Judex saecularis judicans causam matrimonialem, vel alias spirituales, excommunicationem ipsò factò incurrit. *Concil. Mogunt. 4. ibid. Vide, Matrimoniales causæ. Vide, Clerici, à quo judicandi.*

X. Judex quoad alia.

1. Judicis verbo credendum non est, licet magnæ auctoritatis sit, exceptò Papâ. *De testibus. cap. Cum à nobis. Vide, Credere. num. 5.*

2. Judicem verbis offendens, puniri debet à Superiore.

Nè judicialis evanescat auctoritas, cum de litigatoris improbitate constiterit, adversus assertionem judicis temerè prorumpentis: juxta superioris arbitrium, dignâ poterit animadversione puniri. *De Paris. cap. Dilectus.*

3. Judex non tenetur appellantem recedentem citare, & validus est processus. *De dolo & contum. cap. fin. Vide, Citatio. n. 2.*

4. Judicis mandarum exequens, dolum non committit.

Quod quis mandatò facit judicis, dolo facere non videtur: cum habeat parere, necesse. *De regulis Jur. in 6. reg. 24.*

5. Judicis officium implorari non potest, sine litis contestatione.

Judicis officium ubicunque pro actione proponitur, veluti cum institutio in integrum principaliter postulatur, litis contestationem exposcit, alias antea & post ingressum cause potest ad hoc sine litis contestatione habere recursus. *De offic. Jud. Ord. c. 2.*

6. Judicis ordinarii decreto standum est,

donec probetur contrarium. *De Probationibus. cap. Post cessationem. Vide, Excommunicati. tit. 11. n. 30.*

7. Judex contendens de jurisdictione. *Vide, Judex recusatus.*

8. Judex in causa mortis esse non potest Sacerdos. *Concil. Toletanum. 4. cap. 31. 23. qu. 8. cap. Sæpe Principes. Vide, uti tit. 8. num. 6.*

9. Judicis sententia lata contra absentem, in causa matrimoniali non contumacem, non valet.

Tenor litterarum tuarum ostendit, quod, cum inter R. & M. mulierem quaestio matrimonii verteret, & Theatino Episcopo commissa fuisset: idem eundem R. muliere absente, ab impetitione ipsius absolvit. Cæterum eadem mulier à nobis ad te litteras impetavit, ut de causa cognosceres, & eam sine debito terminares, &c. Inquisitioni tuæ taliter respondimus: quod (non obstante illicitâ absolutione, quam Episcopus fecit) in causa procedas: eidem R. sub pœna excommunicationis archius interdicens, nè ad eam, quam superinduxit, accedat, priusquam fuerit causa decisa. *De Sentent. & rejudicata. cap. Tenor. Vide, Laicus. Vide, Laicus Judex.*

XI. Judices conservatores.

1. Judices conservatores concessi sunt Mendicantibus Regularibus, ut eorum privilegia defendant in suis litibus contra quoscunque. *Extra. de Judiciis. cap. Frequentes. Vide, Conservatores. tit. 2. n. 2. Conc. Trid. sess. 14. de Reform. c. 5.*

2. Judices isti non possunt aliquem trahere, ultra duas dietas, & quænam sit auctoritas ac potestas eorum, & quomodo debent causas terminare. *ibid. cap. Frequentes. ibid. & de Rescriptis. in 6. cap. Statutum. Vide, Ador. n. 24. & 25.*

3. Judices conservatores eligi non possunt à Regularibus, neque ab aliis, nisi illi, qui habent qualitates & conditiones, præscriptas à Bonif. VIII. in c. Statutum. *De rescriptis. quod habeatur sub P. A. S. num. 5. in 6. Greg. XV. const. 9. Sanctissimus. Regularis, qui aliter faciunt, privantur activâ & passivâ voce, & aliis pœnis subjacent, ac per annum careant judice conservatore. Episcopi in Synodis debent eligere plures personas, quæ habeant conditiones, præscriptas ibi à Bonif. VIII. Et si aliquis interim moritur ex electis, eligant alii, ut ex illis electis Regulares eligant, quem volunt. Ibid. §. 5. Intra tempus determinatum debent illum eligere Regulares. Ibidem. §. 6.*

4. Judices conservatores semel electi & deputati, intra quinquennium non possunt removeri, nisi ex causa, à Papa, vel Ordinario, vel eisdem Regularibus approbanda. *Ibid. §. 8.*

5. Judices præfati, nihil possunt facere in causis, in quibus Regulares, vel alii exempti, quibus patrocinantur, sunt actores, sed solum quando sunt rei vel accusati. *Ibid. §. 9.*

6. Si inter judices conservatores & ordinarios nascitur lis de jurisdictione, non

procedatur, donec per arbitros terminetur, quid de jure. *Ibid.* §. 10.

7. Judices conservatores, si excedunt limites suae potestatis, per annum privantur officio, pars vero, quae id procurat, incurrit excommunicationem. *Ibidem.* §. 11.
8. Si judices conservatores non sint Doctores, uti debent Assessorum Doctores, & juxta hujus sententiam judicent. *Leo X. const. 10. Regimini.*
9. Judices conservatores non possunt tenere tribunal erectum, nisi pro miserabilibus personis. *Conc. Trident. sess. 14. de Ref. cap. 5. Vide, Conservatores. Vide, Litterae conservatoriae. Vide, Regulares.*

XII. Judices Romae.

1. Judices Capitoli Ripae, & de Sabellis (olim) atque alii, quas causas possunt expedire. *Julius II. const. 28. Decret. Pius IV. const. 58. Cum ab ipso.*
2. Judices criminales Romae, quas facultates habent. *Paul. V. const. 71. tit. De iudicibus criminalibus.*
3. Judices civiles, quas causas judicare possunt Romae. *Ibidem. tit. De iudicibus civilibus.*
4. Judices criminales & civiles, quid habent commune Romae. *Ibid. tit. Communia iudicium omnium.*
5. Judex beneficalis confidentiae & Simoniae, de novo instituitur. *Sixtus V. const. 47. Divina. Hoc officium est vacabile. Ibid.*
6. Judex hic habet facultatem in omnes causas, quae habent connexionem cum Simonia, & in omnes personas, etiam Episcopos, Patriarchas & Cardinales. *Ibidem. Forma cognoscendi causas. Ibidem.*
7. Judices, & ministri, seu officiales eorum, nihil possunt accipere, nec acceptare pro iustitia, pro defensione, vel redimenda vexatione, sub poena excommunicationis Papalis. *Vide, Sedes Apostolica, diffuse.*
8. Judices Romae quicumque non possunt concedere mandata, de capienda possessione beneficiorum vigore supplicationum, nisi litterae Apostolicae sint expeditae, sub poena excommunicationis Papalis & pecuniaria. Possessio est nulla, & fructus non sunt possidentis. *Paulus III. const. 49. Cum nobis. Vide, Beneficiorum possessio.*

Judicia.

1. Judicium ex quatuor constat. In omni quoque negotio haec personae quaeruntur: iudex, accusator, reus & tres testes. *De verborum significatione. cap. Forus.*
2. Judicium fieri non potest praecipitanter, sed cum deliberatione & maturitate. Rationabiliter faciendum. *6. qu. 1. cap. DEUS omnipotens. Ex Evaristo ep. 1. Conc. Triburien. cap. 22. Vide, Causa. tit. 6. num. 1.*

Si enim Dominus omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad caelum usque pervenerat, omnia sciens, prius nec credere, nec judicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quae audierat, opere veraciter cognosceret: multo magis nos humani & peccatores omnes, quibus incognita sunt occulta iudicia DEI, & haec praecavere, & nullum ante veram iustamque probationem judicare aut damnare debemus, manifeste Apostolo dicente Paulo: (Tu quis es, qui iudicas servum alienum? Suo enim Domino stat, aut cadit.) *Evaristus. ibid.*

Quapropter non tam temere (ut vos facitis) quicquam suam praesumat evomere iniquitatem; sed iudicantem cuncta oportet rimari, & ordinem rerum plenam inquisitione discutere; nec de illis, quae ei inconcessa sunt, ullum modo iudicium praesumere, &c. *Julius I. epist. 2. cap. 31. §. 30. qu. 5. cap. iudicantem. Vide, Damnare. num. 4. 2. qu. 1. cap. Inprimis. Vide, Episcopus. tit. 30. n. 22.*

3. Judicium sine iracundia faciendum, alias malum est.

Differ tempus furoris, & cum tranquilla mens fuerit, quod placet, vindica. Ira enim in vindictam malorum sequi debet rationem animi, non praere, ut quasi ancilla iustitiae post tergum veniat, & non lasciva ante faciem prorumpat. Aliquando vero ostendenda est, sed non exhibenda. Aliquando exhibenda est, sed nunquam sequenda. Quando enim in executione iustitiae placata mente irascimur, iracundiam & non sequimur, & exhibemus. *Greg. I. lib. 8. ep. 51. 11. qu. 3. cap. iudicare. Vide, Injustum. n. 1.*

4. Judicium iniustum non faciendum ex iusto, vel metu alterius, alias est invalidum.

Nulli Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti licet aliquid contra mandata Divina praesumere. Injustum ergo iudicium & diffinitio iniusta; Regio metu, aut iusto, aut cuiuscunque Episcopi aut potentis a iudicibus ordinata, vel acta, non valent. *Calixtus Lepista. Conc. Romanum 6. sub Symmacho. §. Adrianus I. in Decretis. c. 79.*

5. Judicium fieri non potest inaudita parte.

Legali provisione decretum est, tam momenti, quam proprietatis causam sub uno eodemque iudice debere cognosci, nec nos contra inauditam partem aliquid possumus definire. *De Causa possessionis &c. c. 1.*

Sed quia una pars sine altera facile audiri non debet, &c. *Joannes VIII. ep. 2.*

Ceterum, ut cum sancto Leone Papa dicamus: Nos, qui Sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuiusquam partis praedictum diffinire, priusquam universa, quae gesta sunt, veraciter audiamus. *Idem ep. 34.*

6. Judicium factum absente reo, est nullum.

Pari ratione decernimus, non credi accusatori, qui absente adversario causam suggerit, ante utriusque partis discussionem. Nec accusatores vel testes suscipi, qui non sunt idonei. *Julius I. ep. 2. cap. 9.*

Caveant iudices Ecclesiae, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit quippe & rationem pro actione reddent in Synodo, & ut proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur. Non enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille, qui injuriam ejusque sustinet nequitiam. *Idem loco citato. cap. 24. Concil. Nicenum 1. Ex eodem. cap. 22.*

Revera iustus mediator non est, qui uno litigante & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat. *Nicolaus I. in Decretis. tit. De iudicis. c. 8. §. 3. qu. 9. cap. Revera.*

Indicas, Hermannum Episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum, pro quibus, quia ex parte ipsius persona deest, nos uni parti ad discrimen alterius credere, procul dubio non possumus. *Ibidem. cap. 9.*

Necesse est, secundum sacrarum Scripturarum documentum, ac secundum iustitiae tramitem, & accusatum,

rum, & accusatorem simul adesse, & unam partem quantacunque & qualicunque praedita sit autoritate, sic profus audiri, ut alteri parti nullum praedictum irrogetur. *ibid. cap. 10. 3. qu. 9. cap. Absens. cap. Omnia. cap. Habetur. cap. Nec extra. Vide, Absens. n. 1.*

7. Judicium fugiens vocatus, fit suspectus.

Decuerat ergo, ut ad regularem veniretis convocationem, qualiter de his, & de aliis vestris praesumptionibus, veram redderetis rationem; quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret, & nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum qui est innocens, ut absolvatur, requirit, nec suspitione caret, qui alium calumniis derogat falsa dixisse, cum ipse ad iudicium, ne probeat, quae intulit, evocatus, venire distulerit, &c. Sanè manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui toties evocati, absque inevitabili causa venire distulerunt, & purgandi se voluntate non utuntur. Nam si de vestris dictis consideretis, etiam in faciem probare non distulissetis. *Julius I. ep. 2. In Proemio. §. cap. 7.*

8. Judicia non admittunt exceptionem personarum.

In iudiciis non est acceptatio personarum habenda. *De reg. juris. in 6. reg. 12.*

Deinde simili vos obtestatione conjuro, vel obsecro, ut nullus vestrum in iudicando vero ostendenda est, sed non exhibenda. Aliquando exhibenda est, sed nunquam sequenda. Quando enim in executione iustitiae placata mente irascimur, iracundiam & non sequimur, & exhibemus. *Greg. I. lib. 8. ep. 51. 11. qu. 3. cap. iudicare. Vide, Injustum. n. 1.*

9. Judicium ferri non potest ante cognitionem & intellectum causae.

Ubi est illud: Priusquam agnoscas, ne iudices quemquam. *Ex libello Ewaldi pro Symmacho, in Conc. Romano 4. dist. 29. cap. Sciendum. Vide, Canonis. tit. 2. n. 3.*

10. Judicium nequit fieri ex suspitione. 2. q. 1. cap. Primo semper. Vide, Damnare. tit. 1. num. 5.

11. Judicium fieri non potest in die Dominico, neque ab Episcopo.

Ut nullus Episcopus, vel infra positus, die Dominico causas judicare praesumat. *Adrianus I. in Decretis. cap. 64. 15. qu. 3. cap. Nullus Episcoporum. ex Conc. Tarraconen. cap. 4. Vide, Dies Dominica. n. 3. Concil. Arelaten. 4. cap. 16. Vide, Dominica dies. n. 4. Nicolaus I. Ad consulta Bulgarorum. cap. 12. Vide, Festa. num. 12.*

12. Judicium fieri non potest in feriis, neque ex consensu partium. *De Ferijs. cap. fin. Vide, Festa. n. 13.*

13. Judicia magna cum deliberatione facienda.

Nunquam temere, quae sunt diu tractanda, sinuntur; nec sine magna deliberatione statuendum est, quod debet discipulari iudicio. *Zosimus ep. 10.*

14. Judicium factum contra Ecclesiam Sede vacante, non tenet. *Ne Sede vacante. cap. final. Vide, Episcopus. tit. 85. num. 3.*

15. Iudicii Sedis Apostolicae tela excommunicati, Principum tegmine perperam reparare nituntur.

Verum his ita se incunctanter habentibus, constat eos, qui semel a Sedis Apost. Praesulibus perculli sunt, sententia illius hodieque constringi: ita ut eorum nonnullos quidem prolata contra se iudicii tela, Principum tegmine munitis, non statim sauciaverint, quandoque tamen medullitis penetraverint, nonnullos autem etiam post mortem susceptam, cunctis execrabiles omnino reddiderint. Quotquot autem in ipsa communiione Sedes Apost. tenuit, aut dum viverent, ab Ecclesia sunt universali recepti, aut postmodum ab ea summa celebritate reerenti. Praeterea illos, in quorum dominatione non conlensit, singulari prerogativa distulit. Quae ut manifestius prudentia tua cognoscat, ex his pauca commemorare studebimus. *(Sequentia. Vide, sub Verbo Excommunicatio. tit. 18. n. 1.) Nicolaus I. ep. 9.*

16. Judicium retractari potest, melius examinata causa.

Grave non oportuit videri piissimis mentibus vestris, cuiuscunque retractari iudicio, quia veritas sapientius exagitata, magis splendescit in luce, & pernicies revocata in iudicium gravius, & sine illius, qui primo iudicavit, poenitentia, condemnatur. Nam fructus divinus est, iustitiam sapientius recenseri. *Innoc. I. ep. 7. 35. qu. 9. cap. Grave.*

17. Judicia saecularium nec in Ecclesiis, nec in atris earum fieri possunt. Neque in coemeterio.

Ut placita publica, & saecularia, neque in atris Basilicarum, neque in ipsi Basilicis fiant, dicente Domino: Domus mea orationis vocabitur. *Conc. Arelaten. 4. cap. 22.*

Præcipimus, ut in Ecclesiis, aut in domibus Ecclesiarum, vel atris, placita saecularia minimè fiant. *Conc. Mogunt. cap. 40.*

Queritur siquidem supra dictus frater noster, multas in locis sacris violentas, multaque alia contra Dei timorem, Africanos iudices exercere. *Greg. I. lib. 9. ex regest. ep. de Immunit. Ecclesiae. cap. Cum Ecclesia. Vide, Causa. tit. 7. n. 1. §. in 6. cap. Decret. §. Ordinarii. Vide, Ecclesia. tit. 47. n. 31.*

18. Judicia facienda, ubi crimen est commissum. Nunquam extra Provinciam.

Nec extra propriam fiat Provinciam prima discussione accusatio, sine Apostolica praecceptione, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, quoniam & antiqua docet hoc Patrum regula, in qua & Imperialia pariter Statuta continentur. Criminum, inquam, discussio ibi agenda est, ubi crimen admissum est: Nam alibi criminum reus prohibetur audiri; & alibi in Canonibus praecipitur: Quaecunque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda sunt. *Damasus. ep. 4. 3. qu. 6. cap. Ibi semper. Conc. Nicen. 1. §. Jul. I. cap. 15. Vide, Causa. tit. 5. n. 6.*

Judicia fieri non possunt extra Provinciam, sine licentia Papae. *3. qu. 6. cap. Unaqueque. Vide, Causa. tit. 5. n. 3.*

19. Judicium fieri non potest, nisi praecedente accusatione. 2. qu. 1. cap. Nihil contra. Vide, Accusator. tit. 1. n. 5.

20. Judicium fieri non potest ante examen.

Eorum qui accusantur, causas discutere non licet, priusquam canonicè vocati ad Synodum veniant, & praesens per praesentem agnoscat veraciter & intelligat, quae ei obijciuntur. Quod bene & per sapientiam Salomonis dicitur: (Antequam seruteris, ne reprehendas. Intellege prius, & tunc incepta. Antequam audieris, ne respondeas.) Et licet aperissima sit contrariorum reprehensio, verumtamen oportet ab his, qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem servari. *11. qu. 2. cap. Eorum.*

21. Judicium fieri debet per productionem partium utriusque partis.

Judicium finium regundorum tale est, ut in eo utraque persona vices duorum habeat, videlicet actoris, & Rei: unde hinc inde testes produci possunt, ad cognitionem iudicis instruendam, quibus examinatis, iudex, quos percellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admitrat. Quod si ambarum partium testes sint aequè idonei, possessoris testes praefertuntur, cum promptiora sint iura ad absolvendum, quam ad condemnandum, praeterquam in liberali causa, in qua si utriusque partis testes aequales fuerint, pro libertate sententia profertur. Nam possessori probationem aliquando dari, juris manifesti est, cum iure cautum sit, quod dum viverent, ab eorum examinationem, ordinem servari. *11. qu. 2. cap. Eorum.*

22. Judicium pervertens ex passione, damnatur.

Quicumque aut consanguinitate, aut amicitia, & e contrario, vel hostili odio, vel inimicitia, in iudicando ducitur, pervertit iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in amaritudinem. 11. q. 3. cap. Quicumque aut.

Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem, quam Deum; uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. ibidem. cap. Quisquis.

Nemo peritorum aut prudentium putet, quod minus sit periculum in verbis, lingua mentiendo, quam manibus, sanguinem fundendo. Melius est autem, pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione recipere beneficium. ibid. cap. Nemo.

Unicuique providendum est, ne aliquem iniuste persequatur, iudicet, vel puniat, ne JESUM persequatur, iudicet, vel puniat. ibid. cap. Unicuique.

23. Iudicium sanguinis fieri non potest in locis sacris.

Et his duximus ad iungendum, ne iudicium sanguinis in locis sacris tractetur, scilicet in Ecclesia, vel coemeterio. Conc. Oxoniens. cap. 1.

24. Iudicium factum contra statuta Apostolica, est nullum, 25. qu. 1. cap. Omne. Vide, Imperator. tit. 2. n. 14.

25. Iudicium fieri non potest ex dicto unius testis.

Si prefata femina aliquod invidiosè objectum crimen quoquò modò fuerit, vos Deo præ oculis habitò hoc non admittatis, & si accusator illius in sua obstinatione permanferit, tam accusata, quam accusator in nostram cum vestris pariter Missis accelerent propere presentiam. Verumtamen, si accusator ejus defuerit, jam illa crimina ille coram nobis veniens, non tenebitur secundum Carthag. Conc. 19. capite 1. Cum ita, inquiens: Accusator ejus si nunquam diebus cause dicende defuerit, à communione non removeatur, restititò in communione accusatò, ipse removeatur à communione accusator. Joan. VIII. ep. 226. Concil. Later. 3. in append. tit. de Judicis. cap. 2. Vide, Testes. tit. 2. n. 3. Vide, Sententia.

26. Iudicium fieri nequit, nisi precedant indicia. 30. q. 5. cap. Judicantem. Et debent esse certa. 11. q. 3. cap. Quamvis. Vide, prout sup. Vide, Indicia. num. 1. & 2.

27. Iudicium semel factum retractari non potest, nisi per auctoritatem majorem. 6. quest. 4. cap. Quod bene. Vide, Definita. num. 3.

28. Iudicium nequit fieri ab alieno Episcopo. 6. quest. 3. cap. Scriptum est. Vide, Episcopus. tit. 15. n. 18.

29. Iudicium fieri non potest de dubiis & incertis, nisi manifestis indicis probentur. Concilium Nicenum 1. ex Julio I. cap. 17. 2. q. 1. cap. Nomen. ex eodem Conc. cap. 17. Vide, Incerta. n. 1. 30. qu. 5. cap. Judicantem. Vide, Dammare. tit. 1. n. 4.

30. Iudicium temerarium iudici nocet. Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei, de quo temerè iudicatur. Ei autem qui temerè iudicat, ipsa temeritas, necesse est, ut noceat. 11. q. 3. cap. Temerarium.

31. Iudicium fieri simpliciter, & de plano, aliud non est, nisi quòd iudex non exigit libellum contestationis litis: tempore feriarum potest procedere: potest dilaciones inutiles amputare, abbreviare litem, dilatorias appellationes, & alia similia ommittere, quæ non pertinent ad substantiam iudicii.

Sapè contingit, quòd causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicii, procedi mandamus, &c. Sancimus, ut iudex, cui taliter causam committimus, necessariò libellum non exigar, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum, ob necessitates hominum indulgarum à iure, procedere valeat: amputet dilacionum materiam, litem, quantum poterit, faciat breviorum, exceptiones, appellationes dilatorias & frustratorias repellendo, partium, advocatorum & procuratorum contentiones &urgia, testiumque superfluum multitudinem refrenando. Non sic tamen iudex litem abbreviet, quin probationes necessaræ & defensionem legitimam admittantur. Citationem verò, ac præstationem iuramenti de calumnia, vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet, pro parte agentis, & etiam rei: si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, sive scriptis, sive verbò: actis tamen continuò (ut super quibus positiones & articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & ut fiat definitio clarior) inferenda. Et quia positiones ad faciliorem litem, propter partium confessiones & articulos, ad clariorem probationem usus longævus in causis admittit: nos usum huiusmodi observari volentes, statuimus, ut iudex sic deputatus à nobis (nisi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum simul utrisque terminum dare possit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes uti volunt in causa, post dationem articulorum diem certam, quancumque sibi videbitur, valeat assignare, eò salvò, quòd ubi remissionem fieri contingeret, pro testibus producendis, possint etiam instrumenta produci, assignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes, sive ad earum instantiam, sive ex officio, ubicumque hoc equitas suadebit. Clement. de Verborum signifi. cap. finali.

32. Iudicium non potest mutare Clericus, accipiendo aliquid à Laico, ut illud mutet, & trahat Laicum ad Ecclesiasticum iudicium.

Ex parte Scabinorum Hipretis fuit propositum, quòd inter Laicos ejusdem loci, quæstionibus emergentibus dirimendis per iudicium seculare, quidam Clerici sibi donò, vel pretiò, ab aliquibus Laicorum ipsorum cedi faciunt actiones; ut adversarios ad Ecclesiasticum forum trahant, & prædam ex huiusmodi commercio assequantur. Cum igitur cessiones & emptiones litium legitimæ prohibeant Sanctiones, ita quòd iacturà cause afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter advocare præsumunt; & ex eo sint etiam odiosæ, quòd ex fonte cupiditatis videntur procedere: Mandamus, quatenus Clericos memoratos à præsumptione huiusmodi per censuram Ecclesiasticam compescatis. De alienat. iudicii mutandi causa. c. fin. Ex parte Scabinorum.

33. Iudicium factum inter alios, nulli generat præiudicium.

Hospitalæ prædictum cum pertinentiis suis, Hospitalatis S. Sepulchri adjudicare curavimus: ita quòd per hanc sententiam Diocesano Episcopo, & Plebano di Pisciæ, nullum præiudicium generetur: cum res inter alios acta, non debeat aliis præiudicium generare. De donationibus. c. Inter dilectos.

34. Iudiciorum acta scribi debent omnia per Notarium, aliàs non creditur processui. Possunt etiam scribi per duos idoneos viros simul. De probationibus. cap. Quoniam contra. Vide, Acta. n. 1.

35. Iudicium nequit remitti ad iudicem, à quo fuit appellatum.

Quia verò absentibus partibus veritatem nequivimus plenariè indagare, nec causam ipsam ad se remittere, à quo pars mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse, eam venerabilibus Fratribus no-

stris, &c. Episcopis duximus committendam. Conc. Later. 3. in appendice. tit. de Sponsalibus. c. 20.

36. Iudicium sanguinis nequit fieri à Clericis. Concilium Toletanum 4. c. 31. 23. qu. 8. cap. Sapè. Vide, Episcopi. tit. 71. num. 8. cap. His à quibus. Vide, Clerici. tit. 25. num. 1.

In Archiepiscopatu tuo dicitur contigisse, quòd quandoque Sarraceni mulieres Christianas rapiunt, & pueros, & eis abuti præsumunt, & quosdam etiam interdum occidunt. Cum autem excessus huiusmodi Charissimus in Christo filius noster, Illustris Rex Sicilia, tibi, & aliis personis Ecclesiasticis, quæ Pontificali supereminet dignitate, commisit puniendos: quid de Sarracenis agendum sit, qui fuerint in nefario scelere intercepti, nos duxit prudentia tua consulendos. Super quo utique tuæ consultationi taliter respondemus. (Sequentia vide sub verbo Episcopus. tit. 71. n. 11.) Concil. Lateran. 3. in append. parte 50. cap. 48. Vide, Sacra persona. Vide, Ecclesiastici.

37. Neque iudicium mutilationis. ibidem.

38. In iudicium vocare proximum, non est malum, etiam si damna ex eo sequantur.

Si proximum voco in jus, si ei damna procuro, quæ necessariò vocationem illam pratorialem sequuntur, si etiam tanquam Ethnicum omni Sanctorum confortiò & participatione totius Ecclesiæ eum privatum iri obtineo, quomodo non facio injuriam, qui iniustitiam peto? Quomodo mandatum Dei non solvo, qui sanctam inter me & Fratrem dilectionis necessitudinem violo? Concil. Seronien. cap. 17. in fine. Inter errores damnatos ibi relatos.

Judicari, & Judicare.

1. Judicare non licet in die festo. De ferijs. cap. 1. Omnes. Vide, Dies Dominica. n. 3. Vide, Iudicium. Vide, Festa.

2. Judicare bene non potest, qui furorem, vel odium habet.

Judicare de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur. 11. q. 3. c. Judicare.

Tunc vera est absolutio præsentis, cum interni sequitur arbitrium iudicis. ibid. cap. Tunc vera.

3. Judicare possunt extra territorium Episcopi, si sunt expulsi, & quomodo. Clement. de Foro competentis. c. unico. Vide, Citatio. num. 23.

4. Judicari non possunt manifesta, absque accusatione.

De manifesta & nota pluribus causa non sunt querendi testes, ut S. Ambrosius in Epistola ad Corinthios sententiam dixit, de fornicatore sententiam exponens Apostoli: Iudicis, inquit, non est, sine accusatore damnare, &c. (Et infra.) Omnes enim crimen ejus sciebant, & non arguebant. Publicè enim novercam suam, locò uxoris, habebat. In qua re neque testibus opus erat, neque tergiversatione aliquà poterat regi crimen. 2. q. 1. c. De manifesta.

Scelus, quod Lotharius Rex (sitamen Rex veraciter dici possit, qui nullò salubri regimine corporis appetitum refrenat, sed lubrica enervatione magis illicitis ejus motibus cedit) in duabus feminis, Thierberga scilicet & Gualdrada commisit, omnibus manifestum est. Sed & dudum Episcopos Thiergandum, & Gunterium, in tali facto cum habuisse tutores atque fautores, penè totus nobis Orbis undique ad limina, seu Sedem confluens Apostolicam, referebat. Igitur decernente nobiscum Sancta Synodò, in præsentia depositi, & ab officio sacerdotali excommunicati, atque à regimine Episcopatus alienati, indubitanter existunt. ibidem. cap. Scelus. c. Manifesta. & cap. Que Lotharius. Vide, Accusare. tit. 5. n. 8.

5. Judicari nequit absens.

Placuit, ut nullus Episcopus quemquam Clericum, aut damnate, aut judicare præsumat, nisi accu-

satus legitime, accusatores præsentis habeat, locumque defendendi accipiat ad ablucenda crimina. Adrianus I. in decret. cap. 22. 3. q. 9. cap. Non oportet. cap. Omnia. cap. Habeatur. cap. Nec extra. cap. Qui accusare. cap. dignum. cap. Revera. & cap. Absens. Vide, Absens. tit. 1. num. 1. Julius I. epist. 2. cap. 9. Vide, in tit. præcedenti num. 6.

6. Sed absens, negligens adesse, potest iudicari.

Absens verò nemo iudicetur: quia & Divinæ, & humanæ hoc prohibent leges, nisi fuerit absens ex contumacia. Pro præsentem namque eum contumacia haberi facit. 3. q. 9. cap. Absens. ibid. cap. Decernimus. & cap. Indicas. Vide, Absens. tit. 1. n. 1.

7. Judicare nullus potest absque probationibus. 30. q. 5. cap. Nullum. Vide, Dammare. num. 4.

8. Judicari non potest Clericus in aliena Diocesi. 9. q. 2. cap. Nullus alterius. & c. Nullus Primas. Vide, Episcopus. tit. 16. n. 1.

9. Judicari non possunt dubia & incerta. Julius I. epist. 2. cap. 28. Felix I. epist. 1. Zephyrinus epist. 1. Vide, Dubia. num. 2. Victor I. epist. 1. cap. 2. Et Sixtus II. epist. 2. Vide, Incerta.

10. Judicari non potest major à minore. Nec ullò modò potest major à minore iudicari. Julius I. ep. 1. Vide, Inferior. Vide, Minor.

11. Judicari non potest servus alienus. Et tu quis es, qui iudicas servum alienum? Procul dubiò transgressor es legis Dei, & Apostolorum, atque Prophetarum, & non solum harum, sed etiam legum humanarum. Omnes enim leges tam Divinæ, quam & humanæ, alienum servum iudicare prohibent, Telephorus ep. 2. decret. cap. 3.

12. Judicari non potest Episcopus, spoliatus rebus.

Nemo Pontificum deinceps aliquem Episcopum suis exspoliatus rebus, aut à Sede pulsus, excommunicare, aut iudicare præsumat, quia non est privilegium, quòd possit spoliari jam nudatus. Concilium Nicenum. ex Julio I. cap. 8.

13. Judicare de jurisdictione, facta appellatione ad Papam, non pertinet ad iudicem à quo, sed ad delegatum Papæ. Honorius III. Ex Cirone. de Officio & potestate delegati. cap. 3. Vide, Appellatio. tit. 7. n. 44.

Judicatus.

1. Judicatus in Provincia, appellat ad Papam. 3. quest. 6. cap. Accusatus ibidem. c. Discutere. ex Damaso. ep. 4. cap. 2. Vide, Appellatio. tit. 7. num. 3. & 7.

2. Judicata res inter alios, non nocet tertio. Quamvis regulariter aliis non noceat res inter alios iudicata; ei tamen, qui cum sibi primum de ea re actio, vel defensio competebar, sustinuit frequentem agere, ac illi etiam, qui passus est eum, à quo causam habuit, experiri, est præiudicium generatum. De sent. & re jud. c. Quamvis. Vide, Episcopus circa Papam. Vide, Episcopus à quo iudicandus. Vide, Papa.

Judicium Universale futurum.

1. Iudicium Universale faciendum est à Christo in fine mundi. De fide & summa Trinit. cap. 1. Vide, Christus. tit. 1. n. 2.

2. Iudicii diem Christus novit, non ex natura humanitatis, sed per potestatem Divinitatis, ideòque dicitur non scire. Gregorius I. lib. 8. epist. 42. Vide, Christus. tit. 23. num. 2.

3. Iudicii Universalis dies determinata non præ-

prædicenda, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, reservatæ Papæ. *Conc. Lateranen. 5. sess. II. const. I. Vide, in Bullario. Vide, Futura.*

Ivo.

Sanctus Ivo Presbyter, canonizatur. *Clem. VI. const. 4. Ad spiritualis.*

Jumentum.

1. Jumentum damnificante agrum alterius, tenetur dominus ad restitutionem. *De injurijs & damno dato. cap. Si leserit. & c. fin. Vide, Damnificans. n. 2. & 5.*
2. Jumentum occidente aliud ex incuria domini, hic tenetur ad restitutionem. *ibidem. cap. Si bos. & cap. fin. Vide, ibidem. Vide, Animal. Vide, Bestia.*
3. Cum jumento habens rem mulier. *Vide, ibidem.*

I. Juramentum quid, quale, & quoduplex.

1. Juramentum per DEUM, & per Evangelium, idem est.

Si aliqua causa fuerit, modicum videtur facere, qui jurat per DEUM; qui autem jurat per Evangelium, majus aliquid fecisse videtur. Quibus similiter dicendum est: Scilicet, Scripturæ sanctæ propter DEUM sunt, non DEUS propter Scripturas. *22. q. 1. cap. Si aliqua.*

2. Juramentum, ut sit licitum, includere debet veritatem, iudicium, & justitiam.

Animadvertendum est, quod jusjurandum hoc habeat comites, veritatem, iudicium, atque justitiam. Si ista defuerint, nequaquam erit juramentum, sed perjurium. *22. q. 2. cap. Animadvertendum.*

3. Juramentum datur per contactum Evangelii.

Episcopus in Synodo residens, post congruam allocationem, septem ex plebe ipsius Parochiæ, vel eò amplius, prout viderit expedire, maturiores atque veraciores viros, in medium debet evocare, & allatis Sanctorum pignoribus, unumquemque illorum tali Sacramento constringat. . . Illud Sacramentum, quod iste juravit de Synodali causa, quod tu illud ex te ita observabis, in quantum sapias, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es, sic te Deus adjuvet, &c. *35. q. 6. cap. Episcopus in Synodo. cap. De parentela. & cap. Illud Sacramentum. Vide, Consanguinitas. tit. 2. n. 10.*

4. Juramentum aliud est veritatis, aliud calumniæ; aliud fidelitatis, aliud ad litem. *Vide, Omnia infra in suis locis.*

5. Juramentum non est passim faciendum.

Omnem hominem admonemus, ne per singula verba, quasi ad confirmationem suæ assertionis, nomen Domini in vanum assumant, quod ipse Dominus interdicit faciendum, ubi ait: Ne assumes nomen DEI tui in vanum. In vanum etenim nomen DEI assumitur, quando aliquis ad singula verba, quibus vult ut sibi ab alio credatur, DEUM Omnipotentem testem rei, de qua ait, invocat: Eumque sibi ita esse adiutorem, sicut ea vera sunt, quæ loquitur. Nam & ipse Dominus in Evangelio hoc modo prohibet omne genus Juramenti: Nolite, inquit, omnino jurare, neque per cælum, neque per terram, neque per caput tuum, &c. *Concilium Trivoren. 3. cap. 43.*

6. Jurans per capillum, aut caput DEI, ut blasphemus est puniendus. Et si est Clericus, deponitur: Laicus excommunicatur.

Si quis per capillum Dei, vel caput juraverit, vel aliò modo contra DEUM blasphemiam usus fuerit, si in Ecclesiastico Ordine est, deponatur: si Laicus, anathe-

matizetur. Et si quis per creaturas juraverit, acerrimè castigetur, & juxta id, quod Synodus judicaverit, poeniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quin Divinâ condemnatione similiter coërceatur. Et si Episcopus ista damnare neglexerit, acerrimè corripitur. *Post epistolam 4. Pii I. cap. 2. 22. q. 1. Si quis per capillum.*

Clericum per creaturas jurantem, acerrimè objurandum: si perfiteretur in vitio, excommunicandum. Inter epulas verò cantantem, supradictæ sententiæ severitate coërceandum decernimus. *22. quest. 1. cap. Clericum.*

7. Juramentum per falsos Deos, non est juramentum.

Et jurabunt, vivit Dominus in veritate, & in iudicio, & in justitia: & benedicent eum gentes, ipsūque laudabunt. Quomodo ergo Evangelium nos jurare prohibet? Sed dic: (Jurabis) pro confessione dicitur, & ad condemnationem idolorum, per quæ jurabat Israël. Denique auferuntur officicula, & juratur per Dominum: Quodque dicitur: (Vivit Dominus) in Testamento veteri Jusjurandum est, ad condemnationem mortuorum, per quos jurat omnis idololatra. *ibidem. cap. Et jurabunt. lib. 5. Const. Apost. cap. 10. & 11. Vide, Idola. n. 1.*

II. Juramentum quando est licitum, & quando non.

1. Juramentum ut sit licitum, debet includere veritatem, iudicium & justitiam. *22. q. 1. cap. Animadvertendum. supra. num. 2.*

2. Juramentum in necessariis est licitum. *ibid. cap. Omne quod. infra.*

3. Juramentum pro fœdere pacis, est licitum.

Omne quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum Juramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne, quod amicorum animus conciliat, tunc fidelius durat, cum eos Sacramenti vincula ligant: omne etiam, quod testibus adspicitur, tunc verius constat, cum id adjectio jurationis affirmat. Quod si & testis deficiat, innocentis fidem sola Jusjurandi taxatio manifestat. *ibidem. cap. Omne quod.*

Ut noveritis, verum jurare, non esse peccatum, invenimus & Apostolum Paulum jurasse: (Quotidie morior per vestram gloriam Fratres, quam habeo in C. J. D. N.) per vestram gloriam, juratio est. *ib. cap. Ut noveritis.*

In malum non facis, qui bene uteris juratione: quæ est non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas, quod utiliter persuades. Sed à malo est illius, cujus infirmitate jurare cogaris. *ibidem. cap. Tu malum.*

Si peccatum esset juratio, nec in veteri lege diceretur: (Non pejorabis, reddas autem Domino juramenta tua.) Non enim peccatum præciperetur nobis, non vobis dicimus nos, non jurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet, juro, sed quantum tibi videtur, magnâ necessitate compulsus, cum videro, non mihi credi, nisi faciam, & ei, qui mihi non credit, non expedire, quod non credit. Hæc perpensa ratione & consideratione liberatâ cum magno timore dico: (Coram DEO) aut: (Testis est DEUS) aut: (Scit Christus) sic esse in animo meo, & video, quia plus est, id est, quia amplius est, quàm est, est, non, non, sed quod amplius est, à malo est, & si non à malo jurantis, à malo est non creditis. *ibidem. cap. Si peccatum.*

Et si Christus præceperit secundum Evangelicam veritatem: Sit sermo vester, est, est, non, non, ut affirmatio, vel negatio, sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum exerecente malitiâ, simpliciter assertioni, vel negationi, vix creditur, idcirco prudenter adjunxit: Quod amplius est, à malo est: à malo quidem non tam culpæ, quàm pœnæ, nec exhibentium, sed exigentium juramentum. Licet enim juramentum prohibuisse Dominus videatur, nusquam tamen per Creatorem, sed per creaturam jurare prohibuit, ne per hujusmodi Juramentum transferretur ad creaturam hono-

honorificentia Creatoris. . . Jacobus quoque non simpliciter prohibet juramentum, sed voluntatem jurandi, cum ait: Ante omnia, Fratres mei, nolite jurare: quoniam ad justum non debet quemquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna, & tunc potest sine culpa jurare, dummodo illos tres comites habeat Juramentum, de quibus Propheta ait: Et jurabunt, vivit Dominus, in veritate, & iudicio, & justitia, &c. *De Jure jurando. cap. Et si Christus.*

Lex Evangelica, quò tutiores sint homines à perjurio, damnat omne Jusjurandum, ut jam fas non sit jurare, neque per DEUM, neque per cælum, neque per terram. *Concil. Senonen. cap. 17. Inter errores damnatos, &c.*

4. Juramentum pro veritate dicenda, est licitum. *Conc. Constant. in const. Martin. V. circa medium. Vide, in Bullario.*

5. Jurare non est malum, nec bonum, nisi ex occasione.

Non est contra DEI præceptum jurare: sed dum jurandi usum facimus, perjurii crimen incurrimus. *22. q. 1. cap. Non est contra. il. 2.*

Ita ergo præcepisse Dominum intelligitur, ne juretur: ne quisquam sicut bonum, appetat Jusjurandum, & affiduitate jurandi, ad perjurium per consuetudinem delabatur; quapropter, qui intelligit, non in bonis, sed in necessariis jurationem habendam, refrenet se quantum potest, ut non eâ utatur, nisi necessitas cogat, videlicet cum pigros videt homines ad credendum, quod est utile, est credere, nisi juratio firmetur. *ibid. cap. Ita ergo. Conc. Senon. cap. 17. supra.*

6. Juramenta facta pro confirmatione humanorum contractuum, sunt licita.

Concil. Constant. contra art. 23. Wicleff. Vide, in Bullario.

7. Juramentum non prohibetur in necessitate, sed perjurium.

Non est contra præceptum juratio, quæ à malo est, non jurantis, sed incredulitatis ejus, cui jurare cogitur. Nam hinc intelligitur, ita Dominum prohibuisse à jurando, ut quantum in ipso est, quisque non juret, quod multi faciunt, in ore habentes jurationem, tantquam magnum, aut suave aliquid. Nam utique Apostolus noverat præceptum Domini, & juravit tamen, &c. *ibid. cap. Non est contra. cap. Si peccatum. supra n. 2.*

8. Jurare non præcipitur, sed permittitur.

Considera, quod hic Salvator non per DEUM jurare prohibuerit, sed per cælum, & terram, & Jerosolimam, & per caput tuum. Et hoc quasi parvulis fuerat lege concessum, ut quomodo victimas immolabant DEO, nè eas idolis immolarent, sic & jurare permitterentur in DEUM, non quod rectè hoc facerent, sed quod melius esset, DEO id exhibere, quàm dæmonibus. *ibid. cap. Considera.*

9. Juramentum est permittum etiam Religiosis. Sed illi, & Clerici, non possunt jurare sine licentia Prælati sui.

Licet ergo debeatis esse viri perfecti, ut quantum potestis, juramenti vinculum evitatis; volentes tamen indemnitatè vestri monasterii providere, nè propter defectum testium, sui juris sustineat læsionem, præsentibus vobis Paginâ indulgemus, quatenus vos, & monasterii vestri conversi, possitis in causis ejusdem (deficientibus aliis testibus) pro ipso perhibere testimonium veritati. *De Jurejurando. cap. Et si Christus. Conc. Lateran. 3. in append. tit. de Juram. Calum. c. 1. Vide, Clerici. tit. 47. n. 5.*

10. Juramentum per creaturas, est illicitum. *cap. Considera. supra n. 8.*

11. Juramentum per idola, vel per aliquod DEI membrum, (quia ea non habet) est illicitum. Si Laicus id faciat, excommunicatur. Si Clericus, deponitur. *22. q. 1. c. Si quis per capillum. Vide, tit. 1. n. 6.*

12. Juramentum fieri non potest per aliquod instrumentum, ut gladium, vel aliud, sed per Evangelium.

Nos ante omnia non solum per spatham, verum etiam per aliam omnino conditam speciem jurari, judicamus indignum. Per quem enim quis jurat, profectò & diligit & veneratur, sed & fiduciam suam ei firmâ stabilitate commendat: Quam ob rem per DEUM jurandum est, qui ab hominibus diligendus & venerandus, & in quo omnis spes & fiducia est locanda, & à quo, præ cunctis creaturis, est semper auxilium expectandum, &c. Sanè possumus per eas duntaxat creaturas jurare, quæ Divinis sunt cultibus deputatæ, ut est templum, & altare, in quibus qui jurat, jurat in ipsis, & qui habitat in ipsis, & si quæ sunt talia. Quapropter jure per Evangelium jurandum est, in quo quicquid continetur, nihil nisi DEI, qui in eo scribitur & legitur, esse profectò dignoscitur. *Nicolaus I. Ad consulta Bulg. r. cap. 67.*

13. Juramenta illicita non fiant à Capitulis Ecclesiarum.

Injusta verò & illicita Juramenta, per quæ nonnquam via debite correctionis præcluditur, & Prælati à promovenda EE. suarum disciplina & utilitate impediuntur, omnino tolli debent, & nos cum hac Sancta Synodo talia omnia damnantes, locorum Ordinariis, & Prælati Capitulorum, ad ejusmodi correctionem per præsentem facultatem impertientes, districtè eis præcipiendo injungimus, ut EE. statuta diligentè curâ revideant, & Juramenta non necessaria, à S. A. non confirmata, imprimis verò injusta & perniciofa, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, (cum iniquitati longinquitas temporis patrocinari non debeat) corrigant, cassent & tollant. *Conc. Mogunt. 4. cap. 87.*

14. Juramenta de veritate dicenda. *Vide, Interrogatus.*

15. Juramentum violari non potest, & poenitentia.

Necessè est, ut malè jurans dignam poenitentiam agat, eò quod nomen Domini contra præceptum illius sumptis in vanum, quia in Exodo scriptum est: (Nec enim infontem habebit Dominus eum, qui assumptione nomen Domini DEI sui frustra.) *Concil. Tolosanum 8. cap. 2. 22. quest. 4. cap. Necessè est. Vide, alia de Juramentis.*

16. Juramentum pro purificatione infamiæ pro alio in causa, est licitum. *Conc. Constantien. const. Mart. V. Vide, in Bullario.*

17. Juramentum fieri non debet sine necessitate.

Et cum Christus tantò seriò jurandi facilitatem prohibuerit, ut nisi necessitate veritatis alioqui periclitandæ cogamur, omnino non jurare debeamus, &c. *Conc. Colomen. 2. p. 3. cap. 20.*

18. Juramenta non exigantur passim in judiciis Ecclesiasticis. *Idem. p. 13. c. 13. infra.*

19. Juramentum exigens sine necessitate, eidem pœnæ subjacet, cui jurans.

Multiplex illa & facilis juramentorum exactio, quæ in Judiciis Ecclesiasticis fit, nobis probari non potest. Christus inter perfectionis hortamenta ponit & illud, ut in totum abstinemus ab omni Jurejurando. Quò colore ergo consuetudo nunc passim jurantium in omni negotio excusari possit, non videmus, nisi aut gravitate negotii, aut necessitate. Crebris juramentis raro deest perjurium, quod gravissimè punit DEUS. Quam ob rem monemus caudicos, ne tam faciles sint in exigendis malitiæ, ac aliis juramentis. . . Admonebit igitur Officialis noster caudicos, atque alios Juramenta exigentes, ut ea, quæ judicarij processus solemnitas necessariò non requirit, remittant; utque memores sint, eandem manere pœnam tumentè exigentem, quæ manet frustra præstantem juramentum. *Idem. parte 13. cap. 13.*

III. Jurare falsum, & Perjurus.

1. Juramentum falsum, est gravissimum peccatum.

In novo Testamento dictum est, ne omnino juremus. Quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia verum jurare, peccatum est, sed quia pejorare, immane peccatum est, à quo longè nos esse voluit, qui omnino, ne juremus, admonuit. 22. quæst. 1. cap. In novo.

Habemus in lege DEI scriptum: Non pejerabis in nomine meo, nec pollues nomen DEI tui in vanum. Ideo admonendi sunt omnes, ut diligenter caveant perjuriū, non solum in Altari, seu Sanctoꝝum reliquiis, sed etiam in communi loquela. *ibid. c. Habemus. cap. Si peccatum. Vide, sit. prac. num. 2.*

2. Nulli licet jurare falsum. *ibidem. cap. Habemus. supra.*

3. Jurans falsum, putans esse verum, non est perjurus.

Homines falsum jurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut enim putat homo verum esse, quod falsum est, & temerè jurat: aut scit, vel putat falsum esse, & tamen pro vero jurat, & nihilominus cum scelere jurat. Distant autem ista perjuria, quæ duo commemoravi, fac illud jurare, qui verum putat esse, pro quo jurat, & tamen falsum est, non ex animo iste pejerat, fallitur. Hoc pro vero habet, quod falsum est, non pro re falsa sciens jurationem interponit. Da alium, qui putat falsum esse. Videtis, quàm ista detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda: quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, qui putat falsum esse, & jurat, tanquam verum sit, & fortè verum est: v. g. (ut intelligatis) pluit in illo loco; interrogas hominem, & putat non pluisse, & ad negotium ejus competit, ut dicat: pluit; sed putat non pluisse. Dicitur ei, verè pluit tibi, sed ille nescit, & putat non pluisse; perjurus est. Interest, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi mens rea. 22. quæst. 2. cap. Homines.

Is autem qui mentitur, ea contra id, quod animò sentit, loquitur voluntate fallendi, &c. Nemo mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacii, sed aliquando temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credit, ac pro veris habet: potiusque è contrario, quantum in ipso est, mentitur ille, qui dicit verum, quod putat falsum. Quantum enim ad animum ejus attinet, quia non quod sentit, dicit, non verum dicit: quamvis verum inveniat esse, quod dicit. Nec ullò modò liber est à mendacio, qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur. *ibid. cap. Is autem.*

B. Paulus A. non ideo (quod absit) fecerit credendus est, aut sibi existisse contrarius; quoniam cum ad Hispanos se promississet iuratum, dispositione Divinà majoribus occupatus ex causis, implere non potuit, quod promissit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiavit, quod reverà voluisset efficere. Quantum enim ad Divinà secreta consilii, (quæ ut homo, omnia non potuit, licet Spiritu DEI plenus, agnosceret) supernà prætermisit dispositione præventus. Nec quia B. Petrus Apostolus, pro affectu Divinæ reverentiæ, ipsi Domino respondit: (Non lavabis mihi pedes in æternum) fecerit, (quod absit) aut in sua putabitur minimè consilii sententia; quia mox eisdem Divinæ voluntati cesserit, & quod se dixerat non esse facturum, causis adstrictis humane salutis, passus est pronà voluntate faciendum. *ibid. cap. B. Paulus.*

4. Juramentum non servans, est perjurus; beneficio privatur.

Debitorum ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debent. Si verò de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt Domino reddere juramentum. Et cum usuræ solutæ fuerint, creditores ad eas restituendas sunt Ecclesiasticæ severitate (si necessè fuerit) compellendi. *De jurejurando. cap. Debuores. Ex Conc. Later. 3. tit. De usuris. c. 4.*

5. Jurans facere, quod non intendit, perjurus est.

In dolo jurat, qui aliter facturus est, quam promittit, cum perjuriū sit, nequiter decipere credentem. 22. quæst. 2. cap. 1.

6. Jurans defendere Ecclesiam, si requisitus non facit, est perjurus.

Brevi scienciam es quaestione, utrum ille, qui jura alicujus Ecclesiæ servare, ac pro posse defendere juramentò tenetur, si necessitate imminente super hoc sub Juramenti debito requisitus duxerit appellandum, perjurii reatum incurrat? Respondemus, quòd in hoc articulo appellentem à perjurio, talis appellatio non excusat, imò (nisi difficultas existat, propter quam requisitus non possit Ecclesiæ subvenire) culpà perjurii potius irretitur. *De jurejurando. cap. Brevi.*

7. Jurans falsum quocunque modò, est perjurus.

Ecce dico charitati vestræ, & qui super lapidem falsum jurat, perjurus est. Unde hoc dico, quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod jurat, non se crimine teneri perjurii. Priorius perjurus es, quia per id, quod Sanctum non putas, falsum juras, si tu illud Sanctum non putas: Sanctum puta, cui juras. Non enim quando juras, tibi juras: homini juras ante lapidem, sed nunquid non ante DEUM? Non te audit lapis loquentem, sed punit te DEUS fallentem. 22. quæst. 5. cap. Ecce dico.

8. Juramentum falsum pro quavis causa, etiam pro vita tuenda, est illicitum.

Martinus V. in const. Post Concil. Const. Vide, in Bullario.

9. Jurare paratus contra conscientiam, est perjurus.

Qui pejerare paratus est, antequam juret, is perjurus esse videtur: quia DEUS non ex operibus judicat, sed ex cogitationibus & ex corde. 22. quæst. 5. cap. Qui pejerare.

10. Juramentum factum contra Ecclesiæ utilitatem, est perjuriū.

Non Juramenta, sed perjuria potius sunt dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur. *De jurejurando. c. Sicut nostris.*

11. Jurans falsum, puniendus est, & quomodo. Et si pœnitentiam non faciat, est excommunicandus. Pœnitentia erat, ut per septem annos jejunet in pane & aqua.

Qui pejerat se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat; si verò in cruce non consecrata, annum unum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans se pejeraverit, & postea cognoscit, tres Quadragesimas pœniteat. 22. quæst. 5. cap. Qui pejerat. *Et post ep. 4. Pii V.*

Multarum quippè gentium, (ut fama est) tanta exstat perfidia animorum, ut fidem Sacramentò promissam Regibus suis, servare contemnant, & ore simulent juramenti professionem, dum retineant mente perfidia impietatem. Jurant enim Regibus suis, & fidem quam pollicentur, prævaricant: nec metuunt volumen illud Judicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque pœnarum comminatio super eos, qui jurant in nomine DEI mendaciter. *Concilium Tolosanum. 4. cap. 75.*

Prædicandum est etiam, ut perjuriū fideles caveant, & ab hoc summo opere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in Lege, & in Prophetis, & in Evangelio prohiberetur. Audivimus enim, quosdam parvi pendere hoc scelus, & levem quodammodo perjuris pœnitentiæ modum imponere, qui nolle debent, talem de perjurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio spontè commissio, & de cæteris criminalibus vitis. Si quis verò perpetrato perjurio, aut quolibet

crit-

criminali peccato, timens pœnitentiam longam, ad confessionem venire noluerit, ab Ecclesia repellendus est, sive à communione, & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo suo eum recipiat. 22. quæst. 1. cap. fin. ex Eusebio Papa.

Quicumque sciens se pejeraverit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentiâ, & nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hoc percipiat. *Post ep. 3. Fabiani. cap. 2.*

12. Etiam si intuitu Domini sui id faceret, sic puniendus erit.

Qui compulsus à Domino, sciens pejerat, utriusque sunt perjurii, & Dominus, & miles. Dominus, quia præcepit, miles, quia plus Dominum, quam animam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos; si servus ejusdem, tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat. *Post Epistolam 4. Pii I. cap. 3. 22. quæst. 5. c. Qui compulsus.*

13. Jurans falsum, fit infamis. *Post epist. 3. Fabiani. supra num. 11.*

14. Inducens ad jurandum falsum, est infamis.

Si quis convictus fuerit, alios ad falsa testimonia, vel perjuria attraxisse, vel quacunque corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum vitæ non communicet: si verò, qui ei in perjurio consensisse probantur, postea ab omni testimonio sunt removendi, & secundum legem infamiam notabuntur. 22. quæst. 5. cap. Si quis convictus. Vide, Perjurus. Vide, Perjuraro.

IV. Juramentum, quando non tenet.

1. Juramentum de malo faciendo, non tenet.

Si aliquid fortè incautiùs nos jurasse contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum: illud consilio salubriori mutandum noverimus, & magis instante necessitate pejerandum nobis, quam pro facto juramento in aliud crimen majus esse divertendum. *Post ep. 2. Soter. 22. quæst. 4. c. Si aliquid.*

2. Juramentum de tacenda veritate non tenet, sed relaxandum est.

Nè igitur reformatio monasterii valeat retardari, mandamus, quatenus relaxatis excommunicationum seu suspensionum sententiis, si quas idem Abbas protulerit, vel per quoscumque iudices promulgari fecit, post inceptum negotium, in eos, & adherentes eisdem, ac eis restituitis, quos idem Abbas negotio ipsò pendente, contra justitiam spoliavit, in negotio de plano, & absque iudiciorum strepitu procedentes, (cum talibus maxime in hoc casu non deceat Dei servos involvi) inquiratis, quæ circa personas, & observantias regulares videritis inquirenda, corrigentes, & reformates tam in capite, quam in membris, quæ correctionis & reformationis officio noveritis indigere, juramenti, si quæ de tacenda veritate Abbas extorserat, relaxatis, provisò, ut negotio ipsò pendente, præfati Monachi eidem Abbati obediant, & intendant: ita tamen, quòd per hos profectio negotii non valeat impediri. Si verò testes contra eundem Abbatem producti fuerint, dictorum ipsorum ei copiam faciatis. *De accusat. &c. cap. Cum olim.*

3. Juramentum de illicitis non tenet.

Si publicis Sacramentorum gestis, (quod DEUS avertat) à quibuslibet illicita, vel non bona existisset conditio allegata, quæ aut singulare animam patris, aut agere compelleret stuprum Sacratissimæ Virginis) nunquid non tolerabilius esset, stulte promissionis vota rejicere, quam per inuitum promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram. 22. quæst. 4. cap. Si publicis. *Concil. Tolosan. 8. cap. 2.*

Est etiam contra officium nonnunquam solvere promissum, Sacramentum custodire, ut Herodes, qui juravit, quoniam quidquid petitus esset, daret filia Herodiadis, & necem Joannis præstitit, nè promissum negaret. 22. quæst. 4. c. Est etiam.

Quod David juramentum per sanguinis effusionem non implevit, major pietas fuit. Video David

Tomus 11.

pium hominem, & Sanctum, in temerariam jurationem cecidisse, & maluisse non facere, quod juraverat, quàm jurationem suam, fuso hominis sanguine implere. *Ibidem. c. Quod David.*

Juravit David temerè, sed non implevit juramentum majori pietate. Ecce Sanctus David non quidem iratus, sanguinem hominis fudit, sed eum falsum jurasse, negare quis poterit? De duobus peccatis, elegit minus; sed minus fuit illud, in comparatione majoris, nam per se ipsum appensum, magnum malum est falsa juratio. *Ibid. c. Juravit.*

In malis promissis, rescindi fidem. In turpi voto, mutà decretum: quod incautè novisti, nè facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur. *Ibid. c. In malis. cap. Si aliquid. Vide, supra.*

Unusquisque simplicem sermonem proferat; vas suum in sanctificatione possideat, nec Fratrem suum circumfcriptione verborum inducat: nihil promittat inhonestum, aut si promiserit, tolerabilius est, promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Melius est non vovere, quàm vovere, quod sibi is, cui promittitur, nolit exsolvi. Non semper igitur promissa solvenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat. *Ibidem. c. Unusquisque.*

Non pejerabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus. Malum tamen, quod facturum se sacramentò devoverit, omnino non faciat, quia stulta vota frangenda sunt. *Ibidem. cap. Non pejerabis.*

Non est observandum juramentum, quò malum incautè promittitur, veluti si quisquam adulteræ, perpetuam cum ea permanendi fidem pollicearur. Tolerabilius est enim, non implere Sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio. *Ibidem. cap. Non est observandum.*

Herodes servavit juramentum, & perit; Petrus verò negavit cum juramento, & conversus flevit, & salvatus est. Omne enim peccatum bonus DEUS indulget, si quis ex toto corde pœniteat. Scriptum est: (Juramentum mandax nè diligatis) qua de causa juramentum nostrum mendax dissolvatur, quasi nullam virtutem habens. *Ibidem. cap. Adhuc.*

Tribus siquidem modis juramenta contracta solvenda sunt: Primò, cum quis malè jurat. Secundò, cum quis incautè jurat; non putans hoc esse peccatum: Tertio, si pueri, vel puellæ in domo parentum se juramentò constrinxerunt, patribus, postquam audierint, contradicentibus. *Ibidem. cap. Si quis præventus.*

Porro juramentum non ob hoc fuisse institutum invenitur, ut esset vinculum iniquitatis, vel matricidii, vel fratricidii, seu cujuscunque criminis. Nec credo Sacramentum ad hoc debere fieri, ut injusta juratio, suorum bonorum sit injustè jurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio. Perjurii namque percussit pœnâ, & velut homicida in extremo examine à justo Judice degradabitur, per quem Sacrosanctum Evangelium ad injustum & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium justæ & humane petitionis adducitur. *Ibidem. cap. Inter cetera.*

Mulier si fide conjugali violatâ fidem servert adulterò, utique mala est, sed si nec adulterò, pejor est. Porro si eam flagitii pœniteat, & ad castitatem rediens conjugalem, pacta ac placita adulterina rescindat: miror, si eam fidei violatricem, vel ipse adulter putabit. *Ibidem. c. Mulier.*

4. Puellâ jurante sine Patris consensu, si hic contradicit, juramentum non tenet.

Pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare. Puella quoque, si in puerilitate in domo patris illò nesciente, se juramentò constrinxerit, & si pater statim, ut audiverit, contradixerit, vota ejus & juramenta irrita erunt, & faciliùs emendabitur. *Post Concil. Eliberitanum cap. 2.*

5. Jurans illicitum scienter, non tenetur observare, sed nec eget absolutione.

Cum juramentum fecisti, moneta, aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, juramentum fuit illicitum, & nullatenus observandum, & pro eo

Na

esse

esset tibi poenitentia injungenda, cum juramentum non, ut esset iniquitatis vinculum, fuerit instrumentum: si vero legitimam esse crederas, juramentum licitum fuit, & usquequaque servandum, & ut irreprehensibiliter observetur, consulimus, & mandamus. *De jure jurando. cap. Quanto.*

6. Juramentum de illicito non implere, tollerabilius est, quam implere.

Et quantumvis plerumque inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamen omnes, qui recens admittuntur, ut ad ejusmodi statutorum observationem, (etiam penitus ignari, quid contineant illa) citra ullum delectum jurejurando se se alligent, cum tamen juramentum non debeat esse iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extendi. *Conc. Colonien. 2. part. 3. cap. 19. 22. q. 4. cap. Unusquisque supra n. 3. Conc. Mogunt. 4. cap. 87. Vide, tit. 2. n. 13.*

7. Juramentum factum cum conditione, non obligat, nisi impletâ conditione.

Nec tu ei, etiam si promissum tuum juramentum, vel obligationem interpositâ conditione firmâsses, aliquatenus teneris, si constat, eum conditioni minimè paruisse. *De jurejurando. cap. Pervenit. il. 2.*

8. Juramentum Monachi abjurantis claustrum, non tenet.

Prior monasterii tui, iracundiæ calore succensus, juramentum firmavit, quod in claustrum ejusdem monasterii, quod se vinculo professionis adstrinxit, non esset cum G. monacho ulterius moraturus, &c. talis ei poenitentia injungatur, ut alius quilibet exemplo ejus deterretur, simile aliquid facere pertimescat; ipse vero in claustrum, quod licet abjurare non potuit, cum stabilitate perpetua suam poenitentiam exequatur. *De jurejurando. cap. Sicut ex litteris.*

9. Juramentum de stando mandato non obligat, si præcipitur contra illud.

Verum, quia idem A. &c. nequaquam taliter juravisset, si mandatum illud sibi contrarium præcivisset; Noveritis, nos Patriarchæ Granden, mandâsse, ut si mandatum priorii juramento, licet factum repugnet, ipsum autoritate nostrâ detenti, & non servandum. *Ibid. cap. Veniens.*

Quintavallis nostris auribus intinavit, quod pro offensâ, quam sibi ipsius aliis mulieribus irrogâret, quod eorum mandato pareret, præstitit juramentum. --- Mandamus, quatenus cum licitum fuerit juramentum, sed mandatum illicitum, prædictis, ut revocent mandatum illud, injungas, alioquin eum ad mandati observationem illius denuncies non teneri. *Ibid. cap. Quintavallis.*

10. Juramentum præjudicans juri superioris, non valet.

Mandamus, quatenus appellationibus ad nos interpositis, deferatis: cum prædictum juramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi jus superioris exceptum. *Ibid. cap. Veniens.*

11. Juramentum contrarium juri, non tenet.

Nec tu, quando sub præmissis tenore jurâsti, habebas in mente, ut propterea venires contra Canonicas sanctiones, alioquin non juramentum, sed perjurium potius existisset, nec esset aliqua ratione servandum. Nos juramentum tuum benignius interpretari volentes, itâ quod consonet Canonicis institutis, &c. *Ibid. c. Ad nostram. il. 3.*

12. Conjuges in iracundia jurantes se invicem, non tenentur observare juramentum. *Ibid. cap. Tu nos. Vide, Conjuges. tit. 1. n. 14.*

13. Juramentum contra utilitatem Ecclesiæ, non tenet. *Ibid. cap. Sicut nostris. Vide, tit. præced. n. 10. Conc. Later. 3. c. 16. Vide, Concilia. tit. 8. n. 4. Gregor. XIII. const. 93. Inter. Apostolicas. Quomodo rales puniendi. Ibid.*

14. Idem facientibus juramenta damnosa, & contra libertatem Ecclesiæ, & poenæ. *Ibid.*

15. Jurans stare statutis editis, non tenetur ad edenda.

Clericus, qui juravit se statuta in Ecclesia sua edita servaturum, promittens per idem juramentum, statutum, quod postmodum subsecutum est, fideliter observare, licet transgredi non debuerat, quod promissum, non tenetur ad illius observantiam ex debito præstiti juramenti. *De jurejurando. cap. Clericus qui.*

16. Juramentum generale, non extenditur ad illicita.

Cum juramentum pollicitus est Herodes saltatrici, dare quodcumque postulâset ab eo, si ob jusjurandum fecisset se dicat, si patris, matrisve interitum postulâset, facturus esset, an non: quod ergo in suis repudiaturus fuit, contemnere debuit in Propheta. *De Homicidio voluntario. cap. Cum juramentum.*

17. Jurans de non repetendo damna, non ligatur.

Olim cives Brixien. pro restaurationibus damnorum illatorum, ad invicem, quæ propter multas civiles discordias incurrerant, plurimum aggravati: statutum editum, de non petendo, vel recipiendo impostum restauraciones hujusmodi à communi, generaliter approbârunt, & firmârunt etiam juramentum. Cum igitur aliud sit damnorum restauratio, quam satisfactio expensarum, & ideo in juramento exhibitio super damnorum articulo, intelligi non debeat, quod factum expensarum fuerit deprehensum; mandamus, quatenus juramentum non obstante prædicto, autoritate nostrâ provideas, quod dictum commune, pro bono concordia, ad expensarum satisfactionem aliquid contribuat, juxta tuæ discretionis arbitrium, à te sicut expedierit, moderandum. *De Injuriis & damnato. cap. In nostra.*

18. Juramentum de manifestando superioribus statum Ecclesiæ, non tenet.

Quia plerique Prælati non sine multa temeritatis audacia, suis subditis aliquando interdum, ne ipsorum superioribus, aut A. apostolicæ Sedis legatis, vel Inquisitoribus ad inquirendum, corrigendum, & reformandum, in eorum Ecclesiis, monasteriis, five locis, à Sede deputatis eadem, vel aliis quibuscumque personis, per quas ad noticiam prædictorum valeat pervenire, statum Ecclesiæ, monasteriorum, seu locorum suorum, personarum, & rerum ipsorum, insinuant, vel exponant, in ipsos (si secus egerit) excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias proferentes, eosque ad hoc celandum, juramentis, promissionibus, & obligationibus, & aliis poenis nihilominus adstringentes. Nos huic malitiæ, (nè tali prætextu in Ecclesiis, monasteriis, & locis eisdem, inquisitio, correctio, seu reformatio, cum facultate fuerint, valeant impediri) occurrere cupientes prædictæ, & eorum quodlibet attentari de cætero districtius inhibemus. Decernentes autoritate Apostolicâ, quidquid contra præsentem inhibitionem attentatum existerit, nullius penitus existere firmitatis, nec quemquam sententis, juramentis, promissionibus, obligationibus, vel poenis hujusmodi, obligari quomodolibet, vel adstringi. Præsumptores autem eosdem, (nè ipsorum temeritas quoquò modo transeat impunita) à superioribus, vel legatis, seu Inquisitoribus memoratis, animadversione condignâ præcipimus castigari. *De Officio Ordin. in 6. cap. Quia plerique.*

19. Jurantes obedientiam, fidelitatem, &c. juxta consuetudines, non tenentur ad illicita, vel impossibilia. *De jurejurando. in 6. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 47. n. 2.*

20. Non est obligatorum, contra bonos mores præstitum juramentum. *De reg. Juris. in 6. reg. 58.*

21. Jurans non testificari contra aliquem, non tenentur stare juratis.

Illos

Illos autem, quos, (ut dictum est) jurâsse constiterit, quod contra Archiepiscopum nihil dicerent, denuncies juramentum hujusmodi non teneri. *De Testibus &c. cap. Constitutus.*

22. Jurans contraria rationi, non tenetur attendere.

Illi vero, qui jurant, non loqui patri, vel matri, forori, vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non exhibere: absolventi sunt ab illius observantia juramenti, cum illicitum sit, & contrarium rationi; injunctâ tamen eis, de hoc, quod malè juraverant, poenitentia competentem. *De jurejurando. c. Cum quidam. §. Illi vero.*

23. Jurans ducere aliquam in uxorem, cum qua est fornicatus, non tenetur attendere, si ipsa post evadat fornicaria, vel accidat aliud impedimentum, quod est contrarium legi desponsationis, ut si fiat leprosa, vel paralytica, vel deformitatem notabilem habeat: si vero eam duxit, non potest dimittere.

Quemadmodum si vir mulieri jurâsses, quando contraxit cum illa, quod eam semper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quam mulier antea commisisset, non posset eam dimittere, si pro fornicatione, quam postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante hujusmodi juramento, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet in legem conjugii illa non peccaret. Itâ si quis juraverit, se duciturum aliquam in uxorem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem, sed subsequentem, ut illam non ducat in conjugem: quia in illo juramento, talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam desponsationis non venerit. --- Quod si post hujusmodi juramentum, mulier & fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, seu quidquam ei turpius eveniret, nunquid vir teneretur eam ducere in uxorem? Profecto ductam non posset dimittere; sed nunquid non ductam admittere teneretur? Quamvis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum. *De jurejurando. cap. Quemadmodum.*

24. Jurans non accusare unquam suam uxorem, non tenetur attendere, si hæc evadat hæretica.

Illud autem juramentum est procul dubio temerarium, si vir juret uxori, quod eam super nullo crimine accusabit; quia si mulier fuerit infidelis, & noller cohabitare viro, absque contumelia Creatoris, vel ut illum pertraheret ad infidelitatis errorem, tunc incunctanter deberet illam impetere apud judicem suum, aut eam, nisi penitus respiceret, omnino dimittere, secundum Canonicas sanctiones. Quod si expresse jurâsses, quod eam super adulterio non impeteret, essetne servandum hujusmodi juramentum? Cum scriptura testetur, quod patronus est turpitudinis, qui celat crimen uxoris; Et secundum regulam Evangelii, si primò, & secundò correpta, respicere noller, dicendum esset Ecclesiæ, ut tanquam Ethnica & publicana deinde vitaretur, nè per hoc libera præberetur ei peccandi facultas, propter impunitatem peccati. *Ibidem. §. Illud autem.*

25. Jurans non accusare uxorem adulteram, tutius est, non teneri accusare ad faciendum divorcium, sed potest eam denuntiare ad poenitentiam peragendam.

Sed nunquid vir non potest dimittere uxori peccanti, non solum septies, sed etiam usque septuagies septies, secundum Evangelicam veritatem? Tutius ergo in hoc casu videtur, ut propter jusjurandi religionem, vir accusare desistat uxorem ad divorcium celebrandum, quanquam denuntiare eam possit, ad poenitentiam peragendam. *Ibid. in fine.*

26. Juramentum factum moventi bellum

Tomus II.

injustum, non tenet. *Ibid. cap. Sicut. il. 3. Vide, Bellum. num. 8.*

27. Juramentum factum de assensu cum aliquo, non tenet, si ille negligit, quod juravit. *Ibidem. §. Juramentum. Vide, ibid. num. 9.*

28. Juramentum factum à Rege, de non revocandis alienationibus, factis in præjudicium Regni, non tenet.

Intellecto jam dudum, quod Charissimus in Christo filius noster, Ungariæ Rex Illustrius, alienationes quasdam fecerit in præjudicium Regni sui, & contra Regis honorem. Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, ut alienationes prædictas, non obstante juramento, si quod fecit de non revocandis eisdem, studeat revocari; quia cum teneatur, & in sua coronatione juraverit, jura Regni sui, & honorem coronæ, illibata servare, illicitum profecto fuit, si præstitit de non revocandis alienationibus hujusmodi juramentum: Et propterea penitus non servandum, *Ibid. c. Intellecto. ex Honor. III. ex Cirone. hoc tit. c. 3.*

29. Juramentum de non repetendis usuris, non tenet.

Tuas dudum recepimus quæstiones, quod quidam usurarii, eos, quibus dant pecuniam ad usuram, præstare faciunt juramentum, quod usuras non repetant, & super his, quas solverint, nullam moveant quæstionem. Nos igitur respondemus, ut usurarios ipsos monitione præmissâ per censuram Ecclesiasticam, appellatione remotâ, repellas, ante usurarum solutionem ab earum exactione desistere, vel restituere ipsas, postquam fuerint persolutæ, nè de dolo, & fraude contingat eos commodum reportare. *De usuris. cap. Tuas.*

30. Juramentum relinquendi maritum, non tenet.

Intelleximus in litteris tuis, quod M. Latrix præsentium, Diabolicò furore accensa, quandam filiam suam multoties animò perimendi aggressâ, tandem suggerente eò, qui fidelium perditione lætatur, lethali vulnere jugulavit. Propter quod Dominus terræ maritum ejus ipsam coëgit abjurare. Quia verò... Per A. S. tibi mandantes, quatenus itâ super hoc provideas, ut sui sceleris poenam luat, & saluti ejus, & filiorum ipsius, per providentiam tuam in Domino consulatur, nec obstante proposito juramento, quod ab ea dictus Dominus proponitur extorsisse, eam (si expedire videris) viro suo, & rebus suis restituas, itâ quod filios suos liberè possit, & pacificè gubernare. *Concil. Later. 3. p. 50. cap. 25.*

31. Juramentum coactè factum à spoliato, de non repetendo bona sua, non tenet, sed adhuc est necessaria Papæ absolutio. *Conc. Lateran. infra.*

32. Juramentum Prælati, de non reperendis bonis E. est nullum.

Pervenit ad nos, Laodicen. Episcopum ab Arnulfo Comite rebus suis spoliatum, & ad nequitia augmenta gladiis jurare compulsum, quod ablata nunquam repeteret, & hujus tantæ scelestis veniam sibi impetrâsse rogat. Cognitâ itaque contumeliâ, valde doluimus, afferentes, ejus fraternitatem nullius juramenti vinculis posse adstringi, quia nefandissimâ coactione juraverat, eum tamen Apostolicâ autoritate absolvimus. *Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. De juramento. cap. 7. & De jurejurando. cap. Pervenit.*

33. Jurans illicitum, putans esse licitum, non tenetur observare. *Ibid. cap. Quanto. supra. num. 5.*

34. Jurans non esse contra aliquem, potest in causa propria, & Ecclesiæ, esse contra illum.

Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod Ecclesiâ Antiochenâ vacante, Princeps Antiochenus, timens

N n 2

timens conspirationes aliquas fieri contra eum, à vobis juramentum extorsit, quòd contra ipsum de cætero non essetis. Interpretatione congruà declaramus, vos juramentò hujusmodi non teneri, quin pro iuribus & honoribus ipsius Ecclesiæ, ac etiam specialibus vestris legitime defendendis, contra ipsum Principem stare liberè valeatis. *Ibid. c. Petitiõ vestra.*

35. Jurans se non dicturum testimonium, potest compelli ad dicendum.

Intimavit R. Presbyter, quòd G. Clericus, Capellanum ejus, & alios quàm plures, de testibus suis juramentò constrinxit, quòd testimonium, consilium, & auxilium contra ipsum præberent eidem; ideoque injungimus, ut si testimonium eorum publicatum non est, nec est abrenunciatum testibus, eos, qui sunt juramentò adstricti: & alios, (si necesse fuerit) idoneos, in testimonium recipere non postponas. *De Testibus &c. c. Intimavit.*

36. Juramentum factum de stando sub obedientia Papæ, electi in schismate, non tenet, si tollendum sit schisma per Concilium.

Sacrofancta generalis Synodus Constantien. &c. Considerans, quòd per charissimam Ecclesiæ filiam, Catharinam Reginam illustrem charissimi ipsius E. filii Joannis Regis Castellæ, & Legionis, Matrem atque nutricem, Regnorumque & terrarum illius Gubernatricem, atque per nonnullos Prælatos, Barones, & notabiles personas Regnorum, & terrarum Regis præfati, requisita, & præstata fuerunt juramenta, & promissiones, de non recedendo ab obedientia Domini Petri de Luna, Benedicti XIII. à nonnullis sic nunciatis. --- Statuit, decernit, atque declarat, præfata omnia juramenta, & promissiones, ac omnia & singula inde secuta, fuisse & esse cassa, irrita & nulla, nullisque efficaciar, roboris, vel momenti. Et nihilominus ad cautelam, quatenus de facto processerunt, ea relaxat, & cassat, irritat, ac revocat, declarans præfatos, (ut præmittitur) jurantes & promittentes, ad observantiam prædictorum minime teneri & obligati. *Conc. Const. sess. 35. in fin.*

V. Juramentum quando tenet.

1. Juramentum, etiam factum in damnum proprium, dummodo non sit contra DEI legem, est servandum.

Non est tutum quemlibet contra juramentum suum venire, nisi tale sit, quod servatum, vergat in interitum salutis æternæ: nec nos alicui dare materiam volumus, veniendi contra juramentum proprium, nè authores perjurii videamur. Verùm aliquando in Romana Ecclesia à pluribus prædecessoribus nostris factum esse recolitur, quòd Clerici, qui coacti ministerium Ecclesiæ abjurarunt, de juramento absolutionis beneficium meruerunt, & ad coercendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad præstandum illud compulerant, permitti sunt in eadem Ecclesia ministrare. *De Jurejurando. cap. Si verò. ex Conc. Later. 3. tit. de Jurament. cap. 1.*

2. Juramenta ab omnibus servanda Clericis, & Monachis, &c.

Si ita est, tam Abbatem, & Monachos, qui juraverunt, quàm I. & ejus uxorem, studiosè monere curetis, ut sicut juraverint, eandem conjurationem faciant adimpleri. Si verò commotionem vestram facere neglexerint, eidem Abbati, & Monachis, ingressum Ecclesiæ interdicatis, & in terra præfati I. & uxoris ejus, usque ad dignam satisfactionem, inhibeatis divina officia celebrari. *Ibid. cap. 3.*

3. Juramentum factum de aliquibus, humanâ lege infirmatis, præstari debet, si non sint contra legem DEI.

Cum contingat interdum, quòd constante matrimonio mulieres, alienationibus super rebus dotalibus & donationibus propter nuptias consentiant, nè ulte-

rius contraveniant proprio Sacramento firmandò, ac solutò, processu temporis, matrimonio contraveniantur, utrum hoc eis liceat, à nobis tua Fraternitas quaesivit. Nos autem Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd etsi mulierum consensus in talibus, non videatur obligatorius, secundum legitimas sanctiones, nè tali tamen prætextu viam contingat perjurii aperiri, mulieres ipsæ servare debent hujusmodi juramenta, sinè vi & dolo spontè præstata, cum in alterius præjudicium non redundet, nec observata vergant in dispendium salutis æternæ. *De Jurejurando. cap. Cum contingat.*

4. Jurans coactè se non repetiturum bona, de quibus spoliatur, non tenetur observare, sed adhuc indiget absolutione Papæ. *Conc. Lateranen. ubi supra. cap. 7. Vide, tit. præcedenti. n. 32.*

5. Sacramentum secreti, dati ab Inquire, vel Episcopo, cum manifestatur alicui causâ hæretis, est servandum, aliàs incurritur excommunicatio ipsò factò. *De Hæreticis. in 6. c. fin. Statuta. Vide, Accusator. tit. 7.*

6. Jurans solvere usuras, tenetur implere. Sed postea debet repetere eas.

Cum periculosum sit omnibus DEI fidelibus, usuras recipere: ad earum solutionem nullus Christianus est cogendus, nisi juramentò, vel fide ea solvere teneatur; sed potius creditores ab usurarum exactiõne, Ecclesiastica debent coerceri sententiâ. *Conc. Later. 3. in appen. tit. de Usuris. cap. 6. ibid. cap. 4. Et de Jurejurando. cap. Debitores. Vide, tit. 3. n. 4.*

7. Jurans non repetere usuram, non potest repetere, nec officit juramentum.

Ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quòd cum I. & G. Petro usuras non modicas perfolvissent, juramentò firmaverunt, quòd nec per se, nec per alium prædictas usuras repetere: vel apud Ecclesiasticum Judicem, seu etiam sæcularem, super his deponerent quaestione. Cùmque creditor condiderit testamentum, suis præcepit heredibus, ut omnibus, qui probarent se dedisse usuras eidem, ipsas eis restituere procurarent; unde cùm prædicti I. & G. usuras repetere non attentent, propter hujusmodi juramentum, & hæretes prædicti P. eis negligant satisfacere de usuris, mandamus, quatenus sub pena excommunicationis publicè in Ecclesia proponi facias, vel proponas, ut qui super hoc noverint veritatem, procedant ad testimonium proferendum; & si per dicta testium, vel alia documenta tibi constiterit de præmissis, hæretes illius, ut usuras, quas à prædictis pater eorum accepit, restituant universas, Ecclesiastica censurâ compellas. *De Jurejurando. cap. Ad nostram. il. 2.*

8. Jurans facere matrimonium cum aliqua ob pacem, nisi adsit causa rationabilis non implendi, tenetur implere; secus è contra.

Mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd præfatus G. præstitit juramentò firmasset, quòd filiam memorati B. duceret in uxorem, eum moncas, & auctoritate nostrâ districtè compellas, ut ipsam, nisi rationabilis causa extiterit, in uxorem recipiat, & maritali affectione petraçteret. Si verò rationabilem causam præterdere voluerit, eam cum omni diligentia & studio audias, & sine Canonico, appellatione cessante, decidas. *Conc. Lat. 3. tit. De Spons. c. 26.*

9. Sed talis tunc monendus, & inducendus est ad contrahendum.

Præterea hi, qui matrimonio contrahendo parè, & sinè omni contradictione fidem dederunt, aut juramentum fecerunt, commoneandi sunt diligentius, & exhortandi, & omnibus modis inducendi, ut fidem præstitam, vel juramentum factum observent, & se,

& se, sicut promiserunt, conjungant. *Concil. Lateranen. ibidem. cap. 33.*

Requisivit à nobis T. Fr. quâ censurâ mulier compelli debeat, quæ jurisjurandi Religione neglectâ, nubere renuit, cui se nupturam interpositò juramentò firmavit. Ad quod breviter respondemus, quòd, cum libera debeat esse matrimonia, monenda est potius, quàm cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere. *De Spons. & matrim. cap. Requisivit.*

Ex litteris Sylvani Episcopi accepimus, quòd, cum 2. nobiles viri sui Episcopatus G. scilicet de Mostra & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se convenerunt, quòd eos ad invicem matrimonii copularent: & hoc tam Patres, quàm filii sub juramento se promissere facturos: inter quos filium G. filiam alterius consentiente Patre, se juravit ducere in uxorem, quò volente ad alia vota migrare, eum Episcopus compellere voluit, ut, quod juraverat, adimpleret. Quia igitur prædicto G. periculosum est, venire contra suum juramentum, fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si hoc tibi constiterit, eum moneas, & si non acquieverit monitis, Ecclesiastica censurâ compellas, ut ipsam, (nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat, & maritali affectione petraçteret. *Ibid. cap. Ex litteris. il. 2.*

10. Jurans contrahere cum aliqua, si vult Religionem ingredi, prius tenetur contrahere, deinde ingrediatur.

Totius est ei, (Religione juramenti servatâ) prius contrahere, & postea, si elegerit, ad Religionem migrare: si tamen post desponsationem copula non cognoscitur intervenisse carnalis. *De Spons. &c. cap. Commissum.*

11. Juramentum etiam sibi præjudiciale faciens, tenetur servare, sed si non vult, petat absolvi ab illo. *Concil. Later. 3. in appen. tit. De Juramento. cap. 1. Supra n. 1.*

12. Jurans stare mandato Ecclesiæ, non potest appellare, vel si appellat, intra quadraginta dies tenetur accipere iter ad Papam, ut prosequatur. *De appellat. &c. cap. Quaestioni. ex Conc. Later. 3. eod. tit. cap. 29. & cap. Ad hæc. il. 2. Vide, Appellatio. tit. 7. n. 19. & 27.*

13. Juramentum filia, de non petendo aliud à Patre præter dotem, tenet.

Quamvis pactum patri factum à filia, dum nuptiis tradebatur, ut dote contenta, nullum ad bona paternam regressum haberet, improbet lex civilis, si tamen juramentò, non vi, nec dolo præstitò, firmatum fuerit, ab eadem omnino servari debet, cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum. *De Pactis. in 6. c. Quamvis.*

14. Jurans presentanti augeri pensionem, si contrarium jurat in manu instituentis, ad secundum juramentum tenetur, sed est removendus. *De Jurejurando. cap. Tua nos. Conc. Lateran. 3. de Juramento. cap. 4. Vide, Beneficium. tit. 14. n. 11.*

15. Juramentum uni debitum, si alteri sit, adhuc præstandum est cui debetur.

Cum igitur nobis, & Ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere teneatis, si præstitum juramentum ei, quod à te nobis, tanquam debitum, est præstandum, contrarium repotes, illud illicitum judicabis, & illicitò non obstantè, quod licitè, imò ex debito petitur, exhibebis, vel si præstitum præstando contrarium non existit, illud sinè difficultate præstabis. *De Jurejurando. cap. Ea te.*

16. Juramentum extortum à populis in bellis justis, præstari debet, secus si injusta sunt bella, sed solvi potest, & debet.

Tomus 11.

Ibid. cap. Sicut nostris. il. 3. Vide, Bellum. num. 8.

17. Juramentum extortum per metum, si non sit contra salutem animæ, est implendum. *De Jurejurando. cap. Si verò. Vide, Supra. n. 1. Vide, Censuræ.*

VI. Juramentum calumniæ, quando, & cui dandum.

1. Juramentum calumniæ, (id est, de non calumniando in lite) præstari debet in principio litis ab omnibus, sed non Clericis. Sed aliquando etiam Clerici debent jurare de calumnia.

Alibi verò reperitur scriptum, ut omnes principales personæ in primo litis exordio subeant calumniæ juramentum, &c. *Cætera Vide, sub verbo Clerici. tit. 47. num. 5. De Juramento calumniæ. cap. 1. & Conc. Later. 3. eod. tit. cap. 1.*

Cæterum, quia novis morbis nova convenit antidota præparari, mandamus, quatenus in causa, quæ inter R. Clericum de S. Albano, & I. & F. Canonicos Londin. vertitur, ad veritatem eliciendam, Appellatione cessante præstari faciatis ab utraque parte calumniæ juramentum; consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante. *Ibid. cap. Cæterum. & Conc. Lat. ibid. cap. 5.*

2. Juramentum calumniæ quando debet dari.

Si de calumnia, seu de veritate dicenda in primo litis exordio non juretur, ut debet, poterit postmodum in qualibet parte litis jurari: cum hujusmodi juramenta præstari ab initio, de substantia ordinis judicii non existat. *De Juramento calumniæ. in 6. c. 1.*

3. Juramentum calumniæ non dandum in causis spiritualibus.

Sanè Romana Ecclesia in his casibus, in quibus de EE. decimis, & rebus spiritualibus tantum agitur, juramentum calumniæ, nec dare, nec recipere consuevit: eò quòd tales causæ non ex legum districtione, sed ex Canonum æquitate finem debitum sortiantur: Canones autem juramentum calumniæ in hujusmodi causis nulli proffis inducunt. *De Juramento calumniæ. cap. Litteris. ex Conc. Lateran. 3. in appen. eodem tit. cap. 2.*

4. Sed in 6. sub eod. tit. permittitur, ut etiam in his causis juretur.

In omnibus autem causis, nèdum ante, sed etiam postquam lis fuerit contestata, si de veritate, si de calumnia sit juratum, in ipsis potest iudex à partibus exigere juramentum maliciæ, quoties viderit expedire. *Eod. tit. in 6. cap. 2. §. fin.*

Statuimus, ut qui advocati officium voluerit generaliter promereri, apud Diocesanum, cujus Ordine, vel domicilio jurisdictionis existit, præbeat juramentum, quòd in causis, quarum patronus extiterit, patrocinium fidele præstabit, non ad differendam, vel auferendam alterius partis justitiam, sed ad causam clientuli legibus defendendo, & rationibus. Aliàs autem non admittantur in causis matrimonialibus, & electionibus, nisi juramentum simile voluerint præstare in eisdem, sed nec in aliis coram Ecclesiastico Judice, ultra terminos tres, absque juramento hujusmodi admittantur, nisi pro Ecclesia sua, vel Domino, aut amico notoriè vel paupere, seu extraneo, vel persona miserabili, duxit forsitan postulandum. *Conc. Londin. 2. cap. 30.*

5. Juramentò calumniæ omisso, non annullatur processus.

Propter omissum quoque tacitè in tota causa calumniæ juramentum, judicialis processus, aliàs factus legitime, non est nullus, nec etiam annullandus. *De Juram. cal. in 6. cap. 1. §. Propter.*

6. Jurandum de calumnia, & veritate, etiam in causa appellationis. *Ibid. cap. In appellationis. Vide, Appellatio. tit. 4. n. 13.*

N n 3

7. Jura.

7. Juramentum calumniæ potest à Judice exigì, quoties sibi videtur. *ibid.* §. *fin. supra. num. 4.*
8. Dari potest in principio litis, in medio, & ultra. *ibid. cap. 1. supra. num. 2.*
9. Juramentum calumniæ potest per procuratorem fieri nomine Principalis.
- In petra tractandis causis, Sacramentum calumniæ non passim præcipimus exhiberi, sed causa, & principalium personarum qualitate inspecta, quandoque per ipsas Principales personas, quandoque per œconomos, qui causam omnino non nesciant, in animam jurantis, illud præcipimus præstari. *De juramento calumnie. cap. In petra tractandis. Concil. Lateranen. 3. tit. De juram. calumnie. cap. 3.*
- Nullam tibi Judex injuriam fecisse censetur, qui procuratorem tui adversarii constitutum ad causam, habentem super hoc speciale mandatum, admisit ad præstandum in ea calumnie juramentum. *ibid. in 6. cap. fin.*
10. Juramentum calumniæ præstari potest etiam ab Universitate, vel Oeconomo.
- Sed ne aliena jura videantur hujusmodi occasione illicitè detinerè, & ipsi à causa sua decident, si ex parte ipsorum prædictum juramentum, cum res postulaverit, non fuerit præstitum, eisdem præcipimus, ut in suo monasterio œconomum statuunt, qui pro eis petere, & accipere, atque juramentum de calumnia (cum necesse fuerit) valeat exhibere. *De juram. calum. c. Imperatorum. Conc. Later. l. c. cap. 4.*
11. Item præstari potest à Syndico, vel Procuratore Universitatis, vel Ecclesiæ.
- Nos partibus dedimus in mandatis, ut pro ipsa causa, nostro se conspectui præsentent, quorum procuratoribus cum instrumentis de rato, in nostra præsentia constitutis, peritorem ipsius Archiepiscopi per procuratorem ejus fecimus exhiberi. Et lite coram nobis plenissimè contestata, fecimus calumnie juramentum ab ipsis procuratoribus utrinque præstari. *ibidem. cap. Cum causam. Conc. Later. l. c. cap. 3. & 4. supra n. 9. & 10.*
12. Juramentum calumniæ recusans, si est actor, cadit ab actione, si reus, habetur pro confesso. *De jur. cal. cap. fin. Vide, Episcopus. tit. 62. num. 2.*
13. Juramentum calumniæ dari debet debitori neganti. *De fidejussoribus. cap. Constitutus. Vide, Debitor. n. 3.*
14. Juramentum calumniæ dari non potest in causis decimarum. *Concilium Lateran. 3. in append. tit. De juram. calum. cap. 2. supra. num. 3.*
15. Non semper petendum juramentum calumniæ, sed inspecta qualitate personarum. *Concilium Lateranen. ibidem. cap. 3. supra. num. 9.*
16. Potest ab utraque parte exigì. *ibid. cap. 5. supra. num. 1.*
17. A Religiosis per œconomum præstari potest. *ibid. cap. 4. supra. n. 10.*
18. Clericis quando potest dari. Vide, in sequenti titulo.

VII. Juramentum cui dari potest, & cui non.

1. Juramentum dari potest cuilibet, sive particulari personæ, sive Universitati, mediante Oeconomo, vel Procuratore, sive Ecclesiæ, sive civitatis. *De juram. calum. cap. In petra tractandis. cap. Impe-*

- ratorum. & c. Cum causam. Vide, tit. præced. num. 9. 10. & 11.
2. Etiam Clericis dari potest juramentum calumniæ aliquando. *ibidem. cap. Cetera. Vide, ibidem. num. 1.*
3. Juramentum ab Episcopo non exigendum. *Cornelius ep. 2. 2. quest. 5. cap. Sacramentum. & cap. Nos Sacramentum. Sed in hoc intelligitur de juramento dando, ut datur à laicis. Vide, Episcopus. tit. 62. num. 1.*
4. Etiam Episcopo dari potest juramentum calumniæ, si vult litigare. *De juram. calum. cap. Cum in causa. Vide, ibidem. n. 2. Sed Evangelia illi ostenduntur tantum, absque tactu. ibid.*
5. Jurare debent suspecti de hæresi de relinquenda. Vide, *Conventicula. in fin.*
6. Jurare non tenetur Actor, si plenè probavit. *De probationibus. cap. Sicut consuetudo. Vide, Actor. n. 2.*
7. A quocunque litigante potest Judex exigere juramentum circa aliquod, si alia deficient probationes.
- Ne igitur ex hujusmodi Juramenti defectu Justitia (occultata veritate) succumbat: mandamus, quatenus partes ad præstandum hujusmodi Juramentum per censuram Ecclesiasticam, appellatione remotâ, cogatis. *De jurejurando. c. Ex litteris.*
8. Juramentum parti datum à judice, non potest recusari, sed datum à parte, potest.
- Juramentum à te parti delatum, nisi justa de causa, non potuit recusari. Quamvis, quod in Judicio à parte parti defertur, recusari possit licitè ac referri. Nec liceat convento famosâ actione, referre hujusmodi Jusjurandum. *ibid. c. p. fin.*
9. Juramentum de dicenda veritate in causis hæresis potest ab Inquisitoribus dari omnibus, etiam Clericis.
- Forma verò Juramenti, quam à Clericis Novatien. super inquisitione faciendâ in hoc negotio recepistis, in similibus volumus observari, ut videlicet jurent Clerici, quòd super his, quæ sciunt, vel credunt esse in sua Ecclesia reformanda, tam in capite, quam in membris, (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant Inquisitoribus veritatem. *De accusat. c. Qualiter.*
10. Juramentum dari non potest, si præsumptio stat pro reo, sed consideratio habeatur de persona.
- Neque indistinctè ipsi appellanti (præsumptione faciente pro eo) deferatur etiam Juramentum: sed tunc, cum inspectis personarum & ipsius causæ circumstantiis id fuerit faciendum. *De testibus. & c. in 6. cap. finali.*
11. Juramentum non est dandum testi falso, perjuro, & c. ad se purgandum. *De purg. Canon. cap. 1. Vide, Infamatus. num. 1.*
12. Juramentum reo dandum est, quando actor deficit in probatione, nisi pensatis circumstantiis, Judex puret dandum actori. *De jurejur. cap. fin. §. Sane. Vide, Actor. num. 22.*
13. Juramentum in judicio dari non potest utrique parti, dans excommunicatur.
- Statuimus, ut quicumque unò Juramento legitimè datò, quòd secundum legem Divinam omnis humanæ controversiæ finis esse debet, alterum è contrario Ju-

- ramentum opponere præsumperit, ab ipsis liminibus Ecclesiæ, quæ suâ impietate profanavit, exclusus, omnium Christianorum consortio atque convivio reddatur extraneus, nisi se continuo admonitus ad eandem penitentiam tanti reatus, humili satisfactione inclinaverit. *Conc. Valentin. 3. cap. 11.*
14. Juramentum dandum non est pueris ante annum 14.
- Parvuli, qui sine rationabili etate sunt, non cogantur jurare. Et qui semel perjuratus fuerit, nec testis sit post hoc, nec ad Sacramentum accedat, nec in sua causa, vel alterius, jurator existat. *22. qu. 5. cap. Parvuli. ibid. cap. Pueri ante. post Concilium Eliberit. cap. 2. Vide, tit. 4. num. 4. 22. quest. 5. cap. 5. c. Honestum. Vide, infra. n. 18.*
15. Juramentum à Clerico non potest exigere Laicus. *22. qu. 5. cap. Nullus ex Ecclesiastico. Vide, Clerici. tit. 47. n. 6.*
16. Juramentum à Sacerdote non exigatur.
- Nos Sanctorum exempla sequentes, SS. Apostolorum, eorumque successorum jura firmatus, & Sacramenta incauta fieri prohibemus. *2. qu. 5. cap. Nos Sanctorum. cap. Sacramentum. & cap. Nos Sacramentum. Vide, Episcopus. tit. 62. n. 1.*
17. Juramentum exigens ab eo, quem nescit jurare falsum, non peccat.
- Qui exigit jurationem, multum interest, si nescit illum falsum juratum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, jura mihi, ut fides ei fiat, non est peccatum. Tamen humana tentatio est. Stantem scit eum fecisse, novit fecisse, videt fecisse, & cogit jurare, homicida est. Ille enim suò se perjuriò perimit, sed iste manum interficientis & impressit. *22. qu. 5. cap. Qui exigit.*
18. Juramentum à jejuno faciendum est.
- Honestum etiam videtur, ut qui in Sanctis audet jurare, hoc jejunos faciat cum omni honestate & timore DEI, & ut pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare. *ibid. c. Honestum.*
19. Jurare non possunt Clerici, sine licentia sui Prælati. *Conc. Later. 3. tit. de Juramento calumnie. cap. 1. Vide, tit. præcedent. num. 1.*

VIII. Juramentum fidelitatis.

1. Juramentum fidelitatis, factum erga Principes, ab omnibus observandum. Illud prævaricans, per totam vitam remanere debet excommunicatus.
- Sicut summum bonum est, valdeque conspicuum, superio Numini amanter fidelitèrque inhaerere, ejusque præceptioni patientiam, votis gliscentibus exhibere: ita consequens bonum est, post Deum Regibus, utpote jure Vicario ab eo præelectis, fidem promissam, quemque inviolabili cordis intentione servare, & c. Unde opportunum satis est, ut sponso cum Principibus compromissa, absque aliquo fraudis novo custodiatur, & fides ei reddita, nullis factionibus, nullisque etiam nequitia machinationibus temeretur; nam si nuda tantum verbi pollicitatio qualibet occasione violetur, criminis denotatione censetur, quantum magis si fides Regibus sub jurisjurandi attestazione promissa, nequaquam profanare pertimescat. *Concilium Toletanum 16. cap. 9. Concil. Toletanum 4. cap. 75. Vide, Conjurantes. n. 4. 22. qu. 5. cap. De forma. cap. Si quis Laicum. Vide, Fidelitatis juramentum. n. 3. & 4.*
2. Juramentum fidelitatis in Principe violatur, non solum si jurantes eum judicant, sed etiam si aliis dant motiva ad judicandum, id est, ad privandum.
- Secunda post hæc nostro cœtui retractanda se collegio intulit, pro conditionibus scilicet illis, quas jam dictus Princeps Ervigius ob tuitionem filiorum suorum, totius Regni sui populos jurare cogit. Ne-

- que enim quorundam incauta illa dicacitas attenditur, quæ imprudenter adstruere nititur, illos tantum innoxios esse à perjuri crimine, qui negotia sua tantum vili fuerint objecisse: illos autem, qui vel talia negotia judicanda susceperint, vel hujusmodi pro æquitate adjuverint, inexpiabili profanationis crimine irretiri. Magna ergo stulticia vox est, hæc sentire, vel proloqui. Nam è contra, ecce per totam Divinæ seriem Scripturæ, plus judicibus præcipitur judicare justitiam, quam populis sua objectare negotia; dicit enim Scriptura: Justè judicate filii hominum; nec addidit: Justè proponite causas vestras. *Conc. Toletanum 15. circa finem.*
3. Juramentum fidelitatis in Reges, & c. à Papa absolvi potest.
- Alius item R. P. Zacharias scilicet, Regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quòd tanta potestati erat inutilis, à Regno deposuit, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris Patrem, in ejus locum substituit, omnèsque Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex autoritate frequenter ait Sancta Ecclesia, cum milites absolvit à vinculo juramenti, quod factum est his Episcopis, qui Apostolicâ autoritate ab Episcopali gradu deponuntur. *15. quest. 6. cap. Alius item. Vide, Papa.*
4. Illud prævaricantes, omni honore privandi sunt, sive Clerici sint, sive Monachi.
- Hoc unum specialiter nunc depromitur observandum, ut si quis Religiosorum, ab Episcopo usque ad extremum Ordinis Clericorum, sive Monachorum, Generalia juramenta in salutem Regiam gentisque, aut Patrie data, repetiatur violasse voluntate profanâ, mox propriâ dignitate privatus, & locò, & honore habeatur exclusus, eò miserationis obtentu tantummodo reservatò, ut an locum, an honorem, an utraque possideat, concedendi jus, licentiamque principalis potestas obtineat. *Concilium Toletanum, 10. cap. 2. Concilium Toletan. 4. cap. 75. Conc. Tolet. 16. cap. 9. & cap. Si quis Laicus. Vide, ubi supra. n. 1.*
5. Juramentum fidelitatis non tenentur Clerici præstare Laicis, si nihil temporale ab eis habent. *De jurejur. cap. Nihil de jure. Concilium Claramont. cap. 17. Vide, Clerici. tit. 47. num. 9.*
6. Juramentum fidelitatis tenentur præstare Principes Christiani Romanæ Ecclesiæ. *Clement. de Jurejurando. cap. unicò. Vide, Imperator. tit. 2. n. 7.*
7. Idem juramentum tenetur emittere Imperator erga Papam. *ibidem. Vide, Papa.*
8. Juramentum hoc, quod dare tenetur Imperator, & alii Principes erga Papam, emitti potest in manu alterius, destinati à Papa. *Clementina. ibidem.*
9. Juramentum replicare non tenetur successorì Vasallus, qui Papæ juravit.
- Veritatis amica simplicitas. Respondemus, ut hæredes tui, qui nobis, vel alieni successorum nostrorum juraverunt, aliis jurare minime compellantur; Catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, & homagii, & fidelitatis puritate nihilominus ac si jurassent, omni tempore teneantur, absque tergiversatione aliqua, fideliter observare. *De jurejur. cap. Veritatis.*
10. Juramentum, quod tenentur facere Episcopi circa Papæ fidelitatem ac subjectionem, & circa visitationem liminum Apostol. *De jurejur. cap. Ego N. Vide, Episcopi circa Papam. tit. 31. n. 28.*
11. Juramentum de stando sub obedientia Papæ electi in schismate, non tenet, si

per Concilium tollendum fit schisma. *Concilium Constant. sess. 35. circa finem. Vide, tit. 4. num. 37.*

12. Juramentum fidelitatis præstare tenentur Episcopi suffraganei Provinciarum subditarum, suo Patriarchæ, ad quem etiam appellare possunt immediate.

Antiqua Patriarchalium sedium privilegia renovantes, Sancta universalis Synodus approbante, sancimus, ut post Romanam E. (Cetera Vide, sub verbo *Cruce. n. 2. & sequitur.*) In omnibus autem Provinciis eorundem jurisdictioni subjectis, ad eos cum necesse fuerit, provocetur: salvis appellacionibus ad Sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. *De privilegiis. cap. Antiqua. ex Conc. Later. 4. cap. 5.*

IX. Juramentorum absolutio, & relaxatio.

1. Juramenta per vim facta, vel illicitè, quando absolvenda per Papam.

Auctoritatem Venerabilium prædecessorum nostrorum secuti, & nominatim Beatissimi P. & M. Alexandri, quinti à Beato Petro, ab omnibus Juramentis, & cujuscunque modi obligationibus, quibus illi se se coactè violentiâ impiorum obligaverant, absolvimus, & ne illa ferventur, vetuimus tam præfatum Episcopum Reverentem, quam ejus Præpositum, & omnes, qui tunc temporis capti, se illis quoquò modo obligaverunt. *15. q. 6. cap. Auctoritatem. ex Nicolao I. in decretis. tit. de Rom. Ecclesia. cap. 7.*

Nolumus etiam prudentiam tuam ignorare, nos sæpè dictum Coepiscopum, ab illius malitiosè coacti Juramenti conditione absolvisse, sanctæque Ecclesiæ contumeliam vindicandi, licentiam ipsi dedisse. *Greg. VII. lib. 7. ep. 13. Concilium Lateranen. 3. tit. De jur. cap. 7. Vide, tit. 4. num. 31.*

2. Juramentum fidelitatis in Reges, &c. à Papa potest absolvi. *15. q. 6. cap. Alius item. Vide, supra. n. 3.*
3. Jurans illicitum scienter, non indiget absolute à juramento, nec tenetur observare. *De Jurejurando. cap. Quando. Vide, tit. 4. n. 5.*
4. Jurans per metum, absolvitur, & non semper punitur.

Verùm in ea quaestione, quæ quinto loco ponitur, an à Sacramento vinculo absolvantur, qui illud inviti, pro vita & rebus servandis, fecerunt: Nihil aliud arbitramur, quam quod antecessores nostri Romani Pontifices arbitrati fuisse noscuntur, qui tales à Juramenti nexibus absolverunt. Ceterum ut agatur consiliis, & auferatur materia dejerandi, non eis ita expressè dicatur, ut juramenta non fervent: sed si non ea attendint non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi. *ibid. c. Verum.*

5. Juramenta de illicitis & turpibus agendis, sunt relaxanda.
- Mandamus, quatenus creditores, ad Juramenta super usuris sibi solvendis præstita, relaxanda, Ecclesiasticâ districtione cogaris. *De Jurejurando. c. 1.*
6. Juramentum excommunicati, de stando mandatis Ecclesiæ, non est absolutio. *De Sentent. excommunicationis. c. Quod in dubijs. Vide, Excommunicatus. tit. 15. n. 28.*
7. Juramentum extortum in bello à populis, debet relaxari, si bellum est injustum. *De Jurejurando. cap. Sicut. Vide, Bellum. n. 8.*
8. Jurans de solvendo novo censu pro Ec-

clesia, absolvi debet. *De Censibus. cap. Significavit. Vide, Clerici. tit. 47. n. 8.*

9. Juramentum extortum per metum, quando à Papa absolvitur. *De Jurejurando. cap. Si verò. Vide, tit. 5. n. 1.*

10. Juramentum de tacenda veritate, est relaxandum. *De Accusat. cap. Olim. Vide, tit. 4. n. 2.*

11. Spoliatus, jurans non repetere bona, non tenetur attendere, sed adhuc indiget Papæ absolute. *Concil. Lateran. 3. tit. De Juramento. cap. 7. Vide, ubi supra num. 1.*

12. Jurans falsum in damnum alicujus, non absolvitur, nisi ab Episcopo, & in casu mortis ab alio, cum obligatione comparandi coram Episcopo, si vivit.

His duximus adnectendum, ut singulis annis in genere solemniter excommunicentur fornicarii, perjuri supra Sacramenta, incendiarii, fures, atrociores raptores. Ita ut, qui scienter in delictum cujuslibet dejeraverint, non absolvantur; nec eis poenitentia ab aliquo injungatur, nisi ab Episcopo Diocesano, vel ejus auctoritate, præterquam in articulo mortis; & tunc eis injungatur, quòd, ex quo convaluerint, Episcopum adeant, ab eo, vel ejus auctoritate poenitentiam susceperint. *Conc. Londin. 1. cap. 7.*

13. Juramentorum absolutio non potest dari à sacra Poenitentia, nisi ad effectum agendi. *Pius IV. const. 3. In sublimi.*

X. Alia de Juramento.

1. Juramentum dari non potest in Dominica & festis.

Decrevit Sancta Synodus, ut à Septuagesima usque ad Octavam Paschæ, & ab Adventu Domini, usque in Octavam Epiphaniæ, nec non & in jejuniis Quatuor Temporum, & in Litanis majoribus, & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum, (nisi de concordia & pacificatione) nullus super sacra Evangelia jurare præsumat. *22. q. 5. cap. Decrevit. de Feris. cap. 1. Vide, Dies Dominica. num. 3.*

2. Jurans falsum, scienter, potest excommunicari.

Ut calumniatorum improbitas, & temerè jurantium malitia, timore cælestis judicii retundatur, præcipimus, ut quilibet Sacerdos de cetero ter in anno solemniter, accensis candelis, pulsatisque campanis, eos excommunicet, qui in recognitionibus, aliisve testimoniis, scienter & spontè pejerabunt, & eos, qui malitiosè alios facient pejerare, eosque singulis Dominicis diebus excommunicatos denuntiet, ut crebra maledictionis iteratio eos à sua iniquitate retrahat, quos accusatio propriæ conscientie non deterrere. Si verò de perjurio poeniteant, ad Archiepiscopum, vel Episcopum, vel Generalem Diocesis confessorem, absente Archiepiscopo, vel Episcopo, transmittantur, ab eo poenitentiam susceperint. *Conc. Eborac. 1.*

3. Jurans malè, poenitere debet. *22. q. 4. cap. Necepsè est. Vide, tit. 2. n. 15. cap. Non pejerabis. Vide, tit. 4. num. 3. De Jurejur. cap. Cum quidam. §. Illi verò. Vide, tit. 4. n. 22. Per unum annum ab Eucharistia abstineat, & poenitentiam faciat.*

Qui Sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio, unò annò à Communione Corporis & Sanguinis Domini segregatus, reatum suum elemosinis, stertibus, & quantis poterit, jejuniis, absolvat. *22. q. 4. cap. Qui Sacramento. ex Conc. Illerden. cap. 7.*

4. Jurans per metum, si non attendit, non

peccat mortaliter. *De Jurejur. cap. Verum in ea. Vide, tit. præcedenti. n. 4.*

5. Juramentò potest infamatus se purgare. *De purgatione Canonica. cap. 1. Vide, Infamatus. n. 1.*

6. Juramenti exceptio quando potest admitti. *Vide, Exceptio.*

7. Juramentorum observandorum causæ à judice Ecclesiastico sunt judicandæ.

Cùm C. Laicus (pro quo solvisti certam pecuniæ quantitatem, in qua pro eo te fidejussoriò nomine obligaveras) te servare recuset indemnem, contra juramentum à se præstitum temerè veniendo, ipsum coram Ecclesiastico Judice (ad cujus forum ratione Juramenti causæ hujusmodi cognitio noscitur pertinere) de jure poteris convenire, ut ipsum monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, quòd te super prædictis (ut tenetur) servet indemnem, prævia ratione compellat. *De foro competent. in 6. cap. fin. De Jurejurando. ibidem. in 6. cap. Licet. Vide, Causa. tit. 2. num. 3.*

8. Juramento suo spontè contraveniens, est ab Ecclesia removendus.

Querelam R. Canonici Linconien. accepimus, quòd cùm V. Clericus ei duos bizantios nomine Ecclesiæ de Sratera se annuatim soluturum, interpositò Sacramento firmasset, per biennium ab hujusmodi pensionis solutione cessavit. Quoniam igitur non meretur Ecclesiæ regere, qui sunt crimine perjurii irretiti. Mandamus, quatenus si vobis consiterit, memoratum V. contra Juramentum suum, non necessitate, sed voluntate, ab ejusdem pensionis solutione cessasse, ipsum à præscripta Ecclesiâ removens, eam præfato R. restituere minimè differatis. *De Jurejurando. cap. Querelam.*

I. Jurisdictio.

1. Jurisdictio exerceri potest ab Episcopo, in suo territorio tantum. Non extenditur extra illud. *De constitutionibus. in 6. cap. fin. Vide, Delinquentes. n. 6. Clement. de Foro compet. cap. unicò. Vide, Citatio. n. 23. Ab expulso tamen contra expulsores, potest exerceri extra. ibidem. Et quomodo. Vide, Episcopi jurisdictio.*

Quòd si is, cui res DEI competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime solet territoriis commorari, Sacerdotem loci ipsius, ubi habitat, Episcopus de hujusmodi pravitate contemptus, neglecta personâ, litteris mox reddat instructum, &c. *Concilium Parisiense 3. cap. 1.*

2. Jurisdictio Episcopi à nullo est violanda. *Gregorius I. lib. 9. Ex regest. ep. 32. Vide, Clerici. tit. 36. n. 2.*
3. Jurisdictio Episcopi excommunicati non devolvitur ad Metropolitanum. *De supplenda negligentia. in 6. c. 1. Vide, Episcopus. tit. 58. n. 2.*
4. Jurisdictio non potest locari ab aliquo Ecclesiastico. *Conc. Trident. sess. 25. de Reform. cap. 11. Vide, Ecclesiastica jurisdictio.*
5. Jurisdictio Episcopalis non potest emi, aut vendi: emens privatur officio; Episcopus verò vendens, potestate conferendi hoc officium. *Ne Prælati, &c. cap. 1. & cap. Quoniam. Vide, Episcopus. tit. 49. n. 10. Conc. Colonien. 3. tit. De officiorum &c. cap. 3. Vide, Ecclesia. tit. 44. n. 3. Vide, Ecclesiastica jurisdictio.*

6. Jurisdictio delegata expirat per mortem delegantis re integrâ, secus si non sit res integra, id est, si cæpit citari, &c. *Vide, Delegatio. Vide, Delegatus.*

7. Jurisdictio non potest prorogari per procuratorem, non habentem mandatum.

Quia verò, &c. nequaquam ad dictos Judices cognitio pertinebat, cùm in rescripto nulla de illis mentio haberetur, nec ad ipsos potuerit jurisdictio prorogari, cùm procurator ad illa solummodo intelligatur constitutus, quæ in commissionis litteris inveniuntur expressa, &c. *De Officio & Pot. Jud. deleg. cap. Cùm olim.*

8. Jurisdictio delegata ad personas non expressas in rescripto non potest prorogari.

Quas hujusmodi occasione à te latas, decernimus non valere; cùm etsi aliàs jurisdictioni præesse dicaris, quia in dictum I. nullam jurisdictionem habebas, jurisdictionis prorogatio nulla noscitur extitisse, cùm ad hujusmodi delegata jurisdictione, ad alias personas nequeat prorogari. *ibid. cap. P. & I.*

9. Jurisdictio delegata tribus, aut pluribus, per mortem unius expirat. *ibid. c. Uno delegatorum. Vide, Arbitri. n. 3.*

10. Jurisdictionis causa cùm agitur, nullus debet attentare in præjudicium ejus, qui negat.

Petitionem contra Ecclesiæ, quas tibi subijci postulas, quæ priusquam Constantinopolitana civitas caperetur, Constantinopolitano Patriarchæ minimè respondebant, duplici ratione non duximus admittendam. Juris namque ratio postulat, ut in eorum præjudicium, quibus eadem Ecclesiæ sunt subjectæ, nihil ordinamus de ipsis, cùm nec citati sint, nec convicti, nec per contumaciam se absentent, &c. *De Majorit. & obed. cap. Inter quatuor.*

11. Jurisdictio Ecclesiastica committi non potest Laicis, aut levibus Clericis, sed probatis. *Conc. Colon. 3. tit. De officiorum, &c. cap. 2. Vide, Archidiaconus. n. 36.*

12. Jurisdictio Ecclesiastica non concedenda pro pretio. *Vide, Episcopi jurisdictio. in fine. Vide, Delegatio. Vide, Delegatus. Vide, Index. Vide, Episcopi jurisdictio. Vide, Ecclesiastica jurisdictio.*

II. Jurisdictio aliquorum Judicum in Urbe Roma, &c.

1. Jurisdictio Camerarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, contra piratas, contra ferentes arma Saracenis, & contra imponentes nova pedagia. *Urban. V. const. 1. Apostolus.*

2. Jurisdictio quæ dari solet Legatis in Statu Ecclesiastico. *Innoc. VI. constit. 1. Cùm omnes.*

3. Jurisdictio omnium Collegiorum & Consulorum artium in Urbe, confirmatur, & ab auctoritate Gubernatoris & aliorum judicum eximitur. *Gregorius XIII. constitutione 61. Urbem. in capite sequenti. Vide, Consules. Vide, Artes.*

Jus Patronatus.

1. Jus Patronatus acquiritur per fundationem Ecclesiæ.

Si quis Ecclesiam cum assensu Diocesani construxit, ex eo Jus Patronatus acquirit. Ceterum in conventuali Ecclesia, non electioni Prælati faciendæ, sed jam factæ,

- factæ, honestius patroni postulat assensu. Nisi aliter de jurisdictione obtineat, ut partes suas interponere debeat electioni tractandæ. Secus tamen est in capella, in qua unus Presbyter à patrono eligitur, & pro institutione habenda, loci Episcopo præsentatur. Pro fundatione quoque Ecclesiæ, honor processionis fundatori servatur: Et si ad inopiam vergat, ab Ecclesiâ illi modestè succurritur, sicut in sacris est Canonibus institutum. *De Jure Patronatus. cap. Nobis fuit.*
2. Jus Patronatus alicujus Universitatis transit cum illâ, nisi excipiat.
- Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod præfato militi præscripta villa fuerit, non excepto Jure Patronatus, ad firmam concessa, vel antequam de Jure Patronatus inter Abbatissam & militem controversia esset suborta, præfatus G. in præscripta Ecclesia per Episcopum ad præsentationem militis institutus fuisset, ei (dummodo aliis sit idoneus) adjudicetis Ecclesiâ, ita, quod, si Abbatissa obtineat adversus militem, illi de temporalibus debeat respondere. *ibid. cap. Ex litteris.*
3. Cum Jus Patronatus transit ad exemptos, non læduntur Episcopalia. *ibidem. cap. Cum sæculum. Vide, Episcopus. tit. 56. n. 14.*
4. Jus patronatus non potest vendi, & irritus est contractus, quia spirituale est.
- Mandamus, quatenus si R. illud comparavit, (cum inconveniens sit, vendi Jus Patronatus, quod est spirituali annexum) contractum illum irritum esse decernas. *ibidem. cap. De jure. Concilium Later. 3. in append. in hoc tit. cap. 17.*
- Cum Jus Patronatus annexum sit spirituali, nemini licitum est vendere illud. *Conc. Lateranense l.c. cap. 16.*
5. Jus Patronatus emens, ut præsentet aliquem ex suis, debet eò privari. *ibidem. cap. Quia Clerici. Vide, Emere. n. 5.*
6. Jus Patronatus debet per Episcopum defendi illæsum patronis. *Concilium Lateranense. 3. ubi supra. cap. 2. Vide, Ecclesia. tit. 22. num. 4.*
7. Jus Patronatus non potest à Patrono alienari. *De Jure Patronatus. cap. Præterea. il. 2. infra.*
8. Neque potest pro eo aliquid exigere, nisi in fundatione sit expressum.
- Præterea, quoniam advocati EE. jus advocacionis, donationis, vel emptionis titulo, aliisque pro sua voluntate contractibus, in alios transferre præsumunt, fodrum, albergarias, Regium, & similia tanquam à propriis rusticis ab Ecclesiis extorquentes, præsentii decretò statimur, eos, sive advocati, sive patroni, vel vice-Domini, sive custodes, vel guardias habentes, seu quocumque aliò nomine censeantur, à gravaminibus EE. cessare, nihilque in ipsis, præter antiquos & moderatos redditus à locorum Episcopis institutos exigere: aut si aliud exegerint, excommunicationi subdantur; contractus quoque hujusmodi, quos fecerunt, vel facient in futurum, vim aliquam decernimus non habere. *De Jure Patronatus. cap. Præterea. il. 2.*
9. Jus Patronatus non vacans, non potest promitti. *De concess. præbend. cap. Cum dilecta. Vide, Beneficium. tit. 2. n. 1. cap. Constitutus. &c. Ex tenore. Vide, Beneficium. tit. 17. n. 1. & 5.*
10. Jus patronatus intelligitur dari monasterio, si Episcopo dante Ecclesiâ, patronus dari consentit. *De donationibus. cap. Pastoralis. Vide, Donatio. n. 20.*
11. Jus patronatus quilibet potest fundare, si Capellam, vel Ecclesiâ dotet de suis

- bonis, tamen in fundatione institutio reservanda est Episcopo. *Concil. Trident. sess. 14. de Reform. cap. 12.*
12. Jus Patronatus tolli non potest. *ibidem. de Reform. cap. 9.*
13. Jus Patronatus ostendi debet per instrumentum, factum per multos præsentantes, vel per longum tempus, quod excedit memoriam hominum. *ibid. cap. 9.*
14. Jura Patronatus, quæ prætendunt Universitates, majori indagine sunt inquirenda, nec juvat immemorabilis probatio, nisi præsentationes continuatæ per 50. annos exhibeantur: & hæc ex authenticis scripturis sunt probanda. *ibidem. cap. 9.*
15. Jus Patronatus non potest beneficio uniri, & nulla est unio. *Vide, Beneficium.*
16. Juris Patronatus causa spectat ad forum Ecclesiæ.
- Causa verò Juris Patronatus ita conjuncta est, & connexa spiritualibus causis, quod non nisi Ecclesiastico judicio valeat definiri. *De judicis. cap. Quanto. Concilium Lateranense. 3. in append. tit. de Jure Patronatus. 2. cap. 4.*
17. Juris Patronatus lis, si non terminetur intra sex menses, (pro Ecclesiasticis) & quatuor, (pro Laicis) Episcopus providet sine præsentatione, citraque sine præjudicio litigantium.
- Illas autem Ecclesias, de quarum patronatu controversia fuerit, si infra sex menses, postquam vacaverint, non fuerit controversia terminata, licitum tibi sit, de persona idonea ordinare. *De jur. patronat. cap. Eam te. & cap. Cum propter. Vide, Episcopus. tit. 74. num. 13.*
18. Juris Patronatus donatio, facta Ecclesiæ à laico, etiam absque consensu Episcopi, tenet; sed non derogat juri Episcopi.
- Si Laicus Jus Patronatus Ecclesiæ sibi competens, eidem, vel alteri Ecclesiæ, seu loco religioso duxerit conferendum: hujusmodi collatio, quamvis absque assensu Episcopi facta fuerit, efficax est censenda. Per præfatum tamen collationem juri Episcopi, qui eidem assensum non præbuit, nolumus in aliquo derogari. *de jur. patronat. in 6. cap. un. Si Laicus.*
19. Juris Patronatus quando debet præsentare. *Vide, Patronus.*
20. Jus Patronatus, præsentandi ad Regimen Monasterii, ad Præposituram, & cætera similia, Laico non potest competere, neque Papa id concedit, nisi urgentissima de causa. *Innoc. VIII. constit. 5. Cum ab Apostolica.*
21. Jus patronatus, vel jus præsentandi ad beneficia, ob augmentum fructuum, non potest concedi à summo Pœnitentiario Romæ. *Pius IV. constit. 53. In sublimi.*
22. Juris Patronatus laicorum litteræ Apostolicæ non possunt expediri, nisi exprimat, quod tantò tempore vacavit, & devolutum est ad Sedem Apostolicam; vel quod tempus, ad præsentandum præfixum, lapsum est, vel quod patroni consensus accedit. *Urban. VIII. constit. 6. Sanctissimus. cap. 42.*

23. Si Juri Patronatus derogandum sit, fiat dispositivè, & determinatè, non autem conditionaliter, alioquin non censetur derogatum. *ibid.*
24. Jus Patronatus potest transferri ad aliam Ecclesiâ, si prima sit diruta. *Vide, Benefic. transl. Vide, Ecclesia. Vide, Parochia.*
25. Jus Patronatus quando potest supprimi. *Vide, Canonici quoad præbendam.*
26. Jus Patronatus habens, auferre non potest Ecclesiâ Canonice collatam. *Vide, Patronus. Concilium Lateranense. 3. tit. De Jur. Patronat. cap. 7. Vide, Ecclesia. tit. 28. num. 2.*
27. Jus Patronatus usurpans per Episcopum expellendus, & privandus officio & beneficio, & si non desistit, anathemate percussatur.
- Nonnulli ambitione nimia tracti, occasione Laici, vel potentie secularis, in seculari foro, nec requisita Episcopi audientia, patronatus EE. & Ecclesiastica beneficia sibi præsumunt in vestris Parochiis vendicare. Mandamus, quatenus eos, quos Patronatus EE. vel Ecclesiastica beneficia, constiterit prædicto modo adeptos, si communitè minime resignaverint, nisi præscriptione, aut Episcopali confessione muniti fuerint, sublato appellationis diffugio, ab officio reddatis & beneficiis alienos. Si verò nec sic destiterint, eos vinculo anathematis innodetis, & usque ad dignam satisfactionem teneatis, & faciatis tenere adstrictos. *Conc. Later. 3. p. 50. cap. 33. & tit. De jur. pat. cap. 14. Vide, Ecclesia. tit. 40. n. 9.*
28. Patronus non consentientibus intra tres menses, Episcopus ordinat E. *Concilium Lateranense. ut infra.*
29. Si Patronorum vota in plures diffundantur, melior est eligendus.
- Statimur, ut si forte in plures partes fundatorum se vota diffuderint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurius eligitur & probatur assensu: Si autem hoc sine scandalo fieri nequiverit, ordinet Antistes Ecclesiâ, sicut melius secundum DEUM viderit ordinandum. Idipsum etiam faciat, si de jure patronatus quæstio emerit inter aliquos, & cui competat, infra tres menses non fuerit definitum. *Conc. Lat. 3. c. 17.*
30. Jus Patronatus non potest à Laico dari domui Religiosæ, absque Episcopi consensu. *Concil. Later. 3. in append. de Jure patron. cap. 6. Vide, Ecclesia. tit. 22. n. 5.*
31. Juris patronis litigantibus, Episcopus provideat de persona, & hæc postea ab eo, qui vincit, præsentetur.
- Si verò aliquando ordinatio alicujus Ecclesiæ ad tuam institutionem spectat, & pro controversia Laicorum, de jure patronatus inter se discrepantium, ordinationes malitiosè differuntur, fas tibi sit, de autoritate nostra, nullius contradictione & appellatione obstante, in eadem E. personam idoneam instituire, ita quod ipsa eadem præsentetur ab eo, qui jus patronatus eviceit. *Conc. Later. in append. tit. de Jure patronatus. cap. 12.*
32. Juris Patronatus in vasori interdenda est Ecclesia. *ibidem. cap. 14. Vide, Beneficium. tit. 38. n. 1.*
33. Juris Patronatus beneficium dari non potest ab Episcopo, sine Patroni consensu. *ibidem. cap. 22. Vide, Ecclesia. tit. 22. num. 8.*

34. Sed est necessarius Patroni consensus, saltem sequens. *ibidem. cap. 23. Vide, Ecclesia. tit. 22. num. 5.*
35. Juris Patroni debent præsentare vacante Ecclesiâ.
- Universitati vestræ, &c. ut in Ecclesiis, in quibus præsentationem habetis, cum vacaverint, Diocesanis Episcopis Clericos idoneos præsentetis, qui illis de spiritualibus, vobis de temporalibus, debeant respondere. *ibidem. cap. 24.*
- Vide, Beneficiorum creatio. Vide, Benefic. à quo conferenda. Vide, Canonici quoad præbendam. Vide, Capella. Vide, Donatio. Vide, Ecclesiæ à quo conferenda. Vide, Patronus. Vide, Præsentare.

Jus ad aliqua.

1. Jus in re, dicitur à justè possidendo, & justitia est juris status. *De verborum signific. cap. Forus. Vide, Causa. tit. 1.*
2. Non videtur injuriam facere, qui utitur jure suo. *De electione. c. Cum Ecclesiæ.*
3. Jus habens eligendi alicquem, non potest eligere se ipsum. *De institutionibus. c. fin. Cum ad nostram. Vide, Conferendi jus. num. 1.*
4. Hic, qui in jus succedit alterius, eò jure, quò ille, uti debebit. *De regulis juris. in 6. reg. 46.*
5. Quæ à jure exorbitant, non sunt ad consequentiam trahenda. *ibidem. regula 28. Vide, Exorbitantia.*
6. Jure disceptare, est justè judicare. *De verbor. signific. cap. Forus. Vide, Judex. tit. 1. num. 1.*
7. Jus quæsitum non tollitur alicui per expeditionem commissionis in causa. *Urban. VIII. constit. 7. cap. 18.*
8. Juri suo cedens, non potest repetere, quæcessit.
- Quam periculosum sit in Divinis rebus, ut quis cedat jure suo, & potestate, scriptura Sancta declarat: cum in Genesi Esau Primatus suos inde perdidit, nec recipere id postmodum potuerit, quod semel cecidit. *7. q. 1. cap. Quam periculosum.*
9. Jus Divinum, Jus humanum, Quiritum, publicum, privatum, militare, &c. *Dist. 1. per totam. dist. 2. & 3.*
- Omnis leges, aut Divinæ sunt, aut humanæ. Divinæ naturæ, humanæ moribus constant: ideoque hæc discrepant, quoniam aliæ aliis gentibus placent. Fas lex Divina est: Jus, lex humana. Transire per agrum alienum, fas est, jus non est. *Dist. 1. c. 1.*
- Jus Generale nomen est, lex autem juris est species. Jus autem est dictum, quia justum est. Omne autem jus, legibus & moribus constat. *ibid. c. 2.*
- Lex est constitutio scripta. *ibid. c. 3.*
- Mos est longa consuetudo, de moribus tantummodo tracta. *ibid. c. 4.*
- Consuetudo autem est jus quoddam, moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Nec differt, an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne jam, quod ratione consistit, duntaxat, quod religioni conveniat; quod disciplina congruat, quod salutis proficiat. Vocatur autem consuetudo, quia in communi est usu. *ibid. c. 5.*
- Jus autem, aut naturale est, aut civile, aut gentium. *ibid. cap. 6.*
- Jus naturale est commune omnium nationum, eò quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur, ut vitii & famina conjunctio, liberorum

rum successio & educatio; communis omnium possessio, & omnium una libertas; acquisitio eorum, quæ cælo, terrâ, marique capiuntur; item depositæ rei, vel commendatæ pecuniæ restitutio; violentiæ per vim repulsiõ. Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam injustum, sed naturale æquumque habetur. *ibid. c. 7.*

Jus civile est, quod quisque populus, vel quæque civitas sibi proprium, divinâ, humanâque causâ constituit. *ibid. c. 8.*

Jus gentium est Sedium occupatio, ædificatio, munio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, fœdera, paces, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde jus gentium appellatur: quia eõ jure omnes ferè gentes utuntur. *ibid. c. 9.*

Jus militare, est belli inferendi solemnitas, fœderis faciendi nexus, signõ datõ egressio in hostem, vel pugnæ commissio: Item signõ datõ receptio: Item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur: Item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor; veluti cum corona, vel torques donantur. Item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus, iusta divisio, ac Principis portio. *ib. c. 10.*

Jus publicum est in Sacris, & in Sacerdotibus, & in Magistratibus. *ibidem. cap. 11.*

Jus Quiritum est propriè Romanorum, quod nulli tenent nisi Quiritis, id est, Romani, in quo agitur de legitimis hæreditatibus, decretionibus, de tutelis, de usucapionibus, quæ jura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, & in eosdem solos constituta. *ibid. cap. 12. & fin.*

Lex est constitutio populi, quæ majores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. *Dist. 2. cap. 1.*

Plebiscita sunt, quæ plebes tantum constituunt; & vocantur plebiscita, quod ea plebs sciat, vel quod sciscitatur, & rogat ut fiant. *ibid. cap. 2.*

Senatusconsultum est, quod tantum Senatores populis consulendo decernunt. *ibid. c. 3.*

Constitutio, vel edictum est, quod Rex, vel Imperator constituit, vel edicit. *ibid. cap. 4. ibid. cap. 5. Responsa. Vide, Responsa. num. 1.*

Quædam etiam leges dicuntur ab iis, qui condiderunt, ut Consulares, Tribunitiæ, Juliæ, Corneliæ. Nam & sub Octaviano Cæsare successit Consulibus Papius & Poppæus, legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papiæ Poppææ, continens Patrum præmia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque Imperatore Falcidius, Tribunus plebis, legem fecit, ne quis plus extraneis in testamento legaret, quam ut quarta pars superesset hæreditibus, ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est. *ibid. cap. 6.*

Satyra verò lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta à copia rerum, & quasi à saturitate: Unde & Satyram scribere, est Poëmata varia condere, ut Horatii, Juvenalis & Peritii. *ibid. cap. 7.*

Rhodiæ leges navaliû commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum usus fuit. *ibid. cap. 8. & fin. Dist. 3. cap. 1. 2. & 3. Vide, Leges. n. 11. cap. Omnis autem. 4. & fin. Vide, ibidem. n. 7.*

Justicia.

1. Justitia miseris compatitur.

Vera justitia compassionem habet, falsa verò, indignationem, quamvis & iusti solent rectè peccatoribus dedignari; sed aliud est, quod agitur Typõ superbiæ, aliud zelõ disciplinæ. Dedignantur etenim, sed non dedignant. At contra hi, qui de falsa justitia superbiere solent, ceteros quosque despiciunt, nullâ infirmantibus misericordiâ condescendunt, & quod se peccatores esse non credunt, eõ deterius peccatores fiunt. *Dist. 45. c. 1. veru.*

2. Justitia non est exercenda per lucrum.

Nulla vos lucra ad injustitiam pertrahant, nullius, vel minæ, vel amicitie, ab itineris rectitudine deflectant. ... Solerter ergo intruendum est, quod cuncta lucra hic relinquimus, & solas dispendiosorum lucro-

rum causas nobiscum ad iudicium deportamus. *Gregor. 1. lib. 1. epist. 2.*

3. Justitiam, vel gratiam à Sancta Sede per pacta, vel promissiones obtinens, est excommunicatus, sive pro se, sive pro alio obtineat. *Extra. de Sent. excommunic. cap. Excommunicamus. Vide, Beneficium. tit. 14. n. 13.*

4. Item non revelans, incurrit excommunicationem. *ibid.* Et à multis Pontificibus est confirmatum. Vide, *Sedes Apostolica.*

5. Justitiam contra alium à se ipso nullus potest facere in Statu Ecclesiæ, sub pœna excommunicationis, inhabilitatis ad officia, privationis, &c. *Alexander VI. const. i. Inter. Ejus bona confiscanda. Julius II. const. 6. Cum homines.*

6. Justitiam denegantes personis Ecclesiasticis, tertio requisiti sæculares, jurisdictionem amittunt, & est lex Imperialis.

Decernimus etiam, ut si qui Clericis, vel personis Ecclesiasticis, justitiam denegare præsumperint, tertio requisiti suam jurisdictionem amittant. *Honor. III. ex Cirone de iudiciis. cap. 2.*

7. Justitia, id est, sanctitas. Vide, *infra.*

Justus.

1. Iusti ex consortio malorum non pereunt.

Etsi fuerint tres viri in medio ejus, Noë, Job & Daniel, ipsi in justitia sua conservabunt animas suas, ait Adonai Dominus: manifestissimè declaravit Scriptura, justum convictu injusti utentem, non petite cum eo; in hoc autem sæculo iusti cum injustis communitate vitæ, non sanctitatis congregantur; in qua re illi quidem non delinquant, imò Patrem suum, qui in cælis est, imitantur, qui Solem suum oriri facit super justos & injustos, & pluviam suam pluit super bonos & malos, neque inde justus periculum ullum incurret; in stadio enim victores sunt & victi, in corona verò illi tantum, qui fortiter depugnârunt. *Lib. 2. const. A.A. cap. 14.*

2. Iusti tribulati in hac vita, minus in alia iudicium patientur. *23. quæst. 5. cap. Quid ergo. infra.*

3. Iusti flagellantur in hac vita, ne patiantur in alia.

Quòd si verum est, ut negare non poterunt, dicente Propheta: (Non vindicabit Dominus bis in id ipsum in tribulatione) ergo qui puniti sunt, postea non punientur; si autem illi postea punientur, scriptura mentitur, quod dicere nefas, &c. Querat hic aliquis: Si fidelis deprehensus in adulterio decollatur, quid de eo postea fiat? Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur: (Non vindicabit Dominus bis in id ipsum in tribulatione) aut non punietur; & optandum est adulteris, ut in præsentiarum brevi & citâ pœnâ cruciatus frustrentur æternos; ad quod respondimus: DEUM ut omnium rerum, ita & suppliciorum quoque scire mensuras, & non præveniri sententiâ iudicis, nec illi in peccatore exercenda de hinc pœnâ auferri potestatem, & magnum peccatum magnis diuturnisque lui cruciatibus. Si quis autem punitus sit, ut ille in lege, qui Istaëliticis maledixerat, & qui in Sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa levis præsentis supplicio compensata sit. *23. q. 5. cap. Quid ergo.*

Si quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad unitatem Spiritûs, & vinculum pacis, quò Catholica Ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, sitim, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel

flamas, vel bestias, vel ipsam crucem gehennæ, & ignis æterni, nullò modò ista culpanda sunt, imò verò & hæc laudanda patientia est, (non enim dicere poterimus, melius ei fuisset, ut Christum negando nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo) sed estimandum fortasse, tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando cuncta illa vitaret; unde & illud, quod ait Apostolus: (Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.) Nihil prodest, intelligitur ad regnum cælorum obtinendum, non ad extremi iudicii tolerabilius supplicium subeundum. Hæc propter charitatem dicta sunt, sine qua in nobis non potest esse vera penitentia, quia in bonis charitas DEI est, quæ tolerat omnia. *De pœnit. dist. 3. c. 49. fin. Si quis.*

4. Justis eõ magis sunt possibilea DEI præcepta, qui majorem habent gratiam. *Conc. Moguntinum. 4. cap. 9. Vide, Deus. num. 24.*

5. Justorum opera bona à DEO habent originem. *Cælestinus I. ep. 1. c. 8. Vide, Bona opera. num. 1.*

6. Iusti, licet perfectissimi, non eximuntur à jurisdictione Superiorum. *Concil. Vienn. Generale. Clementina de Hæreticis. cap. fin. Vide, Beguardi. Vide, Homo. Vide, Gratia.*

7. Justus quantumcunque perfectus, non potest acquirere in hac vita impeccabilitatem. *Clement. ibid. Conc. Trid. sess. 6. c. 12. & Canon. 23.*

8. Neque est exemptus à jejunio, aliisque DEI & Ecclesiæ præceptis, ob vitæ perfectionem. Neque est exemptus legibus humanis.

Illi qui habent charitatem, nullis præceptis humanis sunt subiecti; habentes charitatem, non tenentur jejunare, orare, vigilare, aut alia consimilia bona opera efficere: sed liberum est illis, facere aut omittere hujusmodi bona opera pro suo beneplacito. *Error damnatus apud Concil. Senon. c. 17. Clement. ut supra. cap. 14.*

9. Neque est exemptus ab observantia mandatorum DEI. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 11.*

10. Iustus non habet impossibilitatem ad servanda DEI præcepta, sed cum DEI auxilio potest ea servare. *ibid. & Canon. 18. Contrarium dicens, est hæreticus. ibid. Vide, Præcepta. Vide, Deus. Vide, Auxilium. Vide, Adjutorium. Vide, Gratia.*

11. Justus quantumvis Sanctus, in hac vita cadit in peccata venialia, neque per hoc amittit statum justitiæ.

Item placuit, ut quicumque dixerit in Oratione Dominicâ, ideo dicere Sanctos, dimitte nobis debita nostra, ut non pro se ipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere unumquemque Sanctorum, dimitte mihi debita mea, sed, dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius, quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim, & justus erat Ap. Jacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est, omnes, nisi ut ista sententia conveniret; & Psalmò, ubi legitur: Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens; & in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo, qui non peccet. --- Unde etiam Daniel, Sanctus & justus, cum in oratione pluraliter diceret: Peccavimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter

& humiliter confiteretur, nè putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis. Postea dixit: Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino DEO nostro; noluit dicere peccata nostra, sed & populi sui dixit, & sua; quia futuros istos, qui tam malè intelligerent, tanquam Propheta prævidit. *Conc. Milevit. c. 7. Conc. African. c. 82. & Conc. Trid. sess. 6. c. 11. & Canone 23.*

12. Justus non peccat venialiter in omni opere bono. *ibid. cap. 11. Leo X. const. 40. Exurge. Vide, in Bullario.*

13. Justorum bona opera antecedit virtus Christi, comitatur & subsequitur. *Concil. Trid. sess. 6. cap. 16. Vide, Adjutorium. Vide, Deus. Vide, Gratia. Vide, Opera.*

14. Justorum opera bona sunt meritoria vitæ æternæ. *ibid. cap. 16. Trident.*

15. Iusti benè operando, exspectare debent retributionem à DEO per ejus misericordiam, & Christi meritum, si usque in finem in gratia perseverant. *Concil. Trid. sess. 6. can. 26. & 32.*

16. Justus iustificari dicitur DEI justitiâ, quia à DEO eam habet; est tamen sibi propria, quia per eam iustificatur. *Conc. Trident. sess. 6. c. 16.*

17. Justus benè operans intuitu æternæ mercedis, non peccat. *ibid. sess. 6. can. 31.*

18. Justus est membrum vivum Christi. *ibid. sess. 6. can. 32.*

19. Iusti hominis opera non solum sunt Dei dona, sed merita ipsius iusti. *ibid. can. 32. Vide, Opera. Vide, Homo. Vide, Liberum arbitrium.*

20. Iusti veraciter etiam pro se recitant illud: *Dimitte nobis debita nostra.*

Item placuit, ut quicumque verba ipsa Dominicæ Orationis, ubi dicimus: Dimitte nobis debita nostra, ita voluit à Sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit, dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, sed debita non habere. *Conc. Milevit. cap. 8. Et Affric. cap. 83. Conc. Milevit. cap. 7.*

21. Justus per bona opera meretur augmentum gratiæ, vitam æternam, ejus consecutionem, & gloriæ augmentum, si moritur in gratia. *Conc. Trid. ubi supra can. 32. Vide, Gratia.*

22. Justus fit homo gratiâ per Christum, id est, sibi datâ ex Christi merito. *Conc. Moguntinum. 4. cap. 7. Vide, Gratia. n. 41.*

23. Justorum opera æstimanda sunt secundum gratiam, quam in eis infert Christus. *ibid. cap. 8. Vide, Homo. n. 32.*

24. Justorum opera sunt effectus gratiæ Dei, movente Spiritu S. *ibid.*

25. Justus propter persecutionem à recta fide non recedat.

A recta ergo fide, & Apostolico tramite, propter ullam persecutionem, nolite recedere, scientes, quoniam juxta Salvatoris sententiam beati sunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Hæc est Apostolorum viva traditio, hæc vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipuè diligenda, arque fiducialiter ab omnibus tenenda. *24. quæst. 1. cap. Archa. Ex Lucio I. m. epist. Decret. Vide, iustificatus. Vide, Gratia.*

1. Justificatio non fit per solam fidem, magis per charitatem.
Atque hanc rationem justificati homines, cum qui mundi, & naturam iram filii, & damnationis rei sunt, per Christi meritum peccatorum suorum remissione impetrant, renovantur Spiritu DEI per Christum, secundum internum hominem, ut iam justificati gratia ipsius, & reconciliati DEO, & ab aeternae damnationis reatu absoluti, haeredes sint secundum spem vitae aeternae. *Conc. Mogunt. 4. cap. 7.*
2. Neque fit per vim naturae, aut legis. *Conc. Trid. sess. 6. & Canone 1.*
3. Justificatio non fit per bona opera.
Opera nihil sunt coram DEO: aut omnia sunt aequalia, quantum ad meritum attinet. Meritum tribuere operibus, propemodum cum eis est sentire, qui credunt, nos ex operibus justificari posse. De quo errore damnantur Judaei plurimum. *Inter errores damnatos & relatos in Conc. Senon. cap. 17.*
4. Preparatio ad justificationem fit per gratiam excitantem & adjuvantem ad conversionem, & per consensum & cooperationem. *Concilium Tridentinum. sess. 6. cap. 65.*
5. Justificationis initium est a gratia excitante & adjuvante. *Conc. Moguntin. 4. c. 7. Vide, Charitas. num. 10.*
6. Justificatio hominis fieri non potest, nisi in Christo. *Concil. Tridentinum. loc. cit. cap. 6.*
7. Ad justificationem disponitur homo consentiens & cooperans gratiae excitanti & adjuvanti. *Conc. Mogunt. 4. c. 7. Conc. Trident. sess. 6. cap. 5. supra.*
8. Dispositio ad primam justificationem sic fit: Homo excitatus & adjutus gratia DEI, concipiens fidem ex auditu, ac credens vera esse, quae relata sunt, & promissa a Deo, & imprimis, quod justificatio fit a DEO per gratiam ejus, intelligitque se esse peccatorem, timore Divinae justitiae concutitur, ad considerandam DEI misericordiam se convertit, fidens per Christum sibi fore propitium, illum diligere incipit, & aliquid odium habet peccati, denique proponit suscipere Baptismum, & vitam novam inchoare, ac DEI mandata servare. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 6. Hanc dispositionem sequitur adulti justificatio. ibid. c. 7.*
9. Justificatio per gratiam multa requirit, & quae. *De Penitentia. dist. 1. cap. 38. Non potest quisquam. cap. 39. Ecce nunc tempus. & cap. 40. Perfecta penitentia. Vide, Confessio. tit. 1. n. 1.*
Non potest quis gratiam domi caelestis accipere, nisi prius purgatus fuerit ab omni sordide peccati, per penitentiae confessionem, per donum Baptismi salutaris. *ibid. cap. 41. Non potest quis.*
Nullus debet gravioris poenae accipere veniam, nisi qualemcumque, etsi longè minorem, quam debeat, solverit poenam. Ita enim impertitur a DEO largitas misericordiae, ut non relinquatur etiam justitia disciplinae. *Ibid. cap. 42. Nullus cap. 43. Neminem putes. cap. 44. Agite penitentiam. cap. 45. Et venit. cap. 46. Sed continet. Vide, Penitentia. tit. 4. n. 4.*

- (Seipens deceptus me, & manducavi.) Venialis culpa, quam sequitur confessio delictorum. Ideo non desperata mulier, quae non reticuit DEO, sed magis confessam peccatum est: quam medicinalis secuta sententia est. Bonum est condemnari in peccato, & flagellari in delicto, ut cum hominibus flagellemur. Denique Cain, quia voluit crimen negare, indignus judicatus est, qui puniretur in peccato; sed remissus est sine praescriptione poenae, fortasse non tam reus majore crimine patricidii, (illud enim commisit in fratrem) quam sacrilegii, quod DEO credidit mentiendum, dicens: Nescio, numquid ego custos fratris mei sum? Et ideo accusatori diabolo ejus accusatio reservata est, ut cum ejus Angelis flagellaretur, qui cum hominibus noluit flagellari. Nam pastor ille Evangelicus lapsum ovem vexisse legitur, non abjecisse. Et Salomon ait: (Noli esse nimium justus) debet enim justitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum praebet, quem fastidio habeas? Qui contemptum se, non compassionem, medico suo putat futurum. *Ibidem. cap. 47. Serpens. cap. 48. Libenter ignosco. & cap. 49. Muxplex. Vide, Penitentia. ubi supra.*
10. Justificatio fit per gratiam, per Christum. *Conc. Trid. sess. 6. cap. & can. 1.*
 11. Justificatio non consistit in sola remissione peccatorum, vel sola imputatione justitiae, exclusa gratia & charitate. *ibid. can. 11.*
 12. Per justificationem homo reconciliatur DEO, absolvitur a reatu damnationis, & fit haeres, secundum spem, vitae aeternae. *Conc. Mogunt. 4. c. 7. supra n. 1. Justificatio renovat hominem, causando in eo fidem, spem & charitatem. Ibidem. & Conc. Tridentinum. sess. 6. cap. 7.*
 13. Justificatio est translatio a statu peccati ad statum gratiae. *Concil. Tridentinum. sess. 6. cap. 4.*
 14. Est remissio peccatorum, & remissio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae, & donorum. *Conc. Trid. ibid. c. 7.*
 15. Justificatio gratis fit, quia absque merito praevio.
Itaque hominem justificari gratis per fidem, quia nullis praecedentibus meritis justificatio acquiritur, sed ex DEI gratia per Christum donatur his, quibus in eum credentibus, mortis ejus, & fusi pro peccatoribus sanguinis meritum applicatur. *Concil. Mogunt. 4. c. 7. Conc. Trid. ibid. cap. 8.*
 16. Non fit justificatio sola fide, quam quis credit, se esse justificatum. *Concil. Trident. ibid. cap. 9.*
 17. Justificatio dicitur fieri per fidem, quia per fidem credentibus Christi meritum fit. *Concil. Moguntinum 4. cap. 7. Item, quia fides est fundamentum omnis justificationis, non quia formaliter justificat. Conc. Tridentinum. sess. 6. cap. 8.*
 18. Justificatio prima hominis fit per Baptismum, & fidem. *De consecrat. dist. 4. c. Filius Dei. Vide, Baptismus. tit. 9. n. 3.*
 19. Neque potest aliter fieri, nisi baptismo, vel ejus voto. *Concil. Trid. sess. 6. cap. 4.*
 20. Justificationis causae istae sunt: Finalis est gloria Dei, ac Christi, & vita aeterna, efficiens est DEUS, qui sanctificat & ungit Spiritu Sancto. Meritoria est Christus Dominus. Instrumentalis in prima justificatione est Sacramentum

- Baptismi. Causa formalis est justitia DEI, non quae ipse justus est, sed quae nos facit justos. *Concil. Trident. sess. 6. cap. 7. & canon. 10.*
21. Per hanc doctrinam justificationis non praedicitur gloriae & misericordiae DEI. *Concil. Trid. sess. 6. can. ult.*
 22. Justificatio augetur potest per augmentum gratiae, fidei, spei, &c. per bona opera. *Conc. Trident. sess. 6. c. 10.*
 23. Justificatio post lapsum baptizati fit per Sacramentum poenitentiae. *ibid. c. 14.*
 24. Justificationis gratia non datur solis praedestinati, sed aliis. *Ibid. can. 17.*

Justificatus.

1. Justificatus non deseritur a DEO, nisi ipse DEUM deserat. *Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 11.*
2. Justificatus non redditur impeccabilis; neque potest sibi promittere resipiscentiam, si peccat. *ibid. cap. 12.*
3. Justificatus si labitur in peccatum, potest iterum justificari per Sacramentum poenitentiae. *ibid. c. 14.*
4. Justificatus non tenetur credere, se esse de numero praedestinatorum. *ibid. can. 15.*
5. Justificatus non sunt impossibilia Dei praecipita. *ibid. can. 18.*
6. Justificatus sine speciali Dei auxilio non potest perseverare. *ibid. can. 22. Vide, Gratia. Vide, Adjuvatorum.*
7. Justificatus potest peccare. *ibid. can. 23. Et venialiter peccare, absque amissione justitiae. ibid. Non potest omnia venialia vitare, sine speciali auxilio Dei. ibid.*
8. Justificatus a DEO frustra damnatur ab homine.

Et si ad tempus damnaris ab homine, & dixit sententiam Pro-Consul in Cyprianum? Alia est sella terrena, aliud tribunal Caelorum. Ab inferiore accepit sententiam, a superiore coronam. *11. quest. 2. cap. Et si ad tempus.*

Custodi intus innocentiam tuam, ubi nemo opprimit causam tuam, praevalebit in te falsum testimonium, sed apud homines. Nunquid apud DEUM valebit, ubi causa tua dicenda est? Quando DEUS judex erit, alius testis, quam conscientia tua, non erit. Inter justum judicem, & conscientiam tuam noli timere, nisi causam tuam. *ibid. c. Custodi intus.*

Justificans. Justum.

1. Justificans malum, & damnans bonum, a DEO damnatur.
Si quis hominem, qui Sanctus non est, Sanctum esse crediderit, & Dei cum junxerit societati, Christum violat, cujus corporis omnes membra sumus; omnes credentes, secundum Apostolum, Christi Corpus efficiuntur. Qui in Christi Corpore erant, & labitur, asserens membrum ejus, vel Sanctum esse, cum non sit, vel non Sanctum esse, cum sit, vide quali crimini obnoxius fiat. (Vae, ait Isaias, qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.) Dulce puto esse sanctimoniam, amarum, quod sanctimoniam contrarium est. *Ibidem. cap. Si quis hominem.*
Vae qui dicitis, malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus

animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino, & populus ejus, & sublimis, gloriosusque ejus ad eum, & incurvabitur homo, & humiliabitur vis, oculi sublimium deprimentur, & exaltabitur Dominus exercituum in judicio, & Deus Sanctus sanctificabitur in justitia. *Ibidem. cap. Vae qui dicitis.*

2. Justum esse nequit, quod quis de jure non potest exercere.
Si simpliciter usus denudatus ab omni jure, haberi posset ab aliquo, constat, quod actus utendi hujusmodi, esset reputandus non justus, cum ille usus fuerit, cui jus non competeat utendi. *Extrav. Joann. XXII. De Verborum significat. cap. Quia quorundam.*

K.

Kalendarium.

Kalendarium Romanum novum, reformatum pro Paschate, & aliis festis totius anni, probatum & ordinatum, confirmatur. *Gregor. XIII. constit. 74. Inter gravissimas. Coepit observari ab anno 1582.*

Kyrie eleison.

1. Kyrie eleison saepe recitandum in Missa & Officio.
Et quia tam in Sede Apostolica, quam etiam per totas Orientales atque Italiae Provincias, dulcis & nimium salutaris consuetudo intronata est, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu ac compunctione dicatur: Placuit etiam nobis, ut in omnibus EE. nostris ista consuetudo sancta & ad Martirium, & ad Missas, & ad Vesperam, DEO propitiant, intronitatur. *Conc. Vasense 5. cap. 2.*
2. A Latinis diversò modo dicitur, ac a Graecis. *Gregor. I. lib. 7. ex regest. ep. 64. infra.*
3. Kyrie eleison replicatur, ut diutius fiat mora in deprecatione.
Kyrie eleison autem nos neque diximus, neque dicimus, sicut a Graecis dicitur, quia in Graecis simul omnes dicunt, apud nos autem a Clericis dicitur, & a populo respondetur, & totidem vicibus etiam Christe eleison dicitur, quod apud Graecos nullò modo dicitur. *(Sequentia. Vide, sub verbo Consecratio. tit. 6. n. 4.) Gregorius I. lib. 7. ex regest. ep. 64.*

L.

Laborare.

1. Laborandum non est in die festo & Dominico. *Conc. Arelhan. ut infra.*
2. In necessitate potest laborare. *ibidem.*
3. Laborantes in festo, non a saeculari, sed ab Ecclesiastico judice sunt puniendi.
Quia persuasum est populis, die Dominico agi cum caballis, aut bobus, & vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad nitorem domus, vel hominis pertinentem, nullatenus exercere: quae res, quia ad Judicium magis, quam ad Christianam observantiam pertinere probatur: id statuimus, ut die Dominico, quod ante fieri liceat, liceat. De opere tamen rurali, id est, agricultura, vel vinea, vel sectione, vel missionem, executionem, vel exacto, saepe censuimus abstinendum, quò facilius ad Ecclesiam venientes, orationis gratia vacent. Quòd si inventus fuerit quis in operibus praedictis, quae interdicta sunt, se exercere, qualiter emendare debeat, non in Laici distinctione, sed in Sacerdotis castigatione consistat. *Conc. Arelhan. 3. c. 27. & Concil. Perven. c. 14.*
Ut omnis homo, tam ingenuus, quam servus, Gothus, Romanus, Syrus, Graecus, vel Judaeus, die Dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, exceptò si in metendo necessitas incubuerit: quod si quisquam praesumpserit facere, si ingenuus est, det Comiti civitatis solidos sex: si servus, centum flagella

luscipiat. *Concilium Narbonense. cap. 4. lib. 8. constit. Apost. cap. 33. Vide, Famuli. n. 3. Concilium Antisiodoren. cap. 16. Concil. Cabilonense 2. cap. 18. Gregor. I. lib. 7. ex reg. ep. 1. & 2. Vide, Dies Dominica. num. 5.*

Nullus rem, aut possessionem, aut mancipium Ecclesiae, vendere, aut commutare, aut quocunque titulo alienare, absque licentia Episcopi praesumat, die Dominicam, & aliis diebus festis, absque opere fervili à Vespere usque ad Vesperum celebrare facite. *Leo IV. Homilia de cura Pastoralis. dist. 86. cap. Tanta. Vide, Dies Dominica. n. 5. Vide, Festa.*

4. Laborantibus in Ecclesia, major portio debetur.

Quantum verò cuique impertitur, alterò tantò plus Diaconis impertitur, ut sit manus Christo. Presbyteris autem, si assidue in studio docendi verbum Dei, laboraverint, seponatur, dupla etiam portio in gratiam Apostolorum Christi, quorum locum tenent, tanquam Consilarii Episcopi, & Ecclesiae corona. Sicut enim consilium, & senatus Ecclesiae. *Lib. 2. const. AA. cap. 28.*

I. Laicorum inhabilitas circa dignitates Ecclesiasticas.

1. Laicus non potest fieri Episcopus. *Concil. Sardicense. cap. 13. Vide, Episcopus. tit. 2. num. 9.*

Ut nullus Laicus, Clericus, vel tantum Subdiaconus, in Episcopum eligatur. *Concil. Claramontanum. cap. 5.*

Ut nullus Laicus ad quemlibet gradum Ecclesiasticum repente promoveatur, nisi post mutatum habitum saecularem, diurnam conversationem inter Clericos fuerit comprobatus. *Concilium Romanum sub Nicolao 2. cap. 11. dist. 61. cap. Sacerdotale. cap. In Sacerdotibus. cap. Non negamus. & cap. Miramur. Vide, Episcopus. tit. 2. num. 9.*

2. Aliqui Laici eveci immediate in Episcopatum, fuerunt tolerati ex misericordia, licet postea ordinati sint: Quia DEI inspiratione facti sunt.

Ilos ergo, quorum provectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quòd ex Laicis ad officium Episcopale delecti sunt, locum suum tenere permitimus, non praedjudicantes A. S. statuta, nec Beatorum Patrum regulas solventes: quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impunè committi: nè quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta posthac ultione plectamur. *1. g. 7. cap. Exigunt.*

Phorium autem novimus per nullos Ecclesiasticos gradus ascendente, sed tantummodo ex laicali militia, Episcopum pertinaciter ordinatum, &c. Et Phorium ex laicali agmine improvidè in eius loco subrogatus Episcopum, aequanimiter ferre omnino non possumus. Quòd Necharius non solum ex Laico habitu, verum etiam ex pagano, Sancta Synodò secunda ordinante meruerit Episcopus fieri, qui tamen Necharius verae Religionis Catholicus, nullius depositionis Catholicae conscientis, Sedis gubernacula, sine scandalo, sine vi, sine omni schismate suscepit, quem Spiritus Sancti auxilio, & talento sibi creditò, haereticorum perfidiis resistisse, eorumque dogma, quod jam ex longotempore pullulaverat, & plurimos sui contagione infecerat, destruxisse, ipsi recolitis, & idcirco benè, & optimè sanctae secundae Synodò A. S. auctoritate fulta, ita de Nechario placuisse testatur. Sed beatus nihilominus fulgidissimus Doctor Ambrosius, quem similiter ex militia, & Catechumeno, asseveratis Episcopum, cum divinitus per miraculorum signa, ab ipsis cumabulis, usque ad consecrationis suae tempus fuisset evocatus, & ad regimen à dissidentibus populis, subito in unam sui concordiam provocatis, compelleretur Ecclesiasticum suscipiendum, minime seditioni, vel schismati studuit, quin potius eas, quas reperire, semetipsum non ulterò, sed coactè populo offerens, repulit, & removit, &c. Omnes haereses

debellans verbi Dei telò succinctus, pro quo aequè hæc S. R. E. eos ritè suscepit. Ideoque hoc tempus necessitatis probè suscepit, quia contra Canonum privilegium sibi concessum, nihil novit temerè perpetratum. *Nicolaus I. ep. 5.*

Assumentes vobis quasi à SS. viro Nechario occasionem, quem sancta secunda Synodus, non ob aliud ad sacerdotalem eligere, atque ordinare, ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnae necessitatis contritione anxibatur, eò quòd in Sancta Constantinopolina Ecclesia nullus Clericorum inveniri poterat, qui pessimae haereseos nimbosà caligine non fuerit impeditus: & ob hoc, nè diu iam dicta Ecclesia sub destitute pastoris, quasi viduata maneret, praedictum Necharium, expugnatorem haereticorum, & defensorem atque gubernatorem E. E. ad Ecclesiasticam curam, & dignitatem sacerdotalem jam dicta secunda Synodus elegit: sed ut hoc iterum fieret, non confirmavit, neque sanxit, aut in futurum. Et ideò licet contra Patrum atque Canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri eventus comprobatur, non in auctoritate tenendum est: sed nè iterum talis proveniat necessitas, magis magisque cavendum. Beatus illius quoque Ambrosii, clarissimam & splendidissimam lucernam Ecclesiae, qui ex catechumeno, divinò praefigò, ad Episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro vestro tutamine opponitis? Et ad vestram illicitam promotionem antefertis? Qui non instinctu hominum, sed divinà vocatione, per miraculorum prodigia electus est. *Idem. epist. 6.*

3. Laicus non potest fieri Episcopus, nisi per alios Ordines transeierit. Neque per Papam potestatem potest Laicus esse Episcopus, sine Ordinibus.

Audivimus quasdam propriis destitutas Rectoribus civitates, Episcopos sibi velle perere de Laicis, tantumque fastidium tam vile credere, ut hoc his, qui non DEO, sed saeculo militaverint, aestiment nos posse conferre, non solum malè de suis Clericis, (in quorum contemptum hoc faciunt) iudicantes, sed de nobis pessimè, quos credunt hoc posse facere, sentientes, &c. Quid proderit per singula Clericos stipendia militasse, & omnem egisse in Dominicis castris aetatem, si qui his praefuturi sunt, ex Laicis requirantur? Qui vacantes saeculo, & omnem Ecclesiasticum Ordinem nescientes, saltu praeproperò, in alienum honorem ambiunt immoderatà cupiditate transcendere, & in aliud vitae genus, calcata reverentià Ecclesiasticae disciplinae, transire. Talibus itaque FF. charissimi, qui juris nostri, id est, Canonum gubernacula custodimus, necesse est obviamus, hisque F. V. epistolis commonemus, nè quis Laicum ad Ordinem Clericatus admittat, & sinat fieri, unde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutus fiat. *Celestinus I. ep. 3. cap. 2. dist. 59. cap. Ordinatores. ex eod. Celestino ep. 2. Vide, Episcopus. tit. 2. n. 11.*

A multis lachrymabili vultu reatum est nobis, quòd quidam Germaniarum ac Galliarum Urbium Episcopi, frequenter Chorepiscopus, qui juxta Canones Neocæsariensis, sive secundum aliorum decreta Patrum iidem sunt, qui & Presbyteri, vel Presbyteros destinarent, qui absente Pontifice altaria erigerent, Basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum, id praecipisse viros Ecclesiasticae disciplinae ignaros, quod est Canonicae regulae contrarium, & statim à saeculari militia, in sacerdotale ministerium delegatos, atque promotos. *Leo I. epist. 88.*

Nam impietas tantum caput extulit, ut Ecclesiarum praesulibus postpositis, & Ordine Canonico conculcato, Laici nunc Ecclesiastica moderamina teneant, & pro libitu proprio, modò istos removeant, modò illos in locis eorum promoveant, & tursus quos nunc approbant, post modicum, mentis victi levitate, repellant. *Nicolaus I. ep. 7.*

Ut enim saeculares, ac Laici homines, quilibet seclera valeant licenter committere, & pro his à nullo Pontificum, qui ex Clero promotus, hæc summam potestatem auctoritate compescere, liberè redarguantur. Nec

de Clericorum Catalogo permittunt ad sacros Ordines provehi, qui vitam eorum tantò audacius, quantò diutius ac familiarius sub Christo duce fortè militantes, fortius compingere possent: sed ex se ipsos eligunt, qui facta eorum tantò minus praesumant arguere, quantò se paulò ante de horum caetu, favore ipsorum promotus meminerint: quod illis partibus tantò familiarius agitur, (ista praesumptio videlicet, ut ex Laicis subito roneantur, & in Episcopos consecrentur) quantò ex consuetudine hæc inolevisse testantur, quam nos è contra tantò studiosius, ex Ecclesia DEI, eradicare volumus, quantò nimirum noxam esse Clericis, & omni Religiosae plebi, supra docuimus. *Nicol. I. ep. 10.*

Si verò de Laicis quispiam, Ecclesiasticis est aggregandus officis, tantò sollicitus in lingulis, quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinare personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam, constat esse discriminis; quia utique convenientia Ecclesiae ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda, tantoque magis, quod Sacris aptum possit esse servitium, in eorum quaerendum est institutis, quantum de tempore, quò fuerant hæc affectuenda, decerpitur: ut morum habere doceatur hoc prohibitas, quod prolixior consuetudo non contulit, &c. Quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam, & de Laicorum conversatione venientem, quæ tamen eatenus indulgentia credidimus, ut illis Ecclesiis, quibus infestatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, renoventur. Quatenus his DEO propitiò restitutis in Ecclesiasticis gradibus subrogandis, Canonum paternorum verus forma servetur, nec contra eos, nisi ratione praevalcat, quod pro accidentis defectibus remedio provideatur, non adversus scita majorum novà legè proponitur, &c. *Gelasius ep. 9. cap. 4.*

Qui dum fuerit postulat, cum solemnitate decreti, omnium subscriptionibus roborati, & visitatoris paginà subsequente, ad nos veniat ordinandus: provisuri ante omnia, nè cuiuslibet vitæ, vel meriti Laicam personam praesumat eligere. Et non solum ille ad Episcopatus apicem nullà ratione provehat, verum etiam reos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes, quos ex vobis de laica persona aspirasse constituerit, ab officio, & à communionem alienos faciendos, procul dubio noveritis. *Greg. I. lib. 3. ep. 39. & lib. 7. ex regest. ep. 26. & 90. lib. 11. ep. 19.*

Pervenit autem ad nos, obeuntibus Episcopis, quosdam ex Laicis constituti, atque ad Episcopatum praecipiti saltu transcendere. Et quò discipulus non fuit, inconfideratà ambitione Magister effectus, & quoniam, quòd possit docere, non didicit, Sacerdotium tantummodo gerit in nomine, nam Laicus in sermone pristino perseverat, & opere, &c. Quod quam primum, ex sua quoque ordinatione Excellentiae vestrae Celsitudo perpendat. *Idem. lib. 4. ep. 53.*

Hoc ad nos pervenisse non dissimili dignum detestatione complectimur, quòd quidam desiderio honoris inflati, desunctis Episcopis tonsurantur, & sunt repente ex Laicis Sacerdotes, atque inverecundè Religiosi propositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt, &c. Qua de re necesse est, ut quamvis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per distinctos ordines, Ecclesiasticis exercentur officiis. Videat quòd imitetur, discat quòd doceat, informetur quòd teneat, ut postea non debeat errare, qui eligitur viam errantibus demonstrare. Nulla igitur contra hoc excusatio, nulla potest esse defensio, quia cunctis liquidò notum est, quæ sit in huius rei diligentia, sancti, & egregii sollicitudo Doctoris, qui Neophytum ad Ordines verat sacros accedere. Sicut autem tunc Neophytus dicebatur, qui initiò in sanctae fidei erat conversatione plantatus: sic modò Neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores sacros irrepserit. *Idem. lib. 7. ex regest. ep. 112. & dist. 59. c. Hoc ad nos.*

Nec hoc quoque malum sollicitudo nostra patitur negligenter omittit, quòd quidam instinctu gloriae inanis illecti, ex Laico repente habitu, Sacerdotii hono-

rem arripiunt, & (quod dicere pudet, & grave tacere est) regendi Rectores, & qui docendi sunt, Doctores, nec erubescunt fieri, nec metuunt, &c. Proinde paternò salutantes affectu, petimus praecellentissimi filii, ut hoc ante detestabile malum, de Regni vestri studens finibus prohibere, & nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio, locum inveniat, quia facientis procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. *Idem. ibid. ep. 116.*

Turbati, ac conturbati sumus, quia ex Laicorum Ordine, & Imperialibus obsequiis deputatis, repente ad Patriarchatus culmen electus est. Et Apocaligus, contra SS. Canonum censuram, factus est Patriarchus, & quòd dicere pudet, & grave tacere est, qui regendi sunt, Doctores nec erubescant videri, nec metuunt ducatum animarum impudenter assumere, &c. Unde Canonica instituit censura, nequaquam ex Laico ad Sacerdotium repente transire, & nisi per ejus fidelem concursum, pro sanctarum imaginum erectione, in ejus consecratione assensum omnimodo tribuere nequimus. *Adrianus I. ep. 1.*

4. Laicus derepente factus Episcopus, non est Episcopus. *Conc. Constantinopol. 4. c. 4. & 5. Formosus ep. 1. Adrianus I. ep. 4. Vide, Episcopus. tit. 2. n. 9. & 10.*

5. Laicus immediate non potest esse Diaconus, vel Sacerdos.

Ea sapienti Ordinatione disponat, quæ decessorum nostrorum conveniant statutis, charitas vestra, ratione prospiciens, nè aliquem facillè ex Laicis, ad sacros Ordines saltu praecipiti cuiquam Sacerdotum liceat aggregare. *Vigilius ep. 8.*

Item placuit, ut ex Laico ad gradum Sacerdotii nemo veniat, nisi prius anno integro in officio Lectorum, vel Diaconatus disciplinam Ecclesiasticam discat, & sic per singulos gradus eruditus, ad Sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, ut, qui nondum didicit, jam docere praesumat, dum & antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit. *Concil. Braebaren. 1. c. 38. Vide, Ordinare.*

6. Laicus non potest fieri Episcopus, ante annum à suo Clericatu. Ordinans illum, per annum suspenditur à Missa.

Nullus ex Laicis absque annua conversatione praemissa, Episcopus ordinetur, ita ut intra anni ipsius spatium, à doctis, & probatis viris, disciplinis, & regulis spiritualibus plenius instruat. Quòd si hoc quisquam Episcoporum transcendere, quacunque conditione praesumpserit, annò integro ab officio, vel charitate Fratrum habeatur extraneus. *Concil. Aurelian. 5. cap. 9.*

7. Laicus potest postulari Episcopus, deinde fieri Diaconus, Sacerdos, &c. *Dist. 61. c. Ofius. Ex Sardicens. cap. 13. Vide, ubi supra. num. 1.*

8. Laicus non potest derepente promoveri ad nullum gradum Ecclesiasticum, nisi post multum tempus à conversione saeculi. *Conc. Romanum. sub Nicol. II. c. 11. supra n. 1.*

9. Laicus non potest fieri Canonicus. *De institut. cap. in Ecclesia. Vide, Canonici. tit. 2. num. 14.*

10. Mos in aulis Principum, induendi Laicum habitu Episcopali joci gratià, improbat.

Colligere licet, solemne fuisse in aulis Principum, statis quibusdam diebus, componere aliquem Laicum insignibus Episcopalibus, qui & tonsurà, & carceris ornamentis, personatum Episcopum ageret, & crasse, etiam ridiculum Patriarcham, quò se oblectarent. Quæ omnia, ut in dedecus Ecclesiae accerita, prohibentur sub gravibus censuris. *Conc. Constantinopol. 4. cap. 16.*

II. Non potest Laicus usurpare jurisdictionem Ecclesiasticam, sub pœna anathematis. *Conc. Lateranen. 3. cap. 19.* Vide, *Clerici. tit. 27. n. 3.* Vide, *Excommunicum. in Bulla Cœne.* Vide, *Judex.*

II. Laici circa dispositionem Ecclesiarum ac bonorum Ecclesiæ.

I. Laici non possunt disponere de Pontificatu, vel aliis Ecclesiasticis negotiis.

Laicis, quamvis Religiosis, nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. *16. q. 7. cap. Laicis. dist. 96. cap. 1. Benè.* Vide, *Ecclesia. tit. 38. n. 19.*

Si quis Principum, vel aliorum Laicorum, dispositionem, seu dominationem rerum, sive possessionum Ecclesiasticarum sibi vendicaverit, ut sacrilegus iudicetur. *ibid. cap. Si quis Principum. Et cap. Non placuit.* Vide, *Ecclesia. tit. 39. n. 1.*

2. Laici non possunt se ingerere in electione Episcoporum: sub pœna anathematis.

Non liceat populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promoventur; sed sit iudicium Episcoporum, ut ipsi eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone, & fide, & in spirituali vita edoctus est. *Concil. Bracar. 2. cap. 1. dist. 63. cap. Nullus. ex Concil. Constantinopolit. 4. cap. 22.* Vide, *Episcopus. tit. 3. num. 5.* *Concilium Tridentinum. sess. 23. cap. 4. & Canon. 7.*

3. Laici non possunt disponere de rebus EE.

Dist. 96. cap. 1. Benè. ex Concil. Romano 4. sub Symmacho. cap. 2. 16. q. 7. cap. Laicis. Et Concil. Constantinop. 4. c. 22. ubi supra. *Conc. Colonien. 1. cap. 4.* Vide, *Ecclesia. tit. 37. n. 1. De jure patronatus. cap. Præterea.* Vide, *Clerici. tit. 32. n. 1.* Sub pœna anathematis, etiam patroni sint. *Ibid. dist. 96. cap. 1. Benè. ubi supra. n. 1.*

4. Laici non possunt habere curam Parochianorum. Neque EE. conducere.

Seculares verò, qui necdum sunt ad Clericatum conversi, res Parochiarum, vel ipsas Parochias minime ad regendum debeant habere committas. *Concil. Cabilonen. 2. cap. 5.*

Secundum instituta prædecessorum nostrorum, sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici causâ lucri negotientur; & ne Monachi à Clericis, vel à Laicis firmas habeant, vel Laici ad firmam Ecclesias teneant. *Conc. Lateranen. 3. in append. tit. Ne Clericus. c. 2.*

5. Laici non possunt auferre EE. Presbyteris. Hoc faciens cadit à jure. *Concil. Vornat. 1. cap. 49.* Vide, *Presbyteri. tit. 3. num. 22.*

Item decretum est, ut nullus Laicorum alicui Presbytero suam commendet Ecclesiam, præter concessum Episcopi; sed cum prius mittat suo Episcopo, vel ejus Vicario, ut probetur, si scientia, ætate & moribus talis sit, ut sibi populus Dei commendetur. *Conc. Salagon. 1. dist. 13. cap. 13. Concil. Pienensè Provin. Vide, Ecclesia. tit. 23. num. 3. 10. q. 1. cap. Sanctorum. Vide, Bonæ temporalia. num. 6.*

Laici Presbyteros de Ecclesiis non eiciant, neque in eis constituant sine consensu Episcoporum suorum. *16. q. 7. c. Laici. ibid. cap. Inventum. ex Concil. Cabilon. 3. cap. 42. Conc. Lateranen. 3. cap. 9 & 14. Conc. Later. 4. c. 67.* Vide, *Ecclesia. tit. 22. n. 2. & 9.*

6. Non possunt disponere de feudis Ecclesiæ, & irrita est dispositio. *De reb. Eccles. alien. cap. Cum Laicis.* Vide, *Alienare. tit. 2. n. 5. ex Conc. Later. 4. cap. 44.*

7. Laici non possunt beneficia sibi usurpare, sub pœna excommunicationis.

Omnimodis prohibemus, ut nemo Laicorum, Abbatum Monachorum, vel Clericorum, Archidiaconatum, neque Præposituram, vel honorem Presbyterii, vel Sacristiæ, seu Magistri scholæ, neque ullos honores ad jus prædictum pertinentes, ausu sine ipsis retinere, & si fecerit, excommunicationi subiacet. *Conc. Tolosanum. cap. 8.*

8. Laici non possunt habere pensiones Ecclesiasticas. *Pius V. const. 73. Sacrosanctum.*

9. Laicus, sive Rex, sive Imperator, sive alius, non potest dare investituram Ecclesiasticam Abbatiarum, & aliarum similium dignitatum; dans excommunicatur. *Concil. Claramont. cap. 16.* Vide, *Reges. n. 6. Conc. Rom. 7. sub Gregor. VII. cap. 2.* Vide, *Ecclesia. tit. 22. num. 9. Conc. Melfit. cap. 8.* Vide, *Investitura. num. 2.*

10. Unde & interdictum est omnibus Laicis, ne amplius altaria, vel EE. sibi retineant. *Concilium Claramont. cap. 20.*

II. Laici, etiam Patroni, non possunt conferre beneficia, aliasque EE. sed possunt ad ea præsentare, si habent jus. Et si concedunt sine licentia Episcopi, nulla est concessio.

Cum Laici Episcopis nescientibus, aut non consentientibus, Clericis Ecclesias concedunt, in quibus habent Jus Patronatus: Et postea pœnitentiâ ducti, alios ad Ecclesias ipsas Episcopis præsentant, & illi ad eorum præsentationem in eisdem EE. ab Episcopis instituntur, eorum debet institutio stare, & firmiter observari, qui autoritate Episcopi fuerint instituti, concessione prioris, quæ nulla est, omnino evacuatâ. Non enim licet Laicis in EE. Clericos propriâ præsumptione ordinare. *Concil. Later. 3. in append. tit. de jure Patron. c. 3. & De jure Patronatus. c. Cum Laici. ex eodem cap. 9.* Vide, *Ecclesia. tit. 22. num. 2. Later. 3. cap. 9.* Vide, *ubi supra. num. 5.*

12. Neque filii dare ea possunt. *ibid. cap. 15.* Vide, *Ecclesia. tit. 23. num. 5. Later. 3. tit. De ordinat. filior. cap. 10.* Vide, *Fili. tit. 5. num. 9. De jure patronatus. cap. Præterea.* Vide, *Clerici. tit. 32. num. 1. Concil. Melfit. cap. 5.* Vide, *Ecclesia. tit. 22. n. 2.*

13. Laici non possunt alicui domui Religiosæ concedere Jus Patronatus, sine licentia Episcopi. *De jure Patronatus. cap. Cura Pastoralis.* Vide, *Regulares. tit. 54. n. 6. Concil. Lateranen. 3. eodem tit. cap. 6.* Vide, *Ecclesia. tit. 22. num. 5.*

14. Laicus concedens alicui beneficium, sine Episcopi licentia, cadit à jure. *Conc. Viennens. Provinciale.* Vide, *Beneficia. tit. 27. num. 2.*

15. Laici non possunt spoliare de Ecclesiis, beneficiis, &c. Clericos delinquentes. *Conc. Constant. contra art. 16. Wicleff.* Vide, *in Bullario. De jure Patronatus. cap. Relatum. §. Ad hoc. Ex Concil. Lateran. 3. part. 50. cap. 34.* Excommunicati sunt. *ibid. Vide, Clerici. tit. 35. n. 2.*

16. Laici spoliantes Ecclesias, sunt excommunicati. *De jure Patronatus. cap. Relatum. §. Ad hoc. Later. 3. part. 50. cap. 34.* Vide, *ibidem.*

17. Non possunt Ecclesiasticas res sibi usurpare, sub pœna excommunicationis. *De Immunit. Eccles. in 6. cap. 3. Clericis.* Vide, *Clerici. tit. 27. n. 5.*

III. Laici circa exercitia Ecclesiastica Ordinum, &c.

1. Laici non possunt offerre oblationes in altaribus. *10. qu. 1. cap. Sanctorum.* Vide, *ubi supra. n. 5.*

2. Laici non possunt sacrificare, nec manus imponere, id est, confirmare ac absolvere. *Lib. 3. const. Apost. cap. 10.* Vide, *Absolvere. n. 1.*

3. Non possunt inservire ministris in altari. *Conc. Colon. 2. part. 3. cap. 31.* Vide, *infra. tit. 8. n. 26.*

4. Neque exercere ministerium Ordinum Minorum. *ibid. Conc. Trid. sess. 23. de Reform. c. 17.*

5. Non possunt indui superpellicis. *ibidem. Conc. Colonien. 2. Vide, Clerici. tit. 7. n. 40.*

6. Laici non possunt baptizare, (intellige absque necessitate.) *Lib. 3. const. Apost. cap. 10.* Vide, *supra. n. 2.*

7. In necessitate possunt baptizare.

In necessitate, cum Episcopi, aut Presbyteri, aut quilibet ministrorum, non inveniuntur, & urget periculum ejus, qui petit; nè sine isto Sacramento hanc vitam finiat, etiam Laicos solere dare Sacramentum, quod acceperunt, solemus audire. *De consec. dist. 4. c. In necessitate. ibid. cap. Constat. Et cap. Sanctum est.* Vide, *Baptismus. tit. 2. n. 1. & 4.*

8. Non possunt disputare de fide, nec publice, nec occultè, sub pœna excommunicationis.

Inhibemus quoque, nè cuiquam Laicæ personæ liceat publicè, vel privatim de fide Catholica disputare; qui verò contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. *De Hæreticis. in 6. cap. Quicumque. §. Inhibemus.*

9. Laici non possunt prædicare.

Laici præsentibus Clericis, nisi ipsis jubentibus, docere non audeat. *Conc. Carthag. 4. cap. 68. De Hæret. cap. Cum ex iniquo. Vide, Conventicula. n. 1. Concil. Constant. in constit. Marr. V. Vide, in Bullario. Agapitus. ep. 1. Vide, Ecclesia. tit. 10. n. 5.*

10. Laicus præsentem Clericò docere non potest, nisi de ejus jussu. *Conc. Carthag. 4. ut supra. & dist. 23. cap. Mulier.* Vide, *Baptismus. tit. 2. n. 6.*

II. Laici prædicantes, sunt excommunicati.

Quia verò nonnulli, sub specie pietatis, virtutem ejus, (juxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi; cum idem Apostolus dicat: (Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?) Omnes, qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab A. S. vel Catholico Episcopo loci susceptam, publicè, vel privatim prædicationis officium usurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur, & nisi quam citius resipuerint, aliâ competentî penâ plecentur. *De Hæreticis. cap. Excommunicamus. §. Quia verò.*

12. Laici non possunt solvere, aut ligare. *Lib. 3. const. Apostolicarum. c. 10.* Vide, *ubi supra. n. 2.*

A sæculari potestate nec ligari, nec solvi Sacerdotem posse, manifestum est: & idcirco assatum reprobaturum Syracensium, Gregorium per Imperialem tantummodò sententiam, &c. *Nicolaus I. ep. 9.*

13. Item ligatum ab Ecclesiastica potestate, solvere nequeunt. *Nicolaus ibid.*

14. Laicus non potest esse Vicarius Episcopi, vel œconomus Ecclesiæ. *Conc. Hispal. 2. cap. 9.* Vide, *œconomus. n. 11.*

15. Laici in necessitate non possunt imponere orationes & jejunia. Vide, *Episcopi Jurisdictio.*

16. Laici sub specie panis tantum possunt communicare. *Con. Constant. sess. 13. c. 1. Vide, Christus. tit. 28. n. 4.* Vide, *Eucharistia. Conc. Trident. sess. 11. cap. Et Canon. 1.*

17. Laici non à se, sed à Sacerdote debent Eucharistiam accipere. *Concil. Trid. sess. 13. cap. 8.*

18. Laici circa pensiones. Vide, *Absolvere.*

IV. Laici circa judicia Clericorum & Ecclesiarum.

I. Laici non possunt judicare Clericos, sive sint judices ordinarii, sive Principes, Reges, Imperatores, &c. Excommunicati sunt de facto.

Censemus, ut Episcopum nullas sæcularium fascibus præditus, jure suo contumaciter, ac perpetam agens, de Sancta Ecclesia, cui præest, trahere audeat, sed si aliquid contentionis adversus Episcopum poterit persona habuerit, pergat ad Metropolitanum Episcopum, & ei causas alleget. *Conc. Adarsonen. 2. cap. 9.* Quod de Episcopis censuimus, obtineat & in Clero, ut neque Presbyter, neque Diaconus, neque Subdiaconus, de EE. trahantur, aut injuriam aliquam, in scio Episcoporum, patiantur: sed quidquid quis adversus eos habuerit, in notitiam Episcopi proprii perducatur, & ipse causam (justitiâ præeunte) discutens animò, Clericos accusanti satisfaciatur. *ibid. cap. 10. lib. 3. Const. Apost. cap. 10.* Vide, *Absolvere. tit. 1. n. 1. Concil. Romanum. 3. sub Sylvestro cap. 3.* Vide, *Clerici. tit. 35. num. 1. Concil. Agathen. cap. 8. & 32.* Vide, *Clerici. tit. 35. n. 5. & 7.*

Pervenit ad Sanctam Synodum, quod judices publici, contra veterem consuetudinem, per omnes Parochias, vel monasteria, quas mos est Episcopos circumire, ipsi illicitâ præsumptione videantur discurrere: etiam & Clericos, vel Abbates, ut coram eis compareant, invitos atque districtos ante se faciant exhiberi, quod omnimodis Religioni non convenit, nec Canonum permittit auctoritas. Unde omnes unanimiter censuimus, sententiantes, ut deinceps ista debeant emendare, & si præsumptione, vel potestate, quâ pollent, exceptâ invitatione Abbatis, aut Archiepiscopi, in ipsa Monasteria, vel Parochias aliquid fortasse præsumpserint, à communione omnium Sacerdotum eos convenit sequestrari. *Conc. Cabilon. 2. cap. 11. Conc. Arvelian. 4. cap. 20.* Vide, *Clerici. tit. 35. n. 2.*

In Clericorum causâ hujusmodi forma servetur, nè quenkam eorum sententia, non à suo giudice dicta, constringat. *Adrian. in Decret. c. 40.* Pervenitum est siquidem ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile, ac nimis triste dignoscitur; quia contra omnem auctoritatem, contra Patrum decreta, & totius Christianæ Religionis consuetudinem, in monasteriis regularibus, Laici in medio Sacerdotum, & Levitarum, ac ceterorum Religiosorum virorum, ut Domini, & Magistri residant, & velut Abbates de illorum vita & conservatione decernant, eosque dijudicent, ac regimina animarum, ac divina eis secundum regulam, non solum sine præsentia, verum etiam sine conscientia Episcopi committant sacraria, & ita præsumptivè doceant, qui noluerunt fieri discipuli veritatis, & saltu inordinatò magistrifant erroris. Quod quam temerariò ausu præsumptum sit, omnis scripturarum demonstrat auctoritas, adeo ut, sicut scriptum est, nec in persecutione Domini sine ministris Pontificum respublica ad comprehendendum Dominum, quanto magis ad ornanda divina servitia, auderent transmittere. --- Et si quis de cetero hoc præsumpserit, & admonitus à tali præsumptione se corrigere non voluerit, & idem, & qui ei favorit,

vel confenserit, à Corpore Christi separetur & Sanguine. *Conc. Meldense. cap. 10.*

Ecclesiastica quoque restatur historia; quia cum pia memoria Constantino Principi scripto oblatæ accusationes contra Episcopos fuissent, libellos quidem accepit, & eosdem, qui accusari fuerant, Episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit; dicens: Vos Dicitis, à vero DEO constituti, ite, & inter vos causas vestras deponite, quia dignum non est, ut nos judicemus Deos. *Nicolaus I. epist. 8.*

Verum de Presbyteris, qualescumque sunt, vobis, qui Laici estis, nec judicandum est, nec de vita ipsorum quidpiam investigandum, sed Episcoporum iudicio, quidquid est, per omnia reservandum. *Idem ad Consulta Bulgarorum. cap. 70. & in Decretis. tit. de Laicis. c. 1. dist. 28. cap. Consultum.*

Non autem vobis licet Clericos judicare, cum vos magis ab ipsis conveniat iudicari. *Idem ad consulta Sc. c. 3. 11. q. 1. c. Nemo unquam. cap. Nullus iudicium. c. Clericum. Vide, Clerici. tit. 35. n. 1. ibid. c. Fratris. Vide, Ecclesia. tit. 48. n. 3. Conc. Lat. 3. c. 14. Vide, Ecclesia. tit. 22. n. 2. Conc. Sabinen. cap. 4. Vide, Index. tit. 9. n. 1.*

Ut cujuslibet Ordinis Clericos Laici non iudicent, nec de Ecclesiis ejiciant. *Conc. Romanum sub Nicolao II. cap. 11.*

Decernimus, ut Laici Ecclesiastica tractare negotia non præsumant, sed Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, & alii EE. Prælati, de negotiis Ecclesiasticis (maximè de illis, quæ spiritualia esse noscuntur) iudicio Laicorum non disponant, nec propter eorum prohibitionem Ecclesiasticam dimittant justitiam exercere. *De iudiciis. c. Decernimus.*

2. Laici non possunt carcerare, nec detinere Clericos.

Præterea pervenit ad nos, quòd quidam Clericorum, te illic positò, à Laicis teneantur. Quod si ita est, tuæ hoc culpæ noveris reputari: quia hoc fieri, si homo esses, non debuit. Et ideo de cetero sollicitudinem te habere necesse est, ut hoc fieri non permittas; sed si quis contra aliquem Clericum causam habuerit, Episcopum adeat. Qui si fortè suspectus fuerit, executor vel ab ipso, aut si & hoc actor refugerit, à tua est experientia deputandus, qui partes sibi mutò consensu iudices compellat eligere; à quibus, quidquid fuerit definitum, ita vel tua, vel Episcopi sollicitudine, servatà lege modis omnibus compleatur, ut non sit, unde se possint litigiis fatigare. *Greg. I. lib. 9. Ex regest. epist. 74.*

3. Excommunicatus est ipsò factò, & à Papa absolvendus. *De Sent. excommunicationis. cap. Nuper. Vide, Clerici. tit. 44. num. 1.*

4. Laici carcerantes Clericos de mandato Prælati, non sunt excommunicati. *ibidem. cap. Ut fama tuæ. Vide, ibidem. num. 31.*

5. Laici non possunt inquirere contra Clericos. *Conc. Aurel. 4. c. 20. Vide, Clerici. tit. 35. n. 2.*

6. Laici nullum jus habent in Clericos. *Conc. Melfitanum. cap. II. Vide, Beneficia. tit. 15. num. 7. Conc. Sabinen. cap. 4. Vide, ubi supra. n. 1.*

7. Laici in causis Ecclesiasticis possunt à Papa delegari. *Vide, Pape potestas.*

8. Laici non possunt opprimere Clericos. *II. qu. 1. cap. Frat. ubi supra. n. 1.*

9. Non possunt jurisdictionem Ecclesiasticam usurpare, sub pœna anathematis. *Conc. Lateran. 3. c. 19. Vide, Clerici. tit. 27. num. 3. Vide, Excommunicatio Bulle Cænæ.*

10. Laici comprehendentes, verberantes, vel aliò modò affligentes Episcopos, excommunicati sunt, & bona eorum sunt Ecclesiæ tradenda. *17. qu. 4. cap. Si quis deinceps. Vide, Episcopus. tit. 61. num. 10. cap. De Presbyterorum. ex Nicolao I. in Decret. tit. de Presbyteris. Vide, Clerici. tit. 44. n. 1.*

11. Laicus banniens Clericum, excommunicatur, tenetur ad expensas & damna. & à iudice Ecclesiastico est iudicandus. *De Injurijs & damno dato. cap. Olim. Vide, Episcopus. tit. 61. n. 6. Vide, Bannum. Vide, Clericus.*

12. Laici non possunt Clericos iudices impedire, ne utantur censuris, vel alia facere circa hoc. *Concil. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 3.*

13. Laici relegantes, bannientes, &c. Clericos, quicumque sint, sive Domini, sive Officiales, sunt ipsò factò excommunicati; à Papa absolventi. *Urban. VI. const. 3. Quia sicut. Vide, Excomm. Bulle Cænæ. Vide, Clerici à quo iudicandi. Vide, Ecclesiarum immunitas.*

V. Laici circa gravamina Clericorum.

1. Laicus non potest exigere à Presbytero, propter commendatam Ecclesiam. *Concil. Moguntinum. cap. 30. Vide, Ecclesia. tit. 47. num. 1. Vide, Jus Patronatus. Vide, Patronus. Pius V. const. 73. Sacrosanctum.*

2. Laici gravantes Clericos, excommunicati sunt.

Si quis verò sæcularium, per calumniam, Ecclesiam, aut Clericum fatigare tentaverit, & convictus fuerit, ab Ecclesiæ limitibus, & à Catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, arceatur. *Conc. Wormat. 1. c. 24.*

3. Laici, quicumque sint, non possunt imponere collectas, &c. Clericis, sunt excommunicati ipsò factò. *Vide, Excommunicationes Bulle Cænæ. Conc. Later. 3. cap. 19. Conc. Later. 4. cap. 46. de Immunit. Eccles. cap. Non minus. & cap. Adversus. Vide, Clerici. tit. 27. n. 2. & 3. Etiam si facultates Communitatum non suppetant. *ibid.* Et talia imponentes, non solum excommunicati sunt, dum in officio sunt, sed extra. *ibid. Item de Immunit. in 6. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 27. n. 4. Et Papæ reservata est excommunicatio. *ibid. & cap. 3. Clericis. Vide, *ibid. n. 5. Clement. de Censuris. cap. fin. Vide, Clerici. tit. 27. n. 7. Donec restituant accepta, statuta abrogent, non sunt absolventi. *ibid. & Clement. de Immunit. Eccles. cap. un. Vide, l. c. n. 5.*****

4. Item dantes auxilium, favorem, aut consilium ad hoc faciendum. *Clement. *ibid.* Vide, Excomm. Bulle Cænæ.*

5. Laici non possunt gabellas, &c. nec à Clericis, nec ab Ecclesiasticis exigere, sub

par-

pœna excommunicationis Papalis. *De Immunit. Eccles. in 6. cap. 1. & c. Clericis. Vide, ubi supra. n. 3. Vide, Excomm. Bulle Cænæ. Extra. de Immunit. Eccles. cap. un. Vide, Clerici. tit. 27. n. 5. Et alijs locis ubi supra.*

6. Laici negantes justitiam facere Clericis, tertio requisiti, perdunt jurisdictionem, & est lex Imperialis. *Honor. III. ex Cirone de Judicijs. cap. 2. Vide, Justitia. n. 6.*

7. Laici non possunt cogere Clericos, ut bona, quæ ad eos perveniunt, relinquunt. *De Immunit. Eccles. in 6. cap. 1. & cap. Clericis. Vide, ubi supra. n. 3. Est Papæ reservata. *ibid.* Vide, Excomm. Bulle Cænæ.*

8. Laici prohibentes populis, &c. necum Clericis contrahant, bladum, vel alia vendant, vel emant ab eis, vel eorum frumentum non molant, aut panem coquant, vel alia obsequia non præsentent, excommunicati sunt ipsò factò. *De Immunit. Eccles. in 6. cap. fin. Vide, Clerici. tit. 44. n. 4. Vide, Excomm. Bulle Cænæ.*

9. Laici non possunt facere statuta præjudicialia libertati Ecclesiasticæ, sub pœna excommunicationis ipsò factò, delere debent. Bis in anno denunciandi sunt excommunicati. *Conc. Raven. sub Honorio IV. cap. 9. Vide, Ecclesia. tit. 47. n. 35. Vide, Excomm. Bulle Cænæ.*

10. Laici nihil possunt exigere à Clericis pro EE. fundatis ex bonis, sive paternis, sive maternis, (nisi talis sit fundatio.) *Conc. Melfitan. cap. II. Vide, Beneficium. tit. 15. num. 7.*

11. Laici non possunt compellere Clericos, ad præstandum eis juramentum fidelitatis, si nihil temporale eorum tenent. *Conc. Later. 4. cap. 43. Vide, Clerici. tit. 47. n. 9. Vide, Ecclesiastici.*

VI. Laici circa decimas.

1. Laici non possunt cum cuiuscunque licentia, nisi sit Papæ, sibi decimas usurpare. *Conc. Lat. 3. cap. 14. Sub pœna excommunicationis, & sepulture Christianæ privationis. *ibid.* Vide, ubi supra. tit. 4. n. 1. Conc. Rom. 5. sub Greg. VII. c. 7. Vide, Decima. tit. 8. n. 1. & 4. Sub pœna excommunicationis Papalis. *ibid.**

Item nè Laici decimas sibi vendicent in proprietatem, nec etiam in beneficium, nisi concessione legitimorum possessorum. *Conc. Quinsburg. c. 6.*

2. Laicis non possunt concedi decimæ jure hæreditariò, nec aliò modò. *De Decimis. cap. Ad hæc. & cap. Quamvis. Vide, Decima. tit. 8. n. 1. & 2.*

3. Laici non possunt sine licentia Episcopi offerre Monasteriis decimas, vel aliud Juris Ecclesiastici.

Nullus Laicus decimas, aut Ecclesiam, aut quidquid Ecclesiastici Juris est, sine concessione sui Pon-

tificis, nec monasteriis, nec Canonicis offerat: ceteri quis Episcopus improbitatis causâ & avaritiæ consentire voluerit. Romano Pontifici nuntiatur, & quod offerendum est, tunc eis licentia offeratur. *Concil. Lateran. 3. in appendice. tit. De Jure Pat. cap. 18. De decimis. cap. Dudum. Vide, Decima. tit. 12. n. 3.*

4. Laicus, cui à Papa concessa est decima, non potest eam in alium transferre. *De decimis. cap. Prohibemus. Vide, *ibidem.* tit. 8. num. 4.*

5. Laicus, cui donata est decima, non potest præscribere de illa. *Ibidem. cap. Dudum. ubi supra. num. 3.*

6. Laici frui non possunt oblationibus Ecclesiarum. *10. q. 1. cap. Quia Sacerdotes. & cap. Hanc. Vide, Bona temporalia. n. 6.*

VII. Laicis circa Ecclesiastica, & cætera, quæ sunt permissa.

1. Laicus in necessitate potest baptizare. *De consecrat. dist. 4. cap. In necessitate. c. Constat. & cap. Sanctum est. Vide, ubi supra. tit. 3. n. 7.*

2. Possunt in necessitate subsidia habere à Clericis, cum licentia Papæ. *De immunit. Eccles. cap. Non minus. Vide, ubi supra. tit. 5. num. 3.*

3. Laici possunt à Clericis spontè dantibus accipere. *Extrav. De immunit. Eccles. cap. un. *ibid.* num. 5.*

4. Laici possunt esse procuratores in causis spiritualibus.

Non indiscretè iudex censetur egisse, procuratorem Laicum ad agendum, vel defendendum in causis spiritualibus admittendo. Cum regulariter, qui non prohibetur expressè ad exercendum procuratoris officium, idoneus debeat reputari. *De procuratoribus. in 6. cap. 1.*

5. Laicis possunt ab Ordinariis & Inquisitoribus committi causæ contra hæreticos, licet sint excommunicati. *De hæreticis. in 6. cap. Præsidentes. Vide, Excommunicatio. tit. II. num. II.*

6. Laicus ex delegatione Papæ causas Ecclesiasticas iudicare potest.

Quapropter multum rogamus & admonemus Excellentiam vestram, ut huic causæ, quantum potestis, operam detis, & Episcopos, nec non Religiosos Abbates terræ illius, Clericos quoque, & Laicos ejusdem Ecclesiæ, qui idonei, tam scientiâ, quam religione videantur, ad præfatum Consilium, juxta quod vobis significatum fuit, convenire faciatis. *Gregor. VII. lib. 5. epist. 23.*

Judicio enim Sancti Spiritus decrevimus, & præcepimus, ut in regno vestro, conventus omnium Episcoporum, & eorum Laicorum, qui Deum timent, & inter vos pacem desiderant, fieret. Et coram nostris legatis decerneretur, si Henrico, vel Rudolpho, qui de Regni gubernaculo inter se decertant, amplius justitia faveret. *Idem. lib. 6. ep. 1. Vide, Pape potestas.*

7. Laici possunt proponere tantum querelam criminalem contra Clericum. Possunt accusare Clericos pro injuria sua, & suorum, etiam criminaliter.

Laicis contra cujuslibet gradus Clericum, si quid criminale parant, objicere, dummodo vera suggerant, proponendi permittimus potestatem. *Concil. Epanon. cap. 24. De testibus. cap. De cetero. ex Comil. Lateran. 3. in append. tit. De testibus cogendis. cap. 8. Vide, Accusare. tit. 1. num. 2.*

VIII. Laicis alia prohibita.

1. Laici non possunt ad Sanctuarium Altaris accedere, dum fiunt divina. *Concilium Bracharen. x. cap. 31. Concil. Turonen. 2. cap. 4. Vide, Altare. tit. 4. num. 3.*
2. Neque possunt cum Clericis in Choro manere, dum Missa celebratur. Sacerdotum, aliorumque Clericorum, Ecclesis servientium honores, à Laicorum loco discretè apparere convenit. Quam ob rem nulli Laicorum liceat in eo loco, ubi Sacerdotes & reliqui Clerici consistunt, (quod Presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur, consistere, ut liberè, ac honorificè possint sacra Officia exercere. *De consecr. dist. 2. c. Sacerdotum.* Ut Laici secus Altare, quando Sacra mysteria celebrantur, stare, vel sedere inter Clericos non præsumant. Sed pars illa, quæ cancellis ab altari dividitur, tantum pfallentibus pateat Clericis. Ad orandum verò & communicandum, Laicis & feminis, (sicut mos est) pateant Sancta Sanctorum. *De vita & honestate Clericorum. cap. 1.* Statuite, si placet Dilectissimi FF. ut in circuitu altaris, aut in Presbyterio, nullus Laicorum stare præsumat, quoties Missarum solemniam celebrantur: quod si fecerit quis, Communionem privatus maneat usque ad emendationem. Sanctum Concilium respondit: Hoc quoque omnibus placet. *Conc. Romanum. sub Joana. XII.*
3. Non possunt prædicare. Vide, *Laici circa exercitia Ordinum.*
4. Non possunt disputare publicè de fide, sub pœna excommunicationis, nec etiam occultè. *De hereticis. in 6. cap. Quicumque. §. Inhibemus. Vide, tit. 3. num. 8.*
5. Non possunt facere conventicula in materia Religionis. *De hereticis. cap. Cum ex injuncto. Pœna. ibid. Vide, Conventicula. num. 1.*
6. Laici post pœnitentiam publicam non possunt fieri Clerici. *Siricius epist. x. cap. 14. Vide, Clerici. tit. 3. num. 12. dist. 50. c. Non confidat. Vide, Bigamus. num. 4.*
7. Laicus, cujus uxor fuit adultera, non potest fieri Clericus. *Dist. 34. cap. Si Laici. Vide, Diaconus. tit. 1. num. 8.*
8. Laicus non potest accusare Episcopum. Qualis condemnatio eis imminet, qui in Patres peccant, Scriptura divina ostendit: si enim Cham, quia non operuit pudenda Patris, maledictus est, multò ampliori condemnatione digni sunt, qui Patribus legatione Dei fungentibus, contumeliam inferunt. *2. qu. 7. cap. Qualis. cap. Non est. Vide, Episcopus. tit. 29. num. 7. cap. Sententia. cap. Oves. cap. Majorum. Vide, ibid. n. 5. & cap. Laicos. ex Eusebio. ep. 1. Vide, infra.*
9. Laici non possunt accusare Clericum. Possunt tamen querelam proponere. Nullus Laicus audeat Clerico crimen inferre. *2. qu. 7. cap. Nullus. Laico non licet quemlibet Clericum accusare. ibid. cap. Laico.* Laicos non accusare Episcopos, hætenus observatum & constitutum est: quia ejusdem non sunt conversationis, & oppidè eis quidam infestis existunt, quippe cum vita eorum & conversatio debeat esse secreta, & à Laicorum actibus remota, nec ab eis imperi debeant, qui eorum castitatem & gravitatem nolumt imitari, maxime, cum nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus. *2. quest. 7. cap. Laicos. ex Eusebio ep. 1.* Sicut Sacerdotes, vel reliqui Clerici, à secularium Laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi & alienandi criminatione; & sicut

- isti ab illis, ita illi ab istis non recipiuntur: Quoniam sicut Domini Sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione: ita & litigatio; quia servum Domini non oportet litigare. *Ibidem. cap. Sicut. Sacerdotes & reliqui Ecclesiarum ministri, omnèsque plebes, Episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam si ipsi aliter, quod absit, agant, nisi in fide erraverint. ibid. cap. Sacerdotes. Conc. Epanen. cap. 24. Conc. Lateran. 3. in append. tit. de Testibus. & c. cap. 8. Vide, tit. precedenti. n. 7. de Accusat. & c. cap. Cum P. Manconella. Vide, Clerici. tit. 53. n. 11. Vide, Accusare cui permittitur.*
10. Laici non possunt testimonium facere contra Clericum: nisi in causis suis, & suorum, etiam criminalibus. Testimonium Laici adversus Clericum nemo suscipiat. *Adrianus I. ep. 1. cap. 73. de Testibus. cap. De cetero. Conc. Lateran. 3. ubi supra. Vide, tit. tit. precedent. num. ult.*
 11. Laicus judex non potest judicare causas hæreticorum, sub pœna excommunicationis. Judex civitatis, vel loci, si hæreticus, aut Borianus, vel cujuslibet alterius hæresis Sacerdotem, quamcunque personam de Catholicis rebaptizasse cognoverit: quia Reges nos constat habere Catholicos, non statim rebaptizantes adstrinxerit, & ad Regis fidem, atque justitiam, propterea distringendos adduxerit, annuali excommunicationi subdat. *Conc. Arelan. 3. cap. 3. de Hereticis in 6. cap. Ut inquisitionis. Vide, Fides. tit. 10. num. 2.*
 12. Non possunt Laici liberare hæreticos, vel de hæresi suspectos carceratos. *ibid.*
 13. Non possunt impedire Inquisitores, ne suum munus prosequantur circa præfatos. *ibid.* Nec possunt recusare executionem sententiæ latæ ab Inquisitoribus. *ibid. Vide, Inquisitorum cause. Vide, Inquisitor.*
 14. Laici Magistratus nolentes jurare, quod faciunt observare Statuta facta contra hæreticos, fautores, receptatores, &c. sunt suspecti de hæresi, infames, & inhabiles ad omnia officia. *De hereticis. in 6. cap. Ut officium. §. finali. Vide, Dominus. num. 4.*
 15. Laici non possunt facere judicia in Ecclesiis. *Concilium Arelat. 4. cap. 22. Vide, Judicia. num. 16. De immunit. Eccles. cap. 1. Vide, Ecclesia. tit. 33. num. 9.*
 16. Non possunt tractare negotia Ecclesiastica. *De judicijs cap. Decernimus. Vide, tit. 4. num. 1.*
 17. Laici induentes se vestibus sacris, quomodo sunt puniendi. *Concil. Constantinopolit. 4. cap. 16. Vide, tit. 1. num. 10.*
 18. Non possunt convenire Laicos in foro Ecclesiæ, nisi in negligentia judicis secularis. Mandamus, quatenus, si quando à Laicis Vereclem. litteras super rebus præcipue, quæ forum secularare contingunt, à Sede Apostolica contigerit impetrari, sublato appellationis obstaculo, decernas auctoritate nostrâ irritas & inanes, dummodo Consules & commune de se conquerentibus in judicio seculari, exhibeant justitiæ complementum: liceat tamen ipsis, qui sub eisdem consiliis taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint prægravari, ad nam, (sicut hætenus servatum est) vel ad nostram, si maluerint, audientiam appellare, hoc præfatum tempore, quò vacante imperiò ad judicem secularare recurrere

- nequeunt, qui à superioribus in sua justitia opprimuntur. Si verò consules justitiæ tanquam merito suspecti, fuerint recutati, coram arbitris communiter electis, de causa suspitionis agatur, quæ si probata fuerit esse justa, ad re, vel ad nos pro justitia recurratur, sicut superius est expressum. *De foro competent. cap. Licet ex suscepro.*
19. Non possunt eligere in Ecclesiasticis, neque per compositionem cum Episcopo, vel Capitulo. *De Electione, & c. cap. Sacrosancta. Vide, Electio. tit. 1. n. 19.*
 20. Non possunt fieri arbitri de re spirituali, sed aliquando possunt de licentia Episcopi, & quomodo. *De Arbitris. cap. Peritus. Vide, Spiritualia. n. 4.*
 21. Non possunt præscribere spiritualia, per quodcunque tempus. Mandamus, quatenus causam ipsam debitor sine decidas, non obstante præscriptione temporis, vel concessione Ecclesiasticæ secularisve personæ, si idem G. eam opponere voluerit: quia cum Laici decimas detinere non possint, eas nullâ valent præscribere ratione. *De prescriptionibus. c. Causam.*
 22. Non possunt frequentare monasteria monialium, aliàs excommunicantur. Monasteria sanctimonialium, si quisquam Clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumperit, per Episcopum arceatur, & si non destiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis. Si Laici, excommunicationi subdantur, & à ceteris fidelium fiant penitus alieni. *De vita & honestate Clericorum. c. Monasteria.*
 23. In Laico fieri non potest compromissum de re spirituali. *De arbitris. c. Contingit. ex Conc. Lateran. 4. cap. 40. Vide, Arbitri. n. 21. Vide, Electio.*
 24. Non possunt trahere Clericos ad judicium secularare, sub pœna excommunicationis ipsò factò. *Conc. Lat. 3. part. 50. c. 34. Vide, Clerici. tit. 35. n. 2. Vide, Excommunicati. Bulla Cœne. Vide, Ecclesiastici.*
 25. Laicorum Concilia fieri non possunt in Ecclesiis, & domibus earum. *De Immunit. Eccles. cap. 1. Vide, ubi supra. n. 15.*
 26. Non possunt tangere pallas, vel vasa sacra. *Conc. Colon. 2. infra.*
 27. Non possunt tangere sacras reliquias; neque illas, aut vasa sacra abluere. Antiquissimis Canonibus, in plerisque etiam Conciliis sancitum est, nè Laici secus altare in Clericos ministrent, nève in sacris ministri licentiam habeant ingrediendi in sacrum, quod Græci Diaconum appellant; nève vasa Dominica contingant. Præterea nè reliquie Sanctorum, & vestimenta Ecclesiastica, quæ honesta esse decet, nisi tantum à sacris ministris attrucentur: adeo ut nè sacris quidem Deo feminis ac Monachabus, aut Lectoribus, etiam sacra vasa, vel sacras pallas contingere, vel incensum circa altare præferre liceat; verum id solis Diaconis permistum sit; expressum autem Laicis veritum, nè pallas, Ecclesie vel, ac altaris ornamenta abluant, neque Patres hic Scripturis destituerint. *Conc. Colon. 2. part. 3. c. 31. Vide, Sacra. Vide, Vasa.*
 28. Non possunt Ecclesiasticam jurisdictionem usurpare, sub pœna anathematis. *Conc. Later. 3. cap. 19. Vide, Clerici. tit. 27. n. 3. Vide, Excommunicati. Bulla Cœne. Vide, Ecclesiastica jurisdictio. Vide, Jurisdictio.*

IX. Laici circa subjectionem ad Ecclesiasticos.

1. Laici omnes, etiam Principes, & Reges, in spiritualibus causis subditi sunt judicio Ecclesiastico. *De judicijs. cap. Novit ille. Vide, Ecclesia. tit. 3. n. 13. Extra. de Majorit. & obed. cap. Unam Sanctam. Vide, Christiani. tit. 2. num. 3. Vide, Episcopalis dignitas.*
 2. Laici usurpantes res Ecclesiæ, coram Episcopis conveniuntur, & ad satisfactionem compelluntur. Cum autem valde sit iniquum, ut ea, quæ collata sunt pro remedio peccatorum, venerabilibus Ecclesiis, vel relicta, aut eis justis modis aliis acquisita, aliis usibus applicari, propter quod merito in valores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi sint anathemati, usque ad satisfactionem congruam, supponendi: mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, monitione præmissâ, per censuram Ecclesiasticam cessare ipsos ab hujusmodi, & satisfacere de præteritis damnis & injuriis, appellatione remota, compellas. *De foro competent. cap. Conquestus. De privilegis. cap. Sicut. Vide, Ecclesia. tit. 40. n. 12.*
 3. Laici pro re Ecclesiæ conveniri possunt coram judice Ecclesiastico. *De foro competent. cap. Si Clericus. Vide, Clerici. tit. 35. n. 10. Vide, Episcopi jurisdictio.*
 4. Laici pro juramentorum observantia conveniri debent coram judice Ecclesiastico. *De foro competent. in 6. cap. fin. Vide, Juramentum. tit. 10. num. 7.*
- Laica Communio.**
Laica Communio Clericis contumacibus danda. *Concilium Agathense cap. 2. dist. 50. cap. Contumaces. Vide, Clerici. tit. 36. num. 13. Vide, Contumaces.*
- Lampas.**
Lampades & lanternæ per Ecclesiæ custodem jussu Archidiaconi accendendæ. *Post Concilium Toletanum 1. cap. 10. Est in fragmentis. Vide, Custos. n. 2.*
- Lanæ Ars Romæ.**
Lanæ Artis Consules instituuntur, & cum qua jurisdictione. *Mart. V. constitut. 6. Cum inter. Pius V. constit. 43. Ut ad artis. Vide, Consules.*
- Lapsi à fide.**
1. Lapsi à fide, recipiendi sunt ad pœnitentiam, quando veniunt ad Ecclesiam, & pœnitent. Secundum quod tamen antea fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in unum conveniendi, copiosus Episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in unum convenimus: & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, & eò, quod sibi Ecclesia clauderet, secuti sæculum, gentiliter viverent; Nec tamen rursus censura Evangelica solveretur, ut ad communicationem tamen proficerent, sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paternam clementiam, & examinarentur causæ, & voluntates, & necessitates singulorum. *Conc. Carthagen. 1. sub Cornelio.* De Sacerdotibus lapsis hoc peculiariter decretum, & constitutum est, hoc eodem Concilio, ut Sacerdo-

tes lapsi, pravā pœnitentiā & satisfactionē ad Ecclesiam quidem recipiantur, sed à sacerdotali functione deinceps abstant, & Laicā tantum communione contenti, in Ecclesia communicent. *Concilium Romanum 1. sub eodem. (Quod infra dicitur in Concil. Italico confirmatum.) Cornelius ep. Ad Cyprian. lib. 3. ep. 11. Vide, Fides. tit. 8. n. 3. Vide, Heretici. Vide, Fides.*

2. Lapsi à fide, non sunt recipiendi sine pœnitentia.

Ad hanc ergo controversiam determinandam, auctoritate Cypriani Episcopi, quadraginta duo Episcopi Africanæ Ecclesiæ congregantur, qui mediā viā incedentes, desiniverunt, lapsi reditum ad Ecclesiam postulantes, pacem & reconciliationem concedendam esse, si impostam sibi pœnitentiā adimplevissent, idque ordinariè observari constituerunt, nisi vel vitæ extremæ periculum imminens, vel insans Tyrannorum persecutio (quam futuram esse, Spiritus sanctus Cypriano revelaverat) pœnitentiā injungendam aut etiam injungendam indulgentiam, relaxationem & dispensationem postulare. *Concil. Carthag. 2. sub eodem.*

3. Lapsi à fide ob timorem, per tres annos debent pœnitere, & quomodo puniendi. *Concil. Nicænum 1. cap. 11. Vide, Fides. tit. 7. num. 7.*

4. Lapsi omnes, quomodo recipiendi, dum veniunt. *Ibidem. Vide, Infideles venientes ad fidem.*

5. Lapsi à fide, si sunt Clerici, privantur officio, & non possunt amplius ad illud redire.

Qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumque gradum Sacerdotii poterit adipisci. *Martinus 1. ep. ultim. & dist. 50. cap. Qui semel.*

Si lapsus ad suum Ordinem revertendi licentia concedatur, vigor Canonice procul dubio frangitur disciplina: dum pro reverentis spe pravæ actionis desideria quisque concipere non formidat. ... Illud igitur præ omnibus studere, ut lapsos in sacrum Ordinem nullius vobis supplicatione aliquo modo revocare suadeat, ne hujusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur eis esse vindicta. *Greg. 1. lib. 4. ep. 17. & dist. 50. cap. Si lapsus.*

Presbyterum, de quo nos Fr. tua latoris præsentium legatione consuluit, nullā ratione in sacro Ordine post lapsum aut permanere, aut revocari posse cognoscas; circa quem tamen mitius agendum est, quia commissum facinus facili dicitur professione confessus. *Ibid. cap. Presbyterum.*

Pervenit ad nos, quosdam de sacris Ordinibus lapsos, vel post pœnitentiā, vel ante, ad ministerii sui officium revocari: quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque Canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum Ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro Ordine ita careat, ut ad Altaris ministerium ulterius non accedat. *Ibidem. cap. Pervenit. ex Greg. 1. lib. 3. c. 26.*

Pervenit namque ad nos, quia, postquam pro crimine lapsus, sui à Sacerdotii Ordine est dejectus, ad explendum ministerium Sacerdotii præsumpsit accedere, & omnipotenti DEO Hostias immolare. Quod si ita factum, Fr. vestra repererit, cum sacri Corporis & Sanguinis Domini participatione privatum, in pœnitentiā redigat: ita ut usque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum F. t. talem pœnitentiā agere cognoverit, ut ei justè ad recipiendam intrer Laicos communionem, & ante exitum debeat misereri, hoc in t. F. ponimus potestate. Præterea ad F. t. consulta respondentes, statim, Diaconum & Abbatem de Portu Veneris, quem indicas cecidisse, ad Sacrum Ordinem non debere, vel posse ullò modo revocari; quem quidem sacro Ordine privatum, in pœnitentiā deputare

te convenit; cuius si postea actus conversatioque meruerit, priorem inter alios Monachos (ubi tu tamen decreveris) standi locum obtineat. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irrevocabiliè depositi, inter Laicos communionem accipiant. *Ibidem. cap. Accedens. ex Greg. 1. lib. 4. ep. 5.*

Si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prævaricationis peccato fuerit deprehensus obnoxius, omni modo prohibendum est, cum manibus lutulentis atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare. *Ibid. cap. Si post.*

6. Possunt per pœnitentiā ad Ordines parari.

Errant enim, qui putant, Domini Sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiā, Domini ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum Sacerdotium condignè custodièrunt; & ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra traditas Ecclesiæ claves disputare & agere videntur; de quibus dictum est: (Quæcunque solveritis in terra, erunt soluta & in cælo.) Alioquin hæc sententia Domini aut non est, aut vera est. Nos verò indubitanter tam Domini Sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores, credimus, testante Domino per Prophetam: Nunquid, qui dormit, non adjiciet, ut resurgat? &c. *Dist. 50. cap. Ponderet.*

Et purgabit filios Levi, tempus est enim, ut iudicium incipiat à domo DEI, &c. In filiis autem Levi omnem Sacerdotalem intellige dignitatem. ... (Qui cum emundati fuerint & colati, tunc afferent Domino justa sacrificia, & placebit sacrificium eorum, &c. sicut dies sacri, & sicut anni antiqui.) Ut quomodo in principio placuerunt DEO, sic post peccatum & pœnitentiā placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sorde purgati. *Ibid. cap. Et purgabit.*

Quia S. t. hoc à nobis requisivit, ut sibi de Sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit, de hoc Canones diversos legisse, & diversas sententias invenisse, alias resurgendi, alias nequaquam posse; idè nos generales Synodos, à Nicæna incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramus, quia ipsam sequentes, ceteræ in cunctis Canonice sententiis unanimiter concordant. Nos verò præcedentes Patres sequi debemus, qui Auctore DEO à sacra doctrina illorum non discordamus. -- Post dignam igitur satisfactionem credimus posse redire ad honorem. *Ibid. cap. Qui sanctitas.*

Quid est hoc, quod Propheta Jacenti dicitur: (Sta supra pedes tuos, & loquar tecum; &c.) Jacenti enim dicitur, ut surgat, stanti autem præcipitur, ut ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione jacentiibus, præberi non debet auctoritas prædicationis, sed cum jam in bono opere surgimus, cum jam recti stare cœperimus, dignum est, ut ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. *Ibid. cap. Quid est.*

Animadvertite, in præsentem locum posse docere aliquem post peccatum, si tamen vitia pristina pœnitentiā dignè diluerit. Undè David post adulterium & homicidium loquitur in Psalmo: (Asperges me hyssopo, & mundabor, &c. Redde mihi linitiam salutatis tuæ, & Spiritu principali confirma me.) Cumque hoc feceris, (docebo, ait, iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.) *Ibid. cap. Cui exaudièro.*

Jesus filius Joseph, Sacerdos magnus, quanquam in Typo præcesserit Salvarotis, qui nostra peccata portavit, & alienigenam sibi ex gentibus copulavit Ecclesiam, tamen secundum litteram post Sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus à dextris ejus, & candida illi deinceps vestimenta redduntur. *Ibid. cap. Jesus. cap. Continuus. Vide, Clerici. tit. 36. n. 13.*

Si quis Presbyter aut Diaconus inventus fuerit, aliquid de ministeriis Ecclesiæ venundasse: quia sacrilegium commisit, placuit, eum in ordinatione Ecclesiastica non haberi, in iudicio tamen Episcopi dimitendum est, si dignus sit, si indignus, in suo recipi debet gradu, quia multoties hoc ipsum, quod de sacro-

sacrofano altario contaminatum est, in Episcopi potestate dimissum est. *Ibid. c. Si quis Presbyter.*

Bene valet Sacerdos restitui ad honorem suum post peccatam pœnitentiā, licet in hoc diversi diversa sentiant, dicentes: non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est, propter simulatas pœnitentiā quorundam, & propter affectatas honorum dignitates. *Ibid. c. Bene valet.*

Sacerdos quidem, si cadit, valet, & habet restitutionis locum post dignam peccatam pœnitentiā in honorem suum, Prophetā attestante, qui ait: Nunquid, qui cadit, non adjiciet, ut resurgat? &c. *Ib. c. Sacerdos.*

Ubi enim poterit indulgentiæ medicina proficere, si etiam id se Medicus intercepta pœnitentiā indulget periculis? Si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem, hoc non est curare, sed si dicere verum volumus, occidere. *Ibid. cap. Absit.*

Qui sub gradu ceciderit, post pœnitentiā contentus fiat, baptizare, communionem infirmis dare, & altario tantummodo ministrare. De his verò visum est nobis scribendum, qui sacrum Ordinem habentes, ante vel post ordinationem contaminatos se esse in capitalibus criminibus consentunt. In quibus, ut mihi videntur, hæc distantia esse debet: ut hi, qui deprehensi vel capti fuerint publicè in perjurio, furto, atque fornicatione, & ceteris hujusmodi criminibus, secundum Canonum Sacrorum instituta, à proprio gradu decedant; quia scandalum est populo DEI, tales personas supra se positas habere, quas ultra modum constare esse vitiosos, &c. Qui autem de prædictis peccatis absconditè se admittit, per occultam confessionem coram oculis DEI, præsertim etiam Sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiā, consentitur, & semetipsum graviter deliquisse queruntur, si se per jurgia, & elemosynas, vigiliisque, & Sacras Orationes purgare certaverint, his etiam gradu servato, spes veniæ de misericordia DEI promittenda est. *Dist. 50. cap. De his verò.*

7. Qui lapsi debent restitui in gradum, & qui non. *Dist. 50. cap. De his verò. supra.*

8. Lapsi non possunt ad officia majora ascendere. *Dist. 50. cap. Hi qui altario. Vide, Clerici. tit. 21. num. 3.*

9. Et tamen Petrus post lapsum fuit promotus.

Considerandum nobis est, cur Omnipotens DEUS eum, qui cunctæ Ecclesiæ præferre disposuerat, ancilla voce permissere, & se ipsum negare, permittit. Quod nimirum magna actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is, qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset; prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit ceteris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret. *Ibidem. cap. Considerandum.*

Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse deservit: atque idè majorem gratiam reperit, quam amisit. Tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, ut, qui sibi antea infirmus fuerat, licet omnibus firmamentum, & qui ipse interrogationis tentatione nutaverat, ceteros fidei stabilitate fundaret. *Ibidem. cap. Fidelior.*

10. Lapsi ordinati per ignorantiam aut negligentiam ordinantis sunt deponendi.

Si qui sine examinatione promoti Presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua: & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines eis manus imposuerunt, hos Ecclesiasticus Ordo non recipit. In omnibus enim, quod irreprehensibile est, sancta defendit Ecclesia. *Dist. 81. cap. Si quis sine. Ibid. cap. Qui unque. Vide, Heretici. tit. 13. n. 5. Vide, Infideles venientes ad fidem.*

Lapidida.

Lapidarum Confraternitas in Urbe. Vide, Sculptores.

Larvæ.

Larvæ seu spectacula in conviviis seu nuptiis à Clero non spectandæ.

Quod non oportet sacros & Clericos in nuptiis vel conviviis aliqua spectacula contemplari: sed priusquam ingrediantur Thymelici, surgere & secedere. *Conc. Laodiceum. cap. 54.*

Non liceat Sacerdotibus vel Clericis aliqua spectacula in nuptiis vel in convivio spectari: sed oportet, antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere & secedere inde. *Conc. Brachar. seu Lucense 2. cap. 60. & dist. 4. cap. Non liceat.*

Lateranensis Ecclesia.

1. Lateranensis Ecclesiæ Romæ, est prima constructa in toto Mundo.

Tunc convocato multarum Provinciarum Occidentium Regionum SS. Episcoporum cœtu & collecta Sancta Synodo in Ecclesia DEI, ubi B. Petrus AA. Princeps, corpore floret, & virtutibus emicat. Deinde propter frigidiorum locum in Ecclesia Salvatoris, quæ ab auctore vocatur Constantiniana, & quæ prima in toto terrarum Orbe constructa est, &c. *Nicolaus 1. ep. 7.*

2. Lateranensis Ecclesiæ Romæ, est propria Sedes Romani Pontificis. *Honorius III. ex Cirone. De præscriptionibus. cap. un. Vide, Ecclesia. tit. 12. num. 5.*

3. Lateranensis Ecclesiæ dignitates, personatus, præbendæ, beneficia & officia Papæ sunt reservata. *Urbanus VIII. constit. 6. cap. 28.*

4. Lateranense Capitulum in aggregandis Ecclesiis & excommunicandis indulgentiis tenetur observare constitutionem 115. *Clementis VIII. Quæcunque. Paulus V. const. 68. Quæ salubriter.*

5. Lateranensis Ecclesiæ, Archipresbyter, Capitulum, Canonici, &c. Vide, Basilica. Vide, Archipresbyter. Vide, Canonici. Vide, Cardinales. Vide, Sancti. Joannes. Vide, Ecclesia S. Joannis.

6. Lateranensis Ecclesiæ gaudet præscriptione centenariæ, ut Romana. *Ibid.*

Latinus.

1. Latinâ linguâ recitabatur, olim, Evangelium Constantinopoli. *Nicolaus I. epist. 8. Vide, Evangelium. num. 1.*

2. Latini libri Conciliorum veriores sunt, quam Græci.

Romani autem codices multò veriores sunt, quam Græci: quia nostri sicut non acutina, ita nec imposturas habent. *Greg. 1. lib. 5. ep. 14.*

3. Latini à Græcis non possunt ordinari, si in ritu sunt divertii. *De temporibus ordin. cap. cum secundum. Vide, Clericus. tit. 3. num. 47.*

4. Latini non possunt celebrare Missas, nec alia Divina Officia ritu Græcò, nec econtra, & omnes licentiæ in contrarium abrogantur. *Pius V. const. 12. Proinde. Vide, Græci.*

5. Latini Episcopi confirmare debent baptizatos à Græcis, sed cum conditione, si

non est confirmatus, &c. *Clemens VIII. conf. 34. Sanctissimus.*

6. Latini in casu necessitatis absolvi possunt à Sacerdotibus Græcis Catholicis. *Ibid. §. 3.*

Latro.

1. Latrones publici non gaudent immunitate Ecclesiæ. *De immunit. Eccles. cap. Inter alia. Vide, Ecclesia. tit. 5. n. 2.*
2. Latrones maritimi incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ. *Gregor. XIII. conf. 81. Consueverunt. Vide, Excommun. Bullæ Cœnæ.*
3. Latrones in Statu Ecclesiæ per Barones & Principes arcendi sunt, & commoditates auferendæ. *Leo X. constit. 28 Romani. Et pœnæ contrafacientium. Ibidem. Vide, Barones. Vide, Banniti. Vide, Ecclesiasticus Status.*
4. Latrone moriente in actu furti Ecclesiæ, nullus pro eo oret.

Et Dominus per Prophetam Esaïam : Ego Dominus diligens iudicium & odio habens rapinam. Unde nos, quæ Dominus diligit, diligentes, & quæ odit, odio habentes, statuimus & iudicamus, ut si quis post hæc Evangelica, & Apostolica, atque Prophetica verba, & distinctionem pacatissimæ Synodi inventus fuerit, furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortem meretur incurrere : nullus pro eo præsumat orare, aut elemosynam dare. *Concilium Triburienſe 1. cap. 31. De furtis. cap. Fures. ex Concil. Lateranenſi. 3. in append. tit. De raptoribus. cap. 2. Vide, Fur. tit. 7.*

3. Latronibus vulneratis (si pœniteant) Communio non negetur.

Si autem ille fur vel latro vulneratus elabatur, & expectatione mortis desperatus putatur, atque reconciliari se Myſteris sacrosanctis habitu corporis & voluntate pie mentis deprecatur, Deoque & Sacerdoti, comite vitæ, emendatione morum & actuum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendam. *Conc. Tribur. Ibid.*

6. Latrones tenens in suo servitio, ad faciendum latrocinium, excommunicandus est.

Prohibemus subinterminatione anathematis, nè quis latrones ad latrocinium faciendum in servitio suo retineat, nec eos in tertis suis scienter habitare permittat. *Conc. Oxoniens. 1. cap. 13.*

7. Latrones non ejicientes à suis terris, excommunicandi sunt; sed prius monendi, monitione saltem generali.

Contra latronum flagitia, quibus nimis abundat Regio Anglicana, quod nequaquam esset, ut accipimus, nisi majores defenderent & tenerent, sic duximus statuendum : ut nemo eos protegat, vel defendat, seu teneat in domibus suis, vel in villis, quos tiverint, vel manifestum fuerit, latrocinium exercere; eos autem, qui contra fecerint, si terris mentis per Ecclesiasticum iudicem ordinatum, ipsos à se non abjecerint, excommunicationi Ecclesiasticæ subjungimus. Monitionem autem volumus & statuimus licticere generalem, etiam si fiat alicujus, vel alicui, nomine non expresso, dummodo ita publice ac solemniter fiat, quod ad eorum notitiam valeat pervenire. *Conc. Londin. 2. cap. 19. Vide, Fur. Vide, Raptor.*

Latrantes.

Latrantes seu blasphemantes in Spiritum Sanctum, anathematizantur.

Quicumque Spiritum Sanctum non credit, aut non crediderit, à Patre & Filio procedere, eumque non dixerit, coæternum esse Patri, & Filio, & coequallem, anathema sit. *Conc. Tolet. 3. c. 3.*

Lavare.

1. Lavare se in die Dominico vel alio Festo, non est peccatum. *Nicolaus I. ad consulta Bulgar. cap. 6. Vide, Dies Dominica. num. 3.*
2. Lavari non debet simul cum viro mulier. Cave etiam in balneo Lectores, qui Verbum lavationem, multa enim sunt demonis retia. Christiana fœmina nè cum viro lavet : etenim si se tegit, ut oculos alienorum virorum cum pudore vitet, quomodo hujusmodi mulier cum viro in balneo ingreditur? *Lib. 1. conf. A.A. cap. 9.*

Laudare, Laus.

1. Laudari debet DEUS magis corde, quam voce.

Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Audiant hæc adolescentuli : audiant ii, quibus psallendi in Ecclesia officium est : DEO non voce, sed corde cantandum : nec in Tragædorum modum guttur & fauces dulci medicamine leniendæ sunt, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & Cantica, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum. *Dist. 92. c. Cantantes.*

2. Laudes iniquorum optari non debent.

Et idèd fatæge magis, & refuge, nè lauderis ab iniquis, & nè à pessimè agentibus diligaris; sed potius propter justam dispensationem & æquissimam regulam disciplinæ, à Christo collaudari merearis. *Clem. I. ep. 1. cap. 4.*

Laurentius.

1. Sanctus Laurentius, Archiepiscopus Dublinensis, canonizatur ab Honorio III. anno 1225. *conf. 7. Ineffabili Providentiâ.*
2. Sancti Laurentii in Damaso Clerici, subduntur Cardinali titulari, & ab eo possunt censuris compelli. *De Majorit. & obed. cap. His quæ ex Honorio III. Vide, Clerici. tit. 56. n. 12. Vide, Cancellariæ. Vide, Cancellarius.*

Lauretum.

1. Lauretanum oppidum in Piceno erigitur in civitatem, & ejus collegiata in Cathedralè. *Sixtus V. const. 24. Pro excellenti.*
2. Laureti erigitur Collegium pro adolescentibus Illyricis, qui aluntur sumptibus Sanctæ Domus Lauretanæ. *Urban. VIII. const. 64. Zelo. per 22. §§. Forma vivendi & gubernii. Ibid. Hoc Collegium fuerat prius à Gregor. XIII. institutum; sed postea dimissum. §. 1. Quor Alumeni debent in eo poni, & ex quibus Ecclesiis Dalmatiæ eligi. Quid debent studere, & alia ad ejus regimen spectantia. Ibid.*
3. S. Lazari Militia. Vide, Militia. Vide, Equites. Vide, Hospitale.

Lector, Lectio.

1. Lector ordinari potest etiam ab Abbate monasterii, & olim ordinabatur à Corepiscopo, cum licentia Episcopi. *Dist. 69. cap. Quoniam. ex Conc. Nicæ. 2. cap. 14.*

cap. 14. Vide, Abbas circa ordinationes. num. 1. & sequitur.

Simili etiam modò secundum antiquam consuetudinem, Corepiscopus præceptione oportet Episcopi promovere Lectores. *Ibid. Vide, Ordinatio.*

2. Lectoratus est Ordo minor in Ecclesia. *Conc. Trid. sess. 23. cap. 2.*
3. Lectores manus impositione olim fiebant. Per traditionem libri ordinantur.

Lectorum Ordo formam & initium à Prophetis accepit. Sunt igitur Lectores, qui Verbum DEI prædicant, quibus dicitur : (Clama, nè cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.) Isti quippè dum ordinantur, primum de eorum conversatione Episcopi verbum facit ad populum, deinde coram plebe tradit eis codicem apicum Divinorum, ad DEI Verbum annuntiantium. *Conc. Aquisgr. 3. sub Ludovico. cap. 3. Conc. Nicæn. 2. c. 14. Vide, supra. 1.*

Lector cum ordinatur, faciat de illo Episcopus verbum ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium; post hæc spectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum : (Accipe, & esto relator Verbi DEI, habiturus, si fideliter & utiliter impleveris officium, partem cum eis, qui Verbum DEI ministraverint.) *Conc. Carthagin. 4. cap. 8. dist. 23. cap. Lector.*

4. Lectoris officium est, Lectiones legere Prophetarum, &c. & populis annuntiare.

Ad Lectorem pertinet, Lectiones pronuntiare, & ea, quæ Propheta vaticinaverunt, populis prædicare. *Ex epist. Sistori Hispanen. post Conc. Tolet. 8. dist. 25. cap. Perlectis. Conc. Aquisgr. 3. ut supra.*

5. Olim Præcones etiam dicebantur Lectores, & præcipuam curam vocis habebant, ut audiri possent in tumultu.

Vetus opinio est, Lectores pronuntiandi causâ præcipuam curam vocis habuisse, ut exaudiri in tumultu possent; unde & dudum Lectores, Præcones vel proclamatores vocabantur. *Conc. Aquisgran. ut supra dist. 25. cap. Perlectis ut supra.*

Lector in Ecclesia Prophetas, quæ in Missa legende sunt, & lectiones pronuntiet, quæ ex veteri & novo Testamento in Matutinis dicuntur. Pueros, si ita Episcopo videatur, prima fidei rudimenta doceat. *Concil. Mediolan. 1. part. 2. De Lectore.*

6. Lectores non debent exequi suum officium cum Orario, (id est, stola.)

Quod non oporteat Lectores aut Cantores Orariis uti, & ita legere vel psallere. *Concil. Laodicens. cap. 23.*

7. Lectores non possunt vasa sacra tangere. *Concil. Romanum 3. sub Sylvestro cap. 9. Vide, Acolythus. n. 7.*

8. Lectores puberes (olim) vel uxores ducere debebant, vel profiteri continentiam.

Placuit, ut Lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur uxores ducere, aut continentiam profiteri. *Concil. Carthagin. 3. cap. 19. Conc. Wormat. 1. cap. 68.*

9. Lector, qui viduam accipit in uxorem, non potest ulterius promoveri.

Item constituit Sancta Synodus, ut Lector fidelis, si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil sit: semper Lector habeatur, aut fortè Subdiaconus. *Conc. Tolet. 1. cap. 3.*

10. Sed in Concil. Lucensi 2. cap. 23. statutum fuit, posse ad Subdiaconatum tantum pervenire, non ultra ascendere.

Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in Lectoratu permaneat, aut si fortè necessitas sit, Subdia-

onus fiat, nihil autem supra : similiter & si bigamus fuerit. *Concilium Bracharenſe 2. cap. 43. & dist. 34. cap. Lector.*

11. Lectores per septem testes (olim) deponendi. *Concilium Romanum 3. sub Sylvestro cap. 3. Vide, Acolythus. num. 8.*
12. Lectiones non possunt in Ecclesia legi à Tonfuratis, sed à Lectoribus. *Concil. Nicænum 2. Canone 14. Vide, ubi supra num. 1.*

Lectores scientiarum, &c.

1. Lectores Sacræ Scripturæ debent semper esse in Collegiis & Monasteriis. Alias Episcopus, ut delegatus Papæ, ad id compellat Superiores Regularium.

Quæsi autem, qui nobis adhæreant in Lectionis Sacræ Collegio, & neminem reperi, & vehementer ingemui paupertatem boni. *Greg. I. lib. 12. epist. 25. Concil. Trident. sess. 5. De Reformat. cap. 1.*

2. Lector Sacræ Scripturæ fit in omnibus Gymnasiis publicis. *Ibid. cap. 1.*

3. Lector Sacræ Scripturæ pro claustris Fratrum non eget approbatione Episcopi. *Ibidem.*

4. Lector Sacræ Scripturæ in Gymnasiis publicis non potest legere, nisi ab Episcopo fuerit examinatus & approbatus. *Ibidem.*

5. Lectio Sacræ Scripturæ bis in hebdomada faciendâ in Conventibus Regularium. Ad eam tenentur omnes convenire, eaque absolutâ, fiat conferentia inter eos de auditis. *Urbanus VIII. constit. 26. cap. Nullus. num. 3.*

6. Lectores Sacræ Theologiæ, in quibus locis debent esse, & quales. Vide, Theologia.

7. Lectores Universitatum & Studiorum Generalium tenentur in principio cujuslibet anni emittere juramentum de servando decreta Concilii Tridentini. *Trid. sess. 25. De reform. cap. 2.*

8. Lectores casuum conscientiæ, audiendi à Clericis frequenter.

Jubeat Episcopus Clericos frequenter audire magistros, qui casus conscientiæ in Monasteriis vel ubi visus ejus iussu interpretentur. *Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. Quæ pertinent ad Sacram. pœnit.*

9. Lectores noviter instituti, tenentur facere professionem fidei. *Pius IV. const. 88. In Sacrosancto. Forma talis professionis. Ibidem.*

10. Lectores Studii Romani ex Gabella Vini Forensis habent sua Salaria. *Leo X. const. 1. Dum singularem.*

11. Lectorum Studii obligationes. *Leo X. const. 4. Dum suavisissimas.*

12. In Studio Romano instituitur de novo Lector Rhetoricæ. *Urbanus VIII. const. 83. Militatis.*

Lectus nuptialis.

Lectorum nuptialium pompæ pro Statu Ecclesiæ, quæ debent esse. *Sixtus V. const. 55. Cum in usaque.*

I. Legatus Papæ ejusque potestas.

1. Legati Papæ sunt non solum, qui Romæ exiunt, sed omnes, quos mittit Papa.

Quia peritis in literis vestris, nè adversus privilegium, quod ab hac Apostolica Sede vos habere fateamini, cogamini, nisi soli mihi aut Romanis Legatis super objectis quibuslibet respondere. Quod si vos Romanos Legatos intelligere videremini, quoslibet cuiuslibet gentis, quibus Romanus Pontifex aliquam legationem injungat, (vel quod majus est) vicem suam indulgeat, & laudaremus sanè perita, & peritis libenter annueremus. Sed quia præmittendo Romanis, continèd subjungitis, non Ultramontanis, ostenditis vos velle Romanos habere Legatos, qui vel Romæ nati, vel in Romana Ecclesia à parvulo educati, vel in eadem sint aliqua dignitate promoti: miramur nimium prudentiam vestram eò usque perductam, ut precaremini benevolentiam nostram, jura Sedis Apostolicæ debere imminere, idque nobis in solius vestri negotiis non debere licere, quod in negotiis omnium prædecessores nostri sine omni contradictione & licitum & legitimum tenuere. *Greg. VII. lib. 6. ep. 2.*

2. Legatus Papæ institui potest etiam Subdiaconus.

Valdè necessarium esse perspeximus, ut, sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita unam eandemque personam omnia committamus, ut, ubi nos præfentes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, vide, præsentetur auctoritas. Quam ob rem Petro Subdiacono Sedis nostræ, intra Provinciam Siciliam, vices nostras, DEO auxiliante, committimus. Nec enim de ejus actibus dubitare possumus, cui, DEO auxiliante, totum nostræ Ecclesiæ noscitur patrocinium commisit. *Dist. 94. cap. Valdè. Gregor. I. lib. 1. epist. 1.*

Petrum verò Subdiaconum nostrum, quem pro regendo Ecclesiæ patrimonio, DEO Authore, transmissimus, vestra gloriæ per omnia commendamus. *Ibid. epist. 5.*

3. Etiam simplices Regulares fieri possunt Legati Papæ.

Sed quid hæc de Episcopis loquimur, cum idem sanctus Papa Monachum quendam, Hilarium nomine, in Africa partibus, literarum suarum auctoritate fultum, usque adeò suum fecerit esse Vicarium, ut per eum ibidem Concilium Generale celebraretur, & quidquid Synodus Sancta decerneret, ad finem, eo exequente, perduceretur? *Greg. VII. lib. 6. ep. 2.*

4. Legatus Papæ mitti potest ad præfidentum Conciliis. *Concilium Sardinense. cap. 7. 2. q. 6. cap. Si quis Episcopus. Vide, Appellare. tit. 7. num. 10.*

5. Legatus in duobus locis potest in alterutro jurisdictionem exercere de negotiis alterius.

Ex parte tua querimoniam accepimus, quod, cum tibi Legatus esset eadè ratione suspectus, extra fines Regni Francorum in terram tuam interdici sententiam promulgavit. Tuæ magnificentie respondemus, quod, & si fines Regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos tuæ legationis egressus, cum non solum in Regno Francorum, sed in Viennen. Lugdunen. & Bifontin. Provinciis junctam sibi à nobis legationis sollicitudinem suscepisset. *De officio Legati. cap. Novit ille.*

6. Legatò de latere præfente, minor Legatus ex reverentia cessat ab officio suo.

Fraternitati tuæ legationis officium in Provincia tua duximus committendum; ita tamen, quod si Legatum ad partes illas de latere nostro contigerit destinari, executionem ipsius officii, quamdiu Legatus ipse fuerit, pro Sedis Apostolicæ reverentia omnino dimittas. *De officio Legati. cap. Polesus.*

7. Legatus Papæ in Provincia est Judex ordinarius.

Legatos, quibus in certis Provinciis committitur legationis officium, ut ibidem evellant & dissipent, ædificent atque plantent; Provinciarum sibi commissarum, adinstar Proconsulum cæterorumque Præsidum, quibus certæ sunt decretae Provinciarum moderandæ, ordinarios reputantes: præfenti declaramus edictò, commissum tibi à prædecessore nostro legationis officium nequaquam per ipsius obitum expirasse. *De officio Legati. in 6. cap. Legatos.*

8. Legatus Papæ non expirat per mortem Papæ. *Ibidem.*

9. Legatus Papæ à latere, causas appellationis judicat. *2. q. 6. cap. Decreto. Vide, Cardinalis. tit. 14. num. 2.*

10. Legatus Papæ potest etiam querelas simplices audire omnium subditorum Episcoporum Provinciarum. Et etiam per appellationem.

Sanè licet idem Archi-Episcopus Metropolitanò jure audire non debeat causas de Episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum, legationis tamen obtentu universas, quæ per appellationem vel querimoniam perveniunt ad suam audientiam, audire potest & debet: sicut qui in Provincia sua vices nostras gerere comprobatur. *De off. Leg. cap. 1. ex Concil. Lateranen. 3. in append. tit. De Præminentia. cap. 2. Vide, Appellatio.*

11. Legatus, si retulit Papæ, cessat esse Judex in illa causa.

Nuntius præfati Abbatis nobis litteras præsentavit, contra jam dictum Legatum querimoniam continentes, quod, postquam electionem examinaverat, & eam ad nostræ deliberationis examen transtulerat, nuntiis jam directis, electionem eandem malitiosè nimis examinare præsumpsit. De Consilio Fratrum nostrorum examinationem secundam, tanquam à non suo iudice factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam & inanem. *De Officio Leg. cap. Licet Tranenſes.*

12. Legatus Papæ potest reservare sibi collationem Ecclesiæ, cujus Clericus sit patronus, vel alia Ecclesia sit patrona. *Vide, Beneficia à quo conferenda.*

13. Legatò Papæ dante Ecclesiã, si à Papa confirmatur, jus Episcopi non læditur. *De confirmat. utili, &c. cap. fin. Vide, Confirmationes. num. ultimò.*

14. Legatus Papæ, Cardinalis, potest conferre beneficia: non Cardinalis, non potest. *De officio Legati. in 6. cap. 1. Vide, Beneficium. tit. 9. num. 23.*

15. Legatus de latere potest conferre beneficium vacans, etiam si præsentatio spectat ad Clerum. *De off. Legati. cap. Dilectus. Vide, Cardinalis. tit. 14. n. 9.*

16. Legatus de latere quid potest facere circa collationem beneficiorum. *De off. Legati. in 6. Vide, ubi supra n. 14. ibidem. cap. Legatos. Vide, supra num. 7. & cap. Præfenti. Vide, Cardinalis. tit. 14. n. 9. Vide, Beneficia à quo conferenda.*

17. Legatus Papæ in Statu Ecclesiæ quam jurisdictionem habet. *Innoc. VI. constit. 1. Cum onus.*

18. Legatò à latere dante beneficium, tacitò priori, nulla est collatio. *De off. Legati. in 6. cap. fin. Vide, Beneficium. tit. 13. n. 9.*

19. 10.

19. Legatò Papæ dante beneficium ex mandato Papæ, censetur collatum à Papa. *De præbendis, &c. in 6. cap. Si Apostolicæ. Vide, ibidem. tit. 37. n. 1.*

20. Legatò Papæ conferente aliquid, licet à Papa confirmetur, non læditur jus Diocesani. *De confirmat. utili. cap. fin. Vide, ubi supra num. 13.*

21. Legatus Papæ à latere, faciens reservationem beneficium in aliqua Ecclesia, non potest in ea facere aliam. *De off. Legati. in 6. cap. Præfenti. supra n. 16.*

22. Legati non missi à Papa, sed tales dicti ratione suorum Episcopatum, non possunt beneficia dare, sicut Legati de latere missi à Papa. *Concil. Lugdunen. 1. Gener. De off. Legati. in 6. supra n. 14.*

23. Legatus Papæ à latere, potest confirmare electiones Episcoporum & Archi-Episcoporum. *De elec. &c. in 6. cap. Si Abbatem. §. Hujusmodi. Simplex verò Legatus non potest, nisi hoc habeat in commissis. Ibidem. Vide, Cardinalis. tit. 14. num. 7.*

24. Legatus à latere, potest concedere licentiam Abbati exempto, ut eligi possit in Episcopum. *Ibidem. cap. Si Abbatem. Vide, Abbas. tit. 15. n. 2.*

25. Potest contra Episcopos depositionis sententiam juridicè ferre.

Quod Legatus ejus omnibus Episcopis præsit in Concilio, etiam inferioris gradus, & versus eos depositionis sententiam possit dare. *Greg. VII. lib. 2. post epist. 55.*

26. Legatus Papæ, five de latere, five non, potest absolvere excommunicatos ob Clerici percussione in sua Provincia. *De off. Legati. cap. Quod translationes. & cap. Excommunicatis. Vide, Cardinalis. tit. 14. num. 4. & 5. De sentent. Excommunicationis. cap. Ad eminentiam. Vide, Absolvere. tit. 12. num. 3.*

27. Legati verò ratione suorum Episcopatum, & non missi à Papa, non possunt tales excommunicatos absolvere. *De off. Legati. cap. Excommunicatis supra.*

28. Legatus Papæ non de latere (id est, non Cardinalis) non potest extra Provinciam absolvere excommunicatos ob Clerici percussione. *De off. Legati. cap. Excommunicatis. supra.*

29. Legatus Papæ non de latere, in sua Provincia non potest absolvere tales excommunicatos externos, venientes ad Provinciam propter hoc. *Ibidem.*

30. Legatus Papæ pro Statu Ecclesiæ, quæ jurisdictione dari solebat. *Innoc. VI. constit. 1. Cum onus.*

31. Legatis urbis, quæ jurisdictione solet concedi, cum Papa ab urbe discedit. *Paulus III. constit. 16. Licet potestatis. Clemens VII. constit. 53. Licet.*

32. Legatorum Papæ statuta durant finitè etiam legatione. *De off. Legati. cap. fin. Nemini. infra.*

Tomus II.

33. Legatorum delegatio expirat, si ante discessum ejus à Provincia non est facta citatio.

Nemini dubium esse volumus, quia Legatorum S. A. statuta, edita in Provincia sibi commissa, durent, tanquam perpetua, licet eandem postmodum sint egressi. Secus autem, si causas duxerint aliquibus delegandas; cum jurisdictione istorum expiraret, si ante illorum discessum horum citatio non præcessit. *De officio Legati. cap. final. Nemini.*

34. Legatorum officio completò, cessant reservationes, inhibitiones, denuntiationes, &c. in causis beneficialibus. *De off. Legati. in 6. cap. Præfenti. supra n. 16.*

35. Legatus Papæ dispensare posse in ætate præsentandorum ad beneficia, statuit Concil. Vienn. provin. *Vide, Cardinalis. tit. 14. num. 15.*

36. Legati Papæ non possunt aggratiare, seu remittere bannitos aut homicidas, nec facere compositionem cum eis. *Pius V. constit. 25. In eminenti. Vide, Beneficia à quo conferenda.*

37. Legatorum redutum relationi Papæ reservat Episcopi confirmationem.

Undè directionis vestrae sumptis apicibus, iustificati sumus, quia vos Catholicum in eis cognovimus. Nam ibi prudentia vestrae utilitatem intelleximus. Idcoque multas gratias DEO Omnipotenti restitimus, quia vestrum scire de Catholico fonte manare experti sumus. Sed rectum vos ordinem minime continuasse doluimus, eò quod non per gradus Ecclesiæ ductus ad tantum honorem, de Laicali habitu vos profluitis, cum oporteret vestram prudentiam ita Canonicè vixisse in Clericali Ordine, ut nihil extra Canonica instituta agentes, tempore congruo atque ascensu legitimo constitueretis Ecclesiæ Pastor. Vos itaque hoc permittentes, contra statuta Patrum egisse manifestum existit. Nam Sardinense Concilium per omnia tantæ temeritatis presumptionem venit, pariter & SS. Pontificum Romanæ Sedis, Cælestini Doctoris egregii, Leonis Sanctissimi, cujus laus in 4. Synodo clarè existit, seu Gelasii, doctrinam & meritum æquè beatissimi, horum videlicet instituta hoc prohibuerunt, ut talis ordinatio fieri non præsumeretur. Quapropter vestrae consecrationi consentire modò non possumus, donec nostri, qui à nobis Constantinopolim sunt directi, revertantur; qualiter per eos cognoscamus vestrae observationis actus & Ecclesiasticæ utilitatis constantiam, & quò studio circa Catholicæ fidei defensionem vosmet exerceatis. Et tunc, si dignum fuerit, ut tantæ Sedis Præsilem, ceu convenit, honorabimus, & Fraternali dilectione amplectemur. *Nicolaus I. ep. 3. Ad Phosium.*

II. Legati Papæ à quibus debent abstinere.

1. Legatus etiam de latere, non potest unam Ecclesiam Cathedrali alteri submittere. *De off. Legati. cap. Nisi specialis. Et cap. Quod translationes. Vide, Cardinalis. tit. 14. num. 4. Et tit. præcedenti. n. 26.*

2. Legatus Papæ etiam de latere, non potest duos Episcopatus unire. *De off. Legati. ubi supra.*

3. Legatus etiam de latere, non potest conferre Ecclesias Cathedrales, nec Collegiatis, nec Regulares. *De off. Legati. in 6. cap. Deliberatione. infra.*

4. Legati etiam de latere, non possunt conferre dignitates majores in Ecclesiis.

Pp 3

Delic.

Deliberatione providâ duximus inhibendum, nè aliquis A. S. Legatus, quantumcunque legationem obtinere plenariam dignoscatur, Cathedrales, vel Regulares, aut Collegiatas EE. seu ipsarum EE. Cathedralium dignitates, ad quas illi præficiuntur eisdem, majores in eorum Capitulis post Episcopos existentes, habent per viam electionis assumi, sua ordinationi, collationi, provisioni, electioni aut dispositioni, quomodocunque reservet: nec de ipsis ordinandis, conferendis vel disponendis se aliquatenus intromittat: neque aliquid, quò minus illi, ad quos pertinuerit, eligere aut postulare liberè valeant, cum vacabunt, obstaculum quomodolibet interponant. Decernentes, quidquid contra hoc actum extiterit, eò ipsò irritum & inane. *De officio Legati, in 6. cap. Deliberatione.*

5. Legatus non potest committere delegato, ut resignationem beneficii recipiat, & postea illud conferat, & factum est nullum.

Prohibemus in super, nè Legatus ipse in genere, aut in specie, cuicumque concedat, ut ab illis, qui beneficia intra legationem ejusdem habentes, ea in illius manibus voluerint liberè resignare, ipsorum resignatione receptâ, illa valeat idoneis conferre personis. Cum per hoc aperiri possit via contra Lateranense Concilium, ad beneficia vacatura. Nos enim concessionem, quam contra hoc contigerit attentari: & quidquid ex ea vel ob eam securum extiterit, nullam prorsus habere statim roboris firmitatem. Volentes, non solum ad futura, sed etiam ad præterita & adhuc pendente negotia hoc extendi. *Ibid. 8. Prohibemus.*

6. Legatus Papæ non potest se intromittere in causa alteri delegata ab ipso Papa, nisi specialiter hoc sibi committatur.

Respondemus, quòd, cum mandatum speciale deroget generali, Legati commissionem alii factam specialiter impedire non potest, etsi secundum formam mandati nostri sententia jam fuerit promulgata, non poterit ipse Legatus (nisi super hoc mandatum speciale receperit) eam quomodolibet irritare, ipsam tamen (si rationabiliter lata fuerit) confirmare valebit, & executioni mandare. *De officio Legati, cap. Studuisti.*

7. Legati Papæ quicumque non possunt aggravare loca, vel personas in procuracionibus seu expensis. *De Censibus, cap. Procuraciones. Vide, Episcopus, tit. 53, n. 7. Vide, Procuraciones.*

8. Legatus Papæ etiam de latere, faciens reservationem alicujus beneficii in aliqua Ecclesia, non potest facere aliam. *De Off. Leg. in 6. cap. Præsent. Vide, tit. præced. n. 16.*

9. Legatus Papæ etiam de latere, non potest in sua Provincia, neque alibi seingere in illis, quæ sunt per electionem in Ecclesiis, disponendo de iis, vel reservando, & si facit, irritè facit. *Ibid. cap. Deliberatione, supra n. 3.*

10. Legatus Papæ etiam de latere, non potest dare licentiam Fratribus Mendicantibus, ut transeant ad religionem non Mendicantium, exceptâ Carthusianorum, ad quam potest concedere transitum.

Declaramus & etiam decernimus, statuentes, quòd de cætero nullus Religionis Ordinum Mendicantium quoruncunque, cuicumque gradus, status, conditionis vel Religionis existat, quantumcunque & qualitercunque possit & debeat, virtute cuicumque licentiae, etiam indultu Apostolici seu penitentiarii nostri curam gerentis, vel aliâ quavis autoritate hactenus,

etiam per Litteras Apostolicas facultatum quorumvis, tam Legatorum, vel Nuntiorum S. A. quam aliâ autoritate, maxime de transferendis Fratribus, aut aliquibus, præsertim Ordinum Mendicantium professoribus in genere, vel in specie ab Ordinibus hujusmodi Mendicantium, sub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi aliquos, etiam Superiores Ordinis, seu monasterii, aut loci monastici, seu aliâ in monachum, vel in Fratrem alicujus ex Ordinibus monasticis supra dictis, vel aliâ expressis, (Ordine Carthusiensium dumtaxat exceptò) sub pena excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipsò factò incurrunt. Et quam ex nunc, prout ex tunc, contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientiâ & autoritate antefatis, proferimus in his scriptis. Et à nemine, nisi dumtaxat à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) excommunicati hujusmodi possunt absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus factis facta non teneant, & nullius existant efficaciam vel momenti. *Extra, de Regularibus transmissibus, cap. Viam.*

11. Legati non de latere (id est, non Cardinales) non possunt in Provincia sua conferre beneficia. De latere verò possunt. *De Off. leg. in 6. cap. 1. Vide, uti tit. præcedenti, n. 14.*

12. Non possunt impedire aut turbare Episcopos in causis beneficialibus, matrimonialibus & aliis Ecclesiasticis. *Conc. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 20. Vide, Matrimonium. Vide, Nuptiae.*

13. Non possunt procedere contra Clericos, nisi Episcopò prius requisitò & negligente; aliâ acta & processus nullius sunt valoris, & tenentur ad restitutionem & damna. *Ibid. cap. 20.*

14. Legati & Nuntii Papæ non possunt pro se vel suis consanguineis procurare à Principibus favores, vel eis uti ad consequendas dignitates, sub pena excommunicationis latae sententiæ referatæ. *Pius IV. const. 96. Et si. Vide, Nuntius.*

III. Legati Papæ circa expensas & procuraciones.

1. Legatorum Papæ procuraciones seu expensæ non possunt præscribi.

Mandamus, quatenus, nisi dicti Ordinarii per speciale privilegium A. S. à præstantis procuracionibus ostenderint se immunes, (etiam si longissimo tempore procuracionis obsequium non impenderint, cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare) ipsos ad procuracionis facinam ordine debitò subeundam, teneri decernas. *De Prescriptionibus, cap. Accedentes.*

2. Legatus Papæ, quicumque sit, ab omnibus EE. accipere debet procuraciones seu expensas. *De Censibus, cap. Cum instantia. Vide, Eccles. tit. 55, n. 1.*

3. Quomodo danda & exigenda sunt procuraciones seu expensæ pro Legatis Papæ, & à quibus. *Conc. Lat. 4. c. 33.*

Procuraciones, quæ (cætera Vide, sub verbo Episcopi, tit. 53, n. 7. & sequitur.) Hoc adhibito moderamine circa Legatos & Nuntios S. A. ut, cum oportuerit, eos apud aliquem locum morari facere necessarium, nè locus ille propter illos nimium aggravetur, procuraciones recipient moderatas ab aliis Ecclesiis vel personis, quæ nondum fuerunt de suis procuracionibus aggravatæ; ita quòd numerus procuracionum nume-

numerum dierum, quibus hujusmodi moram fecerint, non excedat, & cum aliqua non suffecerit per ipsam, duæ vel plures conjungantur in unam. *Conc. Lat. 4. cap. 33.*

4. Modus exigendi procuraciones pro Legatis Papæ.

Sanè in his exigendis eum modum & ordinem volumus observari, ut nulla Ecclesia vel Prælati se indebitè prægravari rationabiliter conqueratur. Si verò de communi collecta Legatorum & Nuntiorum nostrorum expensas duxeritis faciendas, (quod vobis non duximus inhibendum) ex hoc nobis & nostris nullum præjudicium volumus generari, quò minus possint, à quocunque maluerint, procuraciones sibi debitas postulare, ita quòd si exactus ultra suam gravatus fuerit facultatem, sibi ab aliis restitueretur. Nuntius tamen nostris in necessariis expensis exhibendis parcat, quicumque fuerit requisitus, ita quòd in fraudem nihil penitus attentetur, nec per communes ministros procuracionis obsequium, si noluerint recipere, compellantur; qui verò contumaciter eis duxerint resistendum, districtione sunt Ecclesiastica compellendi. *De Censibus, cap. Cum instantia, §. Sanè.*

5. Non excedatur debitus modus.

Quia plerique Prælati, ut procuracionem aut servitium aliquod impendant Legato, vel alii, plus extorqueant à subditis, quam solvant, & in eorum damnis lucra sectantes, quarunt prædam potius, quam subdium in subjectis, id de cætero fieri prohibemus. Quod si quis forte præsumpserit, & sic extorta restituat, & tantundem cogatur pauperibus largiri. Superior autem, cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit in hujusmodi executione statuti, Canonice subiaccat ultioni. *De Immunit. Eccles. cap. Quia plerique. Conc. Lat. 4. cap. 34.*

6. Legati pro iis tantum diebus, per quos commorantur in loco, recipiunt procuraciones.

Hoc adhibito moderamine circa Legatos & Nuntios A. S. ut, cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessarium, (nè locus ille propter illos nimium aggravetur) procuraciones recipient moderatas ab aliis Ecclesiis vel personis, quæ nondum fuerant de suis procuracionibus aggravatæ, ita quòd numerus procuracionum numerum dierum, quibus hujusmodi moram fecerint, non excedat, & cum aliqua non suffecerit, per se ipsam duæ vel plures conjungantur in unam. Porro visitationis officium exercentes, non quaerant, quæ sua sunt, sed quæ JESU Christi: prædicationi, correctioni & reformationi vacando, ut fructum referant, qui non perit. Qui autem contra hoc regere tentaverit, & quod accipit, reddat, & Ecclesiae, quam taliter aggravaverit, tantundem impendat. *De Censibus, cap. Procuraciones, ex Conc. Lat. 4. cap. 33.*

7. Legati Papæ non possunt à monasteriis exemptis accipere procuraciones. *De Censibus, cap. Cum instantia, ubi supra, n. 2.*

8. Non possunt aggravare loca vel personas in procuracionibus. *De Censibus, cap. Procuraciones, supra, n. 6.*

9. Si pro legatis Papæ plus debitò exigatur, pauperibus est erogandum. *Conc. Lat. 4. cap. 34. supra, n. 5. Vide, Ecclesia quoad procuraciones. Vide, Procuraciones.*

IV. Legati Papæ quomodo tractandi.

1. Legati Papæ in eundo & redeundo cum honore ab Episcopis omnibus sunt recipiendi; & hoc jurent Episcopi, dum eliguntur. *De Jurejurando, cap. Ego N. Vide, Episcopus, tit. 31, n. 28.*

2. Ab omnibus, etiam Principibus, cum honore recipiendi, non obstant aliâ contrariâ consuetudine. Et contrarium facientes, excommunicandi sunt.

Nos hujusmodi consuetudinem, non tam irrationabilem, quam nonnunquam animarum salutem contrariam detrahentemque Apostolicæ potestati, auctoritate Apostolicâ penitus reprobantes, Legatos ipsos ab omnibus, cuicumque præeminentiæ, conditionis aut status fuerint, debere admitti decernimus. Nec eos prætextu cujusvis consuetudinis impediri posse, à quoquam Christianò nomine gloriantem, quò minus Regna, Provincias & terras quaslibet, ad quæ ipsos destinati contigerit, ingrediantur liberè, ac commissæ sibi legationis officium exercent in eisdem. Qui verò de cætero super prædictis dictos Legatos aut etiam Nuntios, quos ad quascunque partes pro causis quibuslibet Sedes ipsa transierit, præsumpserint impedire, ipsò factò sententiam excommunicationis incurrant, Regna, terræ & loca quælibet subiecta eisdem, tam diu sint eò ipsò Ecclesiastico suppedita interdicto, quàm diu in hujusmodi contumacia duxerint persistendum; non obstantibus quibuslibet indulgentiis aut privilegiis, Imperatoribus ac Regibus, seu quibuscunque aliis, sub quibuscunque modis, tenoribus & formis à Sede ipsa concessis, quæ contra præmissa nulli volumus suffragari. *Extra, de Consuetudine, cap. Super gentes, Joann. VIII. epist. 196. Vide, Episcopus, tit. 31, num. 31. Gregorius VII. lib. 2. ep. 40. infra.*

3. Legatis Papæ obediendum est ab omnibus.

Misimus ad vos dilectos S. R. E. filios, videlicet Capizomeum Abbatem S. Bonifacii, & Maurum Abbatem S. Sabbae: per quos & nostra vobis represententur auctoritas, & nostra vice ea, quæ ad utilitatem S. Ecclesiae pertinent, cum DEI adjutorio studiosâ procuracione peragantur. Vos igitur memores Divini per Evangelium dicti: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit; eos sicut de nostra amicitia, imò de gratia S. Petri, cujus Nuntii sunt, curam habetis, debita cum veneratione & charitate recipiatis, & in omnibus, quæ vel causa legationis eorum, vel fatigationis necessitas postulerit, fidelem illis obedientiam & consensum præbeatis. Præterea, si contigerit eos ex considerata & competente necessitate negotiorum dividi, & separatim in diversas partes proficisci, ad quoscunque alter eorum venerit, eum sicut nos audiat, & quod nostræ deberetis presentia, in eo ostendere, & exequi non dubitatis. *Greg. VII. lib. 2. ep. 40. Omnibus S. Petri fidelibus.*

4. Legati Papæ impediri non possunt, nè suum iter perficiant.

Verùm, si (quod absit) juxta quod à nobis anathematizatorum satellites gloriantur, quorundam violentiis retinemini, & admittentes vos, reverti non permitimini: Præcipimus vobis auctoritate DEI & D. N. J. C. ut memores antiquorum S. R. E. Legatorum, qui nullis minis, nullis terroribus, nullisque mortibus à suis legacionibus discesserunt, præsentia auctoritate hujus Epistolæ, in irium ad nos revertendi facere studeatis, & si permitti fueritis, statim ad nos revertamini. Si verò aliquis impedierit, violentiam, quam patimini, cunctis Christianis valeat propalari, nobisque continuò revelari; quatenus in eo, quod contra morem gentium A. S. Legatio ecce secundò naufragium passa est, citissimum Consilium, confortante nos Dominò, præparemus. *Joann. VIII. ep. 6.*

5. Impedientes excommunicandi sunt.

Notum vobis fieri volumus FF. Charissimi, quòd in ea Synodo, quam nuper Romæ celebravimus, inter multa alia, quæ de Sratu Sanctæ Ecclesiae (DEO cooperante) peregrimus, de ruina & confusione Nobilissimi Regni vestri diligenter tractantes, hoc salustiferum & opportunum pro reparatione pacis vestrae fore putavimus; ut, si Religiosi Legati A. S. ad partes

vestras dirigantur, qui Archi-Episcopus, Episcopos & Religiosos Clericos, nec non Laicos ad id idoneos in loco, qui utrique parti habilis & congruus sit, convenire commoneant, ut aut pacem (DEO auxiliante) inter vos componant, aut cui parti iustitia faveat, veraciter addiscant. Nam in eadem Synodo diffinitum est, quod nos non contra eam partem, quae pacem factu superbiae refutaverit, & cui iustitia non faverit, omni conamine omnibusque modis potestate B. Petri insurgamus. Et quia nonnullos de Regno vestro intelleximus magis iurgium & discordiam, quam pacem diligere; ex parte Omnipotentis DEI & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli interdicimus, ut nullus sit, qui aliquo ingenio, aut studio, seu violentia impediatur praedictos viros, ad restaurandam Regni vestri concordiam convenire, aut convenientes iustum & legalem huic discordiae finem imponere. Ad reprimenda etiam mala ingenia & illicitos conatus, iudicio sancti Spiritus & auctoritate Apostolicae Sedis, anathematizavimus, & anathematizamus, quicumque sive Rex, sive Archi-Episcopus, sive Episcopus, sive Dux, sive Marchio, sive alicujus dignitatis vel Ordinis persona sit, praesumpserit aliquo modo hanc salutiferam constitutionem perturbare, videlicet, qui operam dederit, ne praedictus conventus fiat, aut concordia tanta perturbationis: Adjecimus etiam eidem anathemati, ut, quicumque hujus iniquitatis praesumptor fuerit, non solum in anima, sed etiam in corpore & in omnibus rebus suis vindictam Omnipotentis DEI sentiat, & in omni congregatione belli nullas vires nullumque in vita sua triumphum obtineat, sed duplici contritione prostratus, semper vilescat & confundatur; ut sic saltem ad poenitentiam redire ad discat. Praesentium vero portitorem ad hoc vobis dirigimus, ut una cum Venerabili Fratre nostro, Treverensi Archi-Episcopo, qui Henrico faverit, & altero, qui utilis & Religiosus ad hoc sit opus, Episcopus ex parte Rudolphi locum & tempus praedicti conventus statuatur, quatenus Legati nostri, quos praefati sumus, securius & certius ad vos venire, & quae Omnipotentis DEO placeant, ipsi auxiliante, vobiscum valeant perficere. *Greg. VII. lib. 5. ep. 15.*

Si quis autem legationem impedit, non minus, sed multo magis profectionem avertit. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, & bonorum societate privandus. Et quia DEI causam impedit, & statum conturbat Ecclesiae, ideo ab eius liminibus arceatur: ab omnibus itaque talis est cavendus, & non in communionem, usque ad satisfactionem, recipiendus. *Dist. 94. cap. Si quis autem.*

6. Legatos Papae capientes, vulnerantes, carcerantes, occidentes, auxilium ad hoc dantes, sunt excommunicati ipsi facti. *Gregor. III. const. 81. Consueverunt. §. 11. Vide, Excommun. Bullae Coenae.*

7. Legati Papae ab eo deponuntur, si ejus mandata non observant.

Igitur rediens Rhodualdus a Galliis, ubi non minor, quam in Constantinopolitana urbe perperam gesserat. --- Quapropter convocata sanctissimum Episcoporum numerosa & venerabili Synodo, &c. auctoritate DEI Omnipotentis & Beatorum Petri ac Pauli AA. Principum & omnium simul Sanctorum, quorum regulas & decreta multipliciter violavit, nec non & nostri Apostolatus iudicio, deposuimus eum, & a Corpore & Sanguine Christi excommunicavimus. Sanctorum scilicet Itacura Patrum sequentes, & praecipue S. Felicis exemplum, qui Vitalem & Misenum Episcopos deposuit, & excommunicavit, eo quod huic Apostolatus in Constantinopolitana Urbe olim per omnino piaculum perpetraverat. *Nicolaus I. epist. 7. Vide, Nuntius. Vide, Papa.*

V. Legati Papae privilegia.

1. Legatus Papae in Conciliis praesidet omnibus Episcopis.

Quod Legatus ejus omnibus Episcopis praesit in

Concilio, etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiam depositionis possit dare. *Gregor. VII. lib. 2. post epist. 55.*

2. Legato citante aliquem, non potest appellari.

Cum parati essemus, petitiones tuas, quas nobis per Nuntium tuum porrexisti, benigne suscipere & efficaciter exaudire: dilectus Frater noster, Hyacinthus scilicet, in Cosmedin Diaconus Cardinalis, olim Ap. S. Legatus, constanti nobis assertionem proposuit, quod, cum te ad Synodum suam vocasset, & ad ejus vocationem contempsisses accedere, in personam tuam excommunicationis sententiam promulgavit: post cujus excommunicationem, qui vice nostramungebatur, te fecisti in Episcopum consecrari. --- Et cum iterum ex parte tua fuisset propositum, quod Venerabilis N. Archidiaconus Praedanus appellavit, tuam etiam appellationem interposuisses, Cardinalis adjecit, quod appellatio illa te tueri in parte illa non potuit, quin ad illius vocationem accedere tenereris. Nos vero attendentes, quomodo te non decet contemnere obtentu appellationis, ad vocationem Cardinalis venire: Fratritatem T. monemus, mandantes, &c. *Conc. Lat. 3. in append. tit. De Appellatione. cap. 28.*

3. Legato Papae celebrante solemniter, Episcopi Provinciae, qui sunt praesentes in loco, tenentur ei assistere cum mitris, baculis, cottis, pluvialibus, &c. Sic etiam Abbates.

Quia sublimiores majore honore digni sunt, & major reverentia & promptior obedientia debetur, & majoribus suffragiis indigent, quia vigilare habent, tanquam pro animarum omnium subditorum salute rationem reddentur, & quanto caput nobilius, tanto nobiliora membra ei habent correspondere: ideo hortamur & persuademus in Domino, ut, quotiescunque Legatum ex Latere S. A. vel Archi-Episcoporum Sanctae Ravennae Ecclesiae solemniter celebrare, vel celebrari facere per Episcopum in Pontificalibus contigerit, in aliqua civitate Provinciae Ravennatis omnes Episcopi, Abbates & Priores Provinciae Ravennae, qui fuerint in eo loco praesentes, & hoc sciverint, seu certiorati fuerint, venire & convenire debeant ad Ecclesiam, ubi Missa hujusmodi debeat celebrari, & in Missa parati cotti, amictis, pluvialibus, mitris & baculis pastoralibus, quibus haec competunt, Missae interesse debeant, & perseverare usque ad finem, ut per hoc DEUS & adstantes hujusmodi honorentur, & populi devotio augeatur. *Concil. Ravennat. 3. post Clement. V. c. 6.*

4. Legati Papae a nullo possunt excommunicari, sine facultate Papae, neque ab Inquisitoribus haeretice pravitatis, sed si quid habetur contra eum, ad Papam deferendum. *Extra de Haereticis. cap. Cum Matthaeus. Vide, Episcopus. tit. 57. n. 10.*

5. Legati Papae de latere, possunt per alios gubernare Provincias legationis, sed pro majori parte temporis per se ipsos debent id facere, alias privantur emolumentis, &c. *Conc. Lateran. 5. sess. 9. de Ref. curiae. c. 2. Vide, in Bullario.*

6. Legatorum morientium beneficia vacant in curia. *Extra de Praebendis. §. c. c. Ad regimen. Vide, Beneficia. tit. 10. num. 4.*

7. Legati Papae de latere, simpliciter & de plano manu Regia procedunt in iis, quae spectant ad bonum regimen communitatum Status Ecclesiastici, non obstante quolibet decreto, indulto, &c. Camerarii, Thesaurarii, Adjutoris Ca-

Cameræ, &c. *Clemens VIII. constit. 10. Pro commissa. §. 24.*

8. Legati Papae non tenentur ostendere libellum fidei.

Quod libellus fidei exigeretur ab illis a Legatis A. S. quod cum nunquam antea usurpatum sit, pro nostro haberi debet, sicut ut ab eorum Patriarcha ad Christi fideles decretales scriberentur epistolae. *Nicolaus I. in append. post ep. 16. Vide, Nuntius.*

Legata.

1. Legata pia pro defunctis non solventes, vel tardantes solvere, ut infideles sunt rejiciendi ab Ecclesia. *13. q. 2. cap. Clerici vel seculares. Post Conc. Valentin. 2. c. 1. Vide, Ecclesia. tit. 40. n. 1.*

2. Legata Ecclesiae fraudans aut rapiens, est excommunicandus. *Conc. Parisien. 3. c. 1. Vide, Ecclesia. tit. 40. num. 12.*

3. Legata pia usurpans, est sacrilegus. Sacrilegium & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquatur, prae voluntatis studiis, suis tentaverit compendiis retinere. *17. quest. 3. cap. Sacrilegium.*

4. Legata celantes, graviter puniendi. Quod si haeredes, sive Clerici, sive saeculares, adeo importune contra majorum suorum decreta ire tentaverint, ut testatoris institutionem suppresserint, vel obscurare nitantur, & inter se Xenodochii substantiam dividere, nunciatur sacratissimo Imperatori, ut ejus auctoritate hujusmodi transgressorum nequitia coerceretur. *Conc. Regiaco. cap. 15.*

5. Legatum solvendum est, etiam in nudis verbis a testatore sit factum.

Cognovimus R. referente, quod moriens uxor Redemptri, Concham argenteam nudis verbis iussit venditari, & suis dari libertis, & scutellam argenteam cuidam Monasterio reliquisset: in quibus voluntatem ejus per omnia volumus adimpleri. *De testamentis. cap. Indicante.*

6. Legatum factum Episcopo ratione personae est suum. Si vero ratione Ecclesiae, ei debetur sua portio. *De testamentis. cap. Requiristi. infra.*

7. Legatum factum Episcopo cum conditione, ut sit ipse, non dividitur cum Ecclesia, nec portio Canonica de eo est solvenda. *Ibid. infra.*

8. Legatum factum Episcopo cum Capella, intelligitur factum Ecclesiae, & de eo solvitur Canonica portio. *Ibid.*

9. Legatum factum Episcopo ab extraneo, intelligitur factum nomine Ecclesiae; si vero sit factum a propinquo, intelligitur factum, nomine proprio.

Sed considerandum est diligenter, utrum testator legat hoc modo: Relinquo istud Episcopo, aut relinquo istud Ecclesiae, vel relinquo istud Episcopo & Ecclesiae, an, relinquo istud Episcopo & illud Ecclesiae. In primo casu distinguendum est, utrum relinquatur Episcopo ab extraneo, an a propinquo. Si ab extraneo, generaliter verum est, quod praesumitur esse relictum intuitu Ecclesiae, non personae, unde Cathedralis Ecclesia de illo potest Canonice petere portionem, quemadmodum Episcopo competit sua portio, si aliquid Ecclesiae relinquatur. Et hoc verum est, nisi testator exprimat, quod velit illud tantum esse Episcopi, non Ecclesiae, in quo casu servanda est dispositio testatoris: secus autem, si exprimat, quod velit esse illud tantum Ecclesiae, non Episcopi, quia privata dispositio testatoris non potest Generalem Constitutionem Canonis immutare, nec est contrarium,

quod in Canone legitur, videlicet: quod Pontifices, quibus ab extraneis aliquid, aut cum Ecclesia, aut sequestratum dimititur, aut donatur, (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animae suae, non pro commodo Sacerdotis probatur offerre) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiae inter facultates Ecclesiae computabuntur, quoniam hoc est verum, cum testator ita sequestratum legat, illud Episcopo, quod non exprimit, utrum velit ad Episcopum tantum, non ad Ecclesiam pertinere. Si vero relinquatur illud Episcopo a propinquo, praesumitur esse relictum, non intuitu Ecclesiae, sed personae, nisi forte contrarium probarent, & de isto nihil potest Ecclesia petere in vita ejus. Quod si relinquatur Episcopo & Ecclesiae, de illo Canonice inter ipsos est divisio facienda. Si vero istud Episcopo, & illud Ecclesiae relinquatur, sive aequalia, sive inaequalia sint relicta, reducenda sunt ad divisionem Canonice inter Episcopum & Ecclesiam Cathedralis: nisi ambo velint esse testatoris dispositione contenti, quam propter ultimam voluntatis favorem satis decens est observare, ubi neque fraus intervenit, neque dolus, neque quicumque defraudatur debita portione. Secus autem est, si aliquid legatur Episcopo, & aliqua Capellis, & Monasteriis, aut aliis piis locis: Nam in hoc casu, quod legatur Episcopo, ejus est praecipuum cum Ecclesia Cathedrali, quemadmodum, si cuilibet alii legaretur, & de illis, quae aliis legantur, portionem Canonice nihilominus obtinebit, quoniam non est tanta communio inter Episcopum, & inter Capellas, vel Monasteria, seu alia pia loca, quanta est inter Episcopum & Ecclesiam Cathedralis, cui est spirituali conjunctio copulatus. Unde, quae acquirit Episcopus, non illis, sed isti tantum acquirit. Illud autem est generaliter observandum circa eum, qui potest proprium possidere, praedationem vel administrationem Ecclesiae non habentem, quod si ei aliquid specialiter relinquatur, non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo intelligitur esse relictum, non intuitu Ecclesiae, sed personae, nisi probatio in contrarium appareret: & idcirco de illo nec Episcopus, nec Ecclesia potest in vita ejus sibi aliquid vindicare; & hoc intelligitur esse verum, cum fraus minime procuratur, quae si detecta fuerit, patrocinari non debet. *De testamentis. c. Requiristi.*

10. Legata, in quibus non est solvenda Canonica portio.

De his, quae in ornamentis, vel pro eis, seu fabrica, luminaribus, anniversariis, septimo, vigesimo, trigesimo die, sive aliis ad perpetuum cultum Divinum legantur Ecclesiae, vel reliquis piis locis Canonice portio, (dummodo in fraudem non fiat, ut ea Episcopus seu Parochialis E. debeat defraudari) deduci non debet. *Ibidem. cap. fin.*

11. Legatum de re non sua, sed alterius, factum a testatore, non debet acceptari.

Filius noster F. conquestus est, quod quondam P. pater suus aliqua Ecclesiae vestrae, sepulturae suae gratia, juris alieni reliquit. Et quidem leges saeculi hoc habent, ut haeres ad solvendum cogatur, si actor ejus rem legaverit alienam; sed quia lege Dei, non autem lege hujus saeculi vivimus, valde mihi videtur injustum, ut res tibi legata, quae cuiusdam Ecclesiae esse perhibentur, a te teneantur, qui aliena restituere debuisti. *Ibidem. c. Filius noster.*

12. Legatorum fraudatores per Episcopos, non per Laicos puniendi sunt. *Conc. Parisien. 3. cap. 1. ubi supra. n. 2. De Testamentis. cap. Si haeredes. Vide, Episcopus. tit. 15. mem. 36.*

13. Legata relicta pro redemptione captivorum danda sunt Religioni Fratrum B. MARIAE de Mercede. *Nicol. V. const. 6. Ex parte.*

14. Legatum pro Missis dicendis, si sit tentum, a Papa

- à Papa moderari petatur. Vide, *Misfarum reductio*.
15. Legata relicta Ecclesiis, si habent onera dandi aliquam dotem, cum postea reducuntur ad beneficia simplicia, non reducitur obligatio dandi dotem, sed remanet in beneficiato. *Urbanus VIII. In append. 2. const. 45. Aliarum ex certis.*
16. Legata pauperibus relicta, non possunt amplius, ut incerta, accipi pro fabrica sancti Petri, sed pauperibus danda, & quomodo. *Alexander VII. const. Supremi. data 30. Augusti 1655.*
- Vide, *Eleemosyna*. Vide, *Ecclesiarum oblationes*. Vide, *Episcopus quoad legata*. Vide, *Testamenta*. Vide, *Ultima voluntas*. Vide, *Dispositio*.

Legere.

1. Legere de Pulpito in Ecclesia, nullus potest nisi Lector. *Conc. Lucense 1. cap. 45. dist. 92. cap. Non liceat*. Vide, *Psaltere. n. 2*. Vide, *Lector*.
2. Legendæ sunt in Ecclesia Scripturæ Canonicae.
- Item placuit, ut præter Scripturas Canonicas, nihil in Ecclesia legatur sub nomine Divinarum Scripturarum. *Conc. Carthag. 3. cap. 47.*
3. Legendæ sunt in Ecclesia in festis Martyrum passionem.
- Liceat etiam legi passiones Martyrum, cum Anniversarii dies eorum celebrantur. *ibid.*
4. Legere libros prohibitos, est interdictum. Vide, *Libri*.
5. Legere non potest lectiones in Choro, qui habet solam primam tonsuram. *Concil. Nicen. 2. cap. 14*. Vide, *Abbas. tit. 12. n. 1*.

Leges, Legum species, & vires.

1. Lex Divina in Scripturis Divinis continetur. *Dist. 8. cap. Quò jure*. Vide, *infra. num. 3*.
2. Lex scripta commutata est à Christo in Evangelium.
- Legem enim naturalem non sustulit, sed confirmavit. Siquidem qui in lege dixerat: (Dominus Deus tuus, Dominus unus est) idem in Evangelio ait: (Ut cognoscant te solum verum Deum.) Et qui dixit: Diliges proximum tuum; idem in Evangelio ait, renovandi gratiâ: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. Et qui tunc iram interdixit, nunc etiam iram tenet concitaram. Qui tunc adulterium, nunc pravam quoque cupiditatem; qui tunc furtum, nunc potius beatum prædicat eum, qui ex suis laboribus suppeditat egentibus; qui tunc odium vetuit, nunc etiam inimicos amare iussit; qui tunc ultionem prohibuit, nunc tolerantiam sanxit, non quòd invicta vitio, sed quòd præstantior sit tolerantia. Neque verò legem sanxit, de extirpandis perturbationibus naturalibus, sed de eorum immoderatione. Item, qui iussit honorare Parentes, idem ipsis subiectus fuit; qui tunc iussit lege, ut quiete, & vacatione Sabbatum celebrarent ad meditando legem, nunc iussit, ut quotidie legem creationis & providentiæ considerando, gratias Deo ageremus, circumcissionem sustulit, quam in se implevit; ipse enim erat, cui reservata erat expectatio gentium. Item qui tunc legem tulerat de sanctè & Religiosè iurejurando, & pejerare vetuerat, idem præcepit nunc, non jurare proflus. Item Baptisma, (cetera Vide, sub verbo Sacerdotium. n. 1.) *lib. 6. CC. A. 1. cap. 23.*

3. Lege Divinâ omnia erant communia, & lege humanâ factæ sunt divisiones.

Quò jure defendis villas Ecclesiæ? Divinò an humanò? Divinum jus in Scripturis habemus, humanum jus in legibus Regum. Unde quisque possidet, quod possidet, nonne jure humanò? Nam jure Divino (Domini est terra, & plenitudo ejus.) Pauperes & divites Deus de uno limo fecit: & pauperes & divites una terra supportat. Jure tamen humanò dicitur: Hæc villa mea est: hæc domus mea: hic servus meus est. Jura autem humana, jura Imperatorum sunt; Quare? Quia ipsa jura humana per Imperatores & Reges sæculi Deus distribuit generi humano; tolle jura Imperatorum, ut quis audeat dicere: Mea est illa villa, aut meus est ille servus, aut domus hæc mea est: *Dist. 8. c. Quò jure.*

4. Legis veteris multa præcepta prohibentur in nova.

Occidit Phinees hominem, & reputatum est ei ad justitiam; Abraham verò non solum homicidæ, sed etiam parricidæ (quod certè gravius est) effectus, magis DEO magisque complacuit. Petrus geminum fecit homicidium: fecit tamen opus spirituale, quod factum est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causas, & voluntatem, & personarum differentiam; & quantumque alia ipsis operibus acciderint, diligentissimè inquiremus: Non enim possumus ad veritatem aliter pervenire. *22. quest. 8. cap. Occidit.*

5. Lex Divina est præponenda favori humano.

Neque enim liberum nobis est, alicujus personali gratiâ legem Dei postponere, aut à tramite rectitudinis pro humano favore recedere, dicente Apostolo: Si hominibus placere vellem, servus DEI non essem. *Greg. VII. lib. 1. ep. 9.*

6. Lex privata est dignior, quàm publica. *19. quest. 2. cap. Due sunt*. Vide, *Clerici. tit. 61. n. 1*.

7. Lex, vel est præceptiva, vel prohibitiva, vel permissiva.

Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut vitæ fortis petat præmium: aut vetat, ut sacrarum Virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, ut qui cædem fecerit, capite plectatur; ejus enim præmiò, aut poenâ, vita moderatur humana; Divina autem præcipit, ut (diligas Dominum DEUM tuum.) *Dist. 3. cap. Omnis autem.*

8. Lex debet esse justa, honesta, & possibilis secundum naturam & loci consuetudinem.

Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporisque conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodò, sed pro communi civium utilitate conscripta. *Dist. 4. cap. Erit autem.*

9. Facta contra legem, sunt irrita. *20. q. 2. cap. Imperiali. cap. Rescripta. cap. Dicentis*. Vide, *Facta. num. 6*.

10. Lex Ecclesiæ, seu Canonica, ab omnibus observanda. *De constit. cap. Canonum*. Vide, *Canones. num. 10*.

11. Lex Canonica quæ, & qualis.

Canon Græcè, Latine regula nuncupatur. *Dist. 3. cap. 1.*

Regula dicta est, eò, quòd rectè ducit, nec aliquando aliostrum trahit; alii dixerunt, regulam dictam, vel quòd regat, vel quòd normam rectè vivendi præbeat, vel quòd distortum pravumque corrigat. *ibid. cap. 2. Regula.*

Privilegia sunt leges privatorum, quasi private leges. Nam privilegium inde dictum est, quòd in pri-

- vato feratur. *ibid. c. 3. Privilegia. c. 4. 3. ult. Omnis*. Vide, *supra. num. 7*.

12. Lex Christiana consistit in fide & bonis operibus.

In fide & bonis operibus lex Christianorum subsistit. *Nicol. I. Ad Consuetud. Bulgarorum. cap. 1.*

13. Legum finis & qualitas; ad reformandam humanam audaciam factæ sunt leges.

Factæ sunt autem leges, ut earum metu humana coerceretur audacia, nraque sit inter improbos innocentia; & in ipsis improbis, formidatò supplicio, refrænetur nocendi facultas. *Dist. 4. cap. Facta sunt.*

14. Leges non debent fieri pro commo privato, sed publico. *Dist. 4. c. Erit. supra n. 8*.

15. Leges Canonicae dispensari non possunt, nisi cum magna maturitate & discussione causæ, aliàs dispensatio censetur irrita. *Conc. Trident. sess. 25. de Reformat. cap. 18*. Vide, *Decreta*. Vide, *Statuta*.

16. Leges Imperiales non sunt in usu pro causis Ecclesiasticis.

Imperatorum leges proponitur, &c. cum constet, Constitutionibus mundanarum legum & Imperatorum, non omnibus Ecclesiasticis controversis utendum esse; præsertim cum inveniantur Evangelicæ, ac Canonicae sanctioni obviare. *Dist. 10. c. 1. Lege. Ex Nicol. I. ep. 32.*

17. Leges Imperiales non possunt solvere jura Ecclesiæ, nec inferre illi præjudicium, aliàs nullæ sunt.

Lex Imperatorum non est supra legem DEI, sed subius; Imperiali judicio non possunt Ecclesiastica jura dissolvi. --- Non quòd Imperatorum leges (quibus sæpè Ecclesia utitur contra hæreticos, sæpè contra Tyrannos, atque contra pravos quosque defenditur) dicamus penitus remittendas; sed quòd eis Evangelicis, Apostolicis atque Canonicis Decretis (quibus postponenda sunt) nullum posse inferre præjudicium asseramus. *Dist. 10. cap. 1. Lege Imperatorum. Ex Nicolao I. in Decret. de Const. c. 1.*

18. Legibus Imperatoris utendum, quoties non sunt contrariæ legi Ecclesiasticæ. *ibid. cap. Lege. supra. n. 16*.

19. Leges Imperatoris Romani ab omnibus observandæ.

Vestram flagitamus Clementiam, ut sicut hæctenus Romana lex viguit absque universis procellis, & pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur propriumque vigorem obtineat. *Dist. 10. cap. Vestram.*

Certum est, magnificentiam vestram leges Romanorum Principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse præcepit, multò magis circa reverentiam B. Petri Apostoli, pro sua felicitatis augmento, velle servari. *Ibid. c. Certum est. il. 2.*

20. Leges Principum non debent contemni.

Quis autem leges Principum, aut regulas Patrum, aut admonitiones paternas, dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum? *Ibid. cap. Quis autem.*

21. Leges Principum non prævalent legi nature.

Si B. autem Gregorius scribens ad Theodistam Patriam inter cetera: (Si, inquit, Religionis causâ conjuga debere dissolvi dicantur: sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen Divina prohibuit.) Ecce quomòdum Imperiali judicio non possunt Ecclesiastica jura dissolvi. Ecce qualiter, quòd lex humana concessit, Divina lex prohibuit. *Dist. 10. c. Lege. Cetera hujus cap. Vide, supra n. 17.*

22. Leges Principum assumi possunt in auxilium Ecclesiæ. *ibid.* Vide, *supra. n. 17*.

23. Leges humanæ obligant subditos etiam iustos, & existentes in charitate.

Illi qui habent charitatem, nullis præceptis humanis sunt subiecti. *Iner errores damnat. relatos in Conc. Senon. c. 17.*

24. Leges dum fiunt, respiciunt futura, nisi in eis caveatur etiam de præteritis.

Rem, quæ culpâ caret, in damnum vocari non convenit. Quoties verò novum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, ut dispendiis præterita non commendet: ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurrere, quod eos postmodum dignum est ut vitios sustinere. *De constitutionibus. cap. Cognoscentes.*

Cum leges & constitutiones futuris certum sit dare formam negotiis, non ad præterita facta trahi: nisi nominatim in eis de præteritis caveatur. *ibidem. cap. Quoniam.*

25. Leges Laicorum non adstringunt bona Ecclesiæ. *De constitutionibus. cap. Que in Ecclesiis. Vide, Alienare. tit. 1. n. 11.*

Nos attendentes, quòd Laici, (etiam Religiosi) super Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, nulla sit attributa facultas, quas obsequendi manet necessitas, non autoritas imperandi: à quibus, si quid motu proprio statutum fuerit: quòd Ecclesiarum etiam respiciat commodum, & favorem, nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum, &c. *ibid. cap. Ecclesia S. Mariæ. Vide, Ecclesia immunitas.*

26. Leges posteriores revocant priores, licet de illis non fiat mentio. *De rescriptis. cap. Pastoralis. §. Quoniam*. Vide, *Commissio. n. 6*. Nisi in eis caveatur. *De constitutionibus. in 6. cap. 1*. Vide, *Constitutiones. n. 2*.

27. Si leges deficient, instituta majorum sunt leges. *Dist. 11. cap. In bis*. Vide, *Consuetudo. num. 15*.

28. Lex particularis revocat universalem, licet de ea non fiat mentio. *De rescriptis. ubi supra n. 26*.

29. Lex non ligat ignorantes. *De const. in 6. cap. Ut animarum*. Vide, *Ignorantia. n. 7*.

30. Leges promulgatæ sufficiunt, nec est necesse, ut ad aures omnium perveniant.

Nec sit necessarium, cum constitutio solemniter editur, aut publicè promulgatur, ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum, vel litteras inculcare; sed id solum sufficit, ut ad ejus observantiam teneatur, qui noverit, eam solemniter editam, aut publicè promulgatam. *De postulat. c. Ad hoc.*

31. Lex Diocesana, & lex jurisdictionis, diversa sunt.

Cumque Innocen. Papa præcessor noster, vobis dederit in mandatis, ut auditis hinc inde: propositis, causam remitteretis ad eum sufficienter instantiam, dictus Episcopus processum vestrum diutius impedivit, occasione cujusdam sententiæ, quæ super quibusdam Ecclesiis, quoad legem Diocesanam promulgata existit pro eodem. Unde præfatus Abbas nobis humiliter supplicavit, ut cum citatio, causarum examinatio, & decisio, ac emendatæ, ad legem jurisdictionis pertinere noscantur, non lineremus sententiæ memoratæ prætextu, negotii processum ulterius impediri. Cum igitur prædicta de lege jurisdictionis existant, mandamus, quatenus hujusmodi sententiæ non obstante, procedatis in negotio juxta traditam vobis formam. *De offic. jud. ordin. cap. Dilectus.*

32. Lex de damnis non repetendis est nulla. *De Injuris & damn. datis. cap. In nostra.* Vide, *Juramentum. tit. 4. n. 17.*
33. Lex de solvenda Tertia legatorum, intelligitur de futuris mortuis.
Ex parte vestra fuit propositum, quod Patriarcha vester occasione constitutionis cujusdam, quam Albinen. Episcopus, tunc Legatus, &c. innovavit, de quibusdam, quæ vobis, & Ecclesiis vestris legantur à decedentibus, tertiam à vobis exigit portionem. Cum igitur ipsi (sicut eorum interpretatione acceptis) non intellexerint, quod de his, quæ in ornamentis Ecclesiasticis, vel ad fabricam Ecclesiæ, reparacione indigentis, aut ad Ecclesiæ luminaria, nec non de his, quæ pro anniversario, septimo, trigesimo, ac vigesimo faciendis, vel de his, quæ personis specialiter, nisi forsitan id fiat Ecclesiæ ratione, à quocumque legantur, aliqua deberet solvi portio Ecclesiæ Cathedrali. Nos interpretationem eorum ratam habentes, secundum ipsam constitutionem præfatam præcipimus observari; firmiter inhiabentes, nè in prædictis aliquid fraudulenter in præjudicium Cathedralis Ecclesiæ procuratur. *De verb. Signif. cap. Ex parte. d. 3. ex Honorio III.*
34. Certum est, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. *De reg. Juris in 6. reg. ult.*
35. Leges prohibent mala.
Nam concupiscentiam nesciebam, &c. Hoc enim elegit Apostolus generale, unde omnia mala oriuntur. Bona est ergo lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet. *De const. cap. Nam concupiscentiam.*
36. Leges non ligant extra territorium legislatoris. *De const. in 6. cap. fin.* Vide, *Delinquentes. n. 6.*
37. Lex superioris per inferiorem tolli non potest. *Clementina de Eccles. cap. Ne Romani.*
38. Leges latæ ab aliquo, observandæ sunt ab illo.
Iustum est, Principem legibus obtemperare suis. Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reverentiam præbet. Principes legibusteneri suis, nec in se convenit posse damnare jura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum autoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur. *Dist. 9. cap. Iustum est.*
Cum igitur quod quisque juris in alium statuit, ipse debeat uti eò; & Sapientis dicat autoritas: parere legem, quam tu ipse tuleris; mandamus, &c. *De const. cap. Cum omnes.*
39. De lege judex non debet judicare, sed secundum legem.
In istis temporalibus legibus, quanquam de his homines judicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit iudici de ipsis judicare, sed secundum ipsas. *Dist. 4. cap. In istis.*
40. Legum vigor relaxatur, attentâ qualitate personæ, & motivò pietatis. *1. q. 4. cap. Tanta. & cap. Si qui vel.* Vide, *Canonos. n. 2. & 4.*
41. Leges factæ contra hæreticos, describantur à communitatibus locorum, & quomodo. *Clem. IV. constit. 6. Ad extirpanda.*
42. Leges temporum varietate variantur, nam DEUS multa de lege vetere mutavit in nova. Vide, *Statuta.*
43. Legum humanarum observantia est bona.

Humana instituta si observas ut humana, nihil te juvant: sin ut divina, mendacium committis. *Inter errores olim damnatos & relatos in Conc. Senon. c. 17.*

Legislator.

Legislator tenetur vivere suis legibus. *Dist. 9. c. Iustum est. & de const. cap. Cum omnes. supra n. 38.*

Legitimus.

1. Legitimi filii qui sunt, & qui illegitimi. Vide, *Filij.* Vide, *Illegitimus.*
2. Legitimi etiam sunt, qui nati, vel concepti sunt ante divortium, vel tempore divortii. *Qui filij sint legitimi. &c. cap. Cum inter. Ex Conc. Lat. 3. eod. tit. cap. 5. Vide, Filij. tit. 13. n. 1.*
3. Filii legitimi succedunt in hæreditate, secus illegitimi. *ibid. cap. 1. ibidem. tit. 12. num. 1.*
4. Filii legitimi non sunt, qui ex muliere adultera nascuntur, sive mortuò, sive vivente propriò virò. *Qui filij sint legitimi. cap. Causam que. ibid. n. 5.*
5. Legitimus est filius, qui nascitur à muliere separata per sententiam Ecclesiæ, & nupta secundo, si cum primo est conceptus. *ibid. cap. Perlatum. Vide, ibid. tit. 13. n. 2.*
6. Legitimi sunt filii, nati ex matrimonio clandestino, si hoc matrimonium approberetur ab Ecclesia. *Qui filij sint legitimi. cap. Cum nobis. Ex Concil. Later. 3. part. 50. cap. 17. Vide, Matrimonium. tit. 17. n. 1.*
7. Legitimi sunt filii, nati ex Poligamo cum secunda, etiam vivente primâ, si secunda ignorat eum esse Poligamum. *ibid. cap. Ex tenore. Vide, Filij. tit. 13. n. ult.*
8. Legitimi sunt filii infidelium, conversorum ad fidem, licet essent in gradu prohibito conjuncti. *ibid. cap. fin. ibid. tit. 9. num. 3.*
9. Quod filius sit legitimus, standum est verbo viri & uxoris, nisi aliud probetur in contrarium. *ibid. cap. Transmissa. ibid. tit. 22. Vide, Filij nati. Vide, Uxoratus.*

Legitimatío, Legitimare.

1. Legitimationis causa in Ecclesia judicanda. *Qui filij sint legitimi. cap. Lator. & cap. Causam. il. 2. Vide, Ecclesia. tit. 3. num. 14.*
2. Legitima præsumitur proles, nata ex matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, quicquid asserant testes in contrarium. *ibid. c. Pervenit. Vide, Illegitimi. num. 3.*
3. Legitimatío probatur per dicta testium, licet vicinia dicat oppositum. *ibid. cap. Per tuas. Vide, Filij. tit. 14. n. 5.*
4. Legitimatío filiorum fieri potest à Papa in suis terris. In terris verò aliorum, in certis causis etiam fieri potest, & quando. *Cap. Per venerabile. Vide, Filij. tit. 14. n. 6. & cap. fin. Vide, ibid. tit. 9. n. 3.*

5. Le-

5. Legitimantur per sequens matrimonium filii nati ex soluto & soluta. *Qui filij sint legitimi. cap. Tanta est. & cap. Transmissa. Conc. Lateran. 3. eod. tit. cap. 1. & 3. Vide, prout in tit. preced. n. 3. & 9.*
6. Sed filius natus à patre, & alia muliere, vivente primâ uxore, non legitimatur per sequens matrimonium cum hac secunda. *ibid. cap. Tanta est. Conc. Later. 3. ubi supra.*
7. Legitimus à Papa quoad dignitates, intelligitur legitimatus quoad hæreditatem. *Qui filij &c. cap. Per venerabilem. Vide, ubi supra. n. 4.*
8. Legitimandi facultas concessa fuit pro Statu Ecclesiæ Abbreviatoribus. Vide, *Abbreviatores.* Item Scriptoribus Archivii Romani à Paulo III. *const. 14. Romana.* Vide, *Scriptores.* Sed à Pio IV. omnes istæ concessiones, etiam aliis factæ, revocantur. *Const. 45. Quamvis. Vide, Notarij Romana curiæ.*
9. Sixtus V. *constit. 12. in cap. seq. Laudabilis.* concessit facultatem legitimandi Collegio duodecim Notariorum Sedis Apostolicæ. Vide, *Filij nati. Vide, Filiorum Legitimatío. Vide, Natura, Naturalis, &c.*

Legitimi actus.

1. Non est in mora, qui potest exceptione legitimâ se tueri. *De reg. Juris in 6. reg. 60.*
2. Actus legitimi conditionem non recipiunt, nec diem. *ibid. reg. 50.*
3. Legitimè facta non possunt retractari. *ib. reg. 73. Vide, Factum. n. 4.*
4. Legitimi testes. Vide, *Testes.*

Lenocinium, Lenones.

1. Lenocinium exercentes, sunt infames: nec in fine recipiantur ad communionem. Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eò, quod alienum venderit corpus, vel potius suum, placuit eam nec in fine accipere communionem. *Conc. Eliberitanum. c. 12.*
2. Lenones, & Lenæ, qui masculos, vel foeminas ad prostitutionem inducunt, mortis penâ puniendi, aliquando verò fustigatione, vel relegatione, attentâ enormitate. *Paul. IV. const. 18. Sanctissimus.*
3. Lenonibus domos scienter locantes, domos perdunt, & penam mille scutorum incurrunt. *ibid.*

S. Leopoldus, Austriæ Princeps.

- S. Leopoldus, Princeps Aultriæ, canonicatur ab Innocentio VIII. *constit. 19. Sanctam.*

Leprosi, Lepra.

1. Leprosi ab aliis sunt separandi.
De his, qui regiò morbò vexantur, inquisisti, sive homines, sive equi sint, quid faciendum sit de illis? Si homines ex nativitate, aut ex genere hujusmodi sunt, hi extra civitatem comitari debebunt, ad eleemosynam verò accipiendam, à populo non devitari. Si autem

Tomus II.

contigerit magnum, vel parvum, non nativitate, sed superveniente ægritudine vexari, non est projiciendus, sed si possibile, est curandus. Attamen in Ecclesia, dum ad communionem venerit, post omnium suppletionem erit ingressurus, ad participandum manus. *Zacharius epist. 12. Concil. Lateran. 3. cap. 23. Vide, ut infra.*

2. Leprosi debent proprium Presbyterum habere. *De Ecclesiis edificandis. cap. Cum dicat. ex Conc. Lateran. 3. cap. 23. Vide, Decime. tit. 4. n. 15.*
3. Leprosi non tenentur solvere decimas. *ibid.*
4. Leprosi sumere possunt Eucharistiam, sed post alios sanos.
Leprosi autem, si fideles Christiani fuerint, Domini Corporis & Sanguinis participatio tribuatur: cum sanis autem convivia celebrare negentur. *Gregor. II. epist. 14. & Conc. Wormat. 1. cap. 31. Zacharius ut supra. num. 1.*
5. Leprosi non solvunt matrimonium: Sed hortandi sunt ad continentiam.
Mandamus, quatenus ut uxores viros, & viri uxores, qui lepræ morbum incurrunt, sequantur, & eis conjugali amore ministrent, sollicitis exhortationibus inducere non postponas. Si verò ad hoc induci non poterunt, eis archiis injungas, ut uterque alterò vivente continentiam servet: quòd si mandatum tuum servare contempserint, vinculo excommunicationis adstringas. *De Conjugio Leprosorum. cap. 1. ex Conc. Later. 3. in append. tit. de Leprosis. cap. 2.*
6. Leprosi non possunt cum sanis convivia celebrare. *Zacharius ep. 12. Conc. Wormat. 1. cap. 31. Gregor. II. epist. 14. supra num. 4.*
7. Leprosi in quocumque loco sint, ab Episcopo sunt alendi.
Placuit etiam universo Concilio, ut uniuscujusque civitatis leprosi, qui intra territorium civitatis ipsius, aut nascuntur, aut videntur consistere, ab Episcopo Ecclesiæ ipsius, sufficientia alimenta, & necessaria vestimenta accipiant, ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur. *Concil. Lugdunen. Provinciale 2. cap. 6.*
8. Leprosi possunt contrahere matrimonium. *De Conjugio Leprosorum. cap. Quoniam. infra.*
9. Leprosi quando tenentur sibi solvere debitum.
Quoniam ex multis autoritatibus, & præcipue ex Evangelica veritate apparet, nemini licere uxorem suam, exceptâ causâ fornicationis, dimittere, constat, quòd sive mulier leprâ percussa fuerit, seu aliâ gravi infirmitate detenta, non est à viro propterea separanda, vel etiam dimittenda. Leprosi autem si continere nolunt, & aliquam, quæ sibi nubere velit, invenerint, liberum est eis ad matrimonium convolare. Quòd si virum, sive uxorem, leprosum fieri contigerit, & infirmus à sano carnale debitum exigat, generali præceptò Apostoli, quod exigitur, est solvendum, cui præcepto nulla in hoc casu exceptio invenitur. *De conjugio leproso. cap. Quoniam. Conc. Lat. 3. tit. de Leprosis. c. 2. supra. n. 5.*
10. Lepra superveniente post sponsalia, possunt solvi sponsalia.
Quia postulasti, utrum si post sponsalia de futuro inter legitimas personas contracta, antequam à viro mulier tradatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad consummandum copulam maritalem compelli debeat? Respondemus, quòd ad eam accipiendam cogi non debet, cum nondum inter eos matrimonium fuerit consummatum. *ibid. cap. fin.*

Q9

11. Le-

11. Leproso Parocho dandus est coadjutor cum congrua portione.

Super eo verò, quod quævis de Rectoribus Ecclesiarum, lepræ maculâ adeo infectis, quod altari nullâ possint ratione inservire, neque sine magno scandalo illorum, qui sunt, ingredi Ecclesias: hoc tuam volumus Fratemitatem tenere, quod eis dandus est coadjutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus Ecclesiæ, ad sustentationem, suam congruam recipiat portionem. *Conc. Lat. 3. ut supra. cap. 4.*

12. Leprosi non tenentur ad decimas. Vide, *Decimæ, qui sunt exempti.*

Læsa Majestas.

Læsa Majestatis confessio de se in hoc crimine, potest ei credi contra alios. *De Confessione. cap. 1. Vide, Confessio in Judio. num. 1.*

Levitæ.

Levitæ in lege veteri erant ministri inferiores ad Sacerdotes. *De Decimis, & primitiis. cap. 1. Vide, Decimæ. tit. 1. n. 3.*

Libellus.

1. Libellum famosum componens, est excommunicandus.

Si qui inventi fuerint, famosos libellos in Ecclesia ponere, anathematizentur. *Concil. Eliberit. cap. 52. §. 9. 1. cap. Si qui inventi.*

2. Flagellari debet.

Qui in alterius famam, publicè scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probaverit, flagellatur: & qui ea prius invenerit, rumpat, si non vult authoris facti causam incurere. *Adrianus I. in decret. c. 50. §. 9. 1. cap. Qui in alterius.*

3. Libellos famosos ponentes in Ecclesia, excommunicantur. *1. quest. 5. c. Quidam. infra.*

4. Libellum famosum inveniens, & non rumpens, authoris pœnam incurrit.

Quidam maligni Spiritus consilio repletus, contra Castorium Notarium, ac responsum nostrum, nocturnò silentiò in publico civitatis loco contestationem posuit in ejus crimine loquentem, mihi que etiam de faciendâ pace callidè contradicentem: & quia quisquis veraciter loquitur, semetipsum innotescere, non debet formidare, oportet ut publicè exeat, & quæcumque in contestatione sua loqui præsumpsit, ostendat. Quod si non exierit, neque publicè confessus fuerit, quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tantæ iniquitatis consilio præbuit, ex DEI, & D. N. J. C. Spiritu diffinimus, ut Sancti ejus Corporis ac Sanguinis participatione privatus sit. Si verò, quia lætè, & quoniam nescitur, teneri ad disciplinam non valet, firanti mali conscientis, etiam prohibitus, Corpus ac Sanguinem Christi Domini percipere præsumit, anathematis ultione percussus sit, ut fallax ac pestifer à sanctæ Ecclesiæ corpore sit divisus. Sin autem in eadem civitate egressus, ad publicum potuerit docere, quæ dixit, vel certè sciens se non posse, quæ scripsit, ostendere, errorem suum fuerit apertè confessus, Domini Corporis ac Sanguinis participatione non sit privatus, neque à corpore Sanctæ Ecclesiæ alienus existat. *§. 9. 1. cap. Quidam.*

5. Si qui inventi fuerint libros famosos legere, vel cantare, excommunicantur. *Adrianus I. c. 63.*

6. Libellos famosos retinentes, facientes, dictantes, &c. in Statu Ecclesiæ, gravibus pœnis sunt puniendi, & bonorum confiscatione, & aliquando etiam ultimo supplicio. *Pius V. constit. 147. Ro-*

mani. Idem statuit de facientibus, retinentibus, &c. litteras. *De Avisi. ibid.*

7. Libellus inscriptus de periculis novissimorum temporum, damnatur. *Alexander IV. const. 8. Romanus.*

Liberalis. Liberalitas.

1. Liberalis debet esse Episcopus. *Dist. 86. c. Fratrem nostrum. Vide, Episcopus. tit. 2. num. 21.*

2. Liberalitas servanda ab omnibus, & quomodo.

Non satis est, benè velle, sed etiam benè facere. Non satis est iterum benè facere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona voluntate proficiatur. Perfecta liberalitas fide, causâ, locò, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti, qui præsertim egere erubescat. Si in causam ceciderit, aut captivitatibus suorum, aut calumniæ, & non adjuves, si sit in carcere, & pœnis, & suppliciis, propter debitum aliquod, justus excrucietur: Nam etiam omnibus debetur misericordia, tamen justò amplius, si tempore afflictionis suæ nihil à te imperet: si tempore periculi, quò rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri, non est leve peccatum. *Dist. 86. cap. Non satis.*

Domini non vult simul effundi opes, sed dispensari; nisi forte ut Elizeus, qui boves suos occidit, & pavit pauperes, ex eo, quod habuit: ut nullâ curâ teneretur domesticâ, sed relicto omnibus in disciplinam se prophetica daret. *ibid. c. Dominus.*

Est probanda illa etiam liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est, ab aliis sumptum deponere, aut alicui postulare subsidium necessitati, non tamen, ut illi ditiores cõ fieri velint, quod tu posses conferre inopibus; causam enim natura præstat, non gratia; neque enim propterea te Domino dicasti, ut tuos divites facias: sed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretiò misationis peccata redimas tua. *ibid. cap. Est probanda.*

Consideranda est etiam in largiendo ætas atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, ut senibus plus largiaris, qui sibi labore jam non queant victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc juvenanda promptius: tum si quis ex divitiis cecidit in egestatem, & maxime si non vitiò suo, sed aut latrocinis, aut proscriptio, aut calumniis, quæ habebat, amisit. *ibidem. cap. Consideranda.*

Pulchra etiam liberalitas est, in ipso quoque pauperibus dato mensuram tenere, ut abundes pluribus, non conciliandi favoris gratiâ ultra modum fuere. Et maxime Sacerdoti hoc convenit, ornare Dei templum honore congruò, ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat, impensas misericordiam convenientes frequentare, quantum oporteat, largiri peregrinis, non superflua, sed competentia, &c. *ibidem. cap. Pulchra.*

In singulos quoque è generibus hominum conveniens tribuit S. Joannes Baptista responsum, unum omnibus; ita publicanis, ne ultra præscriptum exigant; Militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant, docens idcirco stipendia constituta militibus, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. Sed hæc & alia officiorum præcepta propria singulorum, misericordia communis est usus, ideo commune præceptum omnibus officii, omnibus ætatibus necessaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel urbanus, dives & pauper, omnes in commune admonentur, ut conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est proposita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis alimentisque suis pa-

reant. Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura servetur, ut non sibi unusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiat. *ibid. c. In singulis.*

Qui clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ & lachrymarum, quamvis spiritalis sit, non adimplet legem Christi. *ibidem. cap. Qui Clementiam. cap. Caterum. cap. Pasce. Vide, Esurians. Vide, Episcopus.*

Liberi.

1. Liberos loco pauperibus in testamento substitutis, quando hæreditas illis integra est deferenda.

Si Pater familias filium & filiam habens impubes, & uxorem, filiam in re certa, filium verò in cæteris bonis suis universalem hæredem instituit, & uxori aliqua in suo testamento legavit, adjiciens, ut, si decederet filia sine liberis, eidem filio, & si ipse absque liberis obiret, filius præfatæ filiæ moreretur, Christi pauperes instituendo hæredes, si utrumque sine liberis mori contingeret filiorum: testatore mortuò ac deinde filio subsequenter, & filia (superstite Matre) defunctis ante tempora pubertatis, absque deductione Trebellianicæ, sive partis jure naturæ debita faciendæ: ipsi pauperibus bona omnia deferuntur. Præmissæ namque substitutiones, factæ de filio ad filiam, & e contra, & de illis ad pauperes, directæ debent intelligi pupillares. Cùm in substitutionibus semper sit interpretatio faciendâ, (dummodò, sicut in casu proposito, potest: nam testamentum hujusmodi pupillare paternum vel paterni pars potius est censendum. *De testam. in 6. c. 1. Si Pater.*

Libertas.

1. Libertatem Ecclesiasticam violantes, ut statuta facientes contra eam, Rectores, Consules, &c. sunt excommunicati. *De sent. excommuni. cap. Noverit. Vide, Ecclesia. tit. 47. num. 12. Statuta delenda de libris. Ibid. cap. Gravem. Vide, Ecclesia. tit. 48. num. 17.*

2. Statutarii præfati non possunt habere feudum Ecclesiæ. *Ibid. cap. Gravem. Vide, Excommuni. Bullæ Cæne.*

3. Libertatis Ecclesiasticæ violatores absolvi non possunt à summo Pœnitentiario, nisi satisfactâ parte & resectis damnis. *Pius IV. const. 53. in sublimi. Vide, Immunitas. Vide, Ecclesiæ Immunitas.*

4. Libertas hominis. Vide, *Ad peccatum. Vide, Liberum arbitrium.*

Libertus.

1. Liberti Ecclesiæ tenentur ei præstare perpetuum obsequium.

Longinquitate sæpè fit temporis, ut non pateat conditio originis. Undè jam decretum est in anteriori universali Concilio Canone, ut professionem suam liberti Ecclesiæ debeant facere, quâ profiteantur, se & de familiis Ecclesiæ esse, & ejus obsequium nunquam relicuros. Undè his quoque nos adjuicimus, ut, quoties cultum vitæ Sacerdos impleverit, & de hac vita migraverit, mox, cùm successor ejus advenerit, omnes liberti Ecclesiæ vel ab eis progeniti, chartulas suas in conspectum omnium debeant ipsi substituto Pontifici publicare, & professiones suas in conspectu Ecclesiæ renovare: quatenus status sui vi-

Tomus II.

gorem & illi obtineant, & obedientiâ eorum Ecclesiæ non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis novi Pontificis manifestare contempserint, aut professiones renovare noluerint, vacuæ & inanes chartulæ ipsæ remaneant, & illi origini suæ redditi, sint perpetuò servi. *12. q. 2. cap. Longinquitate. ex Concil. Tolitano 6. cap. 9. Concilium. Tolitanum 4. cap. 69. Vide, Ecclesia. tit. 41. num. 3.*

2. Liberti Ecclesiæ, si alii adhærent, relicto Ecclesiæ patrociniò, revocantur ad servitutem.

Liberti Ecclesiæ, qui à patrociniò ejus discedentes, quibusvis personis adhæserunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit; quia per inobedienciâ contemptum actione ingrati tenentur. *12. quest. 2. cap. Liberti. ex Concilio Tolitano 4. cap. 71.*

3. Liberti Ecclesiæ, si benè vivunt, possunt promoveri ad gradus Ecclesiasticos: si verò malè, sint in perpetua servitute. *Dist. 54. c. Qui ex familiis. ex Conc. Tolet. 9. cap. 11. Vide, Clerici. tit. 3. num. 39.*

4. Liberti Ecclesiarum, sive mares, sive foeminae, non possunt cum Græcis aut Romanis ingenuis facere matrimonia. Si verò faciant, filii eorum subditi sint Ecclesiæ.

Undè cunctis Ecclesiarum libertis tam viris, quam foeminis, eorumque propagini interdicitur judicio generali, nè deinceps causâ connubii Romanis ingenuis copulentur, aut Gothis. Quòd si hoc factum quandoque patuerit, permixtione tali genita proles, nunquam merebitur jus debita dignitatis, nec Ecclesiæ unquam carebit obsequiis, cujus beneficiò donum meruisse noscitur libertatis. *Ibid. c. 13.*

Si contingat quemcumque de libertis Ecclesiæ eorumque prolapia, contra primævas modernasque Patrum regulas aut Gothis aut Romanis ingenuis copulari, tam illis, quam eorum stirpi non licebit ab Ecclesiæ patrociniò evagari: sed aut ad debita obsequia reverti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipsi ab Ecclesiâ sunt adepti, vel in ejus patrociniò vili sunt acquisisse, insistente Pontifice in ditionem propriæ reducantur Ecclesiæ. *Ibid. cap. 14.*

5. Liberti Ecclesiæ præstare debent Ecclesiæ eadem obsequia, quæ ingenui.

Ecclesiæ liberti eorumque progenies eidem Basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta sinceræque parabunt. Qui sicut hoc in obsequium pro possibilitate sui, quod utiles ingenui dabunt, ita quoque in emendatione culpæ, quod inutilis ingenui sustinebunt. *Ibid. c. 15.*

6. Non possunt disponere, vel vendere res, quas habent ab Ecclesiâ, sine licentia Episcopi. Possunt tamen eas dare suis filiis vel aliis Ecclesiæ servis.

Libertis Ecclesiæ eorumque propagini ex omnibus, quæ de jure Ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum Dominium transactione quacunque deducere: sed si ex his quælibet vendere fortassis voluerint, Sacerdoti ejusdem Ecclesiæ offerant convenienter emenda, eorumque pretia rerum, ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam & in dominium partis alterius rei suæ censum nullò modò transire permittimus. Suis autem filiis vel propinquis ejusdem Ecclesiæ vel servitio, vel patrociniò subjugatis, quæcumque vendere vel donare voluerint, aditus omninò patebit. *Ibid. c. 16.*

7. Liberti Ecclesiæ manumissi ab Episcopo mortuo, tenentur ostendere succes-

fori chartam manumissionis, & nisi hoc faciant, redeunt ad servitium Ecclesiae.

Unde hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficium, ut, si idem liberti forsitan ignoraverint Ordinem Canonum, aut certe (ut ad soler fieri) ad praesentandas libertates suas reperiant, ipsius Pontificis sollicitudo mox in Sedem sibi creditam successerit, per Clerum aut domesticos perquirere procurabit, quos decedentes Episcopi de familiis Ecclesiae manumissionis gratulaverunt, ut eosdem, Pontifice praemouente, ipsi liberti chartulas suae libertatis repraesentent: Qualiter nec liberti Ecclesiae de institutione Canonum ignorantes se esse perhibeant, nec Sacerdotis callida voluntas patescat, unde contra ordinem reducantur manumissi ad originem servitutis. Quos si Pontifice praemouente, contempserint infra anni spatium suas libertates propriae Sedis Episcopo pandere, licitum sit ei secundum Canonum Sanctiones in iure Ecclesiae suae reducere servitutos. *Conc. Casar-Augustanum 3. cap. 4.*

8. Libertorum Ecclesiae filii erudiantur per Ecclesiae ministros.

Etenim decet, ut hi, quorum parentes titulum libertatis de familiis Ecclesiae perceperunt, intra Ecclesiam, cui obsequium debet, causam eruditionis enutrientur. Contemptus quippe est patronorum, si ipsi neglectis, aliis ad educandum detur progenies manumissionum, itaque censemus, ut sine status sui praedicio ab Episcopo habeantur in doctrinae obsequio, quatenus & illi debitum reddant famularum, & nullum patiantur suae ingenuitatis detrimentum. Eos vero, qui aliter, quam sententia nostra decrevit, agere tentaverint, in vitos jubemus ab Episcopis ad hoc ipsum reduci. Quod si forte parentes eorum eos Pontificibus suis dare contempserint, & alios sibi patronos adoptaverint, ingratorum feriantur lege libertorum. *Conc. Toletanum 6. cap. 10.*

9. Liberti omnes, cujuscunque sint, ab Ecclesia sunt protegendum. *Concil. Toletan. 4. cap. 71. dist. 8 7. cap. Liberti. supra num. 2. Conc. Agathen. cap. 29. Vide, Ecclesia. tit. 41. n. 5.*

10. Liberti, quando absolute liberi sunt facti, possunt fieri Clerici.

De familiis Ecclesiae constituit Presbyteros & Diaconos per Parochias liceat, quos tamen vitae rectitudo & probitas motum commendat, ea tamen ratione, ut antea manumissi libertatem status sui percipiant, & deinde ad Ecclesiasticos honores succedant. Est enim irreligiosum, obligatos existere servituti, qui Sacri Ordinis suscipiunt dignitatem. *Conc. Toletan. 4. cap. 73. dist. 54. cap. Quicumque. Vide, Clerici. tit. 3. num. 39.*

11. Liberti absque assensu Domini non fiant Clerici.

Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in saeculo fuerint, ad Clerum non provehantur. *Dist. 54. c. Prohibendum. ex Conc. Eliberit. c. 79.*

12. Liberti promoti ad Ordines, non discedant ab Ecclesiae patrocinio.

De libertis autem hoc praecipit Sancta Synodus, ut, si qui Presbyteri vel Diaconi ab Episcopis facti sunt, secundum modum, quo Canones antiqui dant licentiam, ut sint liberti, & tamen a patrocinio Ecclesiae tam ipsi, quam ab eis progeniti, non recedant, ab aliis quoque libertati traditi, & Ecclesiis commendati, patrocinio Episcopi colligantur: & ne cuiquam donentur, a Principe hoc Episcopus postulet. *12. qu. 2. cap. De Libertis. ex Concil. Tolet. 3. cap. 6. & cap. Liberti. supra num. 2.*

13. Liberti, quando revocandi in servitutem.

Talium enim status, qui contra Episcopum suum vel patronum Ecclesiam nituntur, decidi potius, quam

conservari convenit, ut, quorum libertas perniciose est, sit salutifera servitus, & qui superbitate noverrunt adeptam libertate, perditam discant obedire subiecti. *12. qu. 2. cap. Octava.*

14. Liberti tenentur suam conditionem profiteri coram Ecclesia. *12. qu. 2. cap. Longinquitate. supra n. 1.*

15. Liberti non sunt audiendi contra tutores. Vide, Manumissi. Vide, Servi. Vide, Manumisso.

Liberum arbitrium.

1. Liberum arbitrium verè est in homine, licet ad operandum egeat DEI adjutorio.

Liberti enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset, ut videntes eam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant: vis erat quaedam naturae, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturae vis erat, quae unum aliquid fieri cogeret, & alteri patri non daret locum. Nunc autem quia liberum est animo, in quam velit partem declinare iudicium suum, & quam probaverit eligere viam: constat evidenter, inesse hominibus arbitrii libertatem. *Clemens I. ep. 3.*

Decimo, ut fateatur esse liberum arbitrium, etiam si Divino indigeat adjutori. *Conc. Diospoli. cap. 10. Concil. Senonen. cap. 15. Vide, Gratia & adjutorium Dei. num. 14.*

2. Per peccatum Adæ est attenuatum, non extinctum.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam Baptismi, non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Unde ipsa Veritas dicit: Si vos Filii liberaverit, tunc verè liberi eritis. *Conc. Arausianum. 2. c. 13. Conc. Trid. sess. 6. cap. 1.*

3. Liberum arbitrium post peccatum non est titulus sine re, sed est res. Leo X. consil. 40. Exurge. Conc. Tridentin. ubi supra Canon 5.

4. Per liberum arbitrium potest homo ad utramque partem.

Cum igitur reliquerit DEUS hominem in manu consilii sui, apposueritque coram eo ignem & aquam, bonum & malum, ut, ad quodcumque voluerit, porrigat manum suam, nec abs re beatus ille dicatur, qui potuit transgredi, & non est transgressus, & facere mala, & non fecit, quod sub eo sit appetitus ejus, & dominetur illius; ac denique percurrenti Sacram Scripturam passim obvium sit, quod liberum utramvis in partem hominis arbitrium affereret: Satis esse, visum est Sacro Provinciali Concilio, libertatis hujusmodi vires & metas exponere. *Conc. Senon. c. 15.*

5. Liberum arbitrium hominis operatur necessario, nec bonum, nec malum.

De Pœnitentia. dist. 2. cap. 40. Si enim. Vide, Homo. n. 7. Conc. Mogunt. 4. cap. 10. Vide, Deus. n. 25. Conc. Senonen. cap. 15. supra.

6. Libertas hominis. Vide, Ad peccatum.

7. Liberti arbitrii bonus usus per gratiam habetur. Celestinus I. ep. 1. cap. 7. Vide, Gratia & adjutorium n. 15.

8. Liberum arbitrium sine gratia, non potest implere mandata. De consec. dist. 4. c. fin. & c. Placuit quicumque. ex Conc. Milevit. c. 5. Vide, Gratia. n. 3. Neque aliquod meritorium vitae aeternae facere, aut justè vivere. Conc. Trid. sess. 6. can. 2. & 3.

9. Non

9. Non sufficit resistere peccatis, sine gratia Dei. Innoc. I. epist. 24. & 25. Vide, Adjutorium Dei. n. 1.

10. Liberum arbitrium praeventum à gratia, & secreto afflatu tractum, se convertit ad DEUM. Conc. Senon. cap. 15. Vide, ubi supra. n. 5.

11. Liberum arbitrium non destruitur, cum juvatur à gratia. Celest. I. ep. 1. cap. 8. Vide, Bona opera. n. 1.

12. Libero arbitrio non infertur necessitas à gratia, sed potest ei resistere. Conc. Senon. cap. 15. supra. Conc. Tridentin. sess. 6. Can. 4.

13. Liberum arbitrium impetratum à DEO, operatur inevitabiliter, (ex multis Scripturae exemplis.) Senon. ibid.

14. Liberum arbitrium infirmatum à peccato Adæ, non potest, nisi per gratiam Baptismi, reparari. Conc. Arausic. 2. cap. 13. supra. n. 2. Conc. Valent. 3. c. 6. Vide, Gratia. n. 14.

15. Liberum arbitrium, dum facit, quod in se est, non peccat mortaliter. Leo X. consil. 40. Exurge.

16. Liberum arbitrium maximè servatur in observantia mandatorum Dei. Concil. Mogunt. 4. c. 10. supra n. 5.

17. Liberum arbitrium motum à gratia DEI, aliquid operatur, dum assentitur, & se praeparat ac disponit ad justificationis gratiam. Conc. Tridentin. sess. 4. Can. 4.

18. Liberum arbitrium sic motum, non merè passivè se habet, quia potest eam rejicere. ibid.

19. Liberum arbitrium hominis potest facere vias suas malas. Trid. sess. 6. Can. 6.

20. Doctrina de libero arbitrio in lib. D. Augustini patet, maximè ad Hilarium, & hanc sequitur Romana, seu Catholica Ecclesia, & in scriniis Ecclesiae Romanae habetur. Hormida epist. 70. in fine. Vide, Gratia, n. 44. Vide, Homo. Libri Sacri.

1. Librorum Sacrorum declaratio pertinet ad Ecclesiam. Conc. Senon. c. 4. Vide, Ecclesia. tit. 3. n. 11.

2. Libri Canonici & Apocryphi qui sint.

Qui verò libri recipiantur in Canone Sanctarum Scripturarum, brevis annexus ostendit. Hæc sunt ergo, quæ desideratà voce monere voluisti: Moysis libri quinque; id est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, nec non & Jesu Nave unus, & Judicum unus, & Regnorum libri quatuor, simul & Ruth. Prophetarum libri sexdecim, Salomonis libri quinque, Psalterium. Item historiarum Job liber unus, Tobiae unus, Hester unus, Judith unus, Machabeorum duo, Esdrae duo, Paralipomenon duo. Item novi Testamenti: Evangeliorum libri quatuor. Pauli Apostoli Epistolae quatuordecim, Epistola Joannis tres. Epistola Petri duae, Epistola Judæ, Epistola Jacobi. Actus Apostolorum, Apocalypsis Joannis. Cætera autem, quæ sub nomine Matthiae, sive Jacobi Minoris, vel sub nomine Petri, & Joannis, quæ à quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andree, quæ à Nexocharide, & Leonide Philosophis, vel sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudianda,

Tomus II.

verum etiam noveris esse damnanda. *Dist. 15. cap. Sancta Romana. ex Innocentio ep. 3. cap. ult. & Conc. Carthag. 3. c. 47. & Gelasio in Conc. Romano.*

Quod non oportet privatos, & vulgares aliquos Psalmos dici in Ecclesia, nec libros non Canonicos, sed solos Canonicos veteris, & novi Testamenti. Hæc sunt, quæ legi oportet, ex veteri Testamento. Genesis, Exodus, id est, exitus ex Aegypto, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jesu Nave, Judices, Ruth, Ester, Regum primus, secundus, tertius, & quartus, Paralipomenon primus, & secundus, Esdrae primus, & secundus, liber Psalmorum 150. Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Job, duodecim Prophetæ, Esaias, Hieremias, Baruch, Lamentationes & Epistolæ, Ezechiel, Daniel. Novi autem Testamenti hæc: Evangelia quatuor, secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, & secundum Joannem, Actus Apostolorum; Epistolæ Catholice Jacobi una, Petri duae, Joannis tres, Epistolæ Pauli 14, ad Romanos una, ad Galathas, ad Ephesios una, ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad Thessalonicenses duae, ad Hebræos una, ad Timotheum duae, ad Titum una, ad Philemonem una. *Conc. Laodicen. c. 59. & ultimò. & Conc. Bracharen. cap. 67. Conc. Trident. sess. 4.*

3. Libri sacri & Canonici in Ecclesia legendi sunt, & non alii.

Si verò hoc non facis, intus sedens lege legem, libros de Regibus, Prophetas: Cane Psalmos David, percurrere diligenter Evangelium, in quo sunt hæc consummata. *Lib. 1. consil. Apost. cap. 5.*

Abstine ab omnibus libris gentiliis: quid enim tibi cum alienis sermonibus, falsis Prophetis, quæ quidem homines leves à fide recta detorqueant? Nam quid in lege Dei desideras, ut ad illa gentiliis scripta animum velis appellere? Sive enim historias legere cupis, habes libros de Regibus, sive Sophistica, id est, quæ argutè ad sapientiam referuntur, & Poëtica, habes Prophetas, Job, Proverbia, in quibus plus acuminis, quam in omni Poëti & sapientia Sophistarum reperies, quod is, qui solus sapiens est, illa effatus est: sive Cantilenas experis, habes Psalmos: sive veritates rerum origines, habes Genesim: sive leges & præcepta, habes legem Domini celeberrimam. Ab omnibus itaque alienis, & à Diabolo excogitatis, fortiter abstine. *ibid. cap. 6. Conc. Laodic. cap. 59. supra.*

4. Libri passionum Martyrum in Ecclesia legi possunt. Vide, Legere.

5. Libros Canonicos à Tridentino enumeratos non recipiens, est anathema. Conc. Trid. sess. 4.

6. Librorum Sacrorum vulgata editio tenenda. ibid.

7. Libri Sacri verti non possunt in prophetarum idioma. Innoc. III. consil. Ea est. in Collect.

8. Libros ad legendum & psallendum, & vestimenta multiplicia habere debet Ecclesia.

Libros habeat etiam Ecclesia idoneos, ad legendum & psallendum. Ad minus duplicia ornamenta sacerdotalia. *Conc. Oxoniens. cap. 3.*

II. Libri gentiliis, hæreticorum, & Apocryphi.

1. Libri gentiliis à nullo, & præsertim Episcopo legendi. Lib. 1. consil. AA. cap. 6. supra n. 3. Concil. Carthag. 4. cap. 16. Vide, Episcopus. tit. 22. n. 20. dist. 37. cap. Legimus. Vide, Clerici. tit. 17. n. 8.

2. Libri gentiliis aliquando ex necessitate legi possunt ab Episcopo, & ut reserlantur. Dist. 37. cap. Legimus. il. 2.

Q9 3

Vide,

Vide, *ibid.* n. 19. cap. *Episcopus*. Vide, *Episcopus*. tit. 22. n. 20.

3. Ex libris gentilium aliquando utilia excipiuntur.

Turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus litteris omnimodo restimat prohibendos, in quibus si qua inventa sunt utilia, quasi sua sumere licet, alioquin nec Moyses & Daniel sapientiâ, vel litteris Ægyptiorum paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones simul, & delicias horrebant, nec ipse Magister gentium aliquot versus Poëtarum, suis, vel scriptis indidisset, vel didicit. *Dist. 37. c. Turbat. & cap. Qui de mensa*. Vide, *Clerici*. tit. 17. num. 19.

4. Libri Talmud, qui sunt prohibiti. Vide, *Talmud*.

5. Libri Apocriphi, quos non recipit Ecclesia. *Dist. 15. cap. Sancta Romana*. Vide, *Apocriphus*.

6. Libri Hebræis prohibiti. Vide, *Hebræi*. Vide, *Judei*.

7. Libri Saracenorum comburendi sunt, non legendi.

De libris prophanis, quos à Saracenis vos abstulisse, ac apud vos habere perhibetis, quid faciendum sit, inquitis, qui nimirum non sunt reservandi. Corruptum enim, sicut scriptum est, mores bonos colloquia mala, sed ut potè noxii, & blasphemii, igni tradendi. *Nicolaus I. in Consult. Bulg. c. 103.*

8. Libros hæreticos, vel de religione tenentes, excommunicantur in Bulla Cœnæ. Vide, *Excommuni. Bulla Cœnæ*.

9. Libri hæreticorum à nullo legi possunt, neque ab Episcopo, nisi in necessitate. Vide, *uti supra num. 2.*

10. Libri prohibiti ob hæresim, &c. de licentia Papæ, vel Sacræ Congreg. Cardinalium Sancti Officii, legi possunt. *Pius IV. constit. 82. Cum inter*. Quas pœnas incurrunt. *Gregor. XV. constit. 40. Apostolatus*.

11. Libri vernaculâ linguâ scripti, tractantes de fide & moribus, legi non possunt, nisi fuerint approbati per Episcopos, sub pœna excommunicationis.

De Fratrum & Coepiscoporum nostrorum consilio & consensu, præcipimus sub excommunicationis pœna, omnibus & singulis, cujuscunque status, conditionis, aut sexus, ut si quos habuerint libros fidem, aut mores concernentes, à viginti annis citra in vulgari, seu Latino sermone editos, eosdem ad Diocesanum suum confestim deferant: ut cum ab eo, aut ejus Vicariis, & commissis, visi fuerint sedulo, & examinati diligenter, eorundem librorum, vel interdiciatur, vel permittatur lectio. Quorum quidem librorum, si jam impressorum, si posthac imprimendorum, si lectio permilla fuerit, addatur eisdem libris decretum Episcopi, quò significet, per se, aut alios doctos & approbatos viros, seipsum examinationem diligenter fecisse, ac tunc demum eorum publicationem permittere. *Conc. Senon. c. 34.*

12. Libri Bellorum. Vide, *Bellum*.

13. Libri contagiosi, seu suspecti de hæresi, vel hæreticorum, vel aliorum, legi non possunt. Sub pœna anathematis. Excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt legentes. Excipiuntur Inquisitores hæreticæ pravitatis, & Commissarii.

Libros autem Parochorum, & Concionatorum, Visitatores inspiciant, & ab eis diligenti inquisitione cognoscant, quosnam potissimum autores legant, & in concionibus imitentur. Contagiosos autem, & de hæresi suspectos libros ab eis auferant, & ad lectionem veterum Orthodoxorum, aut etiam recentiorum, qui suspecti non sint, eos exhortentur. *Concil. Mogunt. 4. c. 51.*

Maximè verò omnium, sub anathemate interdiciamus, & prohibemus lectionem eorum librorum in trivis, qui ad seducendam in pravas opiniones juventutem; aliud agentem, & querentem, scripti videntur. Quales sunt quorundam Grammaticæ, & Rhetoricæ institutiones, in quibus Exempla serè è pravis adversariorum dogmatibus petuntur, quò juvenus incauta hæresim & sectarum dogmata simul cum artibus imberet. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ, in odium monastici instituti, & cæremoniarum Ecclesiasticarum contemptum, compositæ, atque effictæ, quantum præcipua vis est, animos juvenum contumpe, & jam à teneris eos ab hujusmodi pietatis exercitiis, ac vitæ monasticæ institutis, alienare. *Conc. Colonien. 3. tit. Quoad instituendam. c. 3.*

Vide, *Excommuni. Bulla Cœnæ. Pius IV. constit. 66. Cum pro munere*.

14. Libri de malis moribus tractantes, sub pœna anathematis non legendi. *Concil. Colonien. 3. ubi supra*.

15. Libros prohibitos in quacunque materia, sine licentia Papæ, nullus potest legere, cujuscunque conditionis sit, & revocantur licentiæ datæ. *Urbanus VIII. constit. 116. Apostolatus*.

16. Libri Mercatorum Urbis quomodo obligant. Vide, *Mercatores*.

III. Librorum impressio, venditio, & prohibitio.

- i. Libri imprimi non possunt, nisi prius revideantur & approbentur. *Conc. Colon. 2. p. 12. cap. 9.* Vide, *Imprimere. num. 2.*

2. Libri de rebus sacris imprimi non possunt sine nomine authoris, nec possunt retineri, aut vendi, sub pœna anathematis, nisi prius ab Ordinario fuerint approbati.

Prohibemus, ne deinceps imprimantur libri sacri, aut Sanctorum Doctorum, qui vel de fide, aut moribus Ecclesiasticis habeant tractatum, sine nostra Suffraganeorumque nostrorum per suas Dioceses speciali autoritate & permissione; contrafacientes ipsò factò seuerentia excommunicationis subjaceant. Et si qui sint tales libri, seu in Provincia, seu alibi impressi, prohibemus sub eadem excommunicationis pœna prædictos libros vendi, vel publicari, sine nostra (ut prius) Suffraganeorumve nostrorum permissione. Adjicientes supradictis pœnis, quò eisdem libris non adjiciantur annotationes marginales, quæ hæresim sapiant, aut scandalosæ sint, ac piarum aurium offensivæ. *Concil. Senonen. in decret. mor. cap. 33. Leo X. constit. 12. Inter sollicitudines. Concil. Tridentin. sess. 4. in decret. De edit. & usu sanctorum librorum*.

3. Regularium verò libri, præter licentiam Ordinarii, requirunt licentiam Superiorum Religionis. *Conc. Trident. ibid.*

4. Librorum approbatio ab Ordinariis in scriptis, & gratis danda est. *ibid.*

5. Libri vendi non possunt sine licentia Ordinarii. *Concil. Colonien. 2. p. 12. cap. 9.*

supra

supra num. 1. Alias omnes confiscantur. *ibid. cap. Trid. ut supra.*

6. Libri sine nomine Typographi, vel loci impressionis, vendi non possunt sub eadem pœna. *Concil. Moguntinum 4. cap. 99. infra.*

7. Typographi, Bibliopolæ, & geruli talium librorum eidem pœnæ subjacent.

Multis Constitutionibus Imperialibus cautum est, ne quis librum aliquem sine certo authoris, & loci, ubi excusus sit, nomine, aut qui per Commissarios, qui per loca huic reicurandæ destinati sunt, comprobatus non sit, vel excudat, vel excusum vendat; quam ordinationem renovantes, inhiemus, ne quis tales libros in nostris ditionibus vendere, aut emere, aut donare, aut occultè quòvis modò alii obtrudere, aut omninò apud se retinere audeat. Officialibus nostris, tam Ecclesiasticis, quam secularibus injungentes, ut in eam rem acri diligentia in vigilent, & si quos librorum vel excusores, vel venditores, aut detentores, huic ordinationi non parentes deprehenderint, supra librorum confiscatione etiam pœnis, in multis Recessibus Imperialibus constitutis, sine remissione afficiant. *Concil. Moguntinum 4. cap. 99. Colon. 2. Vide, ubi supra num. 1.*

8. Libri neque in scriptis vulgari possunt, absque nomine authoris: & qui penes se habere reperiuntur, & authores non produunt, pro authoribus habentur. Non prodentes, anathematis pœnam incurrunt. *Conc. Trid. sess. 4. De edit. & usu SS. librorum*.

9. Librorum approbatio in fronte libri est apponenda. *ibidem*.

10. Librorum prohibitorum index, eorumque regulæ Concilio Tridentino annexæ, ab omnibus observandæ.

Episcopi regulas indicis de libris vetitis, ab iis, qui illi negotio à Sacrosancta Tridentina Synodo præfecti fuerunt, ex autoritate SS. D. N. Pii IV. editas, ab omnibus librorum impressoribus ac Bibliopolis, cæterisque omnibus Laicis & Ecclesiasticis personis servari jubeant. Quorum verò librorum purgatio ejusdem indicis jussu faciendâ est, eos legi, vendi, aut omni habere omninò vetamus, donec ab iis, ad quos pertinet, purgati & probati fuerint. *Concil. Mediolanen. 1. p. 1. tit. De professione fidei*.

11. Libri imprimi non possunt Romæ, absque licentia Vicarii Papæ, & Magistri Sacri Palatii. *Leo X. constit. 12. Inter sollicitudines. Quæ est Conc. Lat. 5. sess. 10. constit. 3.*

12. Alibi verò imprimi non possunt absque licentia Ordinarii, & Inquisitoris hæreticæ pravitatis. *ibid. Concil. Lateran. 5. ubi supra.*

13. Librarii imprimentes absque his licentiis, incurrunt excommunicationem & pœnam amissionis librorum, & centum ducatorum, applicandorum fabricæ Sancti Petri Romæ. *ibid. Conc. Later. 5. ubi supra.*

14. Libri auctorum, degentium in Statu Ecclesiæ, imprimi non possunt extra Statum sine licentia Cardinalis Vicarii, & Magistri Sacri Palatii, (& extra) sine licentia Inquisitorum; aliter impressi, ipsò factò sunt prohibiti, & aliæ pœnæ ab imprimente incurruntur. *Urb. VIII. constit. 50. Sanctissimus*.

15. Libros prohibitos, & hæreticorum, &c. imprimentes, quas pœnas incurrunt. *Pius IV. constit. 76. Cum pro munere*.

16. Libros prohibitos cognoscere, spectat ad Sacram Congregationem Indicis Romæ. *Clemens VIII. constit. 36. Sacrosanctum*.

17. Libri de miraculis, gratiis, beneficiis, & aliis, quæ dicuntur accepta ope alicujus defuncti, cum opinione sanctitatis, à Sede Apostolica non canonizati, nec beatificati, imprimi non possunt sine licentia Sedis Apostolicæ. *Urban. VIII. constit. 37. Sanctissimus*.

18. Libri impressi, qui continent præjudicia aliqua contra Romanam Ecclesiam, vel alias Ecclesias, licet tolerati & permisi, nullum inferunt præjudicium, nec aliquid probant contra immunitatem Ecclesiasticam. *Urban. VIII. in append. constit. 47. Romanus*.

19. Libros prohibitos imprimentes. Vide, *Imprimere*.

Licentia, Licere.

1. Licentia administrandi temporalia, concessa Regularibus à Papa, præsumitur falsa. *De Confirmat. utili &c. cap. Ad nostram*. Vide, *Administrat. n. 4.*

Cum igitur à Cancellaria nostra hujusmodi litteras emanasse non credamus: Mandamus, quatenus illos, qui tales litteras exhibuerint, in quibus Prioratus, vel administrationes, tanquam Religiosis confirmantur, eosdem pœnas tanquam falsitatis auctores. Si verò in eis non fiat mentio Religionis ipsorum, illas tanquam tacitâ veritate subreptas, denuncias non valere. *De Confirmat. utili. &c. cap. Porrepta*.

2. Licentia ordinandi. Vide, *Litteræ commendatitiæ*.

3. Licebant multa in veteri Testamento, quæ prohibentur in novo. 23. q. 8. c. *Occidit*. Vide, *Leges. n. 4.*

4. Cui licet quod est plus, licet utique, quod est minus. *De reg. jur. in 6. reg. 53.*

5. Quod alicui suo non licet nomine, nec alienò licebit. *ibid. reg. 67.*

6. Licentiæ ingrediendi monasteria monialium mulieribus concessæ, revocantur, & sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ prohibentur, ne eis utantur. Abbatissæ verò, quæ eas recipiunt, privationem officii incurrunt. *Paul. V. constit. 74. Monialium*.

7. Licentiæ ingrediendi monasteria monialium, pro mulieribus factæ, cum consensu monialium, & Superioris earum, debent fieri capitulariter, alias ipsæ mulieres ingredientibus incurrunt pœnas violantium clausuram. *Urban. VIII. constit. 29. Sacrosanctum*.

Vide, *Moniales*. Vide, *Monasteria*.

Ligare, Ligatus.

1. Ligandi & solvendi potestas tradita est à Christo Ecclesiæ in Beato Petro. 24. q. 1. *Quodcumque*. Vide, *Ecclesiæ*.

Q 4

157. 3.

tit. 3. num. 2. Vide, *Papa*. Vide, *Sanctus Petrus*.

2. Ligandi & solvendi potestas quæ est in Episcopis. *Conc. Aquisgran. sub Ludovico Pio. cap. 37.* Vide, *Episcopi. tit. 15. n. 38.*
3. Ligandi & solvendi potestas, quoad culpam, non extenditur ad mortuos. *24. q. 2. cap. Legatur.* Vide, *Defuncti. tit. 1. n. II. ibid. cap. Nec quisquam.* Vide, *Communicare. tit. 3. n. 8.* In excommunicationis verò declaratione extenditur etiam ad mortuos. *De sentent. excommunicationis. cap. A nobis.* Vide, *Excommunicati. tit. 8. num. 8.*
4. Ligandi potestas quoad penitentiam impositionem reperitur in Sacerdote confessario, in quo reperitur etiam potestas solvendi à culpa, (non reservata.) *Concil. Trid. sess. 14. Canone 15.*
5. Ligandi & solvendi potestas non est extra Ecclesiam. Vide, *Ecclesia Catholica.* Vide, *Unitas.*

Ligaturæ.

1. Ligaturæ, seu Phylacteria, in remedia sunt demoniaca. *Nicolaus I. Ad consulta Bulg. cap. 79.* Vide, *Filacteria. num. 2.*
2. Ligaturas incantationum faciens super infirmum, si est Laicus, excommunicatur, si Clericus, degradatur. *26. q. 7. cap. Admoneant.* Vide, *Clerici. tit. 33. n. 2.*
3. Ligantes demones. Vide, *Dæmones.* Vide, *Superstitiosus.* Vide, *Sortilegia.* Vide, *Magia.*

Ligna.

Ligna consecrata Ecclesiæ non possunt converti in usum Laicorum. *De consecrat. dist. 1. cap. Ligna.* Vide, *Ecclesia. tit. 38. num. 6.*

Limina Apostolorum Romæ.

1. Limina Apostolorum visitanda esse ab Episcopis, statuit inter alios *Leo III.* Sed absque præfinitione temporis. Ita in *ep. 1.* Zacharias verò in Concilio Romano *cap. 4.* statuit, à propinquis quolibet annò visitanda personaliter: à remotis verò per epistolas; ita in *dist. 93. cap. Juxta.* Sed S. Anacletus statuerat, esse visitanda, juxta *Papæ chirographum. Dist. 93. cap. Juxta.* Vide, *Episcopus. tit. 95. n. 1.* & in *tit. de Jurejurando.* Episcopus jurat, quolibet annò per se, vel suum Nuntium, se visitaturum limina. Ita in *cap. Ego N.* Vide, *Ibidem. tit. 31. n. 28.*
2. Nunc verò quando tenentur ea visitare. Vide, *Ibid.*

Limites.

Limites Parochiarum quomodo præscribendi. Vide, *Parochie.*

Lingua.

1. Linguae, Græca, Arabica, Hebraica, & Chaldaica, in scholis studiorum Ge-

neralium per idoneos Magistros doceantur.

Ut igitur peritia linguarum hujusmodi possit habilitate per instructionis efficaciam obtineri: hoc sacro approbante Concilio, scholas in subscriptarum linguarum generibus, ubicunque Romanam curiam residere contigerit, nec non in Parisien. & Oxoniæ. Bononiæ. & Salamantino studiis, providimus erigendas, statuentes, ut in quolibet locorum ipsorum teneantur viri Catholici, sufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiam: duo videlicet unuscunque linguæ periti, qui scholas regant inibi, & libros de linguis ipsi in Latina fideliter transferentes, alios linguas ipsas sollicitè doceant, eorumque peritiam, studiosâ in illos instructione transfundant: ut instructi & edocti sufficienter in linguis hujusmodi, fructum speratum possint (DEO auctore) producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles. *Clement. de Magistris. cap. unico. Paulus V. constit. 65. Apostolica.*

2. Idem observandum in studiis Regularium.

Regulares, qui linguarum studiis vacant, præferendi sunt aliis in gradibus Religionis. *Paul. V. ibid.*

Sanctus Linus.

Sanctus Linus cum à S. Petro fuit assumptus, ministrabat exteriora, & ex tunc non fuit Pontifex, sed postea. *8. qu. 1. c. Si Petrus.* Vide, *S. Cletus.*

Litanie.

1. Litanie Græcæ idem important, ac Latine rogationes, ad impetrandam DEI misericordiam.

Litanie autem Græcæ nomine appellantur, quæ Latine dicuntur rogationes. Inter *Λιτανείας* autem, & *Ἐξομολογείας* hoc differt, hoc exomologes, pro sola peccatorum confessione agantur: Litanie verò, quæ indicantur propter rogandum DEUM, & impetrandis in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una designatione habetur. *Conc. Mogunt. 1. cap. 32.*

Itaque hortor FF. charissimi, ut omni hebdomadâ quartâ, & sextâ fecit, Litaniam inexcusabiliter indicatis, & contra Barbaricæ crudelitatis incursum, supernæ protectionis auxilium imploretis. *Greg. I. lib. 9. Ex regest. ep. 45.*

2. Litanie, seu rogationes, in necessitatibus recitandæ. Tempore mortalitatis dicendæ.

Proinde FF. charissimi, contritò corde & correctis operibus craftinâ die primò diluculo, ad septiformem Litaniam, juxta distributionem inferius designatam, devotâ mente cum lachrymis veniamus. Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quolibet negotium agere præsumat, quatenus ad Sanctæ Genitricis Domini Ecclesiam convenientes, qui simul omnes peccavimus, simul omnes mala, quæ fecimus, deploramus, ut districtus Judex, dum culpas nostras & nos punire desiderat, ipse à sententia propolite damnationis parcat, &c. *Idem. lib. 11. ex regest. ep. 2.*

3. Litanie majores suis temporibus dicendæ.

Vigilias Apostolorum, & jejunia quatuor temporum, & Rogationum, & Litanias majores, plebibus vestris omni studio observandas insinuate. *Leo IV. Homilia de cura Pastoralis.*

4. Litanie majores tribus diebus ante Ascensionem cantandæ, (sed à discalearis olim.)

Placuit nobis, ut Litanie major observanda sit à cunctis Christianis diebus tribus, sicut legendo reperimus, & sicut Sancti Patres nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed disca-

ceati, cinere & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit. *Conc. Mogunt. 1. cap. 33.*

Rogationes, id est, Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanum jejunium in Dominicæ Ascensionis solemnitate solvatur. Per quod triduum servi & ancille ab opere relaxentur, quò magis plebs universa conveniat. Quò triduum omnes abstineant, & Quadragesimalibus cibis utantur. *De consecrat. dist. 3. cap. Rogationes.*

5. Litanie indici possunt ab Episcopis, tempore necessitatis. *Concil. Ravennat. 1. Vide, Episcopus. tit. 15. n. 16. Conc. Coloz. 2. p. 9. cap. 7. Vide, Bellum. n. 13.*

6. Litanie, quæ non habentur in Missali, aut Breviario, exceptis Litanis Beatæ Virginis, prohibentur. *Clemens VIII. constit. 122. Sanctissimus.*

7. Litanie novæ sub alia forma, non possunt recitari, nisi approbentur à Sacra Congregatione Rituum. *Ibid.* Aliàs ab Ordinario vel Inquirente procedatur. *Ibidem.*

8. Litanis qui debent interesse. Vide, *Clerici quoad servitium Ecclesiæ.*

I. Litteræ formatæ, commendatitiæ & commendatoriæ.

1. Litteris sæcularibus abutens, vinò inebriatur, & ficerâ.

Vinò inebriatur, quando Scripturas sanctas male intelligunt, arque pervertunt; ficerâ, quando sæculari abutuntur sapientiâ, & Dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula sunt appellanda, quam phantasmata, id est, umbræ quædam & imagines, quæ citò percunt arque solvuntur. *Dist. 37. c. Vinò.*

2. Litteræ sæculares legendæ tantum, nè ignorentur. *Dist. 37. cap. Legimus. & c. Qui de mensa.* Vide, *Clerici. tit. 17. n. 19.*

3. Litteræ formatæ olim, quomodo faciendæ.

Græca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus, qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Nè igitur in faciendis epistolis Canonici, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus fallitatis temerè præsumeretur, hoc à Patribus 318. Nicææ congregatis, saluberrimè inventum est & constitutum, ut formatæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ut assumantur in supputationem prima Græca Elementa Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, hoc est, Π, υ, α. Quæ elementa & octogenarium, & quadringentesimum, & primum significant numerum. Quæ Petri quoque Apostoli prima littera, id est, Π, quæ numerum octoginta significat; ejus quoque, qui scripsit Epistolam, prima littera: cui scribitur, secunda littera: civitatis quoque, de qua scribitur, quarta: Et indictionis, (quæcunque est) temporis idem, qui fuit, numerus assumatur, atque ita his omnibus Græcis litteris, quæ (ut diximus) numeros expriment, in unum ductis, unam, quæcunque fuerit collecta, summam Epistola teneat; hanc qui suscipit, omni cum cautela requirit expressè, addat præterea separatim in Epistola nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Græca Elementa significat. *Conc. Chalcedon. in fine.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, α. w. Valterio Spirensi Episcopo, ego Burchardus Sanctæ Vormatiensis Ecclesiæ devotus gregis Christi famulus. Cum Sancta Catholica Ecclesia prompta sit, sequi documenta Evangelica, quæ dicunt, qui recipit Prophetam, in nomine Prophetæ accipiet mercedem Prophetæ, & qui recipit justum, in nomine justus accipiet, &c. Et Apostolus jubeat hospi-

talitatem sectari, & necessitatibus Sanctorum virorum communicare, tamen propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes, se esse simplices, cum sint astutiâ diabolicâ repleti; & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint suâ malitiâ faciente fugitivi; & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint: statutum est à sanctis Patribus, neminem Clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo Episcopo, & inthronizari in sua Ecclesia, nisi habeat à proprio Episcopo Epistolam, quæ in Canonibus nominatur formata. Ideò norum facimus F. v. quod præsens Frater noster harum litterarum portitor, nomine Hermanus, non pro sua nequitia expulsum est à nobis, sed postulantibus Fratibus, eò quod ex familia nostra fuit, & nos ter baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in cornualtaris Canonice, & ordinavimus eum ad gradum Presbyterii, cui etiam has dimissorias sive commendatitias litteras facimus, & eum ad vestram dilectam Fratritatem dirigimus, ut in vestra Parochia sub vestro sacro regimine & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus &c. absolve Hermannum Presbyterum de civitate Vormatiensi, indictione X. & licentiam do vobis inthronizandi eum, in quacunque Ecclesia vultis vestræ Parochiæ. Hanc ergo Epistolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, & annulo nostræ Ecclesiæ firmare censuimus. Fratritatem vestram Christus nobis incolumen conservet. *Distinct. 73. cap. In nomine.*

Sanctissimo in Christo Fratri, summâ dulcedine charitatis amplectendo. A. illius civitatis Episcopo v. illius E. Presul, perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. w. v. α. w. De cetero noverit S. F. vestra, quod iste Clericus, Hermannus nomine, nostra in Parochia instructus ac detonsus, parvitatem nostram rogavit, quatenus illi commendatitias litteras conscriberemus, quibus vestræ celsitudine commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati consentientes, secundum Canoniam auctoritatem litteras ei dimissorias dedimus, per quas & ipsi concedimus, ut sub vestro Magisterio Divinæ servituti insitens, suæ deserviat utilitati, & vobis licentiam tribuimus, ut, si dignum eum judicaveritis, ad sacros Ordines promoveatis. Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, & nostris ex partibus absolutum, in vestrarum ovium numero custodite. Quas litteras, ut vigore veritatis firmatæ, indubitanter à vobis suscipiantur, litteris Græcis, ut Canonica docet auctoritas, confirmare satagemus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctæ suæ Ecclesiæ perpetuo valere concedat, α. μ. η. z. vel sic. α. θ. (quæ eandem summam expriment) indictione X. Continet hæc formatæ Epistola MCCC. XV. k. Y. Græcam in nomine illius primam ponimus; quia Græci eam in quibusdam locis pro U. consonante ponunt, sicut est *David*, & *εωαγγελιστου*. *Ibidem. cap. Sanctissimus.*

4. Litteræ communicatoriæ olim, quomodo fiebant.

Placuit ubicunque, & maxime in eo loco, in quo primæ Cathedræ constitutus est Episcopus, ut interrogentur hi, qui communicatorias litteras tradunt, an omnia rectè habeant, & suo testimonio comprobent. *Conc. Eliberit. cap. 58.*

5. Litteras Confessorum offerentes habere debebant etiam communicantes.

De his, qui Confessorum litteras offerunt, placuit, ut sublati eis litteris, alias accipias communicatorias. *Conc. Arelat. 1. c. 9.*

6. Litteræ commendatitiæ non dantur ab Archidiacono. *De off. Archidiaconi. cap. Significasti.* Vide, *Archidiaconus. n. 48.*

7. Litteræ commendatitiæ à quo possunt dari. *De temporibus ordinat. in 6. c. Cum nullus. infra.*

8. Litteræ commendatitiæ seu dimissoriæ

ad Ordines pro sæcularibus Clericis dari, seu concedi debent ab Episcopo loci, vel originis, vel beneficii. *ibidem*.

9. Episcopo agente in remotis, licentiæ, seu dimissoriæ concedendæ sunt à Vicario ejus: Sede vacante, à Capitulo, vel alio, ad quem spectat spiritualium administratio.

Cùm nullus Clericum Parochiæ alienæ, præter Superioris ipsius licentiam debeat ordinare, Superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cujus Diœcesi est is, qui ad Ordines promovendi desiderat, oriundus, seu in cujus Diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum, seu habet (sicet alibi natus fuerit) domicilium in eadem. Inferiores quoque Prelati Religiosi, vel alii, nisi eis, quod suos Clericos, aut subditos possint, à quo voluerint, Episcopo facere ordinari, à Sede Apostolica specialiter sit indultum, vel Officiales Episcopi (cùm ad hoc se ipsius officium non extendat) hujusmodi nequeunt licentiam impartiri; Episcopo autem in remotis agente, ipsius in spiritualibus Vicarius Generalis, vel Sede vacante, Capitulum, seu is ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi. *De temporibus ordinationum in 6. c. Cùm nullus.*

10. Litteræ dimissoriæ non debent ab Episcopo concedi, nisi præviò examine, de titulo patrimonii, (si sint ad sacros) vel beneficii. Item examine de moribus, ætate, litteris. Et hoc examen de sufficientia remitti potest ad ordinantem: Sed in litteris dimissoriis faciendæ est mentio de titulo patrimonii.

Et quàmvis Episcopus originis, beneficii, aut domicilii, non solum ad Ordines promovere, sed etiam litteras dimissorias ad ipsos Ordines concedere possit, injungimus tamen Suffraganeis nostris, ut si quando litteras dimissorias ad sacros Ordines indulgere voluerint, ne indigni assumantur, observent ordinem, qui sequitur: videlicet, quod volentes impetrare litteras dimissorias, accedant ad Diœcesanos: qui super præmissis, ætate, litteratura, moribus, beneficio, seu patrimonio inquirent, serventque diligenter prædictas solemnitates, perinde, ac si in propria ordinare vellent. Ac tunc sic examinato concedantur litteræ dimissoriæ: remittanturque ita examinatus cum litteris ipsis, in quibus etiam declaretur prædicta solemnitas sic observata, fiatque mentio expressa de beneficio, aut patrimonio, ut Episcopus, ad quem se conferret ordinandus, eum sine scrupulo promovere & ordinare possit. Quod si propter infirmitatem, aut aliam causam rationabilem, is, qui litteras dimissorias obtinere cupit, non possit commodè accedere ad suum Episcopum, tunc remittatur super ætate, litteratura, ac moribus, ut prius examinandus ad Episcopum, cui litteræ dimissoriæ presentabuntur: inferaturque in illis litteris dimissoriis clausula, super quo conscientiam tuam oneramus. Provisò tamen, quod nunquam concedantur litteræ dimissoriæ, nisi illi qui habuerit beneficium, aut patrimoniam prætaxati valoris. *Concil. Sionen. cap. 5.*

Prohibemus quoque, ne Officiales nostri litteras dimissorias, quæ vulgò licentiatória ordinandi vocantur, alicui temerè concedant. Illorum enim prætextu, qui suæ ruditis & incertiæ sibi conscii sunt, nostrorum Vicariorum in Pontificalibus disquisitionem subterfugiant, ac aliò demigrant, ubi nullus Canonice traditionis respectus habetur. *Conc. Colmen. 2. part. 1. cap. 29.*

Commissariis nostris seriò inhibemus, ne imposterum alicui litteras dimissorias ad aliam Diœcesim, sine magna & necessaria causa, quam bene exploratam habere debent, concedant. Qui verò in aliena Diœcesi Ordines susceperint, ad ministerium, seu executionem Ordinum, quos se habere alleve-

rant, non admittantur, nisi priùs Vicarius, seu commissariis nostris, de susceptis Ordinibus legitimo documentò fidem fecerint, & ab eisdem, quod admitti debeant, testimonium patentibus litteris obtinuerint, alioqui tales per Archipresbyteros nostros ab omni Ecclesiæ officio semoveri, aut si iis non parerint, nobis denunciari debent. *Conc. Mogunt. 4. cap. 84. Vide, Ordinandum in sacris.*

11. Litteræ dimissoriæ de ordinando à quocunque non possunt fieri, nisi ex legitima causa, exprimenda ab Episcopo dimittente; & tunc ab Episcopo in Diœcesi residente, & præviò examine, potest talis admitti ordinari, & non ab alio. *Conc. Trident. sess. 7. De Reformat. cap. 11.*

12. Litteræ dimissoriæ non facile concedendæ, sed ex maxima causa.

Statuimus, ut nemini posthac (ubi digna & justa causa non est) dentur licentiatória, Ordines extra suam Diœcesim recipiendi, nisi priùs sit, juxta modum præscriptum, in sua Diœcesi examinatus. Ad hoc enim comperimus, quosdam licentiatória petere, ut examen subterfugiant. *Conc. Coln. 3. tit. De altero medio. c. 3. Conc. Mogunt. 4. ubi supra.*

13. Litteræ dimissoriæ concedi non possunt ab Abbatibus, aliisque exemptis, vel Collegiis, Clericis sæcularibus ad alios Episcopos, ut ab eis possint ordinari. *Conc. Trid. sess. 23. de Ref. c. 10.*

14. Concedentes, per annum suspenduntur ab officio & beneficio. *ibid. c. 10.*

15. Impetrantes verò tales litteras à præfatis personis, incurrunt pœnas taxatas à Paulo Tertio, contra impetrantes dimissorias à Capitulo Sede vacante, contra formam Canonum. *Conc. Trident. ibid.*

16. Litteræ de promovendo ad Ordines à quocunque, non possunt concedi à summo Pœnitentiario. Vide, *Ordines. Pius IV. const. 53. In sublimi.* Nisi assignetur justa causa, cur petens non vult ordinari à suo Ordinario. *ibid.*

17. Litteræ Majoris Pœnitentiarii Papæ. Vide, *Pœnitentiarius. Vide, Dimissoria. Vide, Capitulum. Vide, Sede vacante.*

II. Litteræ Apostolicæ.

1. Defectus alicujus litteræ in litteris Apostolicis, non officit.

Quia rescriptum Apostolicum pro eo, quod in hac dictione spoliatur, hæc figura, O, deorat, asseritur vitiosum: mandamus, quatenus hoc non obstante, in negotio ipso prævià ratione procedas. *De Fide instrumentorum. cap. Ex parte.*

2. Litterarum abrasio in narrativa, non indicat falsitatem.

Dicimus, quod propter abrasionem illam, judicari falsæ non possunt, nec etiam haberi suspectæ, præsertim cùm & privilegia in possessionibus abradantur, & litteræ in narratione facti (si erratum est) possunt incunctanter abradi. *ibid. cap. Ex litteris.*

3. Litteræ Apostolicæ carent vigore, si in petitione non fuit expressa veritas.

Unde si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expressionem, litteras non solum Cardinalium, sed etiam nostras, nec solum dubias, sed etiam certas confiterit impetrant, carere volumus impetratis, & eis

& eis non obstantibus ad voti executionem compelli. *ibid. cap. Quod super his.*

4. Litteræ impetratæ à Papa de provisione faciendæ, non intelliguntur de pensionibus, sed de beneficiis. *De Præbendis. in 6. cap. Quamvis. Vide, Beneficium. tit. 1. num. 4.*

5. Litteræ impetratæ pro beneficio, &c. postquam alius impetravit, nullius sunt roboris.

Quoniam igitur, si memores fuissetis, nos præfato N. litteras nostras, sicut prædiximus, direxissetis; pro adversario ejus nullatenus scripsissetis, nolentes litteras nostras, quas pro eodem N. misimus, occasione aliqua, effectu carere; Fr. t. &c. quatenus præscriptum Episcopum admoneas, ut præfato N. Archidiaconatum Ecclesiæ suæ, si vacet, juxta promissum suum assignet, non obstantibus litteris, quæ ab adversario ejus postmodum fuerint tacitè veritate impetratæ. *Conc. Lat. 3. in append. tit. De potest. jud. Delegat. c. 21. Vide, Beneficium.*

6. Litteræ Papæ de dando beneficium unò modò, non includunt alios modos.

Cùm autem inter collationem, præsentationem, & institutionem, differentia magna esse noscatur: si cui de beneficio ad alicujus collationem spectante, provideri mandetur, de illo, quod ad ejus præsentationem vel institutionem pertinet, provideri non poterit, nec etiam è converso: expressò enim unò casuum prædictorum, mandatum super hoc factum, (quod debet de sua natura restringi) ad alios extendi non debet. *De Præbendis. in 6. cap. Cùm de illis. §. Cùm autem.*

7. Litteræ de provisione faciendæ non intelliguntur de curatis.

Cùm in illis, quibus beneficia, curam animarum habentia, committuntur, major, quàm in iis, qui ad alia promonentur, idoneitas requiratur: intentionis nostræ nequaquam existit, ut cùm aliquibus de Ecclesiis, personatibus, vel aliis beneficiis quibuscumque, (de animarum cura mentione non habità) provideri mandamus, ipsis de iis, quibus hujusmodi cura imminet, possit, aut debeat provideri. *ibid. §. 1. Cùm in illis.*

8. Litteræ Papæ, in quibus ipse Papa proprium factum narrat, plenè probant, si super illis gratia, vel intentio fundatur.

Litteris nostris, quibus nos dignitates quaslibet seu beneficia, collationi nostræ, vel S. A. reservasse, aut resignationem beneficii alicujus recepisse, seu recipiendi potestatem alii commississe, vel aliquem excommunicasse, seu suspendisse, seu aliquem Capellanum nostrum, vel familiarem fuisse, vel alia similia, super quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, fecisse, narramus, censemus super sic narratis fidem plenariam adhibendam: volentes ad præterita & pendentia (etiam per appellationem) negotia hoc extendi. *Clementina de Probat. cap. un.*

9. Litteræ Apostolicæ in curia recipi debent, vel de manu Papæ, vel de manu ministrorum ejus: aliàs si Laicus, excommunicatur: si Clericus, ab officio & beneficio deponitur. *De crimine falsi. cap. Dura sæpè. Vide, Apostolica Sedes. num. 9.*

10. Litteræ Apostolicæ, expeditæ ante divisionem Diœcesis, habent eundem vigorem post divisionem, quem habebant antè, circa beneficia in tali Diœcesi. *Extra. de Officio delegat. cap. un. Sedes. Vide, Delegatus. tit. 2. num. 28. Extrav. Joannis XXII. De concessione*

præbendæ. cap. Sedes. Vide, Diœceses. num. 3.

11. Litteræ Apostolicæ, expeditæ ante coronationem Papæ, sunt validæ, excommunicati sunt, qui docent contrarium.

Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione hujusmodi, aliquas litteras nostras super negotiis quibuscumque collectas, quæ à nobis ante coronationis nostræ insignia emanarunt, ausi fuerint impugnare, excommunicationis sententiâ innodamus. *Extra. de Sent. excommunic. cap. Quia nonnulli. Vide, Papa.*

12. Litterarum Apostolicarum commodò privatur, qui eas obtinens alteri tradit ejusdem nominis, ut eis utatur, & qui eas accipit, & qui earum vigore alios vocat ad iudicium, cum quibus non habet controversiam, & qui litteras ad futuram tradit controversiam, & qui ob plura negotia plures obtinet commissiones, ut eundem vexet coram pluribus iudicibus & locis simul: & qui citari curat partem in loco aliquo, habente commune nomen cum alio, ut non comparente citatò, contumax declaretur. Et hi omnes tenentur etiam ad expensarum solutionem. *De rescriptis. c. Quia nonnulli. Vide, Apostolica Sedes. n. 8.*

13. Litterarum Apostolicarum executor, admittere potens exceptionem fraudis, non potest pronuntiare super toto negotio. *De sent. & re judic. cap. De cætero. Vide, Executor. n. 4.*

14. Litteras Apostolicas falsas habens, tenetur eas destruere, vel intra terminum dierum viginti eas resignare, sub pœna excommunicationis Papæ reservatæ. *De crimine falsi. cap. Dura sæpè. §. Adjuvantes. Vide, Falsum. n. 17.*

15. Litteræ Apostolicæ novem modis possunt discerni, quòd sint falsæ; quia totidem modis falsificari possunt.

Sicut ex litteris tuis evidenter, Frater Episcopo, accepimus, advocatum H. Clericus eum proposuit, H. Clerico non debere respondere, eò quòd filium fractum esset, quòd nostra Bulla pendebat, & dubitaretur, utrum litteræ illæ à nobis impetratæ fuissent, & in nostra Cancellaria compositæ: circumspeditionem tuæ prudentiæ non immeritò commendamus, quòd hac occasione in causa procedere distulisti, in qua non decuit aliter, quàm feceris, processisse. *Conc. Lat. 3. in append. De interpret. verb. c. 5.*

16. Litteræ Apostolicæ, in quibus Episcopus vocatur Filius, vel Frater minor, vel in numero plurali scribitur uni personæ, sunt falsæ. *ibid. cap. Quam gravi. Vide, Romanus Pontifex. n. 3.*

17. Litteras falsas impetrantes, eodem modò puniendi, quòd falsarii, & quomodo. *ibidem. c. Ad falsarios. Vide, Falsum. n. 19.*

18. Litteras Apostolicas falsificantes, sive per se, sive per alium, excommunicati sunt eò ipsò, & curiæ sæculari tradendi: & si Clerici, antè degradandi.

Nam

Nam cum anathematis interpositio, non solum illos, qui contra beneficia sibi concessa committunt, verum etiam & hos, qui iura S. A. temere dissolvunt, complectendo percussat, ut ut ipsam interpositionem anathematis, quae ad S. A. pertinent privilegia, taceat, post textum praecipionis tibi concessa, in eo duntaxat, quod te mulcet, commemoraveris: aperte claret, te nos huiusmodi argumentum callide tetigisse, cum profecto liqueat, sic illud vinculum anathematis decessoris nostri decretum non observantes, percellere, ut tamen jus A. S. maneat illibatum. . . Tu vero violationis ejusdem privilegii, haberis obnoxius, qui pulsus illis Clericis, ad S. A. provocantibus, manum objicere subdole praeparasse cerneris; ac per hoc illam in eodem constituto anathematis poenam, convenientius incidisse crederis. Videlicet, dum talem crebro dicti privilegii textum, & tenorem, additione, detruncatione, ac mutatione tua cunctis ostenderis. *Nicolaus I. ep. 47. cap. Ad falsarium. ubi supra. Vide, Excommuni. in Bulla Cœna.*

19. Litteris sub nomine Papae utentes, si Clerici, officio & beneficio privandi, filiaci, excommunicentur, donec debite satisfaciunt. *Ibid. c. Ad falsarium.*

20. Non praesumuntur falsae ob omissionem unius characteris.

Nos ergo de discretione vestra non modicum admirantes, cum per praecedentia, etiam subsequencia intelligantur, licet ex scriptoris vitio, vel occupatione, praedictum O fuerit omisum, satis vobis potuerit de mandatoris intentione constare; nec ejus mandatum in ipsius obitu expiraverat, eo quod res integra jam non erat; ac volentes, ut finis litibus imponatur, discretioni V. per Ap. scripta mandamus, quatenus, exceptione huiusmodi non obstante, in negotio ipso juxta priorum continentiam litterarum, sublata cujuslibet contradictione, & app. obstaculo, ratione praevia procedatis. *Honorius III. ex Cirone. De officio & potestate judicis. deleg. c. 1.*

21. Litterae Apostolicae non possunt praesumi falsae, si sunt de simplici justitia. *De crimine falsi. cap. Accedens. Vide, Falsum. num. 13.*

22. Litteris justitiae falsis non utens, dum advertit esse falsas, non incurrit poenas. *Ibidem.*

23. Litterae Apostolicae non praesumuntur falsae, ob rasuram paucarum litterarum in loco non suspecto.

Unde quoniam propria fraus nulli debet prodesse, aut patrocinium ministrare, nos insipientes litteras nostras, & videntes, quod per illam rasuram falsae non possent judicari, nec etiam suspectae haberi, praesertim, cum etiam privilegia in possessionibus abradantur, & litterae in narratione, si est in facto erratum, incunctanter possint abradi, nec litterae illae in suspecto loco fuerint abraesae, vest. F. mandamus, &c. *Concil. Lateranen. 3. p. 49. cap. 3. De crim. falsi. cap. fin. Vide, Beneficium. tit. 19. n. 17.*

24. Pro litteris Apostolicis determinata taxa pretii solvenda. *Extrav. Joann. XXII. De sent. excommunicationis. cap. Cum a Sacrosancta. Primae vice, (exigentes plus debito) per sex menses privantur officio. Secundae vice privantur in perpetuum, & habenda est ratio de litterarum multitudine. Ibid. Vide, Exigere. n. 7.*

25. Linea in Litteris Apostolicis continet dictiones 25. & litteras 150. *Ibid. Vide, Dictio.*

26. Litterae Apostolicae, quibus fit commissio ad causas quasdam indefinire, non derogant prioribus de causa particulari. Nisi fiat mentio etiam de illa causa particulari; imò in tali casu consulendus est Papa, & virtute earum non potest quis conveniri.

Unde quoniam in litteris nostris posterioribus non fuit facta mentio priorum, nec nomina Ecclesiarum concinebantur, quae in prioribus fuerant posita, sed indefinire dicebantur, super quibusdam Ecclesiis: nos attendentes, malitiam & dolum nulli debere patrocinari, & nolentes tantam illusionem impunitam relinquere: discretioni vestrae, &c. Quatenus cum exinde requisiti fueritis, partes ante vestram convocationem praesentiam, & praescriptam causam, secundum formam priorum litterarum, omni occasione & appellatione cessante, diffinitis: & Canonicos, quoniam ausi fuerunt mandatum nostrum eludere, & per surreptionem huiusmodi litteras impetrare, quod nuntius eorum plenius recognovit: Ad metum & poenam aliorum, expensas, quas Monachi tunc ad nos veniendo fecerunt, eis remotò appellationis obstaculo reddere compellatis. *Concilium Lateranen. 3. in append. De interpretatione verborum. cap. 6. Idem ibidem. cap. 7. Vide, Delegatio. n. 8.*

Si autem aliquis auctoritate posteriorum litterarum, per adversarium ad judicem tractus, objecerit, se priores habere, de quibus mentio non habetur, si eis dolò vel negligentia uti proposuit, excusari non debet; si autem copiam iudicis delegati habere nequiverit, per posteriores litteras non poterit conveniri. *Ibidem. cap. 9.*

27. Litteras impetrans suppressò nomine dignitatis, quam habet, nulliter impetrat. *Ibid. cap. 8. Vide, Beneficium. tit. 13. n. 1.*

28. Litterae Apostolicae impetrari non possunt super aliqua causa, sine mandato Domini, aliàs impetratio est nulla, & impetrans ut falsarius punitur, nisi sit ex illis, qui non debent habere mandatum. *Concil. Later. 4. cap. 37. Vide, Apostolica Sedes. n. 7. ibi. cap. Nonnulli.*

29. Litterarum Apostolicarum executio impediri non potest ab ullo Praelato sub quovis praetextu, aut privilegio, sub poena privationis jurisdictionis per tres menses. *Martinus V. constit. 2. Quod antidota. constit. 3. In Apostolica. §. 8.*

30. Habentur poenae aliorum retardantium executionem litterarum Apostolicarum. Item in *constit. 29. Clement. VII. Romanus. poenis excommunic. interdicti, &c. aliis, subjacent impedientes, vel retardantes. Ibid. Leo X. constit. 30. In supremo.*

31. Litterae Apostolicae in Cancellaria Apostolica scribendae, & ordo circa hoc servandus. *Martinus V. constit. 3. In Apostolica. §. 3. Rescribendae ab eo, qui defectum aliquem in eis admisit. Ibid. Sine salario, sub variis poenis, & privatione distributionis, sub poena excommunicationis Papae reservata. Ibid. §. 3.*

32. Litterarum Apostolicarum scriptor in Cancellaria debet per se ipsum immediate exercere suum officium, nisi ab infirmitate impediatur, vel ab alia causa,

fa, per Vicecancellarium cognoscenda. *Ibid. §. 4.*

33. Litterae Apostolicae à quibus signandae. *Ibid. §. 9. Litterae justitiae quomodo comprobandae. Ibid. §. 10. Earum registratio, bullatio, ac salarium. Ibid. §. 34.*

34. Non possunt retardari quoad executionem, & poenae retardantium. *Ibid. §. 8.*

35. Litterae Apostolicae non possunt arrestari ad prorogandum lites. *Martinus V. constit. 5. Romani.*

36. Litterae Apostolicae pro executione sententiae quomodo expediendae, & quid pro eis solvendum. *Ibid. §. 3.*

37. Litteras Apostolicas impetrantes, cum expositione, quod sint tales, quales non sunt, ut eas gratis recipiant, excommunicantur, & litterae nullae sunt. *Innocentius VIII. constit. 11. Cum sicut.*

38. Litterae Apostolicae non subscriptae ab Abbreviatoribus, nullius sunt roboris. *Leo X. constit. 14. Summi.*

39. Litteras illas non subscriptas sollicitantes, ut falsarii sunt puniendi. *Ibid.*

40. Litterae Apostolicae in favorem Auditorum Romanae Rotae gratis expediendae. Idem pro eorum loca tenentibus faciendum, concedit *Leo X. constit. 3. Sedis.*

41. Litterae Apostolicae super resignatione beneficiorum, quomodo expediendae. *Pius V. constit. 32. Cogit.*

42. Litteras indulgentiarum & gratiarum gratis expediendae, (exceptò salariò registraturae) statuit *Pius V. constit. 64. Decet.* Et quae sunt hae litterae gratiarum, seu indulgentiarum. *Ibidem. Vide, Indulgentiae.*

43. Litterae expediendae pro Religioso obtinente beneficium, cum clausula: *Quòd solò nutu Abbatis vel Superioris amoveri non possit*, non expediuntur, nisi auferatur clausula haec, vel eas ex parte signet Papa. *Urbanus VIII. constit. 6. cap. 39.*

44. In litteris Apostolicis exprimendum, si resignatio beneficiorum fit cum permutatione. *Ibid. cap. 40.*

45. In litteris Apostolicis non suppletur aliquis defectus, nisi hic exprimat in petitione, & in signatura apponatur: *Fiat, ut petitur. Ibid. cap. 41.*

46. Litteris pro Juris Patronatus expeditione in curia. Vide, *Jus patron.*

47. Litterae resignantis, & resignatarii, si ab illo reservetur pensio, expediri non possunt, nisi resignatarius acceptet solvere pensioem. *Urbanus VIII. constit. 6. c. 45.*

48. Litterae beneficii vacaturi per ingressum Religionis, quomodo expediendae. *Ibid. cap. 46.*

49. Litterae executionis debent exprimere nomen iudicis, positi in signatura. *Ibid. cap. 48.*

Tomus II.

50. Litterae dispensationum in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, continere debent clausulas: *Si mulier rapta non fuerit, & si scienter, &c. Ibid. cap. 49.*

51. Litterae dispensationum super defectu natalium, ut succedatur in bonis, quomodo expediendae. *Ibidem. Vide, Dispensatio.*

52. Litterae expediendae pro beneficiis vacaturis, aut per ingressum Religionis, quid debent continere. *Urbanus VIII. constit. 6. cap. 58.*

53. In litteris Apostolicis aliquid scribes, corrigentes, vel delentes ignoranter, possunt absolvi per Vicecancellarium, & Regentem Cancellariae. *Ibid. cap. 71.*

54. In litteris Apostolicis potest Vicecancellarius & Regens corrigere nomina & cognomina, non tamen personarum, quibus facta est gratia. *Ibid.*

55. Litterae beneficiorum vacantium per privationem, &c. ut in constitutione *Execrabilis*, expediendae cum clausula: *Si ita est. Urbanus VIII. constit. 6. cap. 61.*

56. Litterae Cancellariae Apostolicae faciunt fidem in omni iudicio. *Urbanus VIII. Ibid. cap. 28.*

57. Litterae omnes Apostolicae, quae requirunt informationem facti, expediendae sunt cum clausula: *Si ita est. Ibid.*

58. Litterae Apostolicae, sive gratiae, sive justitiae, quando faciunt fidem. *Vide, Scripturae.*

59. Litterarum Apostolicarum Summator. *Vide, Summator.*

60. Litterae de promovendo ad Ordines à quolibet Antifite, non concedantur à Penitentiario Romae, nisi iusta assignetur causa, cur ab Ordinariis non sunt petentes promoveri. *Pius IV. constit. 53. In sublimi.*

61. Litterae Apostolicae quomodo expediendae, & quò sigillò. *Gregorius XIII. constit. 96. Quae à Romano.*

Vide, Impetratio. Vide, Commissio. Vide, Delegatio. Vide, Indulgentia. Vide, Falsitas. Vide, Scripturae. Vide, Sedes Apostolica. Vide, Cancellaria. Vide, Papa. &c.

III. Litterae Conservatoriae.

1. Litteras conservatorias obtinens, non potest se tueri, quin ab Episcopo, seu alio Ordinario conveniatur in causis criminalibus, & mixtis. *Concil. Tridentin. sess. 14. de Reform. cap. 5. Exciipiuntur Regulares, eorum loca & hospitalia, ac illorum personae. Ibid.*

2. Litteras conservatorias obtinens in civilibus, si est actor, non potest trahere partem ad suum iudicem. Si vero est reus, & ejus conservator allegatur suspectus ab actore, vel oritur controversia de jurisdictione inter Conservatorem & Ordinarium, non pro-

Rf

cc-

cedatur in causa, donec per arbitros dirimatur lis de competentia iudicis. Excipiuntur prefata personæ, & loca. *ibid. cap. 5.*

3. Litteræ conservatoriæ non suffragantur ultra quinquennium, non profunt nisi habenti, & duobus ejus familiaribus. Excipiuntur Regulares, Collegia, Hospitalium personæ, & prefatorum loca. *ibid.*

4. Litteræ conservatoriæ semper profunt pro miserabilibus personis. *ibid. cap. 5.* Vide, *Judices Conservatores.*

IV. Litteræ de Avisi, & aliæ.

1. Litteras de Avisi facientes, dictantes, tenentes, quæ continent aliquid contra honorem, famam, &c. alicujus, quibus pœnis puniendi. *Pius V. consil. 147. Romani.* Bona eorum confiscantur. *ibidem.*

2. Litteras Bannitorum ferentes, per quas minantur partibus offensis, nisi ab eis pacem habeant, vel alia similia continentes, incurrunt crimen lætæ Majestatis. *Innoc. VIII. consil. 114. Licet.*

Litteratus.

Litteratis viris maxime indiget Ecclesia. *De Electione. &c. in 6. cap. Cum ex eo.* Vide, *Ecclesia. tit. 1. n. 15.*

Lis, Lites.

1. Lis dicitur à limitis contentione; quia prius limites dividebant agros.

Jurgium dicitur, quasi juris garrum, eò, quod hi, qui causam dicunt, jure disceptant. Lis autem à contentione limitis prius nomen sumptis de qua Virgilius: Limes erat positus, litem ut diserneret agris. Causa, aut argumentò, aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed solâ investigatione invenit veritatem: unde dictum est argumentum, quasi argutè inventum. Probatio autem testibus, & fide tabularum constat. *De Verborum signif. cap. Forus.*

2. Lites & jurgia non fiant temporibus juniorum. *Post ep. 13. Liberij. c. 1.* Vide, *Jejunium. n. 35.*

3. Lites de rebus Ecclesiasticis per duos vel tres testes sunt terminandæ.

Ut omnis controversia, quæ de Ecclesiasticis rebus sit, secundum divinam legem sub duobus, vel tribus testibus terminetur, testis est Dominus, cum dixit: Non unus stet contra alium, sed in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. *Post Conc. Allerdense. cap. 5.*

4. Lite vertente inter aliquos, res, quæ litigatur, in nullius possessionem est transferenda. *11. qu. 1. cap. Quia res. infra.*

5. Lite durante, nullus audeat rem litigatam sibi assumere.

Quia res in litigio posita, in nullam transferri potest omnino personam, donec legitima cognitionis eventus, cui potius debeat, judiciaria disceptatione possit agnosci, ex eadem re quisquam non sinatur exigere pensiones: sed in eodem statu, re eadem positâ, in quo videtur (sicut dictum est) ante constituta, quisquis sibi putat, quidpiam posse competere, iudicò pulset examine, præjudicis omnibus inde submois. *11. quest. 1. c. Quares.*

6. Lite pendente nihil innovandum circa possessionem, & factum est nullum.

Statuimus, ut litteræ prohibitionis nostræ, quas ad petitionem Archiepiscopi Cantuar. t. Fr. direximus, nullum tibi præjudicium faciant, quò minus tibi, & successoribus tuis, liberum sit, (quemadmodum vobis est beneficio privilegiorum A. S. indultum, & tu, & prædecessores tui consuevisti facere) ante vos per totam Angliam deferre crucem, quousque diffinitivâ sententiâ decernatur, an Ecclesia tua de jure hoc debeat habere. *Ut Lite pendente. c. 1. Clementina sub eodem tit. cap. fin. Vide, Citatio. n. 9.*

7. Lite pendente inter duos, nequit eligiterius, imò neque si alter renunciat, vel moriatur. *Ut lite pendente. in 6. cap. 1. Vide, Electio. tit. 1. num. 44. ibid. cap. fin. Vide, Beneficium. tit. 43. n. 4.*

8. Lite pendente mortuò beneficiatò, si alii ad defensionem velint admitti, admittantur in eo statu, in quo antea erat lis. *ibid. cap. fin.*

9. Lite pendente adulter accusatus non est privandus possessione conjugis. *Ut Lite pendente cap. Laudabilem. Vide, Adulter. n. 10.*

10. Lite pendente nullus potest alienare rem litigiosam, alienans tenetur ad æquivalentem restitutionem. *ibid. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. Vide, Alienare. tit. 1. num. 23. & cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. il. 2. Vide, ibid.*

11. Lite pendente in curia de beneficio, si uterque litigans moritur, dispositio pertinet ad Papam, si extra, pertinet ad Ordinarium, vel alium jus habentem. Si verò unus moriatur in curia, alius extra, si moriens in curia possidebat, Papa confert, si quis extra, Ordinarius confert. Si neuter possideat, Papa confert. Si alter superstes litigare velit, interim nulli detur, sed ei detur, post causam, cui de jure. Quòd si declaretur beneficium pertinuisse ad defunctum, Papa confert, si in curia mortuus sit; Ordinarius verò, si extra. Si ad neutrum spectat, Ordinarius confert. *Clement. Ut lite pend. c. 1. Vide, Beneficia. tit. 11. n. 28.*

12. Lis dicitur pendere, postquam à giudice competente facta est in ea citatio, & hæc pervenit ad partem, vel curatum est, ut ad eum perveniret, & in citatione expressa sunt illa, de quibus convenitur citatio. *Clement. Ut lite pendente. cap. fin. Vide, Citatio. n. 9.*

13. Lis dicitur mota, quando est contestatò.

Ex parte vestra fuit propositum, quòd Præpositus, & Canonici Aret. sententiam, quam I. Papa prædecessor noster, super Molendino D. Callian. ac aliis articulis promulgavit, in recidiva questionis scrupulum reducere molientes, asserunt: capitulum illud, & ejusdem sententiæ, quò dicitur: nè canonica ipsa impediatur, quò minus monasterium vestrum, Molendinum præfatum de Callian. reedificare valeat in eo statu, in quo fuisse dignoscitur tempore mortis litis, &c. vobis è contrario asserentibus, illud esse intelligendum de tempore, quò lis super hoc inter vos, & præfatum Canoniam existit contestata. Nos igitur, consideratò

eadem sententiâ, quòd in præfato capitulo dicitur: de tempore mortis litis: interpretamur esse referendum ad tempus, quò lis contestatio facta fuit. *De Verbor. signif. cap. Ex parte vestra.*

14. Lites debent celeriter terminari.

Jurgantium controversias celeri sententiâ terminare, & aequitati convenit, & rigori. *De Sententiâ & re judicata. cap. Jurgantium.*

15. Lites decidendæ secundum jura temporis controversiæ, non secundum privilegium impetratum lite pendente.

Dilectus filius, &c. exposuit coram nobis: quòd cum inter prædecessorem suum ex parte una, & Priorem ac monachos de Bassevilla ex altera, super decimis novallium intra fines Parochiæ suæ consistentium, quæstio emersisset, eà pendente coram iudicibus delegatis, Abbas, & Conventus majoris monasterii Turonensis, quibus subfuit Prior, & Monachi supradicti, pro se, ac membris suis obtinuerunt à S. A. indulgentiam, super perceptione hujusmodi decimarum, cujus prætextu Prior, & Monachi supradictas decimas sibi vindicare contendunt, licet in indulgentia de dicta quæstione facta mentio non fuisset. Ideòque mandamus, quatenus eisdem iudicibus injungatis, ut (indulgentiâ non obstante prædictâ) in negotio ipso procedant, juxta traditam sibi formam. *Ut Lite pendente. cap. fin. Dilectus filius.*

16. Lite pendente coram Papa de natali alicujus, nullus debet ferre iudicium de jure successione in bonis. *Honorius III. Ex Cirone. De Ordine cognitionum. cap. 1. Tuam. ex Honorio III. Vide, Hæres. n. 18.*

17. Si lis decidenda intra certum tempus committatur, terminus incipit currere, cum iudices habent litteras. *De Appel. & recusat. cap. Super eo. il. 2. Vide, Appellare. tit. 2. n. 6.*

18. Lite ad Papam advocatâ, acta quæ fiunt, sunt nulla. *ibid. c. Ut nostrum. Vide, Appellare. tit. 7. n. 15.*

19. Lite existente de beneficio, vel dignitate, quando fieri potest compromissio à litigantibus. *Vide, Beneficium datum duobus. Vide, Electio.*

20. Litigiosæ rei confirmatione factâ à Papa, non impeditur Ordinarius, quin judicet in lite. *De confirmat. utili, &c. cap. 1. Vide, Confirmat. Legel. num. 10.*

21. Lites plures personales contra eundem moveri non possunt in locis distantibus; litteræ sic impetratæ sunt nullæ, & impetrans tenetur ad expensas. *De rescriptis. cap. Quia nonnulli. Vide, Apostolica Sedes. n. 8.*

Litis contestatio.

1. Lite non contestatâ, nihil valet processus in causa. *De Litis contest. cap. un. Vide, Contestatio litis. n. 1.*

2. Litis contestatio fit per petitionem in jure positam, & per responsum factam. *De Electione. &c. cap. Dudum Ecclesia Roth. §. Licet. Vide, ibid.*

3. Lite non contestatâ, non possunt recipi testes. *Ut lite non contestatâ. Cap. 1. Ad hoc Deus. Vide, Adulter. n. 12.*

4. Lite non contestatâ, in causa restitutionis sententia ferri non potest, nec etiam

contra contumacem. *ibid. cap. Accedens. Vide, Contumax. n. 2.*

5. Lite non contestatâ possunt repeti testes in his casibus, si timetur de morte testium, vel absentia diuturna, vel sunt senes valetudinarii, & adversarii sit contumax, vel absens, ut non possit conveniri. Sed tunc intra annum actor debet adversarium convenire, vel testium repetitionem ei denunciare. Aliàs nulla est repetitio.

Quoniam frequenter in dubium revocatur à multis, an lite non contestatâ testes recipi valeant? Autoritate præsentium duximus declarandum, regulariter verum esse, quòd lite non contestatâ, non est ad receptionem testium procedendum, nisi fortè de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, in quibus casibus, cum civiliter est agendum, (nè veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur) senes & valetudinarii, & alii testes, (de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur) etiam lite non contestatâ sunt procul dubiò admittendi, si pars conventa sit contumax, si sit absens absque malitia, ut conveniri non possit. Sed si actor non convenerit adversarium infra annum, ex quo conveniri poterit, vel saltem receptionem hujusmodi testium non denunciaverit illi: Attestationes sic receptæ, non valeant, nè fortè hoc procuret in fraudem, ut processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ, locum habere non possint. *ibid. cap. Quoniam.*

Nos igitur attendentes, quòd jure fit civile statutum, ut quando periculum testium formidatur, nè veritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestatâ testes valetudinarii, & alii, de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur, ad testimonium admittantur, &c. *De confirm. utili. &c. cap. Cum dilecta.*

6. Lite non contestatâ in causa matrimoniali, possunt repeti testes contra contumacem, & terminari causa.

Porrò speciales cause possunt occurrere, in quibus casualiter esset aliud observandum, ut, (v. g.) si super alicujus electione, vel copula maritali, quæstio moveatur; tunc etenim, (nè propter longam moram in spiritualibus, & temporalibus, patiatur Ecclesia læsionem, vel viro, si ve mulieri fornicationis occasio præbeatur, maxime cum propinquitatis gradus opponitur Lege Divinâ prohibitus) in hujusmodi casibus, (si contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda, si ve quia peremptoriâ citatione receptâ, venire contemnit, si ve quia malitiosè seipsum occultat, si ve quia impedit, nè possit ad eum citatio pervenire) testes lite non contestatâ sunt merito admittendi, & nihilominus, (si de causa liqueat) ad diffinitivam sententiam procedendum. *ibidem. cap. Quoniam. §. Porrò.*

7. Item possunt repeti testes, lite non contestatâ, quando imminet publicatio testium.

Sunt & alii casus similiter speciales, in quibus absque liti contestatione legitime possunt testes produci, ut quando excessuum inquisitio, vel testium publicatio imminet faciendâ. *ibid. §. Sunt & alii.*

8. Lite non contestatâ, testes possunt produci, si actor est contumax. *De dolo & contumacia. cap. Causam. Vide, Actor. n. 8.*

9. Lite non contestatâ, si reus est contumax, potest actor mitti in possessionem causâ custodiæ. *Ut lite non contestatâ. Cap. Tunc fraternitatis. Vide, Actor. n. 19.*

10. Lite non contestatâ, quid agi possit, & quid non. *ibid.*

11. Lite non contestatâ, si proceditur per viam Inquisitionis, quando potest ferri sententia depositionis. *De dolo & contumacia. cap. Veritatis. Vide, Absens. tit. 1. num. 5.*
12. Lis non remanet contestata, si eadem die responsio Advocati revocatur. *De appellat. & c. cap. Cum causam. Vide, Appellare. tit. 1. n. 15.*
13. Lite non contestatâ si proceditur in causa, validè appellatur. *ibid. c. Significante. Vide, ibid. n. 17.*
14. Lite non contestatâ in causa appellationis, ex contumacia partis absentis, potest Judex ad quem definire. *De appellat. & c. cap. Interposita. §. fin. Senè parato. Vide, Appellare. tit. 16. n. 2. Vide, Absens.*
15. Lis non contestatur per exceptionem peremptoriam. *De liti contest. in 6. cap. 1. & 2. Vide, prout tit. precedenti. n. 7. Vide, Contestatio.*

Litigantes.

1. Litigans cum alio de beneficio, personatu, &c. ob contumaciam partis, quando potest mitti in possessionem, causâ rei servandâ. *De eo qui mittitur, & c. in 6. c. un. ex Conc. Lugdun. General. 1. Vide, Absens. tit. 1. num. 5. Vide, Beneficiales cause.*
2. Litigantes in principio litis tenentur dare juramentum calumniæ, (exceptis Clericis) & aliquando etiam isti. *De Juramento calumniæ. cap. 1. Vide, Clerici. tit. 47. num. 5.*
3. Litigantes, seu potentes, vel iudices pauperum oppressores, quomodo ab Episcopo coercendi.
Episcopi in protegendis populis, ac defendendis, impositam à DEO sibi curam non ambigant, ideoque dum conspiciunt iudices, & potestates, pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint emendare eorum insolentiam, Regis aures intiment, ut quos sacerdotalis admonitio non flecitur ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coercat. Si quis autem Episcoporum neglexerit, Concilio reus erit. *Conc. Toler. 4. c. 32.*
4. Litigantes in curia Romana non possunt ab Episcopis excommunicari, aut privari beneficiis, vel aliter molestari, sub pœna suspensionis ipsò factò. *Extrav. De panis. cap. Divina. Vide, Episcopus. tit. 31. num. 26.*
5. Litigantes in curia Romana non possunt ab aliquo offendi, neque immediatè, neque mediatè, sub pœna excommunicationis Papæ reservatâ. *Alexander VI. const. 11. In eminenti.*
6. Episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget. *14. qu. 1. c. 1.*
7. Litigantes Romæ. Vide, *Offendens. Vide, Roma. Vide, Curiales.*

Locus.

1. Locus non salvat, sed gratia.
Illud autem animadvertite, extra Paradisum vir factus est, & mulier intra Paradisum, ut advertas,

quòd non loci, non generis nobilitate, sed virtute uniusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra Paradisum factus, hoc est, in inferiore loco, vir melior invenitur, & illa, quæ in meliore loco, hoc est, in Paradiso, facta est, inferior reperitur. *Dist. 40. cap. Illud autem.*

Qualibet occulta loca, sine gratia DEI animam salvare non possunt: quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus Electorum. Nam Loch in ipsa perversa civitate, fuit justus, in monte peccavit. Sed ista cur dicimus, cum majora noverimus? Quid enim Paradiso jucundius, quid Cælo securius? Et tamen homo ex Paradiso, & Angelus de Cælo peccando cecidit. *ibid. c. Qualibet.*

Adam primus homo, pro peccato de Paradiso ejectus est: hoc est, quia DEI nobilitatem à se dejecit, nobilitate loci privatus est. *ibid. c. Adam.*

2. Locus non facit sanctum, sed meritum. *Dist. 40. cap. Non loca. Vide, Episcopus. tit. 1. n. 17. ex Greg. I. lib. 6. ep. 29.*
3. Locus dignitatis non facit sanctum, sed merita.

Non est facile, stare locò Pauli, & tenere gradum Petri, jam cum Christo regnantium; quia hinc dicitur: Non Sanctorum filii, qui tenent loca Sanctorum, sed qui exercent opera eorum. *Ibid. cap. Non est facile. cap. Ante. Vide, Dignitas. tit. 1. num. 1. cap. Non loca. cap. Nos qui. Vide, ubi supra. cap. Illud. cap. Qualibet. & cap. Adam. Vide, supra n. 1.*

4. Loci primatum desiderans in terra, inveniet confusionem in cælo.

Multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes: multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super Cathedram, quia non Cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum: non omnis Sacerdos sanctus, sed omnis Sanctus Sacerdos, &c. Quicumque desideraverit primatum in terra, inveniet confusionem in Cælo; nec inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit, nec unusquisque eorum festinet, quomodo aliis major appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur; quoniam non qui major fuerit in honore, ille est justior: sed qui fuerit justior, ille major; conversatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus. *ibidem. cap. Multi Sacerdotes.*

5. Locus desertus quinam dicatur. *De verbor. signif. in 6. c. 1. Vide, Desertus locus.*
6. Locus in quo fuit sepultus hæreticus, perpetuò careat sepulturâ. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. Vide, Hæreticus. tit. 15. num. 1.*
7. Locus religiosus debet à Religiosis reformari.

Quandiu monasteria per regulas remanere poterunt ordinata, non sunt ad sæculares Clericos transferenda. Sed si Regulares defuerint, propter eorum defectum in eis sæculares Clerici poterunt ordinari. *De religiosis domibus. cap. Inter quatuor. Vide, Monasteria. Vide, Regulares.*

Loca Sacra.

1. Loca sacra non juvant mortuum in peccatis mortalibus. Sed juvant morientem sine peccatis prædictis.
Quibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis post mortem adjuvari non possunt; quia quos peccata graviora depriment, si in sacris locis se sepeliri faciunt, restat, ut de sua præsumptione iudicentur: Quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis acculat. *13. q. 2. c. Quibus peccata. ibid.*
2. Loca sacra fieri non possunt diversoria communia, sub pœna excommunicationis.

Quoniam à quibusdam viris quedam venerabiles domus surripiuntur, tam videlicet Episcopia, quam monasteria, & facta sunt communia diversoria, si quidem voluerunt hi, qui hæc retinent, reddere ea, ut secundum antiquitatem restarentur, benè & optimè est; alioqui si de sacro Catalogo fuerint, hos depone præcipimus; si verò Monachi, vel Laici, excommunicari, quos nimirum constat condemnatos esse à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & depitentur, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur, quia voci Domini adversantur, qui dicit: (Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.) *19. qu. 3. cap. Quoniam à quibusdam.*

3. Loca sacra in Urbe, si dilatanda sint, possunt vicini compelli ad vendendum domos, loca, &c. Licet pro aliis sit redactum ad jus commune. *Pius V. const. 126. Ad hoc.*

Loca pia.

1. Loca pia immunia sunt à tributis. *23. qu. 8. cap. In qualibet. Vide, Ecclesia. tit. 47. num. 11.*
2. Loca pia omnia subsunt Episcopo. *De religiosis domibus. cap. de Xenodochijs. Vide, Episcopus. tit. 15. n. 44. Vide, Episcopus. Et visitantur ab eo, ut delegato Papæ. Nisi sint sub potestate Regum immediatè. Concilium Tridentinum. sess. 6. de Reformat. cap. 9.*
3. Locus deputatus ad Hospitalium, non potest ab Episcopo ad prophanum usum converti. *De religiosis domibus. cap. Ad hæc. ibid. n. 12.*
4. Locus religiosus debet à Religiosis reformari, non à sæcularibus. *ibidem. cap. Inter quatuor. Vide, Locus. n. 7.*
5. Loca pia non solvunt quartam pro legatis. *Extra. De privilegijs. cap. Inter cunctas. Vide, Ecclesia. tit. 72. n. 7.*
6. Locus, in quo fuit sepultus hæreticus, perpetuò careat sepulturâ. *De hæreticis in 6. cap. Quicumque. Vide, Locus. n. 6.*
7. Loca pia, monasteria, &c. non tenentur hospitari milites in Statu Ecclesiastico. *Pius V. const. 111. Cum nil. & const. 148. Cum sicut.*
8. Loca pia non possunt alienare bona. *Pius IV. const. 53. In sublimi. Vide, Alienare.*
9. Neque eam à S. Pœnitentiario possunt obtinere. *ibid. Vide, Alienare.*
10. Locorum piorum bona vel jura usurpantes, si Laici, excommunicantur, si moniti non desistunt; & ipsi, ac successores usque ad quartum gradum privantur beneficiis Ecclesiæ, & inhabiles sunt ad ea. *Concil. Ravennat. 2. sub Clem. V. cap. 26. Vide, Clerici. Communicantes verò, interdicto supplicantur, consilarii earum, Rectores, &c. nominatim excommunicantur, & perpetuò fiunt inhabiles. ibid. c. 26. Vide, Ecclesia. tit. 48. n. 18. seqq.*
11. Locorum piorum Administratores tenentur omni anno reddere rationem Ordinario, non obstante consuetudine in contrarium, nisi in fundatione aliter

sit statutum. *Concil. Tridentin. sess. 22. de Reform. cap. 9.*

12. Quòd si ex consuetudine, privilegio, &c. aliis reddenda sit de eis ratio, inter eos primus sit Episcopus. *ibid. c. 9.*
13. Locorum piorum bona, census, aut jura usurpans, vel impediens, ne ad loca pia perveniant, anathema est, quousque loca in pristinum restituantur: & si patronus id faciens est Ecclesiasticus, præter dictam pœnam, privatur Jure Patronatûs, & beneficiis: si Laicus, Jure Patronatûs. *Concil. Tridentinum sess. 22. De refor. cap. 11.*
14. Loca pia habentes in titulum, commendam, administrationem, &c. tenentur ad eorum restaurationem: tenentur recuperare amissa, malè usurpata: tenentur ad hospitalitatem ex fructibus, quos inde percipiunt. Compelli ad suum munus possunt ab Episcopo; & per hunc privari officio in perpetuum.

Qui hospitalia, seu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve usum præcipuè instituta, in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut Ecclesiis suis unita obtinent; domos, & ædificia horum locorum ruinosâ, vel disjecta faciant, & restaurant. Quæ aliis occupata, aut amissa, injustè alienata sunt, recuperent. Impositum illis onus, & officium omnino obeant. Hospitalitatemque ex fructibus illi muneri attributis, re ipsâ exercent, cæteraque omnia præsent, quæ à Vienne, & Tridentino Concilio præscribuntur. Quod officium, si moniti ab Ordinario non fecerint, vel per Ecclesiasticas censuras, & alia juris remedia ad sui muneris functionem compellantur; vel ejusdem Tridentini Concilii præscripto eos Episcopi ab illa administratione, curave in perpetuum amoveant. *Conc. Mediol. 1. p. 3. tit. De piorum locorum administratione.*

15. Locorum piorum fructus, malè percepti ab aliquo, non possunt ei condonari, neque per Episcopum.
Quibus nullò modo condonent, aut remittant eos fructus, quos contra Hospitalium institutionem perceptos, in foro conscientie restituere tenentur. *ibid.*
16. Locorum piorum debitores non possunt ea administrare.
Qui pecuniam Ecclesiis, confraternitatibus, aut quibuscumque pijs locis debent, illorum Procuratores, Syndici, Ministri esse, aut ullam denique eis officii, aut negotii partem administrare non possunt. *ibidem.*
17. Locorum piorum Administratores, antequam munus suscipiant, tenentur jurare de fidelitate gubernii.
Administratores Ecclesiastici, vel Laici, piorum locorum, sive Hospitalia, Montes pietatis, Confraternitates misericordie, Charitates, Consortia, Disciplina, sive aliò quocumque nomine nuncupata sint, qui nunc sunt, intra tres menses, qui deinceps deligentur, antequam ad administrationem accedant, jurent, se fideliter & accuratè munus suum exequentos. *ibid.*
18. Locorum piorum bona, possessiones, &c. non arbitriò ministrorum, sed publicè locanda proponantur; & debitoribus eorum nihil locandum.

Piorum locorum bona administratorum arbitriò, nè locentur, sed publicè locanda proponantur, factâ omnibus conducendi potestate. Quos pijs locis aliquid

debere confiteri, iis eorum locorum bona locari, nē liceat. *ibid.*

19. Conducens ea bona det fidejussorem, aliās nihil facit, & nullus est contractus.

Qui piorum locorum bona conducere voluerit, det idoneum fidejussorem, cum quo iure agi possit, æquē atque cum ipso principali conductore. Aliter facta locatio, & conductio, irrita, ac nulla sit. *ibidem.*

20. Loca pia visitari possunt ab Episcopis, & quomodo. Vide, *Episcopus quoad visitationem.*

Loca Montium.

Vide, *Montium loca.*

Locationes, Locare.

1. Locationes bonorum Ecclesiarum, vel piorum locorum, quomodo faciendæ. Vide, *Ecclesiæ bonorum locationes, &c.* Vide, *Alienatio.*
2. Tales locationes fieri non possunt anticipatis solutionibus in præjudicium successorum, & si fiant, nullæ sunt. *Concil. Trid. sess. 25. de Ref. cap. 11.* Non obstante privilegio, &c.
3. Locari non possunt jurisdictiones Ecclesiasticæ, nominandi Vicarios in spiritualibus, aut deputandi. *ibid.* Vide, *Ecclesiastica jurisdictio.* Vide, *Jurisdictio.*
4. Locante aliquod animalia, si pereunt, locatori pereunt, nisi fuerit negligentia conducentis.

Et in locationibus animalium, quæ sunt certò pretiò, si illa absque dolo, aut negligentia ejus, qui duxit, deteriora fiant, id semper sit damnò ejus, qui locarit. Si autem animalia dentur astimata, ita ut fors danti salva sit, nihil omninò percipi possit. *Conc. Mediol. 1. part. 2. tit. De usuris.*

5. Locatores hospitorum Bononiæ à quibus debent abstinere; & quomodo non possunt ante tempus locare hospitia scholarium, sub pœna excommunicationis. *De Locat. & conduct. cap. 1.* Vide, *Bononia. n. 5.*
6. Locans domum alicui, quando potest expellere inquilinum ante tempus. Vide, *Inquilinus.*
7. Locationes bonorum Ecclesiæ fieri non possunt ultra triennium. *Paulus II. const. 5. Ambitiosus.* Vide, *Ecclesiæ bonorum locationes, &c.* Vide, *Alienare. Urban. VIII. constit. 51. Humanæ.* revocat omnes facultates. Neque confirmari possunt ultra triennium.
8. Locare decimas. Vide, *Decimæ.*
9. Locationes bonorum Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, locorum piorum, &c. Romæ fieri non possunt consanguineis, vel affinibus, usque ad tertium gradum. Rectorum, Gubernatorum, Superiorum, &c. curam habentium talium Ecclesiarum, nec directè, nec indirectè, sub pœna nullitatis contractuum, amissionis fructuum, emolumentorum inde provenientium

& excommunicationis latæ sententiæ, Papæ reservatæ. Si verò pro utilitate dictorum locorum, &c. expediat, locationes fieri consanguineis, &c. præfatis, fieri debent de consensu Capituli, Congregationis, &c. respectivè per secreta suffragia, cum duabus (ex tribus partibus) consentientibus. Quoad Cappellanos verò beneficiatos, Commendatarios, Reservatarios, &c. de licentia Cardinalis Vicarii, & confirmatur constitutio *Pauli II. Ambitiosæ.* circa alienationem bonorum dictarum Ecclesiarum. *Alexand. VII. const. incip. In suprema. datâ 23. April. An. 1657.*

Lombardia.

Lombardiæ Episcopi quas & à quibus exigere possunt procurationes, quando visitant. *Extra. de Cens. cap. V. electionis.* Vide, *Alemania.*

Loqui.

1. Loquens cum excommunicato, de rebus pertinentibus ad animam, etiam si alia interponat, non est excommunicatus. *De Sent. Excommun. cap. Cum voluntate.* Vide, *Excommunicat. tit. 9. num. 2.*
2. Loquens, vel aliò modò participans cum excommunicato, incurrit excommunicationem minorem. *Eo. In 6. cap. Constitutionem. & cap. Statutum.* Vide, *Excommunicatio. tit. 1. n. 29.*

Pluralis locutio, duorum numerò est contenta. *De reg. Jur. in 6. reg. 40.*

Loth.

Loth non de incestu cum filia, sed de ebrietate culpatur.

Inebriaverunt Loth filie ejus, & se nascienti miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas. *15. qu. 1. cap. Inebriaverunt.*

Lucifer.

Lucifer fuit de Ordine Cherubinorum, & cunctis præivit scientiâ.

Hujus principatûs celsitudinem adhuc idem Propheta intuens, adjungit: (Tu Cherub extensus, & protegens in monte Sancto DEI, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti.) Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur, & idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientiâ non dubitatur: qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulavit, quia inter Angelorum corda, charitatis igne succensa, clarissis gloria conditionis exstitit. *De Potuit. dist. 2. cap. ultimo. Principium.*

Lucrum.

1. Lucris temporalibus servientes, non sunt apti ad DEI servitium. *Dist. 86. cap. Pervenit.* Vide, *Clericus. tit. 37. n. 1.*
2. Lucrum turpe est, vendere, plus, quam emptum est. *14. qu. 4. cap. Quicumque.* Vide, *Emerere. n. 4.*
3. Lucrum fieri non potest de re pignorata. Si tamen cedit in beneficium Ecclesiæ, potest.

Generalis Concilii decrevit autoritas, ut nullus constitutus in Clero, vel hoc, vel aliud genus usuræ exercere præsumat, & quis alicujus possessionem, datâ pecuniâ, sub hac specie, (vel conditione) in pignus acceperit, si sortem suam, (deductis expensis) de fructibus jam perceperit, absolūtè possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eò receptò possessio liberè ad Dominum revertatur. Quòd si post hujusmodi constitutum, in Clero quisquam exstiterit, qui detestandis usurarum lucris insistat, Ecclesiastici officii periculum patiatur. Nisi fortè Ecclesiæ beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modò, de manu Laici videatur. *De Usuris. c. 1.*

Quoniam non solum viris Ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet aliis, periculosum est, usurarum lucris intendere: autoritate præsentium duximus injungendum, ut eos, qui de possessionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem, (deductis expensis) receperunt: ad eadem pignora restituenda, sinè usurarum exactione, Ecclesiasticâ districtione compellas. *ibid. cap. 2.*

4. Lucro vacantes Clerici. Vide, *Clericus circa negotia secularia.*

Ludovicus.

1. S. Ludovicus Rex Franciæ canonizatur à *Bonifacio VIII. const. 6. Gloria Laus.*
2. S. Ludovicus, Episcopus Tolosanus, Ordin. Minor. Filius Regis Siciliae, canonizatur à *Joaanne XXII. constitut. 2. Sol oriens.*
3. S. Ludovici, Nationis Gallicanæ Ecclesia Parochialis Romæ erigitur, extinctâ aliâ Parochiâ, dictâ S. Nicolai in Agone, & applicatis fructibus hujus Ecclesiæ, præfatae S. Ludovici. *Gregor. XV. const. 38. Dum ad Sacram.*
4. In ea Ecclesia erigitur pariter confraternitas, ad pia opera exercenda. *ibid.*
5. Ludovicus primus Rex Franciæ. Vide, *Clodoveus.*

Ludus, Ludicrum.

1. Ludi theatrales fieri non possunt per Clericos. *De vita & honest. Cleric. cap. Cum decorem.* Neque possunt fieri in Ecclesiis per quoscunque. *ibid.* Vide, *Clerici. tit. 17. n. 7.*
2. Ludicra ars non potest per Christianos exerceri.

Et de his etiam petendum, ut si quis ex qualibet ludicra arte, ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non cum liceat, à quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi. *Conc. African. cap. 30.*

3. Ludicra spectacula in conviviis & nuptiis à Clerico fugienda.

Non liceat Sacerdotibus, vel Clericis aliqua spectacula in nuptiis, vel in convivio spectare: sed oportet, antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere, & recedere inde. *Conc. Lucen. c. 60.*
4. Ludi scandalosi sunt prohibiti Clericis.

Ludos noxios, & scandalosos omnibus quidem, sed Clericis præsertim prohibemus. *Concilium Turonen. 4. cap. 5.* Vide, *Clerici, à quibus tenentur abstinere.*
5. Ludere taxillis, prohibitum est Clericis. Et pœna. *Concilium Toletan. 22. cap. 11.* Vide, *Clerici. tit. 17. num. 8.* Vide, *Clericus.*

Lugdunum.

Lugdunenſe Concilium secundum indicitur à *Gregorio X.* ad succurrendum fidelibus Terræ Sanctæ. *Const. 1. Salvator.*

Lugere. Luctuosum.

1. Lugere mortuos, est quid pusillanime.

Ubiunque sepeliamur, Domini est Terra, & plenitudo ejus. Omninò sit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit. *13. q. 2. cap. Ubiunque. il. 2.*
2. Luctuosis vestibus uti non possunt Clerici, sub pœna privationis fructuum per tres menses. Et aliæ pœnæ Episcopo permittenti. *Concil. Tolet. 22. cap. 8.* Vide, *Clerici. tit. 7. n. 39.*

Lumen. Luminaria.

1. Lumen gloriæ est necessarium animæ, ut elevetur ad videndum DEUM, & fruendum illò. *Clement. De heret. cap. Ad nostrum. ex Concil. Viennesi. Generali 15.* Vide, *Beguardi. n. un.*
2. Luminaria in Ecclesiis tenenda. *Concilium Bracharenſe 2. cap. 5.* Vide, *Consecratio. tit. 1. num. 8.*
3. Pro luminaribus Ecclesiæ nihil est exigendum, sed de Ecclesiæ redditibus foveantur. *Conc. Cabilon. 3. cap. 16.* Vide, *Balsamum. n. un.*
4. Luminaria ad Evangelium portantur in signum lætitiæ: quia dant intelligere lumen Evangelicum, quod illuminat omnem hominem. *Dist. 21. cap. Cleros.* Vide, *Acolythus. n. 3.*
5. Luminaria, quæ sunt ad usum Sacrificii Missæ, per Acolythos accendantur, & deferantur. *ibidem. & dist. 25. cap. Perfectis.* Vide, *ibidem. num. 4. Concil. Mediolanen. 1. p. 2. tit. de Acolytho.* Vide, *ibidem. num. 6.* Vide, *Sacrificium.* Vide, *Missæ.* Vide, *Acolythus.*

Luperchalia.

Luperchalia, id est, superstitiones & sacrificia, quæ Deo Februario fiebant, à Christianis cavenda.

Quomodo autem non in hanc partem recidit, qui cum se Christianum videri velit, & profiteatur, & dicat: palam tamen publicèque predicare non horreat, non refugiat, non paveſcat, ideo morbos gigni, quia dæmonia non colantur, & Deo Februario non litetur. Video, ubi hæc deliramenta compererit, quomodo prævaricator non est, qui in has blasphemias prophanitates incurrit: quomodo sacrilegus non æstimetur, qui abjuratâ unitis DEI providentiâ & potestate, quam confessus est, ad prodigiosas superstitiones & vana signimenta seducitur. Luperchalia autem, propter quid instituta sunt, quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant, Livius in 2. Decad. loquitur; nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem, ut ei videtur, mulierum, quæ tunc acciderat, exhibendam: proinde si vel ad hoc ipsum aliquid obvaleret, hoc internis non morbis occiderit, contra quem luperchalia reperta non sunt, sed femina nequaquam generare debuerant, pro quarum fecunditate concinnantur inventa: quid dicturi estis de peste, de ste-

lilitate, de bellorum tempestate continua, nunquid & hæc propter sublata lupercalia contigerunt? Si autem non propter ista, vel vitanda, vel curanda, lupercalia sunt provisa, quid inani turbatione iactamini? Quid Tuscia, quid Emilia, cæteræque Provinciae, in quibus hominum propè nullus existit, ut bellicæ necessitate consumeretur, lupercaliorum fecit offensio, quæ longè ante vastatæ sunt, quàm lupercalia tollerentur? (Et circa finem.) Quod certè Christianæ professioni non convenire, manifestum est; postremo quod ad me pertinet, & soli hoc pagani, quorum ritus est, exequantur, me pronuciare convenit Christianis, ista perniciofa, & funesta indubitanter existere: quid me incusas, si quod professi minimè inimicum est, à consortibus professioni Christianæ pronuncio submovendum? Ego certè absolvam consentiam meam; ipsi videant, qui iustis admonitionibus obedire neglexerint, quod etiam prædecessores meos forsitan fecisse non ambigo; & apud Imperiales aures hæc submovenda tentasse: & quia auditos esse non constat, dum hæc mala hodieque perdurant, idèd hæc ipsa Imperia defecerunt; idèd etiam nomen Romanorum, non remotis etiam lupercalibus, usque ad extrema quæque pervenit. Et idèd nunc ea

removenda suadeo, quæ cum nihil profuisse cognosco, tanquam contraria veræ religioni, noxia potius existisse pronuncio, &c. *Gelasius epist. ad Andromachum.*


Lutherus.

1. Lutherus cum suis erroribus damnatur. *Leo X. constit. 40. Exurge Domine. Errores ibi numerantur.*
2. Lutheri fautores, & ipsemet, iterum damnantur. *Leo X. constit. 41. Decet.*
3. Lutheri fautor, Fridericus Dux Saxonie, monetur, ne protegat Lutherum. *Adrianus VI. constit. 4. Satis.*

Luxuria.

Luxuriam causat nimia vini potatio. Luxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia, non natura. *Dist. 35. cap. Luxuriam. Vide, Fornicatio. Vide, Moschia. Vide, Carnale peccatum. Vide, Peccatum.*

O. A. M. D. G.



Index Titulorum, seu Materiarum, quæ in Tomo Secundo continentur.

E.	
Pag.	Pag.
Ebrietas, Ebriofus.	1
Ecclesie Catholice natura.	ibid.
Ecclesie Catholice proprietates & dignitates, seu privilegia.	3
Ecclesie Catholice potestas.	4
Ecclesie potestas super hæreticos & malos.	5
Ecclesie Catholice thesaurus spiritualis.	6
Ecclesie Catholice decreta & præcepta, ab omnibus observanda.	ibid.
Ecclesie Romanæ primatus.	7
Ecclesie Romanæ prærogativa.	9
Ecclesie Romana circa propriam fidem.	11
Ecclesie Romana circa fidem docendam, & circa quaestiones fidei pro toto Orbe.	12
Ecclesie Romanæ fides tenenda pro salute.	14
Ecclesie Romanæ privilegia.	ibid.
Ecclesie Romanæ jurisdictio super alias omnes.	15
Ecclesie Romanæ decreta ab omnibus observanda.	16
Ecclesie Romanæ ritus & disciplina Ecclesiastica observanda.	ibid.
Ecclesie Romana quas causas solet judicare.	ibid.
Ecclesie Romanæ judicia quomodo fiunt.	17
Ecclesias qui possunt ingredi.	ibid.
Ecclesia, Conventus & Congregationes, ac functiones.	ibid.
Ecclesiarum publica ædificatio.	ibid.
Ecclesie Orientales.	ibid.
Ecclesie à quibus conferendæ.	ibid.
Ecclesie quibus conferendæ.	19
Ecclesie plures uni non committendæ.	20
Ecclesia Baptismalis.	21
Ecclesia Parochialis.	ibid.
Ecclesiarum unio.	ibid.
Ecclesiarum mutationes.	22
Ecclesie non dandæ, nec accipiendæ per pretium, vel munera.	ibid.
Ecclesie à quibus, quando & quomodo conferendæ, seu dedicandæ.	23
Ecclesia polluta.	25
Ecclesie frequentandæ.	26
Ecclesie venerandæ & honorandæ.	ibid.
Ecclesia Cathedralis.	28
Ecclesie Collegiatæ.	29
Ecclesie particulares circa Metropolitanam.	ibid.
Ecclesie, eorumque bona sub potestate Episcoporum sunt, & quomodo.	30
Ecclesie redditus & bona à quibus & quomodo distribuenda.	32
Ecclesiarum bona non alienanda.	33
Ecclesia & Ecclesiasticorum bona non invadenda, nec usurpanda.	36
Ecclesia quoad mancipia & liberos.	42
Ecclesia laica restituenda in integrum.	43
Ecclesias, Ecclesiasticas dignitates occupantes.	44
Ecclesie fieri non debent censuales.	ibid.
Ecclesiarum bona non oppignoranda, nec obliganda.	ib.
Ecclesiarum & honorum earundem, ac privilegiorum præscriptio passiva & activa.	45
Ecclesiarum immunitas.	ibid.
Ecclesiasticorum & Ecclesie servientium immunitas.	48
Ecclesiasticorum persecutores.	51
Ecclesiastici quoad forum & judicia passiva.	52
Ecclesiæ circa confugientes ad eam.	53
Ecclesiarum privilegia.	54
Ecclesia quæ bona & redditus acceptat, & quæ non.	55
Ecclesiarum fundatores quæ jura habere possunt.	ibid.
Ecclesia quoad procuraciones, seu expensas Episcoporum, & cætera aliorum.	56
Ecclesiarum incendiarii.	ibid.
Ecclesia ab hæreticis olim possessa, vel inter barbaros constituta.	ibid.
Ecclesie novæ quando fieri debent, & cætera circa hæc.	57
Ecclesie bonorum, &c. locationes & permutationes quomodo faciendæ.	ibid.
Ecclesia vacante, quid agendum, quid cavendum.	59
Ecclesie antiquæ non privandæ juribus propter novas.	60
Ecclesias accipientes cum aliquo pacto vel cõditione.	ib.
Ecclesiarum Prælati & Rectores, quoad portionem congruam, quâ ali debent.	61
Ecclesie juvenandæ per auxilia Principum & Judicum secularium, & hi tenentur eis parere, & quando.	ibid.
Ecclesia una duobus Rectoribus, aut Prælati non danda.	ibid.
Ecclesie quomodo ornandæ.	62
Ecclesie & Ecclesiastici quoad bonorum immobilium possessionem.	ibid.
Ecclesie à quo reparandæ, & quomodo.	ibid.
Ecclesie quibus commendari possunt.	63
Ecclesiarum Prælati & Rectores quoad residentiam.	ib.
Ecclesiarum Rectores à quo eligendi, & quomodo privandi.	64
Ecclesiarum oblationes, eleëmofynæ, ac legata.	ibid.
Ecclesiarum Advocati, seu defensores.	ibid.
Ecclesiastici quibus acquirunt.	65
Ecclesiastici in causa sanguinis & in agitatione bellicarum.	ibid.
Ecclesiastici à multis abstinere debent.	ibid.
Ecclesiastica jurisdictio cui potest committi, & quomodo.	66
Ecclesie nullius Diocesis & exemptæ.	ibid.
Ecclesiasticæ functiones & ministeria.	ibid.
Ecclesie quot Presbyteros habere debent.	ibid.
Ecclesiarum res precariæ quando dandæ.	ibid.
Ecclesiarum spatium per circuitum.	67
Ecclesiarum tituli.	ibid.
Ecclesiasticæ Benedictiones & Orationes.	ibid.
Ecclesie S. Joannis Laterani Romæ.	ibid.
Ecclesiastici quoad testamenta & dispositiones.	ibid.
Ecclesiasticorum spolia.	ibid.
Ecclesiastici quoad exceptionem Capituli Odoardi.	ib.
Ecclesiasticus Status, ejusque gubernium.	ibid.
Economus.	70
Edere, sive comedere.	71
Edvigis.	ibid.
Ægyptii, Jacobitæ.	ibid.
Ægroti.	ibid.
Ejecti, ejicere.	ibid.
Electio in genere, modi & qualitates, ut sit bona.	72
Electio an, quando & quomodo potest impugnari, eique opponi.	78
Electores, eligentes.	79
Electus, eligendus & confirmandus.	81
Electi ad gloriam.	84
Electio Papæ.	ibid.
Electio Episcoporum.	ibid.
Electio Parochorum.	ibid.
Electio Regularium.	ibid.
Electio Abbatissarum.	ibid.
Electio aliorum.	ibid.
Eleëmofyna.	ibid.
Elisabetha.	86
Emerere, emens, emptor.	ibid.
Emphyteusis, emphyteuta.	87
Energumenus.	ibid.
Epiphania.	88
Epilepticus.	ibid.
Episcopalis dignitas & præminencia.	ibid.
Episcopi eligendi qualitates naturales, & quæ impediunt.	92
Episcopi eligendi qualitates morales, seu requisita, & quæ impediunt.	95

Index Titulorum Tomi Secundi.

Episcopi à quibus & quomodo olim electi fuerunt, & nunc eliguntur.	100	Episcopi circa legata ad pias causas, & dispositiones ultimas.	ibid.
Episcopus non receptus à populo	105	Episcopos persequentis, carcerantes, occidentes, &c.	ib.
Episcopatus à laico non accipiendus.	ibid.	Episcopi privilegia.	167
Episcopi ordinandi examen quale & à quo faciendū.	ib.	Episcopi circa accessum & recessum ab urbe Roma.	170
Episcopi electi confirmatio.	ibid.	Episcopus circa censuras ferendas & modum.	ibid.
Episcopi consecratio, seu ordinatio, à quo, quando, & ubi fit, ac quomodo.	106	Episcopi peregrini.	ibid.
Episcopi in quibus locis constituendi.	109	Episcopi quoad testamenta & donationes.	171
Episcopus novus quomodo instituendus in loco, in quo nunquam fuit.	110	Episcopus circa excommunicatos ab aliis.	ibid.
Episcopi plures in una civitate.	111	Episcopi quomodo puniendi.	172
Episcopus quomodo ponendus in possessione.	ibid.	Episcopus circa oblationes, seu elemosynas Ecclesiarum.	ibid.
Episcopus consecratus curam tenetur suscipere animarum, quid si non.	ibid.	Episcopus circa Coadjutorem.	173
Episcopus non consecratus non exercet officium.	ibid.	Episcopus circa judicia facienda.	ibid.
Episcopi iurisdicatio & iura in sua Diocesi.	ibid.	Episcopus accusans aliquem, ejusque testimonium, si solus deponit.	174
Episcopi quoad Diocesim alienam.	115	Episcopus quoad depositiones aliorum.	ibid.
Episcopi iurisdicatio in causis hæreticorum & suspectorum.	117	Episcopus quoad collationem beneficiorum, jurium patronatorum, &c.	ibid.
Episcopus quoad sua munera & officia.	119	Episcoporum ordo & præcedentia.	175
Episcopus quoad ordinationes faciendas, ubi, circa quos, & sine pretio.	120	Episcopus consulens magos, sortilegos, &c.	ibid.
Episcopi potestas in res Ecclesiæ, & quomodo potest disponere de illis.	122	Episcopus quoad quasdam ceremonias, benedictiones, reliquias, &c.	176
Episcopi obligationes.	123	Episcopalis Sedes quando transferri potest in alium locum.	ibid.
Episcopi à quibus debent abstinere.	129	Episcopi Græci.	ibid.
Episcopi quoad uxores & continentiam.	132	Episcopus circa probationem miraculorum.	ibid.
Episcopus circa cohabitationem cum mulieribus.	ibid.	Episcopo mortiente, ejusque funus.	ibid.
Episcopus fornicarius, vel permittens Clericos fornicari.	ibid.	Episcopus circa alienationem bonorum Ecclesiæ.	178
Episcopi vita, victus, suppellex & habitatio.	133	Episcopi Vicarius.	ibid.
Episcopo quomodo & à quibus obediendum.	134	Episcopi domestici & cubicularii.	179
Episcopus quoad residentiam.	ibid.	Episcopali Sede vacante.	ibid.
Episcopus à quibus potest accusari, & à quibus non, & ad quem.	136	Episcopi habitus & vestes.	ibid.
Episcopus quomodo judicandus, ubi, & à quibus sententiandus.	137	Episcopus quoad indulgentias concedendas.	180
Episcopus circa Papam, ejusque decreta, &c.	141	Episcopus quoad dispensationes, tam proprias, quam Papales.	ibid.
Episcopus circa Metropolitanos.	143	Episcopi circa casum reservationem.	ibid.
Episcopus circa pauperes & oppressos.	144	Episcopi in partibus infidelium.	ibid.
Episcopus percussor, vel per se, vel per alium.	145	Episcopi titulares.	ibid.
Episcopus negligens in suo officio.	ibid.	Episcopus circa immunitatem Ecclesiæ.	181
Episcopatum unio.	146	Episcopi Regulares.	ibid.
Episcopi spoliati, seu ejecti, quomodo tractandi, & eorum privilegia.	ibid.	Episcopi circa equites exemptos.	ibid.
Episcopus relinquens Ecclesiam, vel subditos, seu renuntians.	147	Episcopi quoad limina Apostolorum Romæ.	ibid.
Episcopus quoad mutationem, seu translationem Ecclesiæ.	148	Epistolæ decretales.	ibid.
Episcopus quoad successorem, ipso vivente.	150	Æqualis.	ibid.
Episcopus quoad locum suum in Ecclesia, & alibi.	151	Equites Sancti Joannis Hierosolymitani, dicti Melitæ, & privilegia.	182
Episcopus ordinatus ab hæreticis.	ibid.	Equites Sancti Lazari.	183
Episcopus rediens ab hæresi.	ibid.	Equites Sancti Jacobi de Spatha.	ibid.
Episcopus depositus, vel exauctoratus, aut degradatus.	152	Equites Sancti Jacobi de Calatrava.	ibid.
Episcopus suspensus.	153	Equites Sancti Jacobi de Alcantara.	ibid.
Episcopus delinquens criminaliter, ut homicidiò, vel aliis.	ibid.	Equites Sancti Mauricii.	ibid.
Episcopus hæreticus.	154	Equites Sancti Stephani.	ibid.
Episcopus schismaticus.	ibid.	Equites Templarii.	184
Episcopus simoniacus, seu vendens officia.	ibid.	Equites Sancti Spiritus in Gallia.	ibid.
Episcopus intrusus.	155	Equites Galli de Monte Carmelo.	ibid.
Episcopus infirmus.	156	Equites Christianæ Militiæ, sub invocatione Conceptionis Immaculatæ Virginis.	ibid.
Episcopus factus Monachus.	ibid.	Errans, errare, error.	ibid.
Episcopus quoad vilitationem.	157	Eremitæ.	185
Episcopus quoad procuratores & alias exigentias.	159	Erubescencia.	ibid.
Episcopus quoad Concilia, & Synodus Provinciar, & Diocesis.	160	Esurians.	ibid.
Episcopus quoad Regulares exemptos & eorum monasteria.	161	Ætas.	ibid.
Episcopus circa Inquisitores.	165	Æthiopes.	ibid.
Episcopus excommunicatus.	ibid.	Ethiopia.	ibid.
Episcopus accusatus, quando vitandus.	166	Eva.	ibid.
		Evangelium.	186

Index Titulorum Tomi Secundi.

Eucharistia, an sub utraque specie dispensanda.	ibid.	Fama.	ibid.
Eucharistia pro infirmis conservanda, & ad eos deferenda, & quomodo.	194	Fames.	ibid.
Eucharistia quò ritu & reverentiâ custodienda.	194	Familiares Papæ.	ibid.
Eucharistia cultus & veneratio.	ibid.	Familiares Cardinalium.	234
Eucharistia renovatio.	ibid.	Famuli.	ibid.
Eucharistia effectus in fumente.	ibid.	Fatum.	ibid.
Eulogiæ.	196	Favores.	ibid.
Eunuchi.	ibid.	Fautores.	ibid.
Eurycles.	ibid.	Fœdus.	ibid.
Examen, examinatus, examinatus ad Ordines.	ibid.	B. Felix.	ibid.
Examinatus in judicio.	197	Fœmina.	ibid.
Exceptio, excipere.	198	Fœmoralia.	235
Excommisæ.	200	Fera.	236
Excommunicationis naturâ, antiquitas & forma, ac ritus ferendi eam.	ibid.	Feria.	ibid.
Excommunicatio major & minor, earumque differentia.	203	Ferraria.	ibid.
Excommunicatio ex causa ferenda, & qua.	ibid.	Festa, Festivitates.	ibid.
Excommunicatio à quo ferri potest, & à quo non.	205	Feuda, feudatarii.	239
Excommunicatio injusta.	ibid.	Fides Catholica ejusque necessitas, ac natura.	240
Excommunicatio quando est nulla.	206	Quæ Fides tenenda, & cujus autoritate.	241
Excommunicatus alicubi, est excommunicatus ubique.	ibid.	Fides à quo discenda.	ibid.
Excommunicati cavendi, & cum eis non communicandum, & pœna.	207	Fidei regula & magisterium.	ibid.
Cum excommunicatis aliquando communicari potest, & à quibus.	209	Fidei disputationes an licitæ.	242
Excommunicati ad Divina non admittendi, & pœna utrorumque.	210	Ad fidem quomodo trahendi sunt homines.	ibid.
Excommunicati sunt inhabiles ad multa, exceptis quibusdam in casibus.	211	Ad fidem venientes, vel redeuntes, quomodo tractandi.	ibid.
Excommunicati ob Clerici percussione, & qui sint Clerici.	214	Fidem deserens.	243
Excommunicati possunt appellare, quando & quomodo.	215	Fides per quos defendi debet.	ibid.
Excommunicari qui possunt, & qui non.	216	Fidei causa à quo judicanda.	ibid.
Excommunicationis absolutio à quo dari potest & ubi.	ib.	Fidei decreta.	244
Excommunicatus absolvendus ad cautelam, seu ad tempus, quando & quomodo.	219	Fidei effectus.	ibid.
Excommunicati morientes.	ibid.	Actualis Fides, id est, credere.	ibid.
Excommunicati à Papa.	220	Fideles, eorumque obligationes.	245
Excommunicatos occidens.	ibid.	Fidei professio.	246
Excommunicationem spernentes.	221	Fidei symbolum.	ibid.
Excommunicationes Bullæ cœnæ, quot, & quæ, & à quo absolvendæ.	ibid.	Fidelitatis juramentum.	ibid.
Excommunicationum Bullæ cœnæ vigor & ob-servantia.	222	Fidejussor.	247
Aliæ excommunicationes.	ibid.	Fideicommissum.	ibid.
Excubia.	ibid.	Fides humana instrumentorum & personarum.	ibid.
Excusatio.	ibid.	Filacteria.	ibid.
Exempla.	ibid.	Filius DEI.	ibid.
Exemptio, exempti.	ibid.	Filii DEI per gratiam.	248
Exequiæ.	224	Filii quomodo tractandi, & sub cujus potestate tenendi.	ibid.
Executor, executoria.	ibid.	Filii in utero matris.	249
Exigere, exigens.	226	Filii circa parentes, & horum crimen quando eis officit.	ibid.
Exorbitantia.	ibid.	Filii Clericorum, Sacerdotum, Presbyterorum, Episcoporum.	250
Exorcista, exorcizare, exorcismus.	ibid.	Filii non relinquendi sub quovis pretextu.	252
Expositivæ.	227	Filiorum oppresses, vel occisores.	ibid.
Expensa.	ibid.	Filiorum procreatio.	ibid.
Expositi.	228	Filii infidelium, vel hæreticorum, & cujus conditionem sequantur.	ibid.
Extraneus.	ibid.	Filii ex adulterio, vel fornicatione.	253
Extractio, extrahere.	ibid.	Filii ex incestu.	ibid.
Extrema Unctio.	ibid.	Filii spurii, naturales & illegitimi.	ibid.
Exulare, exules.	229	Filii nati cum aliquo impedimento, quando sunt legitimi.	ibid.
		Filiorum legitimatio quando fieri potest, & à quo.	254
		Filii cujus parentis conditionem sequantur.	ibid.
		Filii spirituales.	255
		Filius-familias.	ibid.
		Filii quoad successionem.	ibid.
		Filius quoad electionem sepulturæ.	ibid.
		Filii non possunt suscipi à Parentibus in Baptismo, vel Confirmatione.	256
		Filii compatrum, aut commatrum.	ibid.
		Filium negans.	ibid.
		Filii expositi.	257
		Filius putatus talis.	ibid.
		Filia corrupta vitio parentum, seu prostituta.	ibid.
		Filii Regum.	ibid.
		Filius institutus hæres, sub conditione aliqua, & testans.	ibid.
		Filius	ibid.

Index Titulorum Tomi Secundi.

Filius circa sponsalia facta à Patre.	ibid.	Fucus.	ibid.
Filius minor.	ibid.	Fugiens ad Ecclesiam, vel Crucem.	ibid.
Filius Romanæ Ecclesiæ.	ibid.	Fugitivi.	279
Filiastra.	258	Fugere.	ibid.
Filius eandem cognoscens cum Patre, vel uxore	ibid.	Fuldense Monasterium, & Collegium.	280
ejus.	ibid.	Fulgienſis Congregatio.	ibid.
Filius cognoscens matrem carnaliter.	ibid.	Funera mortuorum quomodo faciend.	ibid.
Fili oblatus à Parentibus DEO in monasteriis.	ibid.	Funeralia, funera, & portio funeralis.	281
Filiam carnaliter cognoscens.	ibid.	Funus Episcopi quomodo faciendum.	282
Filiationes in Regularibus.	ibid.	Furiolus.	ibid.
Fines.	ibid.	Fur, furrum, furans.	ibid.
Fingens.	ibid.	Furnarii Romæ.	283
Firmi civitas.	ibid.	Fuſtigare.	ibid.
Fiscalis, Fiscus.	ibid.	Futura.	ibid.
Flagellum, flagellans.	259		
Flectere genua, & Flectamus genua.	ibid.	G.	
Floccus.	ibid.	Abella.	ibid.
Florentini.	ibid.	Gallia.	ibid.
Fomes.	ibid.	Generaliaca.	ibid.
Florenus.	ibid.	Generalis, & Generale.	284
Fontes.	ibid.	Generaliam in Religione obligationes, & alia.	ibid.
Foraneus.	ibid.	Gentiles.	ibid.
Forenſes Statûs Ecclesiæ.	ibid.	Genustectere.	ibid.
Forma Eucharistiæ.	ibid.	Genus.	285
Formata litteræ.	ibid.	Germania.	ibid.
Fornicatio, fornicans.	ibid.	Gladus.	ibid.
Fortitudo.	261	Gloria, & Gloriar.	ibid.
Forus.	ibid.	Gradus, id est, dignitas.	286
Francia, seu Gallia.	ibid.	Gradenſis.	ibid.
Franchitia.	ibid.	Graduatio.	ibid.
Franciscus.	ibid.	Gradus Conſanguinitatis & Affinitatis.	ibid.
Frater.	ibid.	Grammatica.	293
Fratres, seu Regulares mendicantes.	262	Grangia.	ibid.
Fratres, seu Religioſi S. Ambroſii.	ibid.	Gratia.	ibid.
Fratres S. Antonii de Vienna.	ibid.	Grattatores viarum.	ibid.
Fratres Apoſtolorum.	ibid.	Gratia, seu conſeſſio.	ibid.
Fratres S. Auguſtini, dicti Eremitæ.	ibid.	Gratia & adjutorium Dei.	295
Fratres S. Auguſtini Diſcalceati.	263	Gratia ſanctificans, seu habitualis.	297
Fratres Carmelitæ.	264	Gravare.	298
Fratres Carmelitæ Diſcalceati.	ibid.	Græcus, Græca Eccleſia.	ibid.
Fratres Cruciferi.	265	Gubernator, Gubernium.	300
Fratres S. Dominici, seu Prædicatores.	ibid.	Gula.	301
Fratres Prædicatores, & Minores ſimul.	266		
Fratres S. Franciſci, Franciſcani, seu Minores.	267	H.	
Fratrum Minorum reformatio, & diviſio, & alia	270	Habitus.	ibid.
de illis.	ibid.	Hæſtiludia.	ibid.
Fratrum Minorum Cardinalis Protektor, ejuſque	ibid.	Hæſtipices.	ibid.
facultas.	ibid.	Hebdomada Sancta.	ibid.
Fratres Minores Conventuales.	ibid.	Hebræi.	302
Fratres Minores S. Franciſci de Obſervantiâ.	271	Henricus.	ibid.
Fratres Minores Strictioris Obſervantiæ.	272	Herba.	ibid.
Fratres Reformati Minorum Conventualium.	273	Hæres, Hereditas.	ibid.
Fratres Amadei, seu Clarenſi dicti, ex Ordine	ibid.	Hæreſis.	303
S. Franciſci.	ibid.	Hæreſis abjuratio.	305
Fratres S. Franciſci Diſcalceati Italiae.	ibid.	Hæreſes extirpandæ.	ibid.
Fratres Tertii Ordinis Sancti Franciſci, seu Tertiarii. ib.	ibid.	Hæretici & eorum proprietates.	306
Fratres, & Sorores Tertiariæ, domi degentes.	274	Hæretici ab Eccleſia ſunt ſeparandi.	309
Fratres S. Franciſci Capucini.	ibid.	Hæretici non ſunt tolerandi.	ibid.
Fratres S. Franciſci de Paula, seu Minimi.	ibid.	Hæreticorum punitiones & pœnæ.	ibid.
Fratres Eremitæ Sancti Hieronymi, & B. Petri de Piſis. ib.	ibid.	Hæreticis non communicandum in Divinis, ac	ibid.
Fratres S. Hieronymi Jeſuati.	275	ritibus & pœnæ.	312
Fratres Humiliati.	ibid.	Hæreticis non communicandum in ullo, & pœnæ.	ibid.
Fratres S. Joannis Dei.	ibid.	Hæretici revelandi.	313
Fratres B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Cap-	ibid.	Hæreticis à ſolo Papa ſic generalis condonatio.	ibid.
tivorum.	ibid.	Cum hæreticis non faciendâ matrimonia à Catholicis. ib.	ibid.
Fratres Ordinis Servorum B. Mariæ.	276	Hæreticorum male inhabilitates & incapacitates.	ibid.
Fratres SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum,	ibid.	Hæreticis quædam permittuntur, & quæ.	315
& Diſcalceati.	ibid.	Hæreticorum fautores, vel receptores, aut ere-	ibid.
Fratricellorum Secta.	277	dentes, & pœnæ.	ibid.
Fraudans.	ibid.	Hæreticorum cauſa à quo & quomodo judicari	ibid.
Frigiditas.	ibid.	poſſunt.	317
Friedericus Imperator.	278	Hæretici Episcopi.	318
Fructus.	ibid.	Hæretici Clerici.	ibid.
Fruſtrum.	ibid.	Hæreticorum filii.	319
Fruſtrum.	ibid.	Hæreticorum templa & Conventicula.	320
		Hæretici relapſi, qui, & quomodo tractandi.	ibid.

Index Titulorum Tomi Secundi.

Hæreticorum libri & ſcripta.	321	Imperatoris electio, & qualitates eligendi.	ibid.
Hæreticorum favore utentes.	ibid.	Imperator erga Papam.	357
Hæreticorum Sacramenta, Sacrificia, Benedictio-	ibid.	Imperatoris munus & obligatio.	359
nes, Conſecrationes, Martyres.	ibid.	Imperator circa Concilia.	360
Hæretici ab hæreſi redeuntes ad fidem.	322	Imperator circa Eccleſiaſtica.	ibid.
Suſpecti de hæreſi.	324	Imperatoris poteſtas & jura.	361
Hæretici perſequenti, & privilegia perſequentium.	ib.	Imperatoris depoſitio, vel ejus excommunicatio.	ibid.
Hæreticorum damnatorum bona.	325	Imperio vacante.	362
Hæretici moribundi & mortui.	ibid.	Impetratio, Impetrare.	ibid.
Hæreticos ſepelientes, & hæretici ſepulti.	326	Impoſitio manuum.	363
Hæretici quomodo ad ſalutem trahendi.	ibid.	Impotentia, Impotens.	ibid.
Hæreticis ſubjecti liberantur, & quomodo.	ibid.	Impoſſibile.	464
Hæreticorum diſputationes & doctrina.	ibid.	Imprimere, Impreſſor.	ibid.
Hæretici à quo abſolvendi, & à quo non.	327	Impuber.	ibid.
Hermaphroditus.	ibid.	Impugnare.	365
S. Hyacinthus.	ibid.	Imputare.	ibid.
Hidromantici.	ibid.	Incantatio, Incantator.	ibid.
Hierarchia.	ibid.	Incarnatio.	ibid.
Hieremias.	ibid.	Incautus.	ibid.
Divus Hieronymus.	ibid.	Incendiarius.	ibid.
Hymnus.	ibid.	Incerta.	366
Hispania.	ibid.	Inceſtus, Inceſtuoſus.	ibid.
Huſtriones.	328	Incorrigibilis.	367
Homo, ejus creatio, natura & vires.	ibid.	Indicium.	ibid.
S. Homobonus.	329	Indicis Congregatio, Index Librorum.	368
Homagium.	ibid.	Indifferentia.	ibid.
Homicida.	ibid.	Indignus.	ibid.
Homicidium.	332	Inducia.	ibid.
Honestas.	333	Indulgentiæ.	ibid.
Honor.	ibid.	Induratio hominis.	370
Honorius Papa I.	ibid.	Infamia, Infamis.	ibid.
Hora.	ibid.	Infamatus.	371
Horoscopus.	334	Infans.	372
Hospitalarii S. Joannis Hieroſolymitani.	ibid.	Inferior.	ibid.
Hospitalia.	ibid.	Infernus.	375
Hospitalia multa in Urbe.	337	Infidelis.	ibid.
Alia de Hospitalibus Romæ & obligationes eorum,	ibid.	Infirmitas, Infirmus.	377
declaratæ ab Alexandro VII.	338	Infirmorum Miniſter.	378
Hospitalale S. Joannis Hieroſolymitani.	ibid.	Ingenuitas.	ibid.
Hospitium, Hoſpites, Hospitalitas.	ibid.	Inimicus, Inimicitia.	ibid.
Hoſtia.	339	Injuria.	ibid.
Hugo.	ibid.	Injuſtum.	379
Humiliare, Humiliati.	ibid.	Innocens.	ibid.
Hungaria.	ibid.	Innovatio.	ibid.
		Inquiere.	ibid.
		Inquinus.	ibid.
I.		Inquiſitores hæreticæ praviratis.	ibid.
Sanct. Jacobus	ibid.	Inquiſitorum qualitates, ætas, officium & poteſtas.	ibid.
Janitor.	ibid.	Inquiſitores in quibus cauſis poſſunt procedere.	381
Japponium.	ibid.	Inquiſitor cum Episcopo, & ſine eo.	382
Januarius.	ibid.	Inquiſitores à quibus debent abſtinere.	ibid.
Idola, Idololatria, Idololatra.	340	Inquiſitorum Officiales.	383
Idoneus.	341	Inquiſitorum obligationes.	ibid.
Jejunium.	ibid.	Inquiſitorum privilegia & facultates.	384
Jejunare, Jejunus.	345	Inquiſitores Hiſpaniarum.	385
Jerolyma.	346	Inquiſitores ſupremi in Sacra Congregatione Urbis.	ibid.
Jeſuari.	ibid.	Inquiſitio, Inquiſitus, Inquiſere.	ibid.
Jeſuita.	ibid.	Inſanus.	386
Jeſuitiſſæ.	ibid.	Inſidiæ, Inſidians.	ibid.
S. Ignatius.	347	Inſpiratio.	ibid.
Ignis.	ibid.	Inſtrumentum.	ibid.
Ignorantia, Ignorans.	ibid.	Inſtrumenta Muſica.	388
Illegitimus.	348	Inſula.	ibid.
Illegitimare.	349	Inſentio.	ibid.
Illicitum.	ibid.	Interdictum, Interdicere.	ibid.
Illiteratus.	ibid.	Interdictò loco, populò, vel Clero, qui ſunt interdicti.	389
Illiricorum Collegium Laureti.	ibid.	Interdicti tempore quid fieri poteſt, & quid non.	390
Illuſiones dæmonum.	ibid.	Interpretatio.	392
Imagines.	ibid.	Interrogatio, Interrogatus.	ibid.
Immunitas.	352	Interſtitia.	ibid.
Impeccabilitas.	354	Inreſtatus.	393
Impedimentum.	ibid.	Intimatio.	ibid.
Impedimenta matrimonii.	ibid.	Intrudere, Intruſus.	ibid.
Impedimentum publicæ honeſtatis.	355	Invadere, Invaſor.	ibid.
Impediens, Impedire.	356		
Impænitens.	ibid.		

Index Titulorum Tomi Secundi.

Invalidum.	394	Laici circa dispositionem Ecclesiarum, ac bonorum Ecclesiarum.	438
Inventio, Inventum.	ibid.	Laici circa exercitia Ecclesiastica Ordinum, &c.	439
Inventarium.	ibid.	Laici circa judicia Clericorum, & Ecclesiarum.	ibid.
Inverisimile.	395	Laici circa gravamina Clericorum.	440
Investitura.	ibid.	Laici circa decimas.	441
Invitus.	ibid.	Laici circa Ecclesiastica, & cetera, quae sunt permiffa.	ibid.
S. Joachim.	ibid.	Laicis alia prohibita.	442
Joannes.	ibid.	Laici circa subjectionem ad Ecclesiasticos.	443
Jocalia.	396	Laica communio.	ibid.
Joseph.	ibid.	Lampas.	ibid.
Ira, Iratus.	ibid.	Lanae ars Romae.	ibid.
Irregularis, Irregularitas, quando incurritur.	ibid.	Lapsi à Fide.	ibid.
Irregularitas quando non incurritur.	395	Lapidaria.	444
Irregularitas à quo dispensanda, & quando.	396	Larva.	ibid.
Irridere.	ibid.	Lateranensis Ecclesia.	ibid.
Italus, Italia.	ibid.	Laticus.	ibid.
Jubilæum.	397	Latro.	445
Judas.	ibid.	Latrastet.	ibid.
Judæorum ritus & Synagoga.	ibid.	Lavare.	ibid.
Judæorum convivia & commercia.	398	Landare, Laus.	ibid.
Judæi percutientes Clericos.	ibid.	Laurentius.	ibid.
Judæis prohibita.	399	Laurerum.	ibid.
Judæis quae sunt permiffa.	401	Lector, Lectio.	ibid.
Judæorum inhabilitates.	402	Lectores scientiarum.	447
Judæi venientes ad fidem, quomodo tractandi.	ibid.	Lectus auptialis.	ibid.
Judæi non baptizandi invitè.	403	Legatus Papæ, ejusque potestas.	448
Judæorum obligationes.	ibid.	Legati Papæ à quibus debent abstinere.	449
Obligationes Judæorum in Statu Ecclesiastico.	404	Legati Papæ; circa expensas ac procuraciones.	450
Judæorum filii & servi.	405	Legati Papæ quomodo tractandi.	451
Judæi à quo judicandi.	406	Legati Papæ privilegia.	452
Judæi recidivi post Baptismum.	ibid.	Legata.	453
Judices qui possint esse, & qui non.	ibid.	Legere.	454
Judicis obligationes.	ibid.	Leges, Legum species, & vires.	ibid.
Judex à quibus tenetur abstinere.	408	Legislator.	456
Judex quid potest facere.	409	Legitimus.	ibid.
Judex recusatus.	410	Legitimatio, Legitimare.	ibid.
Judex appellacionis, à quo, & ad quem.	ibid.	Legitimi actus.	457
Judex delegatus.	411	Lenocinium, Lenones.	ibid.
Judex Ecclesiasticus.	ibid.	S. Leopoldus Austriae Princeps.	ibid.
Judex secularis.	412	Leprosi Lepra.	ibid.
Judex quoad alia.	413	Lesia Majestas.	458
Judices conservatores.	ibid.	Levitas.	ibid.
Judices Romæ.	414	Libellus.	ibid.
Judicia.	ibid.	Libe alis, Liberalitas.	ibid.
Judicari, & Judicare.	417	Liberi.	459
Judicatus.	ibid.	Libertas.	ibid.
Judicium universale futurum.	ibid.	Libertus.	ibid.
Ivo.	418	Libertum arbitrium.	460
Jumentum.	ibid.	Libri Sacri.	461
Juramentum quid, quale & quatuorplex.	ibid.	Libri gentilium, hæreticorum, & Apocryphi.	ibid.
Juramentum quando est licitum, & quando non.	ibid.	Librorum impressio, venditio, & prohibitio.	462
Jurare falsum, & perjurus.	420	Licentia, Licere.	463
Juramentum quando non tenet.	421	Ligare, Ligatus.	ibid.
Juramentum quando tenet.	424	Ligatura.	464
Juramentum calumnie quando & cui dandum.	425	Ligna.	ibid.
Juramentum cui dari potest, & cui non.	426	Limina Apostolorum Romæ.	ibid.
Juramentum fidelitatis.	427	Linites.	ibid.
Juramentorum absolutio & relaxatio.	428	Lingua.	ibid.
Alia de juramento.	ibid.	S. Linus.	ibid.
Jurisdicctio.	429	Litaniz.	ibid.
Jurisdicctio aliquorum Judicum in Urbe Romæ, &c.	ibid.	Litteræ formatae, commendatitiz, & dimissoriae.	465
Jus patronatus.	ibid.	Litteræ Apostolicae.	466
Jus ad aliqua.	431	Litteræ conservatores.	469
Justitia.	432	Litteræ de Avifi, & aliz.	472
Justus.	ibid.	Litteratus.	ibid.
Justificatio.	434	Lis, Lites.	ibid.
Justificatus.	435	Litis contestatio.	471
Justificans, justum.	ibid.	Litigantes.	472
		Locus.	ibid.
		Loca Sacra.	ibid.
		Loca pia.	473
		Loca Montium.	474
		Locationes, Locare.	ibid.
		Lombardia.	ibid.
		Loqui.	ibid.
		Loth.	ibid.
		Lucifer.	ibid.
		Lucrum.	ibid.
		Ludovicus.	475
		Ludus, Ludicrum.	ibid.
		Lugdunum.	ibid.
		Lugere, Luctuosum.	ibid.
		Lumen, Luminatio.	ibid.
		Luperchalia.	ibid.
		Lutherus.	476
		Luxuria.	ibid.

Finis Tomi Secundi.